EPIGRAMMATUM
ANTHOLOGIA PALATINA

CUM PLANUDEIS ET APPENDICE NOVA
EPIGRAMMATUM VETERUM EX LIBRIS ET MARMORIBUS
DUCTORUM

ANNOTATIONE INEDITA BOISSONADII,
CHARDONI DE LA ROCHETTE, BOTHII, PARTIM INEDITA JACOBSII,
METRICA VERSIONE HUGONIS GROTII, APPARATU CRITICO

INSTRUXIT

FRED. DÜBNER.

GRÆCE ET LATINE.

VOLUMEN SECUNDUM.



PARISIIS,
EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHIS, VIA JACOB, 56.

EPIGRAMMATUM

ANTHOLOGIA PALATINA.



VOLUMEN SECUNDUM.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

EPIGRAMMATUM
ANTHOLOGIA PALATINA

CUM PLANUDEIS ET APPENDICE NOVA

EPIGRAMMATUM VETERUM EX LIBRIS ET MARMORIBUS

DUCTORUM,

ANNOTATIONE INEDITA **BOISSONADII**,
CHARDONIS DE LA ROCHETTE, **BOTHII**, PARTIM INEDITA **JACOBSII**,
METRICA VERSIONE **HUGONIS GROTII**, ET APPARATU CRITICO

INSTRUXIT

FRED. DÜBNER.

GRÆCE ET LATINE.

VOLUMEN SECUNDUM,

CUM INDICIBUS EPIGRAMMATUM ET POETARUM.



PARISIIS.

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHIS,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXVIII

AMBROSIUS FIRMINUS DIDOT LECTORI.

Secundum hoc Anthologiæ Palatinæ volumen, immatura Frederici Dübneri morte, tres abhinc annos, intermissum, ab eruditis hominibus qui nostræ *Bibliothecæ* favent diutius exspectari nolui. Neque vero tam longi intervalli moras crimini vertet aut mirabitur qui sciet Dübneri curas, quo tempore decessit, non ultra exactum cap. XIV consummatas fuisse; capitum XV et XVI textum tantummodo fere ut nunc legitur impressum : annotationem, prioris impressam, non correctam, alterius totam Dübneri manu descriptam, sed typothetis nondum traditam; indices denique Epigrammatum et Poetarum non modo non inchoatos, at ne susceptos quidem, ut qui non nisi tertio volumini accedere deberent. Quæ ubi mihi cognita, rem inceptam ad exitum perducere decrevi. Itaque vix paucis interjectis mensibus, quanto studio quantaque fieri potuit diligentia, opera data est ut spem promissi dudum voluminis effectus firmaret, imo superaret, adsertis nempe in auctarii modum quibusdam et epigrammatum et annotationum additamentis, adjectisque duobus iis, quos dixi, indicibus : quibus conficiendis ut multum temporis impensum, ita non parum utilitatis ex iis, credo, percipient quicumque nostram hanc Anthologiam manibus versaturi sunt. Namque, ut de priore tantum loquar, melior hic consilio institutus, quam qui tomo tertio editionis Jacobsianæ additur, scilicet non ad volumen et paginam, sed ad capita et numeros epigrammatum, lectores referens, et cujusque epigrammatis primi versus prima verba, non ex nostra modo editione, sed ex variis lectionibus, exhibens, diversarum editionum aliquo modo *concordantiam* suppeditat.

Ceterum de ratione hujusce voluminis longius profari non in animo est, quum ample et perspicue Dübnerus in primi Præfatione de apparatu librorum subsidiorumque quibus usus est, et de sociis sui laboris, disseruerit. Satis sit monuisse, in eis, quæ emendandæ supererant, Dübneri annotationibus non adeo nimiæ brevitati, quam ipse affectaverat, consultum fuisse; sed plurima, sive ad lectionum varietatem, sive ad res et verborum sensum spectantia, e copiis potissimum Jacobsianis, quas ille parcius ac properantius, in ea certe operis sui parte, delibaverat, collata esse, quo commentarius instructior et ornatior evaderet. Quod si ad *Omissa* præsertim (de quibus suo loco dictum est) aliquanto fusius quam in ceteris annotatum est, ita factum crede tum quia ibi multa interpretationis arduæ erant, tum eo quod in ultimis liberius paginis spatium excurrendi suppetebat. Neque aliter in stereotypis, quorum cap. IX integrum et quasdam alias in transcursu plagulas Dübnerus retractaverat, plurima vel post illum emendata sunt; nonnulla leviter, ut par erat licebatque, immutata, quandoque ille aut humanitus erravisse aut suis aliorumque conjecturis nimium concessisse visus; alia, ubi quid loci in aperto erat, apposita, modo vel minimum utilitatis habere possent.

Ut primo volumini pretium operæ Jacobsii Prolegomena minora præponere visum est, ita huic Hugonis Grotii · non integra ea quidem, ut minoris emolumenti,

[illegible]BROSIUS FIRMINUS DIDOT LECTORI.

[illegible] Friderici Dübneri morte, [illegible] qui nostræ *Bibliothecæ* fa- [illegible] longi intervalli moras crimini vertet [illegible] tempore decessit, non ultra exactum [illegible] XV et XVI [illegible] fere ut nunc [illegible] prioris [illegible] correctam, alterius [illegible] indices denique [illegible] susceptos quidem, ut [illegible] incep- [illegible] quanto [illegible] diligentia [illegible] diversarum [illegible]

[illegible] Dübneri [illegible] Præfatione [illegible] Dübneri annotationibus [illegible] fuisse, sed plurima [illegible] ad lectionum va- [illegible] sensum spectantia [illegible] deliberaverat, [illegible] commentariis [illegible] quam in ceteris anno- [illegible] interpretationis adiutæ erant, tum [illegible] spatium [illegible] Neque aliter in [illegible] IX integrum et [illegible] plagulas [illegible] plurima vel post illum [illegible] leviter, ut [illegible] immutata [illegible] aut suis [illegible] isse visus [illegible] aperto erat, [illegible] hab[illegible] [illegible] præponere [illegible] integr[illegible] emolumen[illegible],

[illegible]

sed eorum extremam partem, in qua magnus vir peculiariter de suo Anthologiæ Planudeæ vertendæ edendæque consilio egit.

Tertii voluminis, quod Appendicem novam epigrammatum veterum ex libris et marmoribus ductorum continebit, adjecto indice rerum et nominum in universam Anthologiam, multa jam mihi materia ad manum est, ex libris schedisque Jacobsii, Boissonadii, Welckeri : quam ordinatam ac digestam ita, ut, si non plenum *corpus*, utilem saltem jucundumque *delectum* efficiat, edere certissimum mihi est, si quid anni mei et hæc tempora certum proponere patiuntur. Quo utinam labore defungi et susceptum tot ab annis opus absolvere Dübnero meo datum esset, vivoque præmium æquatæ cum principibus Anthologiæ græcæ sospitatoribus laudis adipisci! nam mihi temperare non possum, quin hoc voto desiderioque memoriam prosequar optimi amatissimique hominis, quem per annos sex et triginta indefessum laborum meorum, tum in refingendo Thesauro Stephaniano, tum in condenda amplissima græcorum scriptorum collectione, adjutorem, ad quaslibet operas animo paratissimum semper et copiis doctrinæ instructissimum, habui, ut neque ego sine illo, neque ille sine me, in litteris græcis quidquam molituri esse videremur. Nec tamen ejus tot in antiquitatis disciplinam et in bonas artes merita omnino fama et debito honore destituentur : quippe cui post mortem contigerit laudator disertissimus, summus ille omnis generis elegantiarum doctrinarumque arbiter, multum quoque et feliciter in Anthologia græca versatus exercitatusque, Carolus Augustinus Sainte-Beuve : qui ipse, fato quodam, biennio post, eodem octobris die eodemque, quo Dübnerus, anno ætatis, acutissimo morbo interceptus, magno quidquid litterarum est apud nos damno atque luctu affecit. — Parisiis, Octobri m. MDCCCLXX.

His scriptis, quum nostro volumini, propter belli primum germanici, postea civilis et plus quam civilis, tumultum, in publicum prodire per continuos menses non licuerit, interim perlectis denuo stereotypis, alia *addenda et corrigenda* comparata sunt, quæ infra subjicimus. — Septembri m. MDCCCLXXI.

Peractis omnibus, quum jam in lucem proditurus esset noster labor, vir multæ eruditionis, peracuti ingenii et singularis modestiæ, Carolus Octavius Delzons, in Lycæo Sancti Ludovici professor, cujus auxilio et diligenti opera rem omnem hanc, ex quo Dübneri morte intermissa jacuit, curavi et feliciter absolvi, ipse, vix manu extrema huic volumini imposita, nuperrime, gravissimo implicitus morbo, ætate nondum provecta, decessit; multis ac præcipue Anthologiæ lectoribus deflendus, ut qui ad tertium volumen condendum, omnibus doctrinæ et judicii opibus accinctus, jam accessurus esset. Quod, eo vivente, vel in hoc procemio tacere (sic enim jubebat ipse) debui, ejus nomen nunc, fide data luctu meo exsolutus, proferre non dubito, et saltem huic paginæ inscribo gratus mœrensque, ac deditorum græcis litteris virorum, de quibus, impensa ad promovendum hoc opus cura, optime meritus est, memoriæ commendo. — Januario m. MDCCCLXXII.



EX HUGONIS GROTII PROLEGOMENIS.

(Descripta hæc ex Anthologiæ græcæ ab Hieronymo de Bosch editæ tom. I, p. XVI-XX.)

..... Omnium explere desideria, et abstrusiora quoque evolvere, ejus sit cui plurima et legere antehac vacaverit et scribere nunc etiam vacet. Et cujus potius hoc tempore, quam Claudii Salmasii, viri in his studiis eminentissimi, et qui hujus operæ pridem ex chirographo publico est debitor, simulque addendi magnam epigrammatum aliorum copiam ex iis, quas in bibliotheca Palatina vidit, collectionibus antiquis, Meleagri primum, inde Philippi, deinde Agathiæ? Nam quæ vulgata est hactenus, et quam nos versam exhibemus, a Maximo Planude est, qui ex tribus illis selegit quæ voluit, inque libros septem, et dispositos literarum ordine titulos, digessit. Consilium Planudi fuit omittere plebeia, qualia tamen judicio deceptus reliquit non pauca: resecare impia, cujusmodi itidem nonnulla, præsertim Diogenis Laertii et Palladæ, ignorantem aut non observantem transierunt : amovere quoque a juventutis oculis obscœna, et hujus tamen census quædam, sed figuratius dicta, irrepserunt. Ego in alieno opere nihil ausus sum omittere. Lectori opto, ut sic ea legat, sicut Menandri Thaidem Paulus Apostolus (*). Videat cum dolore, quantum luxata fuerit etiam inter eos, qui Christiani videbantur, disciplina, cum talia scriberentur.

Ego, quidquid mihi ab injunctis laboribus superfuit temporis, id illis semper obiectamentis quæsivi impendere, quæ ab utilitate publica non nimium abscederent. Talia autem vel maxime ea esse judicavi, quæ sub mellitis veluti verborum crustulis sapientiæ præcepta nec sentienti juventuti ingererent. Hoc animo quæ Poetarum dicta apud Stobæum exstant et correximus et latina dedimus (**). Præstitimus idem in iis, quæ digna infigi memoriæ apud græcos Tragœdiarum Comœdiarumque scriptores repereramus, sive in manentibus operibus, sive in eorum, quæ periere, reliquiis (***).

Accedat ergo ad illos duos, velut fratres suos, tertius hic liber, fructu, quantum ex ante dictis colligi potest, magisque ipsa lectione apparebit, nihilo illis minor. Damus autem hæc Epigrammata et emendatiora quam antehac fuerunt, et latinis versibus quam proxime potuimus ad græcum exemplar expressa. Emendationes partim a nobis sunt, partim ab eo, quem honoris, ut debeo, causa nominare sæpe soleo, Cl. Salmasio, qui editos cum manu vetere exaratis codicibus contulit, quorum codicum auctoritas plurima firmavit, quæ mihi conjectura suggesserat. Eodem monitu quædam falsis adscripta veris reddidimus auctoribus, ne quam justitiæ exercendæ occasionem perire pateremur; et suam cuique reddidimus dialectum, velut colorem nativum, multa incrustatione corruptum.

Epigrammata verterunt multi, et quidem viri nostra parentumque ætate illustres, dignitate alii, ut Hermannus Comes a nova Aquila (****), Thomas Morus, Adolphus Metkerchus; alii literarum principes, Politianus, Erasmus, Alciatus, Scaligeri duo. Lubetne plurium audire non obscura nomina? Marullus, Beatus Rhenanus, Laurentius Valla, Lilius Gyraldus, Jacobus Sannazarius, Joannes Auratus, Georgius Buchananus, Philippus Melanchthon, Joachimus Camerarius, Hadrianus Junius, Henricus Stephanus, Joachimus Mysingerus, Joannes Sleidanus, Janus Secundus, Paulus Melissus, Bonaventura Vulcanius. Ad hos accedant, vel ipso conatu laudandi, Franciscus Bellicarius, Raphael Volaterranus, Philippus Beroaldus, Petreius Tiara, Petrus Crinitus, Paulus Leopardus, Natalis Co-

(*) [Qui scilicet ex lasciva Menandri Thaide versum optimæ notæ retulit (I Cor. XV, 33) : φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί. De quo vid. Meinek. ad Menandri reliqq. p 75; Boisson. in Gnomicos p. 289.]

(**) [*Dicta Poetarum quæ apud Jo. Stobæum exstant, emendata et latino carmine reddita ab* Hugone Grotio. Parisiis, apud Nic. Buon. M.DC.XXIII. 4°]

(***) [*Excerpta ex tragœdiis et comœdiis græcis tum quæ exstant, tum quæ perierunt emendata et latinis versibus reddita ab* Hugone Grotio. Parisiis. ap. Nic. Buon. M.DC.XXVI. 4°]

(****) [Aliter Nuenarius (*Hermann Graf von Neuenar*), de quo vid. Biogr. univ. t. XXXI. p. 94-5. De Metkercho s. Meetkerckio v. ibid. t. XXVIII. p. 469-70.]

mes, Nathan Chytræus, Lucas Fruterius, Janus Pannonius, Janus Cornarius, Gulielmus Canterus, Domitius Calderinus, Vincentius Opsopœus (*).

Me neque horum numerus, neque illorum fulgor absterruit, sperata ab æquis judicibus venia ex ipsa laboris in solidum a nemine suscepti lassitudine. Nam ut Martialis verba leviter immutata excusationi prætendere liceat,

> facile est epigrammata cuivis
> vertere, sed libros vertere difficile est (**).

Aliud est seligere quæ sua venustate abblandiuntur, quæque sequentem ducunt facili itinere, aliud per salebras non minus quam per amœna ad finem pergere. Hoc nos præstitimus primi; addidimusque, præter Appendices duas, alteram Aldinam, alteram Stephanicam, quæcumque epigrammata in præclarissimo Inscriptionum a Grutero editarum leguntur opere, præterea alia sparsim reperta. Nolim eo moveri lectorem, quod quædam horum epigrammatum verbis interdum nonnihil dissidentibus apud Athenæum, Diogenem Laertium, aliosque reperiet. Cum enim verum sensum haberet illa scriptura, quam in veteribus libris olim Planudes conspexit, deinde Salmasius, temerarium fuerat eam immutare ad illorum recitationes, qui sæpe, libris inconsultis, ingenio quam memoria feliciore posuerunt quod non scriptum fuerat, sed quod scribi æque potuerat. Sunt et quædam sub alienis titulis a Planude collocata, in parte sepulcrali maxime : sed illa suis restituere locis, et addere quæ in accessiones, fortuito ordine ut se dabant, a nobis conjecta sunt, arbitrarium cuique esto. Quo facilius sit reperire, si quid lectum requirit animus, scriptorum nomina cum suis operibus, et res, personas, loca denotata elenchi exhibebunt, ante editis non paulo meliores auctioresque.

(*) [In illorum poetarum recensu a Grotio non tacendus omnino fuit novissimus quidem, sed non ultimus, Florens Christianus, Aurelianensis, qui nostri Henrici IV pueritiæ instituendæ præfuerat, « vir litteris elegantioribus haud mediocriter excultus », Thuanus ait, et inter sex illos *Satyræ Menippeæ* auctores memoratus. Ejus Epigrammata ex libris Anthologiæ græcæ selecta et latinis versibus reddita prodierunt Parisiis, a. 1608 (8°), typis Rob. Stephani. Metricas illas versiones non omisit Andreas Rivinus in suis Chiliadibus tum editis tum ineditis (v. Jacobsii Proleg. min. t. I, p. XX hujusce edit.) : unde etiam nonnullas earum cum aliis Jos. Scaligeri, D. Heinsii aliorumque descripsit ad calcem editi ab se Meleagri Fr. Græfius, quem vide et Præfationis p. XXIII.]

(**) [Lib. VII, ep. 85,

> facile est epigrammata belle
> scribere, sed librum scribere difficile est.]

ADDENDA ET CORRIGENDA.

CAPUT IX.

IV. — 5. *In Grotianis dele comma post* filia silvæ

XI. — 5. Versus Eratosthenis, ut videtur, ap. Stobæum Floril. LX, 10 et XCV, 15 :

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι;

Πάντολμος ἀνάγκη, *Nécessité l'ingénieuse*, verbis Fontanii. D. Augustinus, Enarr. in Psalm. CXXV, § 12 (t. IV, p. 1426 B, ed. Bened.) de mutuo in mancis et invalidis auxilio. « Iste non potest ambulare; qui potest ambulare, pedes suos accommodat claudo; qui videt, oculos suos accommodat cæco; et qui juvenis est et sanus, vires suas accommodat vel seni vel ægroto : portat illum, etc. »

LIV. — Cicero Cat. maj. c. 2 : « Senectus, quam ut adipiscantur omnes optant, eamdem accusant adepti. »

— 6. De usu poetico verbi θέειν v. Meinek. ad Theocr. Id. XXV, 158 (p. 379).

LVIII. — Conf. Martialis De Spect. ep. 1 . *Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis...*

LXXII. — De argumento conf. omnino epigr. Leonidæ Tarentini infra n. 316. — 2. Dictis p. 249 adde similem structuram in ep. (ejusdem fortasse Antipatri) 93, 4 : Ζεὺς μέγας ὡς ὀλίγῳ πειθόμενος λιβάνῳ, ubi notanda lectio Cod. Pal. σπειοόμενος, quæ facile mutetur in σπενδόμενος.

XCII. — 5, 6. Tres Aldinæ σοι habent (σὺ Ascens. et Steph.); σε et ἀμείβομεν et Μοῖραι Flor. Christianus (Μοῖραι cod. Aldi; Μοῖραν vett. edd. et Steph.). Fort. ἀμειβόμεθ'· ἦν δ' ἔθ.

XCVII. — 1. Ἀνδρομάχης θρῆνον, scil. Il. X, v. 477 : Ἕκτορ, ἐγὼ δύστηνος! κτλ.

CI. — 4. Non mutandum αἰπολίου Piccolos recte vidit : cujus in v. seq. egregiam conjecturam maxime firmant hæc Strabonis VIII, 6, 10 : μετὰ τὰ Τρωϊκὰ τῆς Ἀγαμέμνονος ἀρχῆς καταλυθείσης, ταπεινωθῆναι συνέβη Μυκήνας, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· ... χρόνοις δ' ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὥστε νῦν μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως ..., et ibid. 19 : αἱ μὲν Μυκῆναι νῦν οὐκέτ' εἰσίν· ... μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον. Conf. Diodor. XI, 65; Pausan. II, 16, 5, et not. ad ep. 28, 1. — 5. Γέρων δέ τις. Vivide inducitur senex aliquis (« senes tantum urbem hoc loco fuisse meminerunt » *Jac.*) hospiti situm Mycenarum ostendens : qualiter ap. Lucan. IX, 961-979 *Phryx incola* Cæsari *monstrator* adest *exustæ nomen memorabile Trojæ* circumeunti. Ceterum apte Jacobsius comparari jubet illustrem locum Serv. Sulpicii ad Cicer. epistolæ (Fam. IV, 5, 4) de prostratis et dirutis, quæ ante oculos jacent, oppidis Græciæ. — Epitheton πολύχρυσος non est Il. N, sed H, 180 et Λ, 46 : adde Soph. El. v. 9 : inde Horatius, *dites Mycenas*.

CX. — 1. Martialis Epigr. IV, 77 :

Nunquam divitias deos rogavi,
Contentus modicis meoque lætus :..

CXVIII. — 2 ἀκονιτισομένης Steph.

CXXXIII. — 1. Scholion Wechelianum F. Morellus sic adscripsit : Ἱππώνακτος ὡς, Στοβαῖος· recte. Conf. ep. 381.

CXXXVI. — Meinekius ad Mosch. p. 452 : « Eos versus incerto auctori Planudes, Cyro Panopolitano, poetæ sub Theodosio M. claro, tribuit epigraphe Pal. Κύρου τοῦ μεγ. κτλ. Cui cur fides deneganda sit, nulla causa est. Ad priora comparanda hæc Nonni Dion. XVI, 321 : αἴθε πατήρ με δίδαξε τελεσσιγάμου δόλον οἴνου et quem locum etiam Passovius apud Jacobsium attulit XX, 372 : αἴθε πατήρ μ' ἐδ'. κτλ. Hæc e Cyri versibus manifesto expressa sunt, quæ res eam ob causam memorabilis est, quod inde Nonnum non antiquos tantum poetas imitatum esse intelligitur. Seriorem carminis originem ostendit etiam illud ὡς κεν τέρπεσχον. » Dubitari vero potest hi versus epigramma sint, an nobile fragmentum longioris carminis.

CLVIII. — F. Morellus Terentii versum adscripsit (Ad. IV, 7, 21) :

Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris.

CLXXV. — 5. F. Morellus : γρ. Θεώφιλε.

CLXXXV. — *In not. ad v.* 2 *corr.* ἐπεσβόλον.

CLXXXVI. —2. Jacobs. Anim. t. VIII, p. 306 : « ἔσεισε Vat. Cod. et omnes vett. edd. usque ad Stephan. qui ἔπεισε habet. Illud verum esse, vidit Huetius p. 12. » — 4. F. Morellus : ἰσ. σοβαρῶν. — *In not. ad v.* 5, 6 *scr.* ἅπαντα enim ejus opera, ut Thomas Magister dicit in Vita, εὐμουσίας ... *Jac.* Del. p. 107.

CCXIV. — F. Morellus hoc lemma adscripsit : εἰς Πορφύριον κατὰ παρονομασίαν πορφύρας καὶ κογχύλης. Καὶ τόδε Γεωργίου Πισίδου. et suam hanc metricam versionem :

Orationis, Porphyri, tuæ ostreo
labella tingis et tegis præcordia.

CCXLVI. — 5. Lectio τυπείσῃ ex Musuro.

CCLXX. — *In not. ult. lege* constituta,

CCLXXV. — 3, Musurus αἶθρα (αἴθρᾳ) et v. seq. οἶδε.

CCXC. — 4. Pro πτύσαις fort. κτυπεῖς, *cum fragore ruptus*. Conf. Theocr. *Id.* XXII, 13 sq. et Hor. Od. I, 14, 5. *In not. lege* (Il. N, 134) et *not. in v.* 5, Ἀρωγοναύτας δαίμονας, i. e. δαίμ

CCCVIII. — 5 μέχρι δ' ἐς Musur.

CCCXVI. — 5. Si cum Salmasio neges lacunam esse, præferenda videtur Huetii conjectura ἀλλά ποθ' οὗτος, ἥν τις μοι παραθεὶς (subintellecto ἢ) ἀγρ.; ni malis ἀλλά ποτ' αὐτὸς (*ipse*, melius quam ποθ' ὠὑτὸς, quanquam passim αὑτὸς reperitur pro ὁ αὐτός : v. not. ad VII, ep. 532, 6), ἄν τις μοι παραθῇ γ' ἀγρ. (vel κἀγράδας). — 11 (13). Τῆ, *cape*, servari potuit : cujus cum accusativo exemplum aliud XV. 27, 3. Mox ἀλλά γε Musur.

CCCXVII. — 4. Hecker. I, p. 114 conjecit τὰς χ. ἔλεπον (hæc Athenæi XIV, p. 663 C afferens : τῷ λέπεσθαι χρῶνται ἐπὶ ἀσελγοῦς καὶ φορτικῆς δι' ἀφροδισίων ἡδονῆς), probante Meinekio ad Theocr. p. 234.

CCCXX. — 5. Hermanni et Benndorfii correctio χἀμῖν prorsus inutilis, quum sit ἁμῖν in versu seq.: χὰ μὲν non mutandum. Magis placet Benndorfii οἵ γε λέγουσιν (Jacobs. οὐ δὲ λέγ., non οὐδὲ, i. e ἀναιδεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐχ ἵστορες, οἱ λέγοντες ὡς...). Acumen autem epigrammatis videtur esse in voce ὁπλοφορεῖ de Venere adhibita : quasi injuriam numini Veneris faciant, qui eam arma gerere et militem agere dicant. Οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα (H. E, 428).

CCCXXVI. — 2. Νυμφέων ποιμ. ξ. Conf. ep. 330, 1; Theocr. Id. I, 22, ubi Meinek. p. 175. Adde Longum Past. I, 4.

CCCXXXV. — 1 τὤγαλμα Musur. Mox legendum videtur Μικκαλίωνος, Ἑρμῆς· ἀλλ' ἴδε κτλ., ut Ἑρμῆς per appositionem jungatur cum τὸ ἄγαλμα, et ἴδε referatur ad ὅδοιπ. — 2. Κρήγυον non *verum*, sed *bonum*, χρηστὸν, ἀγαθόν. V. Meinek. ad Theocr. p. 332, coll. Theocr. ep. XXI, 3 (infra XIII, n. 3).

CCCXXXIX. — 3 μάρψας Musur.

CCCXLIV. — *Agathiæ* tribuitur in cod. Lugdunensi (scil. Leidensi) quem Niebuhrius ad curandam Agathiæ editionem Bonnensem adhibuit; hæc quidem ille Præfat. p. XII de eo codice : « Subjiciuntur in fine duo epigrammata : alterum Agathiæ de ludo tabulæ Zenonis Aug. [IX, ep. 482], alterum, quod hic quidem eidem Agathiæ, in Anthologia vero Leonidæ Alexandrino tribuitur. Id h. l. ἰσόψηφον inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero ͵ϛχ i. e. 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur.

> Ἀλλὰ τανῦν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὀψὲ γὰρ ἔγνων
> ὁππόσον Οὐρανίας Καλλιόπα προφέρει. »

CCCXLVII — 3. Jam F. Morellus : διορθοῦται εἰρεσίης.

CCCLIX. — Exstat ab Agathia παρῳδία V, ep. 302. In lemmate χρήσιμον tenendum.

CCCLXII. — *In not. l.* 14 *scr.* Boschius (H. de Bosch).

CCCLXIII. Notissimum idyllium fervidius laudavit et gallice vertit fere accuratius Sancto-Beuvius in iis quæ de Meleagro disseruit. Utcumque sit, en quod Manso de eo tulit non ineptum judicium : « Elegantissimum carmen appellant, et abundat dulcibus imaginibus, sed iis, quæ grata novitate lectoris animum parum morantur, immo, ut nimis cumulatæ, tædio quodam afficiunt. Jure præterea dixeris, tam præclaro initio tantæque exspectationi exitum non satis respondere. » Idem ad v. 11 : « Ἤδη δ' εὐάζ. sc. μύσται Δ. [et sic Grotius]. Innuit vero Διονύσια μεγάλα, quæ vernis mensibus, saltem in quibusdam Græciæ civitatibus (v. c. Athenis, Thucyd. V, 20), agebantur. » Et ad v. 23 : « Similis color in Anacr. Od. 19, qua ad bibendum [at quanto festiviori brevitate!] poeta se hortatur. »

CCCLXXIX. — 1 et 3 ὗς Musur. Idem v. 4 οὐδὲ λέων.

CCCLXXXVII. — 5 Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι Musur.

CDXII. — *Not. in v.* 3. Stephanus non in textu λαλαγεῦσα, sed ζαλαγεῦσα, ut ceteræ Planudeæ; at in not. ad p. 53 : « pro ζαλαγεῦσα legitur etiam λαλαγεῦσα, et ζαγλαγεῦσα, quod postremum a γλάγος deduci possit. » In scholio Wechel. legendum καὶ μὴν ἡ ζαγλαγεῦσα, et sic legitur in scholio fere eodem, quod adscriptum est margini Stephanianæ in exemplo F. Morelli, nisi quod ibi est ἡ μὴν ἡ ζαγλ. — In nota ead. scribe *mænas*. In VII, ep. 637, 2 μαινίδας genus pisciculi designare videtur : vid. Jacobs. ad Anal. t. VIII, p. 92.

CDXXIV. — *In tit. corr.* ΔΟΥΡΙΔΟΣ ΕΛΑΙΤΟΥ.

CDXXV. — Meminisse videtur poeta celeberrimi epigrammatis, sive Aristotelis sive Asclepiadæ, Ἆ δ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετά ... (VII, 145), quod et Mnasalcas παρῴδησε (Append. Epigr. n. 53), teste Athenæo V, p. 163.

CDXXXV. — 2. Θεὶς ἀνελεῦ, si quid hic deposueris, id quidem exige, ratione recte instituta. Dictum respectu ad præceptum juris civilis quod Plato Legg. XI, p. 913 C dicit κάλλιστον νόμων καὶ ἁπλούστατον, καὶ οὐδαμῇ ἀγεννοῦς ἀνδρὸς (Solonis scil.; v. Diog. Laert. I, 57) νομοθέτημα, ὃς εἶπεν, ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ.

CDXXXVII. — *In not. ad v* 5 *scr.* εὔτερον — *In v.* 9 *corr* λιγυφθόγγοισιν

CDLXXVI. — F. Morellus adscripsit : Musuri manu interjecta hæc erant in edit. Ital. [i. e. Florent.] Ἀλλ' εἰ τὸ δοῦρας κτλ. [cum var. lect. v. 1 τοῦτο π., 2 ἔσχες, 3 πάντ' αὐτὰ χαὐτοῦ].

DVII. — 1. Conjectura (v. p. 250) οὔ τοι ἀοιδῶν ἔσχατος (sc. Ἡσίοδος) non quidem sat perspicua; eodem sensu hoc forte probabilius sit : Ἡσ. τό τ' ἄ. καὶ ὁ τρόπος, οὔ τοι ἀοιδῶν Ἐσχάτου· ἀλλ. ὀκν. — 2. Τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέων, quod omnino suavissimum inest in ejus versibus, illam quasi mellitam dulcedinem carminum Hesiodi; non, ut Ernestus intelligit, *dulcissimum carminum*, i. e. Opera et Dies. — 4. Scr. ῥήσιες, Ἀρ., ut in latinis; et in not. ad fin. *intemperatæ* (pro *intentissimæ*). Ceterum Ἀρήτου unice veram lectionem esse, et hujus nominis mensuram non constanti usu, quod ait Meinekius, primam corripere, probat initium epigr. 25, Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο ... Nec ipso illud, pariter atque muliebre Ἀρήτη, apud Homerum ceterosque epicos primam producere negat. Conf. L. Dindorf. in Thes. Did. vv Ἄρατος et Ἄρητος. Contra minime certa Ruhnkenii emendatio σύμβολον ἀγρυπνίης, quæ exemplis nullius pretii

fulcitur, et unde fit debilis jejunaque constructio, nec exquisitæ Callimachi dictioni congruens. Ideo reducenda videtur lectio Cod. Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη, a Grotio et Jacobsio optime expressa : quorum hic apposite contulit Helvii Cinnæ in Anth. lat. II, 251 (n. 76 ed. Meyer.) *Arateis multum vigilata lucernis carmina*, ubi v. Weichert. Poet. Lat. Reliq. p. 194 sq.

DXXIV. — F. Morellus adscripsit : ἕκαστος τῶν παρόντων στίχων δι' ἑνὸς τῶν κδ'. ἀπαρτίζεται γραμμάτων καί εἰσιν κδ'. ἔχων ἕκαστος τετράκις ἕκαστον γράμμα. (Et ad seq. ep. καὶ οὗτοι ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις εἰσίν.) — 9. Idem : « Lego Θρῇκα, θυρσοφόρον », recte. — Idem ad seq. ep. v. 9 : γρ. θηροφόρον.

DXXX. — *In lat. lemmate corr.* præfectum — DXLIV. — *In not. l.* 5 *corr.* simulacrum — DXLVI. — *In not. ad v.* 5 *corr.* Il. Λ, 776 : — DLI. — *In not. ad v.* 3 *corr.* (l. 18) *effilées* (l. 20) *des ailes en retombant* — DLV. — *In not. l.* 3 *corr.* Reiskius. — DLVII. — *In not. l.* 3 *corr.* celebratur. — DLXI. — 2. *In Grot. scr.* hiems?

DLXXIII. — 6. Δοκεῖ ὁ Μίλιος [an Μιλίης?] πλούσιος κατὰ τοὺς χρόνους ὑπάρξαι τοῦ Παλλαδᾶ πολλοὺς ἔχοντας [immo ἔχων] τοὺς θεραπεύοντας αὐτὸν καὶ ὅ τι ἂν βούλοιτο ἢ ποιοῖτο ἐπαινοῦντας. Ἐκ τούτων οὖν παροιμιῶδες μετῆκται καὶ κλ. Μιλίῃ καὶ γελ. Μιλ. Musur. — *In Grotianis scr.* lacrimo.

DCVI. — In lemmate : εἰς λ. ἔχον Ἀφροδίτην λουομένην. Musur.

DCXXIX. — 1 Εἶθε Musur.

DCLIV. — 2. Theocr. Id. XXI. 16 : ἁ γὰρ πενία σφας ἐτήρει.

DCLXII. — 5. De producto ι in nomine Ἀγαθίας vide ad VI, ep. 80, 1. Adde Niebuhr, De vita Agathiæ in ed. Bonn. p. XIII.

DCXCIV. — *In not. l. ult. scr.* ἀψῖδα,

DCCXLIV. — 2. Conf. not. ad XIV, ep. 4, 7. Heckerus I, p. 119 correctioni suæ hæc addit : « his verbis redditur ratio verborum prægressorum, οἱ πολύαιγοι, et sequentium quod Mercurio Arcadum potissimum agrestium deo hunc caprum dedicaverint pastores : οἷα igitur est οἷά τε, cujus exempla dedi in Epist. Crit. Philol. 1850, p. 425. »

DCCLXVI. — In tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό Musur. (id est *Pauli Silentiarii*, quum in Plan. quoque præcedant epig. 764 et 765.)

DCCLXVII. — Lemma : εἰς τράπεζαν, τοῦ αὐτοῦ. Musur.

DCCLXIX. — 5 μητ' ἐπιπαίζειν Musur.

DCCLXXXVII. — In tit. Σ. Εὐλογίου πατριάρχου Musur. ex v. 6, ut sit idem auctor epigrammatis et conditor xenodochei. — Idem v. 3 : σὸν πόδα αἶψα.

DCCLXXXVIII. — 2 ἐννοίαις Musur

DCCXCI. — 6. De correptione diphthongi ου in Πόστουμος et similibus græco-latinis vid. Jacobs. ad h. l. A. P. t. III, p. 631 et p. 926; Welcker. Syll. p. 85.

DCCXCIX. — In fine notæ ad v. 1 scribendum videtur ἀπὸ τοῦ εὖ νοῦν ἔχειν, vel εὖ τοῦ νοῦ ἔχειν. Conf. HSteph. Thes. t. III, p. 2365 D. — 5 κούρων F. Morellus conjecerat.

DCCCVIII. — 1. Μαξιμῖνος. Accentûs similis mutatio in Κωνσταντῖνος XVI, ep. 384 et 385. Cum nota in h. v. conf. Welck. Syll. p. 114 fin.

DCCCXXIV. — Poeta imitatus est Leonidæ Tarent. epigr. quod supra est n. 337. Conf. et X, n. 11. — 2. *In vers. lat. corr.* vaditis

---

CAPUT X.

I. — 4. F. Morellus conjecit βρασσαμένη.

XI. — Conf. IX, ep. 337 et 824.

XLV. — 3 Εἰ δ' ὁ Πλ. Musur. — 7. *In Grot. corr.* vesana

LV — 3. Boisson. ad Pachym. p. 49 : « Lego, ὅ τ' ἢ πολλοί, quod recte opponetur parili formulæ ἢ πάντες, *vel plurimi, vel omnes*. Alius est sensus cum articulo οἱ πολλοί. » Quod, ut inanius, Dübnerus neglexit. — *In not. l.* 5 *corr.* ad XI, ep. 253.

LXXVI. — 2. *Corr.* πολιοκροτάφους.

XCVII. — F. Morellus adscripsit Ἀριστοφάνης.

XCIX. — 1. γρ. ἐξήτασα Musur.

CII. — Διοσκορίδου. Musur. — 5 Ταῦτ' ἄγ. Id.

CIV. — 2. F. Morellus apte adscripsit hæc Clementis Alex. Pædag. l III, c. 6 : πολλοῦ δὲ ἄξια οὐ λίθος, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἐσθής, οὐ κάλλος σώματος, ἀλλ' ἡ ἀρετή, ὅς ἐστι λόγος διὰ τοῦ Παιδαγωγοῦ παραδιδόμενος εἰς ἄσκησιν, λόγος ὁ τὴν τρυφὴν ἐξομνύμενος, τὴν δὲ αὐτουργίαν διάκονον παρακαλῶν, καὶ τὴν εὐτέλειαν ἐξυμνῶν τῆς σωφροσύνης τὴν ἔγγονον.

CX. — Conf. Fontanii Fab. XI, 1

CXVIII. — 5 Ἀλλ' ἄγε Musur.

CAPUT XI.

VIII. — 2. γρ. βρέξεις Musur. In vers. lat. corr. *unguentis*

XVII. — *In not. ad v.* 1, *p.* 363 *a l.* 2, *corr.* Ἐκ μὲν οὖν Στεφάνου γέγ.

XXVIII. — 4 ἀκοιτιν Musur., et F. Morellus : fort. ἀκοιτιν ἔχειν.

XXXI. — *In not. ad v.* 2 *corr.* Salmas.; ὀρνύμενον

XXXVIII. — *In not. l.* 7 *corr.* C. I. — XL. — 4. *Scr.* κεφαλῆς. — XLV. — *In not. ad v.* 8 *scr.* Τὸν δὲ, τὸν οἶν. — LII. — 4. *In vers. lat. corr.* sufficit — LVI. — *In not. ad v.* 1 *punctum dele post* Sic — LXXIV. — 7. *Punctum dele in fine.* — LXXXII. — *In not. ad v.* 6 *corr.* ὀολίγῳ, — LXXXVIII. — 2. *Scr.* ἐθέλεις; » — CIX. — *In not. ad v.* 2 *corr.* Ἔρριπται

CXXIII. — 1 ἔχρισεν Musur., quod metro repugnat.

CXXVIII. — 2. *In Grot. scr.* tendere, Flore, soles,

CXXXIX. — 3 ὄντως Musur.

CXLI. — *In not. l.* 4 *corr.* VI, 19. — 7. Νόμου χάριν sunt qui aliter intelligunt; Grotius: *lex imperat*, et gallicus interpres : *au nom de la loi*, quem malim scripsisse : *pour l'amour de la loi*. Scite enim F. Morellus adscripsit Aristot. Rhet. I, 1, 4 : ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος.

CXLIV. — *In not. ad v.* 3 *corr.* II, Υ, 157.

CXLV. — 2 *In not l.* 3 *corr.* ἦν. Optime Jacobs. in not. crit. : « Scaliger in not. mst. corrigit : ῥήτορος ἧδ' εἰκών. Ipse malim : ῥήτωρ ἧ γ' εἰκὼν, *imago quidem orator est*; meditari [declamare] enim videtur; orator autem nonnisi imago imaginis. » Hoc recepto, verti possit: *Sextus ne dit mot, mais le portrait de Sextus déclame C'est le portrait qui est orateur ; Sextus lui-même n'est que l'image de son portrait.*

CXLVI. — Docta quædam ac nitidissima manus nostro exemplo Stephanianæ hæc adscripsit : « Dicere poeta cupit, cum in Cyprum, et in ea Solos, venero, atque illic σολοικίζειν etiam didicero, non jam numerato tibi solœcismos, sed mensura tota, mittam. Hæc Meursius in *Cypro*, lib. I. cap. 25. pag. 68. *Soli, orum*, urbs Cypri, sic dicta *a Solone*. Idem, cap. 7. prius vero *Æpea*. »

CLXII. — 3 καινὴν Musur.

CLXXXVIII. — 3 ὤτων admittebat F. Morellus.

CXCIII. — Conf. Welcker. Syll. p. 94. — 2. Menandri fragm. inc. XII, 6 :

Ὁ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων, φθόνος
φθισικὸν πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποιεῖ,
ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβὴς παράστασις.

Verbum τήκει solenniter dictum, ut ἐτάκη in ep. præc. v. 2, ubi Jacobs. (t. IX, p. 505, laudat Lucret. III, 75, *Macerat invidia*, et Hor. Sat. I, 1, 111. Cf. X, ep. 111; XVI, ep. 266, 1.

CCXVIII. — 4. Καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν. Vid. Meinek. Anal. Alex. p. 8.

CCXXIII. — In not. l. 8 corr. *quæris?* — CCXXIX. — *In not. corr.* εὗρε — CCXLIX. — *In not. ad v.* 4 *corr.* πρός τινα.

CCLIII. — 3 εἰ σὺ Musur. — *In not. l.* 7 *dele infra.*

CCLXV. — 5 ἀτρέμας ἴσθι Musur.

CCCXXI. — 8 ὑμᾶς Musur. Grotius legisse videtur ἀπεσβέσατε. At imperativus pro optativo est : *in me vero virus omne vestrum pereat et exstinguatur.*

CCCXLVII. — 3. Τίνας ἑόρακεν ἥλιος οἴμους. Musur.: ἴσως συνόντος Ἀλκμήνῃ τοῦ Διός. Probabiliter; dignum sane istiusmodi hominibus ζήτημα (de grammaticorum ζητήμασι vid. Jacobs. ad h. l. t. IX, p. 178). Nam nihil hic intelligendum simile Virgiliano (G. I, 337) *Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes*, vel *Quid tantum Oceano properent, etc.*

CCCLVII. — *In not. l.* 3 *scr.* Jacobs.,

CCCLXX. — 1 Δὲ σε πάλιν ἐλ. Musur. Si Planudea lectio ut nihili rejicienda, pro πάλιν vocativum cujusdam proprii nominis supponendum; at servato πάλιν, tentandum ἐλέγξω, quod male geminatur in ἐλέγχων v. 3; fort. ἐγὼ δὲ πάλιν σε διώξω (i. e. σοῦ κατηγορήσω), τ. νοθ. κτλ. Illud autem πάλιν probatur dictis v. 8, Τοῦτο καὶ ἠδ. ποτὲ Π. *hoc (vitium) jam Pindarus ipse arguens...*, ideoque αὐτὸς probabilior ibi lectio videtur.

CCCLXXVII. — 4 Αἰγύπτιοι Musur, male memor Hom. II, I, 382 et aliorum locorum, ubi Αἰγύπτιος, Αἰγυπτίη non est dactylicum, sed trisyllabum per synizesin.

CCCLXXX. — Conf. XI, ep. 133.

CCCLXXXIX. — 1. *In Grot. corr.* unus — CCCXCVI. — 3. *In vers. lat. corr.* enim — CCCXCIX. — *In not.* (p. 392, l. 4) *scr.* καταπεσεῖν ». — CDI. — *In tit. corr.* ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ — CDII. — 1. *Scr.* Μηδείς

CDIII. — 4. Fort. ὀψοφαγεῖν.

CDVIII. — 1. Musur. τὸ δὲ γῆρας et v. 2 ἐκτανύσας ῥυτ.

CDX. — 1. *Corr.* βακτροπροσαίτου,

CXL. — *In not. ad v.* 3 (add. et corr. p 394) *scr* Conf. ep. 38, 5; 56, 1; XII, ep. 50, 1; App. Epigr. 33;

CAPUT XII.

XXXVIII. — Rhiani epigrammata tractaverunt Nic Saal, *Rhiani quæ supersunt* (Bonnæ 1831, in-8), p. 66-89; Meinekius Anal. Alex. p. 206-212.

LIII. — *In not. ad v.* 5 *corr.* κομίζει. — *In not. ad v.* 6, Sancto-Beuvium.

LVIII. — 2. Lectio αἰνήσας Salmasii est; Saalius (p. 72)

post alios eam recepit; et Meinekio Anal. Alex. p. 207 « in αἰνήσας acquiescendum videtur. » — *In not. ad v.* 6 *corr.* adscripsit, a se prius in Add. p. LXXXII prolatum, cum his : « δαιμονίζειν· τὸν δαίμονα ἡγεῖσθαι. *Hesych.* Jam habes

LXVI. — *In not. ad v.* 6 *l.* 8 *scr.* πρὸς τὸ καλόν,

LXX. — 4. Οἶδα παθὼν ἐλεεῖν. Vertit Sancto-Beuvius De Meleagro p. 491 :

J'ai, pour avoir souffert, appris à compatir.

LXXI. — 1. Τάλαν, τάλαν! Conf. Theocr. Id. VI, 8 ubi Meinek. p. 241.

XCIII. — *In not. l.* 6 *corr.* 11 εἰς — CII. — *In not. l* 22 *corr.* infra XIII,

CXX. — 1. Futurum ἀπεροῦμαι pro ἀπερήσομαι tuetur Meinek. ad Theocr. Id. XI, 60, (p. 281).

CXXI. — 3. Lectionem ῥοδόεσσιν Meinek. Anal. Alex. p. 208 defendi posse ait multis similibus, quorum exempla profert; « sed h. l. Brunckium sequutus scripsi ῥοδέῃσιν, pro quo Jacobsius minus recte ῥοδέαισιν. » — Idem ad v. 6 : « ἀνθερίκαν barbara forma est et ab Alexandrinorum poetarum usu longe remota. Cfr. Lobeckius Paral. gr. p. 142. Quod recepi ἀνθέρικα a Brunckio profectum, qui præterea αὐηρὴν frustra in αὐηλὴν mutavit. Nam αὐηρὸς αὐαλέος dicitur, quemadmodum διψηρὸς et διψαλέος, αὐχμηρὸς et αὐχμαλέος, σιγηρὸς et σιγαλέος. » At Saalius (p. 78) nullus dubitat, retinendam esse Cod. Pal. scripturam ἀνθερίκαν, et Thesauri Did. editor ait non constare de genere femin formæ ἀνθέριξ.

CXXIX. — 5. *Corr.* Πριηνεὺς — CXXXII. — 2. *In lat. vers. corr.* advolans »; — CXLVII. — *In not. l.* 7 *corr.* exstinctum — CLXIII. — *In not. ad v.* 3, *l.* 6 *corr.* ἀλλὰ

CCIII. — 2. Meinekius ad Theocr. p. 350 ἐπάγω ut intransitivum explicat, *venio*. Et Jacobs. : « *Appropinquandi, accedendi* sensu, quo usitatius ἐπάγεσθαι. » Sic σύναγον in Theocr. Id. XXII, 82.

CCXLVIII. — *In not. ad v.* 4 *corr.* Εἰ δ'

CAPUT XIII.

III. — 2. *Scr.* τύμβῳ

V. — 7. Νέμειον λειμῶνα hinc laudat Meinek. ad Theocr. Id. XXV, 201, ubi hæc (p. 381) : « Fuisse totam illam regionem, quam εὔυδρον vocat poeta 182, non agris tantum, sed pratis quoque frequentem, ostendit etiam hodierna locorum facies. » Βαθύπεδος Νεμέα Pindar Nem. III, ep. α'.

VIII. — 1. *Scr.* δολίχου

X. — 2. Scribendum cum Meinekio ad Theocr. Id. I, 5 (p. 171) ποτὶ τὶ Ζ. (τί doricum pro σέ). Idem : « Bene emendavit Bentleius quod Codex habet ἀνωσάτομον, nisi quod rectius scripsisset ἁ νᾶς, ἃ τὸ μόνον. »

XX. — 2 (not. p. 466). Exemplis adjectivi κλεεννός adde Scolion IV, 1 : Ἰὼ Πὰν, Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς.

XXVI. — 4. *In vers. lat. corr.* imperavit

CAPUT XIV.

IV. — 2. De forma ἀπάμειπτο vid. Meinek. ad Theocr. Id. XIV, 51, p. 296 sq

CXIX. — 1. *Leg.* διεμοιρήσαντο — CXXVII. — 3. *Scr.* γῆρας,

CXXVIII. — *In not. l.* 9 *leg.* quintam *et l.* 11, talenta 4 + drachmas

CXLVIII. — 7. *In not. post* Ἀλαμανικὸν *punctum dele.*

CAPUT XV.

XIII — 2 (not.). Latini quoque proverbialiter et figurate *extremis digitis attingere* dicunt; vid. Cicer. pro M. Cœlio c. 12 init.

XXI. — *In not. ad v.* 6 *scr.* ἐκ τῆς γηρύος,

XXVI. — 1. De glossematica voce στήτη Eustathii locus est ap. Meinek. ad Theocr. p. 398. — In eis quæ sequuntur notas ad ep. XXVII laudatum epigramma (p. 525, l. 10) Γνῶμαι Γρηγορίου κτλ acrostichon est, quod illæ ipsæ Gregorii Gnomæ ordine suo efficiunt. Vid. Greg. Naz. Opp., ed. Bened. t. II, p. 584 not. in Titulum γνωμῶν διστίχων.

LI. — 3. « Θηκτὸν omnes veteres edd. præter Stephan. quæ θνητὸν habet, quod Wechel. receperunt. » *Jac.* Anim II, 1, p. 256, coll. Prolegom. p. CXX. Florens Christianus θηκτὸν restituit.

CAPUT XVI.

III. — F. Morellus adscripsit ex Musuro distichon Ἅλμα ποδὸς κτλ. quod est Append. Epigr. n. 112.

IX. — 1. Suidas : Κυνόμυια· ἡ ἀναιδής. Quem confer v. Κυνάμυια (Il. Φ, 394).

XXVI. — *In not. l.* 6 *scr.* Euphorio fr. 83 [Meinek. Anal. Alex. p. 118]. — Ad v. 4, cum δεξάμενοι conf. VII, ep. 301, 4. Sic Latini *excipere;* ut Cic. De prov. consul. c. 17, *quamvis excipere fortunam*, et Juvenalis VIII, 249, de Mario, *et Cimbros et summa pericula rerum excipit.* « Proprie δέχεσθαι, et *excipere* dicuntur de venatoribus, qui feræ adventum inspectant et sustinent impetum. » *Dübn.* ad Hor. Od. III, 12, 12.

XXVII. — 5 πάντα λέλυνται Musur. Idem ad lemma

ἐπεγέγραπτο τοῦ τάφου ὡς φησὶν Ἀθηναῖος Χρύσιππον εἰρηκέναι. Repetitum epigramma in App. Epigr. n. 97, cum hoc lemmate : ΧΟΙΡΙΛΟΥ. Εἰς τὸν Σαρδαναπάλου τάφον, et var. lect. v. 1, σὺν θυμὸν — 2, θανόντι τοι — 4, ταῦτ' ἔχω — 5, τέρπν' ἔπαθον —.

XXXIX. — 1. *In Grot. leg.* Vesper — LIII. *In not. l. 7 scr.* — 1 Λαδα; *et l.* 14, v. 4 ἄλλο; — LV. — 1. *In Grot.* imago? —

LXI. — De Tiberii triumphis adde Tacit. Ann. I, 4 et 34. — 4 εἶδε conjecerat F. Morellus.

LXXII. — 8. F. Morellus Ἰουστίνου. — LXXIII. — 1. *Corr.* κοσμήσας·

LXXXVI. — 6 (not.). Conf. ad V, ep. 179, 4.

CXXXI. — *In fine notæ ad v. 1 adde :* Conf. ep. 134, 7-11. — 6ἠλείπετο Musur. — CXXXII. — 3 ἔστρωσε Musur.

CXXXIV. — 3. « Κόμας ἀνάδεσμος est tænia, sive vinculum, quo mulieres in crinibus ligandis, ne sparsi fluerent, utebantur. Notus autem mos capillos in luctu solvendi. Bion de Venere I, 19, ἁ δ' Ἀφροδίτα Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται. » *Manso.* Ovidius in mortem Tibulli (Amor. III, 9, 3) : *Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos.*

CXXXV. — In lemmate Μηδ. ἐν τῇ 'P. Musur. — Idem v. 2 ἑλκομένης, v. 3 ἡ μὲν, v. 4 βουλομένην.

CLI. — 3 Τοίη γὰρ γ. Musur., et sic Brunck.

CLX. — 6 ἔξεσεν οἷαν (sic) Ἄρης Musur.

CLXXI. — 3. « Respexit poeta ad amorem Veneris et Martis, Homer. Od. Θ., v. 293 sqq. » *A. Chr. Meineke* in Leonid. p. 169.

CLXXIV. — Lemma : εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον Ἀφροδίτην, Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου Musur.

CLXXVIII. — Conf. XI, ep. 174, ubi not.

CLXXXII. — Illustravit A. Chr. Meineke in Leonid. p. 67-70; ex quo hæc de pluribus : « Inter elegantissima hoc carmen poematia numerandum est... Gemmæ Anadyom. v. in Lipp. Dactylioth. Mill. I, n. 239-248, Suppl. n. 143, 144, 147, 167. — 1. Ἔτι [sine distinctione post κόλπων] de actione nondum absoluta capiendum, *cum adhuc emergeret.* — 4. Non pictam, sed vivam exhibuit. Ἐκμάσσειν et Ἐκμάσσεσθαι de iis dictum, qui ex massa coacta, e cera et gypso aliquid formant. Cf. Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 14. — 6. Γαληνὸς πόθος, lætum desiderium amoris emicat e vultu. Inde γαληναίη dicta a Philodemo X, ep. 21. — 7. Ἀκμή, flos ætatis. Sic *canus capillus* Philodemo V, ep. 112, 4 dicitur συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης. — 9. Λειπόμεσθα τῇ κρίσει. Conf. ep. 178, v. 5 et 6; ep. 174, v. 2. »

CLXXXIII. — *Not. in v. 4 sic corr.* ἴκελος edit. vett. et Musur.); εἴκελος Steph.

CLXXXVI. — De forma Hermarum cf. VI, ep. 334, 3 et not. ad IX, ep. 316

CXC. — 4. Brunckius : τῶν ἁρπακτήρων μή τι μ. λύκων.

CCVI. — 3. Ὃν περὶ Φρύνῃ δερκόμενος se non intelligere causatus, pessime mutavit Brunckius in ὃν πυρὶ Φρύνης αἰθόμενος. Vulgatam revocavit Huschkius Anal. crit. p. 69, cujus doctam loci interpretationem repetiit Jacobs. Anim. t. XII, p. 427. Verissime A. Chr. Meineke ad Leonid. p. 67 : « Quem (Amorem) Praxiteles δερκόμενος, videns [melius *intuens*, ut Cicero de Phidia in notissimo loco Orat. c. 3], περὶ Φρύνῃ nempe quasi vigentem et circum volitantem; i. e. cujus imaginem animo conciperet, cum Phrynen amaret. » Qui nihilominus infelicem conjecturam Brunckii, ut omnino veram, recepit.

CCIX. — F. Morellus ad marg.: Expressit poeta latinus [Porcius Licinius] apud A. Gell. [XIX, 9. Anth. Lat. III, 246; H. Meyeri n. 26]. Hi sunt versus, quos laudavit Jacobs. ad IX, ep. 15 :

Custodes ovium teneræque propaginis agnûm,
quæritis ignem? ite huc; quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus; flamma est omnia, quæ video.

CCX. — Gallicis versibus eximie imitatus est Andreas Chenier, p. 110 novissimæ ed. — 7. Omnino nunc pœnitet Schneidewini emendationem non rejecisse, calidius a Dübnero in textum receptam; nempe μέλισσαι μέλιτος ἐργάτιδες frigidissima battologia. Vulgata autem satis perspicua : χυροχύτοις idem est q. μελιρρύτοις, cui additum ἐντὸς tanquam participio cuidam, ut ἐντὸς μέλι στάζουσιν, et quæ sequuntur plane liquent. Conf. ep. 305, 4.

CCXI. — 2 ἀτηρῇ; Musur. — CCXV. — 6 λαμπάδας Musur.

CCXVII. — F Morellus hæc adscripsit : Παρῳδία.

Ἡ Μαρίη μὲν ἐγὼ, ΧΡΙΣΤΩ δ' ἐμὸν ὤπασα μαζὸν,
τὸν δ' ἔτεκόν τ' ἔτρεφόν τε θεοῦ τέκος ἐσθλὸν ΙΗΣΟΥΝ.

CCXXIV. — 1 εἵνεκα Musur — 2. *Notæ adde* : Conf. XII, ep. 193, 2.

CCXXVII. — 2 κόπου Musur.

CCXXXI. — 3. Hæc in chartula Dübnerus, ante an post descriptam annotationem, incertum : « Præter syntacticum vitium in νέμοιντο, superbissime sane Pan vaccas *segetes* pastum duceret. Immo in saltum ducit, ne segetes carpant. Quare scrib. ὄφρα μὴ — νέμωνται. » — 4 ἠΰτόκων Musur.

CCLII. — 2. Πτέρυγας, sagittas; ut Anacr. Odar. III, v. 16 : βρέφος μὲν Ἐσορῶ φέροντα τόξον Πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην.

CCLIII. — 4. De ἰγνύη adde Theocr. Id. XXVI, 17; ibi Meinek. p. 387, et Boisson. p. 264 alt. ed.

CCLV. — Lemma ex Musuro : εἰς Ἑρμῆν φυλάττοντα παράδεισον. — 3 τηνεὶ δὲ Musur. — 4 θραύξης (sic) Musur. De verbo θράττειν vid. Timæi Lex. vv. Ἐνθράττειν et Θοάττει. In Milleri *Mél. de Littér. gr.* p. 399 : Θράττειν· ταράττειν, ἡ ἐνοχλεῖν.

CCLVI. — 5. De ἐρημοφίλας vid. Meinek. ad Theocr. Id. VIII, 60, p. 268. Cf. IX, ep. 396, 4.

CCLXVI. — 1. Τάχεο. Vid. not. ad XI, ep. 192 et 193.

CCCVI. — 2. « Στρεπτὸν referamne ad Anacreontem, an ad δινωτοῦ ? Quod si prius verum est, exponam : *inflexo et intorto corporis habitu, titubantis ritu*. At si pertinet ad δινωτοῦ, adverbialiter sumendum est : *in lapide rotundo et tortili*. — 7. Μεγιστέα. Megistæ nulla mentio in Anacreonteis, quæ supersunt; sed carmine sequenti idem comes est Bathyllo. » *A. Chr. Meinek.* ad Leonid. p. 62.

CCCVIII. — 7 ἀγλαΐζεται Musur.

CCCXLI. — 4 νεῖκος Musur.

CCCLXI — *Notæ in v.* 6 *adde :* at vide VII, ep. 410, 3-4.

CCCLXX. — 2. Εἰν ἑνί. Conf. ep. 66, 2.

XIX * (Om.). 3. *In lat. scr.* curæ

CCCLXXXVII *. — *In not. ad v.* 1 *scr.* πόλῳ ce- — *p.* 643 (*a*) *l.* 35 *leg.* ῥαψῳδὸς· *et l.* 51, εἶναι· — *p.* 644 (*a*) *l.* 28 *leg.* λέγουσα·

ANTHOLOGIA
EPIGRAMMATUM GRÆCORUM.

CAPUT IX.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ.

1. ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο τιθηνητήριον οὖθαρ
ἔμπλεον οἰδούσης πικρὸς ἔτυψεν ἔχις.
Νεβρὸς δ' ἰομιγῆ θηλὴν σπάσε, καὶ τὸ δυσαλθὲς
τραύματος ἐξ ὀλοοῦ πικρὸν ἔβροξε γάλα.
Ἅδην δ' ἠλλάξαντο, καὶ αὐτίκα νηλέϊ μοίρῃ,
ἣν ἔπορεν γαστὴρ, μαστὸς ἀφεῖλε χάριν.

2. ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Κεμμάδος ἀρτιτόκου μαζοῖς βρίθουσι γάλακτος
ἡ φονίη δακέτων ἰὸν ἐνῆκεν ἔχις·
φαρμαχθὲν δ' ἰῷ μητρὸς γάλα νεβρὸς ἀμέλξας
χείλεσι, τὸν κείνης ἐξέπιεν θάνατον.

3. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰνοδίην καρύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
παισὶ λιθοβλήτου παίγνιον εὐστοχίης.
Πάντας δ' ἀκρεμόνας τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους
κέκλασμαι, πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη.
Δένδρεσιν εὐκάρποις οὐδὲν πλέον· ἢ γὰρ ἔγωγε
δυσδαίμων ἐς ἐμὴν ὕβριν ἐκαρποφόρουν.

4. ΚΥΛΛΗΝΙΟΥ.

Ἡ πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης

EPIGRAMMATA DEMONSTRATIVA.

1. POLYÆNI SARDIANI.

Capreæ nuper-enixæ nutricium uber
plenum turgentis infestus feriit serpens.
Hinnulus autem veneno-mixtam mammam suxit, et insanabile
vulnere ex funesto amarum gluttiit lac.
Orcum vero inter-se-commutarunt, et statim immiti fato
quam præbuerat venter, mamma abstulit gratiam(*vitam*).

2. TIBERII ILLUSTRII.

Capreæ nuper-enixæ mammis gravatis lacte
cruenta inter-venenatas-bestias virus immisit vipera;
et medicatum veneno lac matris hinnulus postquam-suxit
labris, illius *ipse* ebibit mortem.

3. ANTIPATRI, vel PLATONIS.

In-via nucem me *arborem* prætereuntibus plantarunt
pueris lapidum ludicrum missorum-solerter.
Omnes vero ramulosque et virentes surculos
fracta-sum, crebris lapidibus dum-petor.
Arboribus fœcundis nil prodest fœcunditas: sane enim ego
infelix in meam injuriam fructus-ferebam.

4. CYLLENII.

Pridem in quercetis falsorum ferax autumni-donorum

HUGONIS GROTII VERSIO.

1. POLYÆNI SARDIANI.

Cerva recens mater (quis talia credat) in ipso
Ubere vipereis dentibus icta fuit.
Hinnulus exsuxit totum cum lacte venenum,
Dum fluit ex sævo vulnere tracta lues.
Contulerat venter quod munus, id abstulit uber,
Et vivit sobolis morte redemta parens.

2. TIBERII ILLUSTRII.

Uberibus cervæ gravidæ, modo ventre solutæ,
Immisit virus vipera sæva suum.
Hinnulus, inde trahens corrupti pocula lactis,
Maternam tenero combibit ore necem.

3. ANTIPATRI, *ut alii volunt*, PLATONIS.

Ludibrium pueris lapides jaculantibus arte,
Nux ego sum tritæ non bene juncta viæ:
Totque simul manibus sævum repetentibus ictum
Destituor ramis destituorque coma.
Heu nulla arboreos comitatur gratia partus,
Fœcundæ tuto non licet esse mihi.

4. CYLLENII.

Quæ prius in saltu media inter lustra ferarum

ἀχρὰς, θηροβότου πρέμνον ἐρημοσύνης,
ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος, ἥμερα θάλλω,
οὐχ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.
Πολλή σοι, φυτοεργὲ, πόνου χάρις· εἵνεκα σεῖο
ἀχρὰς ἐν εὐκάρποις δένδρεσιν ἐγγράφομαι.

5. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ὄχνη, χειρὸς ἐμῆς γλυκερὸς πόνος· ᾗ μὲν ἐφ' ὑγρῷ
φλοιῷ φυλλάδ' ἔδησα θέρει· πτόρθος δ' ἐπὶ δένδρῳ
ῥιζωθεὶς δένδροιο τομῇ, καὶ καρπὸν ἀμείψας,
νέρθε μὲν ἀχρὰς ἔτ' ἔστιν, ὕπερθε δ' ἄρ' εὔπνοος ὄχνη.

6. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀχρὰς ἔην· σέο χερσὶ μυρίπνοον* ὄχνην ἔθηκας,
δένδρῳ πτόρθον ἐνείς· σὴν χάριν εἰς σὲ φέρω.

7. ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ.

Εἰ καί σευ πολύφωνος ἀεὶ πίμπλησιν ἀκουὰς
ἢ φόβος εὐχομένων, ἢ χάρις εὐξαμένων,
Ζεῦ Σχερίης ἐφέπων ἱερὸν πέδον, ἀλλὰ καὶ ἡμέων
κλῦθι, καὶ ἀψευδεῖ νεῦσον ὑποσχεσίῃ,
ἤδη μοι ξενίης εἶναι πέρας, ἐν δέ με πάτρῃ
ζώειν, τῶν δολιχῶν παυσάμενον καμάτων.

8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐλπὶς ἀεὶ βιότου κλέπτει χρόνον· ἡ πυμάτη δὲ
ἠὼς τὰς πολλὰς ἔφθασεν ἀσχολίας.

9. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλάκις εὐξαμένῳ μοι ἀεὶ θυμήρες ἔδωκας
τέκμαρ ἀκυμάντου, Ζεῦ πάτερ, εὐπλοΐης·
δώης μοι καὶ τοῦτον ἔτι πλόον, ἠδὲ σαώσαις
ἤδη, καὶ καμάτων ὅρμισον εἰς λιμένας.
Οἶκος καὶ πάτρη βιότου χάρις· αἱ δὲ περισσαὶ
φροντίδες ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος.

piraster, belluis-pastæ truncus solitudinis,
in-peregrinis ramis inde-insertus, ut-sativa vireo,
non-meum nostris ramis gerens onus.
Multa tibi, hortulane, laboris gratia! per te
piraster inter frugiferas arbores censeor.

5. PALLADÆ.

Pirus *est* manus meæ suavis labor: qua quidem in humido cortice ramum ligavi æstate; ac surculus super arbore radicatus arboris incisione, et fructum immutans, [pirus. infra quidem piraster adhuc est, supra vero suaveolens

6. EJUSDEM.

Piraster eram: tuis manibus odoriferum pirum fecisti,
arbori surculo inducto: tuum beneficium tibi refero

7. JULII POLYÆNI.

Etsi tuas multa-voce usque implet aures
sive metus precantium, sive gratia precatorum,
o Jupiter Scheriæ (*Corcyræ*) qui-obis sacrum solum, ta- [men et nos
audi, et non-mendaci annue promisso,
nunc mihi peregrinationum fore modum et in patria me
victurum, longis illis laboribus finitis.

8. EJUSDEM.

Spes semper vitæ fallit tempus; ultima vero
aurora plurima antevertere-solet negotia.

9. EJUSDEM.

Sæpe precato mihi semper animo-gratum dedisti
terminum non-procellosæ, o Juppiter! *et* faustæ-navi- [gationis:
des mihi et hunc adhuc cursum, atque salves
nunc, et laborum deduc in portus.
Domus et patria sunt vitæ gratia: immodicæ vero
curæ hominibus non vita *sunt*, sed molestia.

Sponte tuli nulla prosata lege pira,
Arte nova genitrix, alienis insita ramis,
Munus adoptivum, mitia poma, fero:
Rustice, magna tibi sit gratia; filia silvæ;
Hortorum posthac incola dives ero.

5. PALLADÆ.

De arbore inoculata.

O pira grata manus nostræ labor: ipse per æstus
Applicui ramum ramo: sic insitus hæsit
Surculus, et gaudet mutatis fœtibus arbor,
Quæ subter fera poma gerit, fragrantia supra.

7. JULII POLYÆNI.

Quamquam perpetuo sacras tibi perstrepit aures,
Quæ facere aut votum reddere turba venit,
O Scheriæ præses tamen et me Juppiter audi,
Et firma nutu vera loquente mihi:
Errandi nunc esse modum finemque laboris,
In patria ut, vitæ quod breve restat, agam.

8. EJUSDEM.

Perpetuo vitæ spe fallimur; ultima cunctis
Multa relictura est semiperacta dies.

9. EJUSDEM.

Sæpe meis precibus felicia flabra dedisti,
Juppiter, et faciles per vada salsa vias:
Hunc etiam cursum placidus rege, postque labores
Da salvum terris figere posse pedem.
[JULIANI ÆGYPTII, *Ex genere Præfectorum Augustalium.*]
Gaudia sunt vitæ patria et domus: illa negoti
Plurima res non est vita, sed ipse dolor.

SIVE

Crede, bonum vitæ domus est et patria: curæ
Multiplices non sunt vita, sed irrequies.

10. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Πούλυπος εἰναλίῃ ποτ' ἐπὶ προβλῆτι τανυσθεὶς
ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα·
οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα, τοὔνεκα καί μιν
αἰετὸς ἐκ νεφέων ὀξὺς ἔμαρψεν ἰδών·
πλοχμοῖς δ' εἰλιχθεὶς πέσεν εἰς ἅλα· δύσμορος ἦ ῥα
ἄμφω καὶ θήρης ἤμβροτε καὶ βιότου.

10. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Polypus marino quondam in scopulo extensus
soli fovendum multum dimisit pedem;
nondum vero erat petræ similis colorem, quapropter eum
aquila e nubibus acute visum corripuit;
at nexis-crinibus implicata cecidit in mare: infausta [profecto,
utrumque, et prædâ excidit et vitâ.

11. ΦΙΛΙΠΠΟΥ, οἱ δὲ ΙΣΙΔΩΡΟΥ.

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν· ἀμφότεροι δὲ
εἰς αὑτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠράνισαν.
Τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων
ταῖς κείνου φωναῖς ἀτραπὸν ὠρθοβάτει·
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη,
ἀλλήλοις μερίσαι τοὔλλιπὲς εἰς τέλεον.

11. PHILIPPI, aliis ISIDORI.

Captus hic quidem membris, ille vero oculis; utrique au- [tem
in se-mutuo quod sorti deerat contulerunt.
Cæcus enim deficiens-membris onus super-humeros tollens
illius vocibus viam recta-tendebat.
Omnia vero hæc edocuit acerba et quidvis-audens neces- [sitas,
inter-se ut-partirentur defecta in perfectionem.

12. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἠέρταζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
Ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν,
τοὔλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.

12. LEONIDÆ.

Cæcus circumerrans claudum pedibus attollebat,
oculis alienis vicissim-adjutus. [sunt,
Ambo autem dimidiati *sic* in unius naturam compaginati-
quod-deficiebat alter-alteri invicem-præbentes.

13. ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
ἦρε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.
Ἄμφω μὲν πηροὶ καὶ ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν ὄψεις,
ὃς δὲ βάσεις· ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίη·
τυφλὸς γὰρ χωλοῖο κατωμάδιον βάρος αἴρων
ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβάτει.
Ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις· ἐν γὰρ ἑκάστῳ
τοὔλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

13. PLATONIS JUNIORIS.

Virum quidam membris-captum luminibus-captus dorso
sustulit, pedes mutuo-dans, oculos accipiens-mutuo.
Ambo quidem mutili et errantes, sed hic luminibus,
alter vero fulcris-corporis: alterius alter erat famulatio.
Cæcus enim, claudi impositum-humeris onus tollens,
viam alienis oculis summis-digitis-carpebat.
Una vero utrisque sat-erat natura; in utroque enim
quod-deficiebat alter-ab-altero ad totum contulerunt.

14. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν ὑποπλώοντα λαθραίῃ
εἰρεσίῃ Φαίδων εἴσιδε πουλυπόδην·

14. ANTIPHILI BYZANTII

Littoris vadis subnatantem clandestino
remigio Phædo conspexit polypodem;

---

10. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Polypus extrema sese projecerat acta
Frigida, ut ad solem membra tepefaceret.
Adspicit hunc nondum mentitum saxa colore
Armiger, et curvo corripit ungue, Jovis.
Sed simul implicitus cirris et lapsus in æquor,
Sic terris prædam, perdit aquis animam.

11. PHILIPPI, *aut, juxta alios*, ISIDORI.

Luminibus caret ille, gradu caret alter; utrique
Quod fortuna negat præstat amicitia.
Fert humeris pedibus defectum lumine captus,
Claudus item cæco voce gubernat iter.
Sic docuit, quæ dura nihil non tentat, egestas,
Auxilia in tantis mutua ferre malis.

12. LEONIDÆ.

De cæco et claudo.

Cæcus inops inopem claudum cervice ferebat:
Munus is æquabat luminis officio.
Qui duo defecti fuerant: sunt integer unus,
Quod deerat, socia dum reparatur ope.

13. PLATONIS JUNIORIS.

De eodem.

Damnati tenebris humeros pede mancus utroque
Insidet: hic oculos commodat, ille pedes.

[ANTIPHILI, *de eodem.*]

Ambo sunt inopes, inopes et luminis ille,
Hic pedis; alterius sed viget alter ope.
Quippe vehens humeris mancum vir lucis egenus
Invenit, hac uti, quæ data, luce, viam.

14. ANTIPHILI BYZANTII.

Agnatis limosa subit dum littora remis
Polypus, hunc Phædon vidit et arripuit,

μάρψας δ' ὠκὺς ἔριψεν ἐπὶ χθόνα, πρὶν περὶ χεῖρας
πλέξασθαι βρύγδην ὀκτατόνους ἕλικας·
δισκευθεὶς δ' ἐπὶ θάμνον ἐς οἰκία δειλὰ λαγωοῦ,
εἰληδὸν ταχινοῦ πτωκὸς ἔδησε πόδας·
εἷλε δ' ἁλούς· σὺ δ' ἄελπτον ἔχεις γέρας ἀμφοτέρωθεν
ἄγρης χερσαίης, πρέσβυ, καὶ εἰναλίης.

15. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος, οὗτος, ὁ νύκτωρ
τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας· ἔνδοθι γάρ μου
καιόμενον πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

16. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Τρισσαὶ μὲν Χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι Ὧραι·
τρεῖς δ' ἐμὲ θηλυμανεῖς οἰστοβολοῦσι Πόθοι.
Ἦ γάρ τοι τρία τόξα κατείρυσεν, ὡς ἄρα μέλλων
οὐχὶ μίαν τρώσειν, τρεῖς δ' ἐν ἐμοὶ κραδίας.

17. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

Οὔρεος ἐξ ὑπάτοιο λαγὼς πέσεν ἔς ποτε βένθος,
ἐκπροφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός·
ἀλλ' οὐδ' ὧς ἤλυξε κακὸν μόρον· αὐτίκα γάρ μιν
εἰνάλιος μάρψας πνεύματος ὠρφάνισεν.
Ἐκ πυρός, ὡς αἶνος, πέσες ἐς φλόγα· ἦ ῥά σε δαίμων
κὴν ἁλὶ κὴν χέρσῳ θρέψε κύνεσσι βοράν.

18. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων με. Τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε, λαγοί, βατόν. Ἀλλὰ φοβοῦμαι,
Οὐρανέ· καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

19. ΑΡΧΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον Αἰετὸς ἵππων,
ὁ πρὶν ὑπαὶ μίτραις κῶλα καθαψάμενος,

et comprehensum citus projecit ad terram, priusquam
volveret ille mordicus octo-tensos cirros. [circa manus
Vibratus autem super viridarium in casulam misellam le-
circumplectendo velocis leporis ligavit pedes : [poris,
ac cepit captus. At tu insperatum habes munus utrimque,
prædæ terrestris, o senex, et marinæ.

15. ANONYMI.

Ipsum ignem urere quærens, o tu, qui noctu
pulchram facem cupis denuo-inflammare,
hic de mea anima accende lumen; intus enim in-me
quod-uritur multam emittit flammam.

16. MELEAGRI.

Ternæ *sunt* Gratiæ, ternæque dulces-virgines Horæ,
et terni me in feminas-insanientes sagittis-petunt Amores.
Sane enim *Amor* tres arcus traxit, tanquam utique
non unum vulneraturus, sed tria in me corda.

17. GERMANICI CÆSARIS.

Monte ex summo lepus cecidit olim in profundum,
effugere cupiens asperum dentem canis : [enim eum
sed ne sic quidem declinavit malum letum : confestim
marinus *canis* correptum animâ orbavit. [te dæmon
Ex igne, ut *est* fabula, cecidisti in flammam : sane igitur
et in mari et in terra aluit canibus escam.

18. EJUSDEM.

Post canem cepit canis me. Quid mirum? in me belluæ
humidæ et terrestres animum habent unum.
Æthera deinceps habeatis, o lepores, pervium. At timeo,
o Cœlum; et tu geris stellantem canem.

19. ARCHIÆ MITYLENÆI.

Qui olim velocibus-instar-procellæ præsplenduit Aquila
qui olim subtus tæniis membra induta-habebat, [equis,

Et projecit humi properans, octona priusquam
Vincirent geminas brachia sæva manus.
Ille rubum jactus tetigit leporemque latentem,
Et traxit pavidos in sua vincla pedes.
Sic cepit qui captus erat; tibi præmia cedunt
Bina, senex, terræ præda simulque maris.

15. INCERTI.

Heu vigilem qui nocte paras accendere flammam,
Et facibus velles lumen habere tuis,
Sume meo flammam de pectore : nam mea plena
Semper inexhaustis ignibus est anima.

16. MELEAGRI.

Temporibus præsunt tria numina, Gratia trina est :
Virginibus pariter me tribus urit amor.
Unum me triplici furiavit arundine, tamquam,
Esset non unum, sed tria corda mihi.

17. GERMANICI CÆSARIS.

Decidit in pelagus summo de culmine montis,
Evitare canum dum cupit ora, lepus.
Huc quoque persequitur mala sors, et in æquora lapsum
Arripit æquoreus dilaceratque canis.
Ex igne in flammam ruis. An fuit hoc tibi fatum,
Ut canibus terra præda marive fores?

18. EJUSDEM.

De cane servatum canis arripit, æquore nata
Vel terris pariter me premit ira canum.
Nil vobis tutum, lepores, nisi sidera : verum
Tuta nec hæc, quando est inter et astra canis.

19. ARCHIÆ [TARENTINI].

Æetus inter equos notissima gloria nuper
In sertis florens semper et in phaleris,

ὃν Φοίβου χρησμῳδὸς ἀέθλιον ἔστεφε Πυθὼ,
ὀρνύμενον πτανοῖς ὠκυπέταις ἴκελον,
καὶ Νεμέη βλοσυροῖο τιθηνήτειρα λέοντος,
Πῖσά τε, καὶ δοιὰς ἠόνας Ἰσθμὸς ἔχων,
νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, οἷα χαλινῷ,
καρπὸν ἐλᾷ Δηοῦς ὀκριόεντι λίθῳ,
ἴσαν μοῖραν ἔχων Ἡρακλέϊ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος
τόσσ' ἀνύσας δούλαν ζεῦγλαν ἐφηρμόσατο.

quem Phœbi fatidica certatorem coronabat Pytho,
prosilientem avibus cito-volantibus similem,
et Nemea terribilis nutrix leonis,
Pisaque, et bina littora Isthmus habens,
nunc vinculo collum impeditus, tanquam freno,
fructum Cereris terit-circumacto aspero lapide,
parem sortem habens Herculi; etenim ille,
tot-et-tantis-rebus confectis, servile jugum subiit.

20. ΑΛΛΟ.

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ στεφανηφόρος, ὦνερ, ὁ τὸ πρὶν
δισσάκι κηρυχθεὶς Κασταλίης παρ' ὕδωρ,
ὁ πρὶν ἐγὼ Νεμέῃ βεβοημένος, ὁ πρὶν ἐπ' Ἰσθμῷ
πῶλος, ὁ πρὶν πτηνοῖς ἶσα δραμὼν [τ'] ἀνέμοις,
νῦν ὅτε γηραιὸς, γυροδρόμον ἠνίδε πέτρον
δινεύω, στεφέων ὕβρις, ἐλαυνόμενος.

20. ALIUD.

Qui olim apud Alpheum coronas-retuli, o tu, qui olim
bis victor-declaratus Castaliæ propter aquam,
qui olim Nemeæ proclamatus, qui olim apud Isthmum
juvenis, qui olim volucribus pariter currebam et ventis,
nunc quum senior *sum*, in gyrum-currentem ecce lapi-[dem
verso, coronarum ignominia, circumactus.

21. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σοὶ, πατρὶ Θεσσαλίῃ πωλοτρόφε, μέμψιν ἀνάπτω
Πήγασος, ὡς ἀδίκου τέρματος ἠντίασα·
ὃς Πυθοῖ, κὴν Ἰσθμῷ ἐκώμασα, κἠπὶ Νέμειον
Ζᾶνα, καὶ Ἀρκαδικοὺς ἤλυθον ἀκρεμόνας·
νῦν δὲ βάρος πέτρης Νισυρίδος ἔγκυκλον ἕλκω,
λεπτύνων Δηοῦς καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

21. ANONYMI.

Tibi, o patria Thessalia equorum-nutrix, vituperium induco
Pegasus, quod injustum finem nactus-sum,
qui Pythone, et Isthmo pompam-duxi, et ad Nemeum
Jovem, et Arcadicos accessi ad surculos :
at nunc onus petræ Nisyricæ rotundum traho,
comminuens Cereris fructum a spicis.

22. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Νηδύϊ βριθομένην δάμαλιν Λητωΐδι κούρῃ
στῆσαν νηοκόροι θῦμα χαριζόμενοι,
ἧς ἀΐδην μέλλοντα προέφθασεν εὔστοχος ὠδὶς,
πέμφθη δ' εἰς ἀγέλην τεκνογονεῖν ἄφετος.
Ἡ θεὸς ὠδίνων γὰρ ἐπίσκοπος οὐδ' ἐδίκαζεν
τικτούσας κτείνειν, ἃς ἐλεεῖν ἔμαθεν.

22. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Ventre gravidam juvencam Latoniæ virgini
statuerunt æditui victimam gratificantes :
cujus mortem jam-venturam prævertit opportuna partu-[ritio,
missaque est in gregem ut-pareret libera.
Dea enim parturitionum præses minime fas-esse-duxit
parientes interficere, quas misereri didicit.

23. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Γειαρότης Ἄρχιππος, ὅτ' ἐκ νούσοιο βαρείης
ἄρτι λιποψυχέων ἔρρεεν εἰς ἀΐδην,

23. ANTIPATRI.

Agricola Archippus, quum e morbo gravi
jam animam-agens prolaberetur in orcum,

Cui dedit insignes Pytho Phœbea coronas,
Cum pede penniferas antevolaret aves;
Silvaque terribilis nutrix Nemeæa leonis,
Pisaque, et æquoreas qui secat Isthmos aquas :
Nunc quo frena tulit, fert lignea vincula collo,
Et Cereris valido marmore frangit opes.
Hoc habet Alcidæ; namque is quoque, maxima facta
Cum patrasset, iit sub famulare jugum.

20. [LEONTII.]

Aliud.

Ille ego, quem Pisam prælapsus olivifer amnis,
Quem vos Castaliæ bis decorastis aquæ,
Victorem Nemee quem proclamavit et Isthmus,
Æquiparans cursu flamina nuper equus;
Nunc ubi consenui (pudor o probrumque coronis!)
Perpetuo saxi pondus in orbe roto.

21. INCERTI.

Tantorumne mihi finis datur ista laborum,
O patria, o tellus Thessala dives equis?
Ille ego qui Delphis, Nemeæque et frondis honore,
Arcados et bimari littore victor eram,
Pegasus ecce trahens petræ Nisyretidos orbem,
Spiciferæ segetis mitia dona tero.

22. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Fœta trahebatur bos ad Latoïdos aras,
Instabant jugulo turba cruenta popæ :
Ante necem subiti partus venere dolores;
Ut melius pareret, redditur illa gregi.
Nam Dea, materni nixus tutela, recusat
Mortem ferre, quibus ferre solebat opem.

23. ANTIPATRI.

Rusticus ardentes tolerans in corpore morbos
Archippus, mortem dum videt esse prope,

εἶπε τάδ' υἱήεσσιν· « Ἰὼ φίλα τέκνα, μάκελλαν
  καὶ τὸν ἀροτρίτην στέρξατέ μοι βίοτον·
μὴ σφαλερῆς αἰνεῖτε πόνον στονόεντα θαλάσσης,
  καὶ βαρὺν ἀτηρῆς ναυτιλίης κάματον.
Ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ,
  τόσσον ἁλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη ».

24. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης
  ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος·
ὑμνοπόλους δ' ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν Ὅμηρος,
  λαμπρότατον Μουσῶν φέγγος ἀνασχόμενος.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὅς ποτε λεπτῇ
  φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο,
ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας, οἷσιν ἐναργὴς
  ἰλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται.
Αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα, καὶ Διὸς εἶναι
  δεύτερος, ὅστις ἔθηκ' ἄστρα φαεινότερα.

26. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Τάσδε θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
  ὕμνοις, καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος,
Πρήξιλλαν, Μοιρώ, Ἀνύτης στόμα, θῆλυν Ὅμηρον,
  Λεσβιάδων Σαπφὼ κόσμον ἐϋπλοκάμων,
Ἤρινναν, Τελέσιλλαν ἀγακλέα, καὶ σὲ, Κόριννα,
  θοῦριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμέναν,
Νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυαχέα Μύρτιν,
  πάσας ἀενάων ἐργάτιδας σελίδων.
Ἐννέα μὲν Μούσας μέγας Οὐρανὸς, ἐννέα δ' αὐτὰς
  Γαῖα τέκεν, θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύναν.

dixit hæc filiis : « Heus cari pueri, ligonem
  et quæ-cum-aratro-est diligite mihi vitam :
ne lubrici laudetis laborem gemebundum maris,
  et gravem funestæ navigationis laborem.
Quanto novercâ dulcior est mater,
  tanto mari cano terra amabilior. »

24. LEONIDÆ TARENTINI

Astra quidem obscurare-solet et sacros orbes lunæ
  axem circumagens (*oriens*) igneus sol :
vates autem gregatim offuscavit Homerus,
  clarissimum Musarum lumen attollens.

25. EJUSDEM.

Scriptum hoc *est* Arati docti, qui olim subtili
  cura æterna sidera exploravit,
fixasque simul et errantes, quibus manifestum
  quod-volvitur circulis cœlum illigatum-est
Laudetur autem molitus opus ingens, et ab Jove esse
  alter *dicatur*, qui reddidit stellas lucidiores.

26. ANTIPATRI THESSALON.

Hasce divina-præditas-lingua Helicon aluit mulieres
  hymnis, et Macedo Pieriæ scopulus :
Praxillam, Mœronem, Anytes os, muliebrem Homerum,
  Lesbiadum Sapphonem decus pulchre-comatarum,
Erinnam, Telesillam præclaram, et te, o Corinna,
  bellicosum Minervæ scutum quæ-cecinisti,
Nossida molle-loquentem, et mellisonan Myrtim,
  cunctas perennium opifices paginarum.
Novem quidem Musas ingens cœlum, novem vero illas
  terra genuit, mortalibus æternam lætitiam.

Ultima verba dedit natis : Purgare ligone
  Sit labor et rastris frangere vester humum.
Ne maris infidi trepidos tentate labores,
  Pendeat a fragili nec trabe vestra salus.
Exsuperat quantum mater pietate novercam,
  Dulcior est tanto, credite, terra mari.

24. LEONIDÆ TARENTINI.

De Homero.

Occulit ætherios ignes ipsamque sororem
  Sol, tepidum nitido cum vehit axe diem :
Non aliter veterum cessit tibi gloria vatum,
  Ortus es ut Musis lumen, Homere, novum.

25. LEONIDÆ TARENTINI.

De Phænomenis Arati.

Ingenio magni deductum carmen Arati
  Aspicis : his ignes novimus ætherios,
Errantes simul et stantes, ad lumina quorum
  Multiplici clausus saltat in orbe polus :
Doctæ mentis opus laudabile, quippe secundus
  Ille Jovi, per quem clarius astra micant.

ANTIPATRI.

De Arato.

Accipe deductum sapientis carmen Arati,
  Omnia qui nobis sidera nosse dedit,
Seu vaga sunt, seu fixa, quibus pulsatur Olympi
  Regia, tam multis orbibus implicita.
Laus operis sit magna : Jovi nam proximus ille est,
  Cujus ab ingenio clarius astra micant.

26. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Sunt etiam doctæ, muliebria nomina, vates,
  Quas Helicon aluit Pieriumque jugum.
Praxilla et Myro facundaque gloria Lesbi,
  Et quæ vix Anyte cedit, Homere, tibi.
Est Erinna etiam Telesillaque, tuque Corinna,
  Quæ docta clypeum Palladis arte canis :
Et Myrtis placida et versu quoque femina Nossis,
  Omnes perpetui carminis artifices.
Ætheris æquavit tellus fœcunda labores,
  Ille novem Musas protulit, ista novem.

27. ΑΡΧΙΟΥ, οἱ δὲ ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Εὔφημος γλώσσῃ παραμείβεο τὰν λάλον Ἠχὼ,
καὶ λάλον· ἤν τι κλύω, τοῦτ' ἀπαμειβομέναν.
Εἰς σὲ γὰρ ὃν σὺ λέγεις στρέψω λόγον· ἢν δὲ σιωπᾷς,
σιγήσω. Τίς ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;

27. ARCHIÆ, aliis PARMENIONIS.

Bona-verba-dicens præteri garrulam Echonem, [dentem.
et non garrulam; si quid audio, hoc *ipsum* respon-
Ad te enim quem tu dicis vertam sermonem; si vero siles,
tacebo. Quænam meâ lingua justior?

28. ΠΟΜΠΗΙΟΥ, οἱ δὲ ΜΑΡΚΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Εἰ καὶ ἐρημαίη κέχυμαι κόνις ἔνθα Μυκήνη,
εἰ καὶ ἀμαυροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου,
Ἴλου τις καθορῶν κλεινὴν πόλιν, ἧς ἐπάτησα
τείχεα, καὶ Πριάμου πάντ' ἐκένωσα δόμον,
γνώσεται ἔνθεν ὅσον πάρος ἔσθενον. Εἰ δέ με γῆρας
ὕβρισεν, ἀρκοῦμαι μάρτυρι Μαιονίδῃ.

28. POMPEI, vel MARCI JUNIORIS.

Etsi desertus fusus-sum cinis hic Mycene,
etsi obscurior omni intueri rupe,
Ili quispiam spectans claram urbem, cujus conculcavi
mœnia, et Priami totam viduavi domum,
noverit hinc quantum prius valuerim. Si vero me senium
insultavit, contentus-sum teste Mæonida.

29. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγὲ (σὺ γὰρ δρόμον ηὕραο πόντου,
καὶ ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠρέθισας),
οἷον ἐτεκτήνω δόλιον ξύλον, οἷον ἐνῆκας
ἀνθρώποις θανάτῳ κέρδος ἐλεγχόμενον;
Ἦν ὄντως μερόπων χρύσεον γένος, εὖτ' ἀπὸ χέρσου
τηλόθεν, ὡς Ἀΐδης, πόντος ἀπεβλέπετο.

29. ANTIPHILI BYZANTII

Audacia, navium auctrix (tu enim cursum invenisti ponti,
et animos virorum lucris excitasti),
quale fabricata-es dolosum lignum, quale immisisti
hominibus morte lucrum rependendum?
Erat revera hominum aurea gens, quando a terra
procul, ut Orcus, pontus prospiciebatur.

30. ΖΗΛΩΤΟΥ, οἱ δὲ ΒΑΣΣΟΥ.

Ἐκλάσθην ἐπὶ γῆς ἀνέμῳ πίτυς· ἐς τί με πόντῳ
στέλλετε ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης;

30. ZELOTI, aliis BASSI.

Fracta-sum super terra vento pinus: quid vos me ponto
immittitis naufragum stipitem ante navigationem?

31. ΑΛΛΟ.

Ἐς τί πίτυν πελάγει πιστεύετε, γομφωτῆρες,
ἧς πολὺς ἐξ ὀρέων ῥίζαν ἔλυσε νότος;
Αἴσιον οὐκ ἔσομαι πόντου σκάφος, ἐχθρὸν ἀήταις
δένδρεον· ἐν χέρσῳ τὰς ἁλὸς οἶδα τύχας.

31. ALIUD.

Quid pinum pelago committitis, carpentarii, [Notus?
cujus multus *ingruens* de montibus radicem abrupit
Fausta non ero ponti scapha, invisa ventis
arbor: in arida *terra* maris novi fata.

32. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀρτιπαγῆ ῥοθίαισιν ἐπὶ κροκάλαισί με νῆα,
καὶ μήπω χαροποῦ κύματος ἁψαμέναν,

32. ANONYMI.

Nuper-compactam sonantibus in arenis me navem,
et quæ nondum cæruleum fluctum tetigeram,

---

27. ARCHIÆ.

In Echo.

Lingua fave celebraque tuis me vocibus Echo:
Garrula sum, nec sum garrula: reddo sonos.
Si loqueris, simul ipsa loquor, taceoque tacenti:
Vox an mente capi justior ulla potest?

28. POMPEII, *aut ut alii volunt*, MARCI *Junioris*.

De Mycenis.

Sim deserta licet, sim pulvis tota Mycene,
Horridior scopulo, quem maris ambit aqua:
Mœnia Dardanidæ quisquis respexerit Ili,
Et Priami nostra diruta tecta manu,
Quæ fuerim discet; quod si mihi longa vetustas
Officit, ad testem provoco Mæoniden.

29. ANTIPHILI BYZANTII.

Æquorei cursus audacia prima repertrix,
Tu mentes hominum quæstibus illaqueas.
Quantus inest isti ligno dolus? ah grave lucrum,
Quod toties domino cum pereunte perit!
Aurea tunc vere flueret mortalibus ætas,
Si procul a terris esset, ut orcus, aqua.

30. ZELOTI.

Eruta sum ventis pinus: ne tangite fabri:
Naufraga sum terris, cur ego mittar aquis?

31. INCERTI.

Quid vultis miseri pelago me credere pinum,
Non potuit radix si mea ferre notos?
Passa solo pelagi casus, odiosaque ventis
Arbor adhuc, felix nec ratis omen ero.

32. INCERTI.

Stabam facta recens in rauco littore navis
Ad pelagi primas ire parata vias:

οὐδ' ἀνέμεινε θάλασσα· τὸ δ' ἄγριον ἐπλήμμυρεν
χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠϊόνων
ὁλκάδα τὰν δειλὰν αἰεὶ κλόνος, ἧγε τὰ πόντου
χεύματα κὴν χέρσῳ λοίγια κὴν πελάγει.

ne exspectavit quidem mare : sed sævus exundavit
æstus, et e solidis eripuit littoribus
navem timidam semper fragor, quandoquidem ponti
æstus et in arida funesti *sunt* et in pelago.

33. ΚΥΛΛΗΝΙΟΥ.

Οὔπω ναῦς, καὶ ὄλωλα· τί δ' ἂν πλέον, εἰ βυθὸν ἔγνων,
ἔτλην; Φεῦ, πάσαις ὁλκάσι μοῖρα κλύδων.

33. CYLLENII.

Nondum *sum* navis, et perii; quid vero pejus, si gurgitem nossem,
exantlavissem? Heu! cunctis navibus fatum *est* fluctus.

34. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Μυρία με τρίψασαν ἀμετρήτοιο θαλάσσης
κύματα, καὶ χέρσῳ βαιὸν ἐρεισαμένην,
ὤλεσεν οὐχὶ θάλασσα, νεῶν φόβος, ἀλλ' ἐπὶ γαίης
Ἥφαιστος. Τίς ἐρεῖ πόντον ἀπιστότερον;
ἔνθεν ἔφυν ἀπόλωλα· παρ' ἠϊόνεσσι δὲ κεῖμαι,
χέρσῳ τὴν πελάγευς ἐλπίδα μεμφομένη.

34. ANTIPHILI BYZANTII.

Infinitos me quæ-trivi immensi maris
fluctus, et aridæ paululum innixam,
perdidit non mare, navium terror, sed in terra
Vulcanus. Quis dicet pontum perfidiorem?
Unde nata-sum, *ibi* interii; propter littora autem jaceo,
aridæ *terræ* maris minas exprobrans.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄρτι με πηγνυμένην ἀκάτου τρόπιν ἔσπασε γείτων
πόντος, κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος.

35. EJUSDEM.

Nuper me compactam scaphæ carinam traxit vicinus
pontus, vel in aridâ in me desæviens.

36. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ.

Ὁλκὰς ἀμετρήτου πελάγους ἀνύσασα κέλευθον,
καὶ τοσάκις χαροποῖς κύμασι νηξαμένη,
ἣν ὁ μέλας οὔτ' Εὖρος ἐπόντισεν, οὔτ' ἐπὶ χέρσον
ἤλασε χειμερίων ἄγριον οἶδμα Νότων,
ἐν πυρὶ νῦν ναυηγὸς ἐγὼ χθονὶ μέμφομ' ἀπίστῳ,
νῦν ἁλὸς ἡμετέρης ὕδατα διζομένη.

36. SECUNDI.

Navis immensi pelagi quæ-confeci iter,
et toties cæruleis fluctibus innatavi,
quem niger nec Eurus mersit, nec ad aridam
pepulit hiemalium sævus æstus Notorum,
in igne nunc naufraga ego cum-terra expostulo infida,
nunc maris nostri aquas quærens.

37. ΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

α. Σιγήσας ἄρυσαι. β. Τίνος οὕνεκα; α. Μηκέτ' ἀρύου.
β. Τεῦ χάριν; α. Ἡσυχίης ἡδὺ λέλογχα ποτόν.
β. Δύσκολος ἡ κρήνη. α. Γεῦσαι, καὶ μᾶλλον ἐρεῖς με
δύσκολον. β. Ὦ πικροῦ νάματος. α. Ὦ λαλιῆς.

37. TULLII FLACCI.

a. Silens hauri. *b*. Quam ob rem? *a*. Ne jam hauri.
b. Quare? *a*. Tranquillitatis dulcem sortitus-sum potum.
b. Acerbus hic fons. *a*. Gusta, et potius dices me
acerbum. *b*. Proh amarum fluentum! *a*. Proh loquacitatem!

Non exspectavit mare me, sed adultior æstus
Ipsa superfusus littora me rapuit.
Ah miseræ naves, quibus exitiabilis unda est,
Non minus in terris quam solet in pelago.

33. CYLLENII PETIANI.

Jam perii, neque navis eram : quid passa fuissem
In pelago? ratibus fluctus ubique nocet.

34. ANTIPHILI BYZANTII.

Æquoris immensi longos emensa meatus
Vix modico tetigi tempore navis humum.
At mihi non nocuit ratibus timor unda, sed ignis
In terra. Quis adhuc æquora sæva vocet?
Quo sum nata loco, perii. Pars littore restans
Æquoream terris exprobrat ecce fidem.

35. EJUSDEM.

Vix bene facta fui, cum me vicinia ponti
Abripit : in terras cur maris ira venis?

36. SECUNDI.

Quæ toties puppis cursu felice natavi,
Per maris immensas velificata vias;
Quam neque Corus aquis mersit, nec in horrida saxa
Impulit hiberni sæva procella Noti;
De tellure queror, flammis ubi naufraga fio :
Hei mihi! quod nostræ tam procul estis aquæ.

37. STATYLLII FLACCI.

De Fonte dicto Quietis.

Sume tacens. Quare? Jam noli sumere. Quare?
Sic ego sum : tacitis est mea dulcis aqua.

[INCERTI.]

Tædia fons adfers. Bibe quo magis hoc mihi dicas.
Vah tristes latices! Vah quoque lingua loquax!

38. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰ μὲν ἀνὴρ ἥκεις, ἄρυσαι, ξένε, τῆσδ' ἀπὸ πηγῆς·
εἰ δὲ φύσει μαλακὸς, μή με πίῃς πρόφασιν.
Ἄῤῥεν ἐγὼ ποτόν εἰμι, καὶ ἀνδράσι μοῦνον ἀρέσκω·
τοῖς δὲ φύσει μαλακοῖς ἡ φύσις ἐστὶν ὕδωρ.

39. ΜΟΥΣΙΚΙΟΥ.

Ἁ Κύπρις Μούσαισι· « Κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
« τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι ».
Χαὶ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν· « Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
« ἡμῖν δ' οὐ πέτεται τοῦτο τὸ παιδάριον. »

40. ΖΩΣΙΜΟΥ ΘΑΣΙΟΥ.

Οὐ μόνον ὑσμίνῃσι καὶ ἐν στονόεντι κυδοιμῷ
ῥύομ' ἀρειτόλμου θυμὸν Ἀναξιμένους,
ἀλλὰ καὶ ἐκ πόντου, ὁπότ' ἔσχισε νῆα θάλασσα,
ἀσπὶς, ἐφ' ἡμετέρης νηξάμενον σανίδος.
Εἰμὶ δὲ κὴν πελάγει καὶ ἐπὶ χθονὸς ἐλπὶς ἐκείνῳ,
τὸν θρασὺν ἐκ διπλῶν ῥυσαμένη θανάτων.

41. ΘΕΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Ἡ πάρος ἀντιπάλων ἐπιήρανος ἀσπὶς ἀκόντων,
ἡ φόνιον στυγνοῦ κῦμα φέρουσα μόθου,
ἄγριον οὐδ' ὅτε πόντος ἐπὶ κλόνον ἤλασε φωτὶ,
καὶ πικρὴ ναυτέων ἔπλεθ' ἀλιφθορίη,
συζυγίης ἀμέλησα· καλὸν δέ σε φόρτον ἄγουσα,
ναὶ φίλος, εὐκταίων ἄχρις ἔβην λιμένων.

42. ΙΟΥΛΙΟΥ ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εἰν ἑνὶ κινδύνους ἔφυγον δύο Μυρτίλος ὅπλῳ,
τὸν μὲν, ἀριστεύσας· τὸν δ', ἐπινηξάμενος,
ἀργέστης ὅτ' ἔδυσε νεὼς τρόπιν· ἀσπίδα δ' ἔσχον
σωθεὶς κεκριμένην κύματι καὶ πολέμῳ.

43. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Ἀρκεῖ μοι χλαίνης λιτὸν σκέπας, οὐδὲ τραπέζαις

38. ANONYMI.

Si quidem vir accessisti, hauri, hospes, noc ex fonte.
si vero natura mollis, ne me bibas prætextu *mollitiei*
Masculus ego potus sum, et viris tantum placeo;
natura vero mollibus sua natura est aqua.

39. MUSICII.

Cypris Musis : « Puellulæ, *ait*, Venerem
« colite, aut Amorem *ego* in-vos armabo. »
Et Musæ ad Cyprin : « Marti *dic* pulchella ista;
« nobis vero non volat iste puerulus. »

40. ZOSIMI THASII.

Non solum *in* pugnis et in gemebundo tumultu
sospito audacis-in-prœlio animum Anaximenis,
sed etiam ex ponto, quum fregit navem mare,
scutum *ego*, nostræ innatantem tabulæ.
Sum autem et in pelago et in terra spes illi,
impavidum e duplici quod-eripui morte.

41. THEONIS ALEXANDRINI.

Quod prius hostilia arcebam scutum jacula,
quod cruentam tristis undam tuli pugnæ, [viro,
ne tum quidem quum sævum pontus vorticem incussit
et amarus nautarum fiebat in-mari-interitus,
consortii negligens-fui; pulchrum vero te onus vehens,
næ carus, optatos adusque veni portus.

42. JULII LEONIDÆ.

In uno pericula effugi duo Myrtilus instrumento,
hoc quidem, fortissime-pugnans, illud vero, innatans,
Argestes *ventus* quando mersit navis carinam : scutum [habui
servatus *spectatum et* fluctu et bello.

43. PARMENIONIS MACEDONIS.

Sat-est mihi pallii vile tegmen, neque mensis

---

38. INCERTI.

De Salmacide.

Si vir es, his ab aquis hauri quantum libet, hospes :
Si mollis, vitii ne tibi causa vocer.
Mas mihi fons, maribus potari gaudeo solis :
Mollibus ingenium Salmacis unda suum est.

39. MUSICII, *aut ut alii volunt*, PLATONIS.

Blanda Venus Musis : Venerem celebrate puellæ,
Ne meus hic in vos arma capessat Amor.
At Veneri Musæ : Marti jactare memento
Talia : nam nobis non volat iste puer.

40. ZOSIMI THASII.

Non ego tunc tantum, cum poscunt horrida Martis
Prœlia, magnanimum tutor Anaximenem.
Pro tabula clypeus volvi vexique natantem,
Cum puppim pelagi jam laceraset hyems.
Sic ego fida salus domino terraque marique;
Audacem nulla morte perire sino.

41. THEONIS ALEXANDRINI.

Qui clypeus toties repuli quæ miserat hostis
Spicula, dum Martis sæva procella furit,
Tunc quoque, cum peterent dominum fera prœlia ponti
Et circum clades nautica multa foret,
Mansi fida comes, vexique per æquora, donec
Ad faciles portus dulce veniret onus.

42. JULII LEONIDÆ.

Myrtilus en duplici discrimine solvor ab uno,
Et victor clypeo, victor et in clypeo.
Cum ferus evertit puppim notus, ille salutem
Attulit, æquoreas sanguine mixtus aquas.

43. PARMENIONIS MACEDONIS.

Sat mihi palliolum pro tegmine : non ego mensis

δουλεύσω, Μουσέων ἄνθεα βοσκόμενος.
Μισῶν πλοῦτον ἄνουν, κολάκων τροφὸν, οὐδὲ παρ' [ὀφρὺν
στήσομαι· οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς ἐλευθερίην.

44. ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

45. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν· ὧν ὁ μὲν εὑρὼν
ῥίψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

46. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Πηρὸς ἄπαις, ἢ φέγγος ἰδεῖν ἢ παῖδα τεκέσθαι
εὐξαμένη, δοιῆς ἔμμορεν εὐτυχίης·
τίκτε γὰρ * εὐθὺς ἄελπτα μετ' οὐ πολὺ, καὶ τριποθήτου
αὐτῆμαρ γλυκερὸν φέγγος ἐσεῖδε φάους.
Ἄρτεμις ἀμφοτέροισιν ἐπήκοος, ἥ τε λοχείης
μαῖα, καὶ ἀργεννῶν φωσφόρος ἡ σελάων.

47. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
Αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται·
ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.

48. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

49. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐλπὶς καὶ σὺ, Τύχη, μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον·
οὐδὲν ἐμοί γ' ὑμῖν· παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

50. ΜΙΜΝΕΡΜΟΥ.

Τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε· δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

servĭam, Musarum flores qui-pascor.
Odi divitias sine-mente, adulatorum nutrices, neque ad [superbum-nutum
stabo : novi parvæ dapis libertatem.

44. PLATONIS MAGNI.

Auro vir invento reliquit laqueum; sed qui aurum
relictum non invenit, nexuit inventum laqueum.

45. STATYLLII FLACCI.

Aurum vir hic invenit, ille perdidit : quorum qui invenit,
abjecit; sed qui non invenit, tristem vinxit laqueum.

46. ANTIPATRI MACEDONIS.

Cæca *mulier* sine-liberis, aut lucem videre aut puerum [gignere
precata, duplicem sortita-est felicitatem :
peperit enim (Atthis) insperato non multo post, et ex- [optatissimæ
ea-ipsa-die dulce lumen vidit lucis
Diana utrimque ei audiens-erat, quæ et puerperii
obstetrix, et candidorum lucifera splendorum.

47. ANONYMI.

Lupum ex propriis uberibus alo invita,
sed me cogit pastoris dementia.
Educatus vero a me, in me rursus bellua erit :
gratia mutare naturam non valet.

48. ANONYMI.

Juppiter *fuit* cycnus, taurus, satyrus, aurum ob amorem
Ledæ, Europes, Antiopæ, Danaes.

49. INCERTUM.

Spes et tu, Fortuna, magnum valete : portum inveni.
Nil mihi et vobis *commune est*. Ludite post me venturos.

50. MIMNERMI.

Tuam ipsius mentem mulce; difficilium vero civium
alius quispiam de te male, alius melius dicet.

Servio, qui pascor floribus Aonidum.
Triste et adulantes et nutus triste potentum
Ferre mihi; in modica libera vita dape est.

44. PLATONIS, *aut ut alii volunt*, ANTIPATRI.

Invento laqueum quidam projecerat auro :
Aurum cui periit se jacit in laqueum.

45. STATYLLII FLACCI.

Aurum qui reperit laqueum abjicit : alter ut aurum
Non reperit, perit hoc quem reperit laqueo.

46. ANTIPATRI MACEDONIS.

Orba carens visu, parcere aut admittere lucem,
Alterutrum precibus poscit, utrumque refert.
Namque brevi peperit, partusque puerpera vidit
Tempore, quem nunquam viderat ante, diem.
Experta est pariter vires utriusque Dianæ,
Quæque uterum solvit, quæque videnda micat.

47. INCERTI.

Non hunc sponte lupi catulum tamen ubere pasco :
Sic jubet insano pectore pastor herus.
At meus hic crescens, in me fera fiet alumnus :
Mutare ingenium nec benefacta valent.

48. INCERTI.

Juppiter igne furens, fit olor, bos, Faunus, et aurum,
Ledes, Europes, Antiopes, Danaæ.

49. INCERTI.

Jam reperi portum : spes et fortuna valete;
Ludite, vobiscum nil mihi, nunc alios.

50. MIMNERMI.

Dulce quod est animo cura : nec respice vulgus :
Hic male si de te fatur, at ille bene.

51. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.

51. PLATONIS.

Ætas cuncta fert; longum tempus novit mutare
nomen et formam et naturam et sortem.

52. ΚΑΡΠΥΛΛΙΔΟΥ.

Ἰχθύας ἀγκίστρῳ τις ἀπ' ἠόνος εὔτριχι βάλλων
εἵλκυσε ναυηγοῦ κρᾶτα λιποτριχέα.
Οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον, ἐξ ἀσιδήρου
χειρὸς ἐπισκάπτων λιτὸν ἔχωσε τάφον·
εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κτέαρ. Ἦ ῥα δικαίοις
ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

52. CARPYLLIDÆ.

Pisces hamo quispiam a ripa pilis-bene-instructo petens
traxit naufragi caput pilis-destitutum.
Miseratusque mortuum sine *reliquo* corpore, inermi
manu fodiens tenuem egessit tumulum;
invenit autem abditum auri thesaurum. Profecto justis
viris pietatis non periit gratia.

53. ΝΙΚΟΔΗΜΟΥ, οἱ δὲ ΒΑΣΣΟΥ.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαῶν
ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν Ἀΐδῃ.

53. NICODEMI, aliis BASSI.

Hippocrates lumen erat mortalium, et servabantur *ab eo* [hominum
gentes, et mortuorum erat penuria in Orco.

54. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

54. MENECRATIS

Senectutem, quum abest, quisque optat; si quando autem [advenit,
culpat: est vero semper melior quando-debetur.

55. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ, οἱ δὲ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΣΑΜΙΟΥ.

Εἴ τις γηράσας ζῆν εὔχεται, ἄξιός ἐστι
γηράσκειν πολλῶν εἰς ἐτέων δεκάδας.

55. LUCILLII, aliis MENECRATIS SAMII.

Si quis senior-factus vivere optat, dignus est
qui senescat multorum in annorum decadas.

56. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἕβρου Θρηϊκίου κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ
νήπιος εἰσβαίνων οὐκ ἔφυγεν θάνατον·
ἐς ποταμὸν δ' ἤδη λαγαρούμενον ἴχνος ὀλισθών,
κρυμῷ τοὺς ἁπαλοὺς αὐχένας ἀμφεκάρη.
Καὶ τὸ μὲν ἐξεσύρη λοιπὸν δέμας· ἡ δὲ μένουσα
ὄψις ἀναγκαίην εἶχε τάφου πρόφασιν.
Δύσμορος ἧς ὠδῖνα διείλατο πῦρ τε καὶ ὕδωρ·
ἀμφοτέρων δὲ δοκῶν, οὐδενός ἐστιν ὅλως.

56. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Hebri Thracii gelu constrictam aquam
puer ingressus non effugit mortem.
In flumen vero jam extenuata-glacie vestigio lapsus,
gelu (*glacie*) teneras fauces circumcisus est.
Et abreptum quidem est ceterum corpus; manens vero
vultus necessariam habuit sepulturæ causam.
Infausta *mater*, cujus partum divisit ignisque et aqua:
utriusque dum videtur *esse*, neutrius est omnino.

---

51. PLATONIS.

Omnia fert ætas: naturam, nomina, formam
Fortunamque solet vertere longa dies.

52. CARPHYLIDIS.

Crinigera quidam dum captat arundine pisces,
Navifragum ducit jam sine crine caput:
Et, quia non aderat ferrum, pia dextera supplens
Officium tumulo condidit ossa levi.
Invenit hic auri pondus grave. Gratia jure
Non perit, et pretium pro pietate datur.

53. NICOMEDIS, *aut, ut alii volunt,* BASSI.

In honorem Hippocratis.

Hippocrates deus est populis et lucifer orbi
Maximus, et paucos en rapit interitus.

Reciprocum.

Interitus rapit en paucos, et maximus orbi
Lucifer, et populis est deus Hippocrates.

54. MENECRATIS.

Quærimus absentem, præsentem plangimus, et quæ
Ventura est nobis sola senecta placet.

55. LUCILLII.

Decrepitus si quis tamen optat vivere, dignus
Est annos centum vivere decrepitus.

56. PHILIPPI.

Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,
Eripuit vitam mors inopina brevem.
Nam minuente gelu cum pondere rumperet amnem,
Abscidit infelix lubrica testa caput.
Cætera vis fluvii rapuit, servataque tantum
Funereo mater repperit ora rogo.
Heu miseræ partum diviserat ignis et unda;
Qui neutrius erat sic utriusque fuit.

57. ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

Τίπτε παναμέριος, Πανδιονὶ χάμμορε κούρα,
μυρομένα κελαδεῖς τραυλὰ διὰ στομάτων;
ἤ τοι παρθενίας πόθος ἵκετο, τάν τοι ἀπηύρα
Θρηΐκιος Τηρεὺς αἰνὰ βιησάμενος;

57 PAMPHILI.

Quid-tandem totum-diem, Pandionis infelix puella,
ingemens strepis blæsum-sonum per ora?
an te virginitatis desiderium subiit, quam tibi eripuit
Threïcius Tereus sævam inferens-vim?

58. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Καὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος
καὶ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ Ζᾶνα κατηυγασάμην,
κάπων τ' αἰώρημα, καὶ Ἠελίοιο κολοσσὸν,
καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον,
μνᾶμά τε Μαυσωλοῖο πελώριον· ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
κεῖνα μὲν ἠμαύρωσ' ὅδε, κἠνίδε νόσφιν Ὀλύμπου
Ἅλιος οὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

58. ANTIPATRI.

Et asperæ Babylonis qui-perambulari-potest curribus murum
et apud Alpheum Jovem illum vidi,
hortorumque suspensa-spatia, et Solis colossum,
et magnum celsarum pyramidum laborem,
monumentumque Mausoli ingens : sed ubi conspexi
Dianæ nubes adusque currentem domum,
illa quidem obscuravit hæc, et ecce citra Olympum
Sol nullidum rei tali illuxit.

59. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τέσσαρες αἰωροῦσι τανυπτερύγων ἐπὶ νώτων
Νῖκαι ἰσηρίθμους υἱέας ἀθανάτων·
ἁ μὲν Ἀθηναίαν πολεμαδόκον, ἁ δ' Ἀφροδίταν,
ἁ δὲ τὸν Ἀλκείδαν, ἁ δ' ἀφόβητον Ἄρη,
σεῖο κατ' εὐόροφον γραπτὸν τέγος· ἐς δὲ νέονται
οὐρανὸν, ὦ Ῥώμας Γαῖε πάτρας ἔρυμα.
Θείη ἀνίκατον μὲν ὁ βουφάγος, ἁ δέ σε Κύπρις
εὔγαμον, εὔμητιν Παλλὰς, ἄτρεστον Ἄρης.

59. ANTIPATRI.

Quattuor suspendunt alas-extendentibus super dorsis
Victoriæ pares-numero filios immortalium :
hæc quidem Minervam bellatricem, illa vero Venerem,
tertia Alciden, quarta impavidum Martem,
tua in splendide-tecta *et* picta domo : petunt autem
cœlum, o Romæ, Cai, patriæ defensor.
Faciat invictum quidem taurivorus Hercules, et te Venus
bene-maritatum, prudentem Pallas, intrepidum Mars.

60. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Πύργος ὅδ' εἰναλίης ἐπὶ χοιράδος, οὔνομα νήσῳ
ταὐτὸν ἔχων, ὅρμου σύμβολόν εἰμι Φάρος.

60. DIODORI.

Turris hæc marino super scopulo, nomen-insulæ
idem habens, portus signum sum Pharos.

61. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γυμνὸν ἰδοῦσα Λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέμοιο
παῖδ' ἑὸν ἐς πάτραν ὠκὺν ἱέντα πόδα,
ἀντίη ἀΐξασα δι' ἥπατος ἤλασε λόγχαν,
ἄῤῥενα ῥηξαμένα φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ·

61. ANONYMI.

Nudatum-clypeo conspicata Lacæna reducem e pugna
puerum suum in patriam citos agentem pedes,
obvia prosiliens per jecur adegit hastam,
mares rumpens sonos in interfectum :

---

57. PALLADÆ.

Quid repetis toties Pandione nata querelas,
Mœstaque multimodis flexibus ora moves?
An te, quam rapuit Thracis violentia Terei,
Amissus stimulat virginitatis honos?

58. ANTIPATRI SIDONII.

Vidimus Assyrios portantia mœnia currus,
Et colit Alphei quem cava ripa, Jovem,
Aere pendentes hortos, molemque Colossi,
Et quæ Pyramidum culmina Memphis habet,
Bustaque Mausoli : sed postquam vidimus illud,
Quod Triviæ supra nubila surgit opus,
Cætera dispereunt : par sol nihil ipse videret,
Si non et cœli cerneret ille domum.

59. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Fert bis bina suis ales Victoria pennis
Bis binam sobolem, nomina magna Deûm.
Est Tritonis ibi, formosaque mater Amorum,
Et Mars, et patiens Amphitryoniades.
Ex tectis qui celsa tuis in sidera tendunt,
Spes Romæ, Cai, præsidiumque tuæ.
Det tibi Mars animos, sapientia pectora Pallas,
Robur at Alcides, conjugiumque Venus.

60. DIODORI.

Turris ego ex scopulo stationem monstro marino,
Insula de nostro est nomine dicta Pharos.

61. INCERTI.

De Lacæna.

Femina cum natum Spartana videret inermem
Ex duro celerem Marte referre pedem,
Irruit atque jecur transegit vindice ferro,
Insultansque mares edidit ore sonos :

« Ἀλλότριον Σπάρτας, εἶπεν, γένος, ἔῤῥε πρὸς ᾅδαν,
« ἔῤῥ', ἐπεὶ ἐψεύσω πατρίδα καὶ γενέταν ».

62. ΕΥΗΝΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ.

Ξεῖνοι, τὴν περίβωτον ἐμὲ πτόλιν, Ἴλιον ἱρήν,
τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κληζομένην,
αἰῶνος τέφρη κατεδήδοχεν· ἀλλ' ἐν Ὁμήρῳ
κεῖμαι χαλκείων ἕρκος ἔχουσα πυλῶν.
Οὐκέτι με σκάψει Τρωοφθόρα δούρατ' Ἀχαιῶν,
πάντων δ' Ἑλλήνων κείσομαι ἐν στόμασιν.

63. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Λυδὴ καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ δι' Ἀντίμαχον.
Τίς γὰρ ἔμ' οὐκ ᾔεισε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λυδήν,
τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

64. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ, οἱ δὲ ΑΡΧΙΟΥ.

Αὐταὶ ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι
ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν, Ἡσίοδε,
καί σοι καλλιπέτηλον,* ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι,
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρεμόνα,
δῶκαν δὲ κράνας Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ,
τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ;
οὗ σὺ κορεσσάμενος μακάρων γένος ἔργα τε μολπαῖς
καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

65. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γῇ μὲν ἔαρ κόσμος πολυδένδρεος, αἰθέρι δ' ἄστρα,
Ἑλλάδι δ' ἥδε χθών, οἵδε δὲ τῇ πόλεϊ.

66. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Μναμοσύναν ἕλε θάμβος, ὅτ' ἔκλυε τᾶς μελιφώνου
Σαπφοῦς, μὴ δεκάταν Μοῦσαν ἔχουσι βροτοί.

67. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Στήλην μητρυιῆς, λιπαρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος,

« Aliena a-Sparta, dixit, soboles, abi ad Orcum,
abi, quum mentitus-sis patriam et patrem. »

62. EVENI SICELIOTÆ.

Hospites, celebratissimam me urbem, Ilion sacram,
quæ prius ob bene-turrita mœnia prædicabar,
ævi favilla devoravit; sed in Homero
sita-sum ærearum munimen habens portarum.
Non jam me eruent Trojanos-perdentia jacula Achæorum,
sed omnium Græcorum sita-ero in oribus.

63. ASCLEPIADÆ.

Lyde et genere sum et nomine; prognatis autem Codro
nobilior omnibus sum per Antimachum.
Quis enim me non cecinit? quis non legit Lyden,
commune Musarum scriptum et Antimachi?

64. ASCLEPIADÆ, aliis ARCHIÆ.

Ipsæ pascentem meridie oves te Musæ
viderunt in asperis montibus, Hesiode,
et tibi pulchra-folia-habentem, cingentes undique cunctæ,
porrexerunt lauri sacrum ramum,
dederuntque fontis Heliconii divinam aquam,
quam volucris equi prius percusserat ungula:
qua tu saturatus immortalium genus operaque carminibus
et genus antiquorum scripsisti semideorum.

65. ANONYMI.

Terræ quidem ver ornatus *est* multis-cultus-arboribus; [ætheri vero astra;
Græciæ hæc terra; at hi civitati.

66. ANTIPATRI SIDONII.

Mnemosynen cepit terror quum audiit mellifluam
Sapphonem, ne decimam Musam habeant mortales.

67. ANONYMI.

Cippum novercæ, unctum lapidem, coronabat puer,

Non recipit tales Spartæ domus : i, pete manes,
I cito, majorum proditor et patriæ.

62. EVENI.

De Troja.

Urbs ego turritis celeberrima mœnibus olim
Quæ sacra tot divis Troja vocata fui,
Tempore facta cinis, charta sapientis Homeri,
Ferratis portis inclyta, cernor adhuc.
Perniciem non Graja mihi nunc hasta minatur,
Nam Grajûm volito viva per ora virûm.

64. ASCLEPIADÆ.

De imagine Hesiodi.

Ipsæ te media viderunt luce Camœnæ,
Hesiode, in summo pascere monte pecus;
Carpentesque sacra Daphnes ex arbore ramum
Vestitum viridi fronde dedere tibi,
Sedaruntque sitim poclis Heliconidos undæ,
Ungula quam fodit dura velocis equi.
Unde satur superumque genus, rurisque labores,
Priscaque semideûm fortia facta canis.

65. INCERTI.

Hoc decus urbis habes, urbs ut tibi, Græcia, laudi est,
Ut ver telluri, sidera clara polo.

66. ANTIPATRI SIDONII.

Mnemosyne Sapphûs audit dum carmina, dixit,
Unde novem Musis additur una soror?

67. [CALLIMACHI.]

Serta novercali cippo dat florea, morte

ὡς βίον ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος·
ἡ δὲ τάφῳ κλινθέντα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

ut vitam, *sic* exuisse eam mores quoque opinatus.
ista autem tumulo acclinem interemit puerum delapsa.
Fugite novercæ vel tumulum, o privigni.

68. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μητρυιαὶ προγόνοισιν ἀεὶ κακόν· οὐδὲ φιλοῦσαι
σώζουσιν· Φαίδρην γνῶθι καὶ Ἱππόλυτον.

68. ANONYMI.

Novercæ privignis usque malum : ne amantes quidem
servant : Phædram nosce et Hippolytum.

69. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Μητρυιῆς δύσμηνις ἀεὶ χόλος, οὐδ' ἐν ἔρωτι
ἤπιος· οἶδα πάθη σώφρονος Ἱππολύτου.

69. PARMENIONIS MACEDONIS.

Novercæ male-succensens usque bilis, ne in amore quidem
lenis. Novi casus casti Hippolyti.

70. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Τραυλὰ μινυρομένα, Πανδιονὶ παρθένε, φωνᾷ,
Τηρέος οὐ θεμιτῶν ἁψαμένα λεχέων,
τίπτε παναμέριος γοάεις ἀνὰ δῶμα, χελιδόν;
Παύε', ἐπεί σε μένει καὶ κατόπιν δάκρυα.

70. MNASALCÆ.

Blæsa ingemens, Pandionis virgo, voce,
Terei illicita quæ-tetigisti cubilia,
quid totam-per-diem lamentaris in domo, hirundo?
Desine, quando te manent et deinceps lacrimæ.

71. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Κλῶνες ἀπηόριοι ταναῆς δρυὸς, εὔσκιον ὕψος
ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις,
εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία φαττῶν,
οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρεμόνες,
κἠμὲ τὸν ὑμετέραισιν ὑποκλινθέντα κόμαισιν
ῥύσασθ', ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

71. ANTIPHILI BYZANTII.

Rami aerii patulæ quercus, bene-umbratum culmen
viris ab immoderato calore sibi-caventibus,
divites-foliis, tegulis melius-tegentes, casulæ palumborum,
casulæ cicadarum, in-aere-suspensi surculi,
etiam me vestra reclinatum-sub coma
defendite, radios solis fugientem.

72. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
χαίρων καὶ δρυΐνῳ σπενδομένοις μέλιτι·
ἀλλ' οὐχ Ἡρακλέης· ἕνα δὲ κτίλον ἢ παχὺν ἄρνα
αἰτεῖ, καὶ πάντως ἓν θύος ἐκλέγεται.
Ἀλλὰ λύκους εἴργει. Τί δὲ τὸ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν
ὄλλυται εἴτε λύκοις, εἴθ' ὑπὸ τοῦ φύλακος;

72. ANTIPATRI.

Facilis Mercurius, o pastores, et (in) lacte
gaudens et quercino dum-ei-libantur melle :
sed non Hercules : unum vero hircum, vel pinguem agnum
poscit, et omnino unam victimam sibi-eligit.
At *ille* lupos arcet. Quid vero juvat, si custoditum
perit sive a-lupis, sive a custode?

73. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα,

73. ANTIPHILI BYZANTII.

Euboici sinûs reciprocum mare,

Mutatos mores dum putat esse, puer.
Ille cadit, teneros et pondere proterit artus.
Privigni posthac credite ne tumulo.

68. INCERTI.

Grande noverca malum, nec amans non lædere novit
Privignum. Phædram testor et Hippolytum.

69. PARMENIONIS MACEDONIS.

Ira novercarum gravis est, neque parcit amatis :
Exitium casti novimus Hippolyti.

70. MNASALCÆ.

Effundens tremulas Pandione nata querelas,
Eheu barbarico non bene nupta toro,
Tecta dies totos quid hirundo luctibus imples?
Parce : manent gemitus tempora longa tuos.

71. ANTIPHILI BYZANTII.

Sublimis quercus pendentes aere rami,
Quæ tegis a nimiis æstibus, umbra, viros :
Fida magis tectis homini domus, apta cicadis,
Celsaque condecorans brachia frondis honos,
Suscipite ardenti profugum me solis ab ira,
Ut lateam supplex sub miserante coma.

72. ANTIPATRI.

Mercurius facilis deus est pastoribus : illi
Lac satis et quercu mella reperta cava.
Carior Alcides, aries cui pinguis, et agnus
Victima, placari nec sine ture cupit.
At fugat iste lupos. Quid refert, si minor est grex,
An pecudes custos an lupus abripiat?

73. ANTIPHILI BYZANTII.

Eubois ipsa tuis contraria fluctibus unda,

πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον,
ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον ἐς τρὶς, ἄπιστον
ναυσὶν ὅσον πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον·
θαῦμα βίου, θαμβῶ σε τὸ μυρίον, οὐ δὲ ματεύω
σὴν στάσιν· ἀῤῥήτῳ ταῦτα μέμηλε φύσει.

vaga aqua, propriis fluctibus obluctans,
diu et noctu tripartitum, infidum
navibus quantum mittis flumen mutuatum.
Miraculum vitæ, stupeo te immaniter, sed non investigo
tuum statum. Arcanæ hæc curæ-sunt naturæ.

74. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου·
καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
οἴεται· εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ Τύχης.

74. ANONYMI.

Ager Achæmenidæ fui olim, nunc vero *sum* Menippi.
et rursus ab altero ibo ad alterum.
Etenim ille habere me olim opinabatur, et rursus hic
opinatur; sed sum omnino nullius, verum Fortunæ

75. ΕΥΗΝΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ.

Κὴν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ, τράγε, θυομένῳ.

75. EUENI ASCALONITÆ.

Etiamsi me comederis adusque radicem, tamen adhuc fe-
quod-satis sit ut-libetur tibi, hirce, immolato. [ram-vini

76. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Δισσᾶν ἐκ βροχίδων ἃ μὲν μία πίονα κίχλαν,
ἃ μία δ' ἱππεία κόσσυφον εἷλε πάγα·
ἀλλ' ἃ μὲν κίχλας θαλερὸν δέμας ἐς φάος Ἠοῦς
οὐκέτ' ἀπὸ πλεκτᾶς ἧκε δεραιοπέδας,
ἃ δ' αὖθις μεθέηκε τὸν ἱερόν. Ἦν ἄρ' ἀοιδῶν
φειδὼ κὴν κωφαῖς, ξεῖνε, λινοστασίαις.

76. ANTIPATRI.

Binis e laqueis unus quidem pinguem turdum,
alter vero equina merulam cepit compede.
Sed ille turdi nitidum corpus in lucem Auroræ
minime e nexo dimisit collari;
hic autem remisit sacram *avem*. Erat igitur in-cantores
lenitas etiam in surdis, hospes, aucupiis.

77. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Πρισμένα κάλλει Γανυμήδεος εἶπέ ποθ' Ἥρα,
θυμοβόρον ζάλου κέντρον ἔχουσα νόῳ·
« Ἄρσεν πῦρ ἔτεκεν Τροία Διΐ· τοιγὰρ ἐγὼ πῦρ
πέμψω ἐπὶ Τροίᾳ, πῆμα φέροντα Πάριν·
ἥξει δ' Ἰλιάδαις οὐκ αἰετὸς, ἀλλ' ἐπὶ θοίναν
γῦπες, ὅταν Δαναοὶ σκῦλα φέρωσι πόνων. »

77. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Cruciata pulchritudine Ganymedis dixit olim Juno,
cor-exedentem zelotypiæ stimulum habens pectore:
« Marem ignem genuit Troja Jovi: ignem igitur ego
immittam Trojæ, excidium ferentem Parim:
veniet autem Iliadis non aquila, sed in escam
vultures, quum Danai exuvias reportabunt laborum. »

78. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Μή μέμψῃ μ' ἀπέπειρον ἀεὶ θάλλουσαν ὀπώρην
ἀχράδα, τὴν καρποῖς πάντοτε βριθομένην.

78. LEONIDÆ TARENTINI.

Ne me incuses immaturos semper ferentem fœtus
pirum-silvestrem, fructibus semper gravidam.

Quæ vaga per celeres isque redisque vices,
Tempora ter fallax inter nocturna diemque
Quas dederas ratibus quam cito poscis aquas?
Miror, nec quæro tanti quæ causa tumultus,
Natura est cujus conscia sola sibi.

74. [LUCIANI.]

Rus quod Achæmenidæ fueram, nunc ecce Menippi,
Ex aliis alios mox adipiscar heros.
Credidit ille suum quondam: nunc credit et iste;
Sed sum Fortunæ res ego, non hominum.

75. EVENI ASCALONITÆ.

Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aras,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

76. ANTIPATRI.

Cum duo se laquei vicina parte tenerent
Ille quidem turdum cepit, at hic merulam.
Turdus edax nunquam superas remeavit ad auras,
Vinctus inexplicito pinguia colla dolo;
Dimisit merulam laqueus. Reverentia mutis
Scilicet in vates est sua tendiculis.

77. [ARISTONIS, *an* HERMIODORI.]

Cum de formoso multum Ganymede doleret,
Effudit tales æmula Juno minas:
A te nata Jovi fax mascula: sed tibi mittam,
Mox tibi Troja facem, maxima damna, Parin.
Non aquilam Danaûm manibus vastata videbis,
Sed super Iliadûm corpora vulturios.

78. LEONIDÆ.

Ne temere incusa, quod prægnans undique pomis
Porto tamen semper non bene cocta pira:

Ὁππόσα γὰρ κλαδέωσι πεπαίνομεν, ἄλλος ἐφέλκει·
  ὁππόσα δ' ὠμὰ μένει, μητρὶ περικρέμαται.

Quotquot enim ramis *fructus* coquimus, alius attrahit;
  quotquot vero crudi manent, matri circumpendent.

79. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτοθελὴς καρποὺς ἀποτέμνομαι, ἀλλὰ πεπείρους·
  πάντοτε μὴ σκληροῖς τύπτε με χερμαδίοις.
Μηνίσει καὶ Βάκχος ἐνυβρίζοντι τὰ κείνου
  ἔργα· Λυκούργειος μὴ λαθέτω σε τύχη.

79. EJUSDEM.

Mea-sponte fructus carpor, sed maturos:
  ne unquam duris feri me lapidibus.
Succensebit et Bacchus lædenti ipsius
  opera: Lycurgi ne te lateat sors.

80. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μάντιες ἀστερόεσσαν ὅσοι ζητεῖτε κέλευθον,
  ἔῤῥοιτ', εἰκαίης ψευδολόγοι σοφίης.
Ὑμέας ἀφροσύνη μαιώσατο, τόλμα δ' ἔτικτεν,
  τλήμονας, οὐδ' ἰδίην εἰδότας ἀκλείην.

80. EJUSDEM.

Divini stellatam quotquot exploratis viam,
  facessite, vanæ falsi-doctores sapientiæ.
Vobis dementia obstetricata-est, et audacia *vos* genuit,
  infaustos, ne propriæ quidem gnaros infamiæ.

81. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Μὴ εἴπῃς θάνατον βιοτῆς ὅρον· εἰσὶ χαμοῦσιν,
  ὡς ζωοῖς, ἀρχαὶ συμφορέων ἕτεραι.
Ἄθρει Νικίεω Κῴου μόρον· ἤδη ἔκειτο
  εἰν ἀΐδῃ, νεκρὸς δ' ἦλθεν ὑπ' ἠέλιον·
ἀστοὶ γὰρ τύμβοιο μετοχλίσσαντες ὀχῆας,
  εἴρυσαν ἐς ποινὰς τλήμονα δυσθανέα.

81. CRINAGORÆ.

Ne dicas mortem vitæ finem; sunt defunctis,
  ut vivis, initia infortuniorum alia.
Cerne Niciæ Coi letum: jam jacebat
  in Orco (*tumulo*), mortuus vero venit sub solem.
Cives enim tumuli ubi-*vecte*-amoverunt obices,
  traxerunt in pœnas infelicem misere-mortuum.

82. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Μηδ' ὅτ' ἐπ' ἀγκύρης, ὀλοῇ πίστευε θαλάσσῃ,
  ναυτίλε, μηδ' εἴ τοι πείσματα χέρσος ἔχοι.
Καὶ γὰρ Ἴων ὅρμῳ ἔνι κάππεσεν· ἐς δὲ κόλυμβον
  ναύτου τὰς ταχινὰς οἶνος ἔδησε χέρας.
Φεῦγε χοροιτυπίην ἐπινήϊον· ἐχθρὸς Ἰάκχῳ
  πόντος· Τυρσηνοὶ τοῦτον ἔθεντο νόμον.

82. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ne *tum* quidem quum in ancora *stas*, funesto crede mari,
  nauta, neu si tibi retinacula tellus habet.
Etenim Ion in portu excidit; ad natationem vero
  nautæ citas vinum alligavit manus.
Fuge bacchationem in-navi: infensus Iaccho
  pontus. Tyrrheni hanc tulerunt legem.

83. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Νηὸς ἐπειγομένης ὠκὺν δρόμον ἀμφεχόρευον
  δελφῖνες, πελάγους ἰχθυφάγοι σκύλακες.
Καπροφόνος δὲ κύων θηρσὶν κείνους ἰκελώσας
  δύσμορος, ὡς ἐπὶ γῆν εἰς βυθὸν ἐξέθορεν.

83. PHILIPPI.

Navis festinantis velocem cursum circumsultabant
  delphines, maris pisces-vorantes catuli.
Capricida vero canis belluis illos assimilans
  infelix, quasi in terram in gurgitem exsiliit.

Maturos alii furantur ab arbore fœtus;
  Matri cruda mihi sola relicta manent.

79. EJUSDEM.

Sponte mea soleo dare, cum maturuit, uvam:
  Quid miseram saxis turba proterva petis?
Ultorem Bromium nescis et fata Lycurgi?
  Contemni graviter fert sua dona Deus.

80. EJUSDEM.

Vos quibus in celsis venturum quæritur astris,
  Ite procul, vani turba magisterii:
Stultitia est vobis Lucina, audacia mater,
  Vestraque vos ipsos vilia fata latent.

81. CRINAGORÆ.

Non jam meta malis mors est ducenda: perempti
  Quippe, velut vivi, quod patiantur habent.
Hoc docet ille situs qui Nicia Cous in orco
  Mortuus ad solis lucida regna redit.
Nam cives tumuli claustris taxere revulsis
  In pœnas miserum, bisque dedere mori.

82. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Ne, quamvis teneat fundum maris ancora dente,
  Et de puppe solum vincula, crede salo.
In portu nam lapsus Ion, ne naret in undis,
  Strictus erat multo brachia lenta mero.
In navi potare time: maris hostis Iacchus:
  Mos a Tyrrhenis jam vetus iste venit.

83. PHILIPPI.

Dum circumsiliunt sulcantes Nerea puppes
  Delphini, pisces sueta vorare cohors;
Credidit esse feras, et quæ tranquilla jacebant
  Æquora convalles credidit esse canis.

Ὤλετο δ' ἀλλοτριης θήρης χάριν· οὐ γὰρ ἐλαφρὸς
πάντων ἐστὶ κυνῶν ὁ δρόμος ἐν πελάγει.

84. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Νηὸς ἁλιστρέπτου πλαγκτὸν κύτος εἶδεν ἐπ' ἀκτῆς
μηλοβότης, βλοσυροῖς κύμασι συρόμενον,
χεῖρα δ' ἐπέρριψεν· τὸ δ' ἐπεσπάσατ' ἐς βυθὸν ἅλμης
τὸν σώζονθ'· οὕτως πᾶσιν ἀπηχθάνετο·
ναυηγὸν δ' ὁ νομεὺς ἔσχεν μόρον. Ὢ δι' ἐκείνην
καὶ δρυμοὶ χῆροι πορθμίδα καὶ λιμένες.

85. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Νῆα μὲν ὤλεσε πόντος, ἐμοὶ δ' ἔπορεν πάλι δαίμων
πλαζομένῳ φύσεως νῆα ποθεινοτέρην·
πατρὸς ἰδὼν γὰρ ἐγὼ δέμας εἰς ἐμὲ καίριον ἐλθὸν,
μουνερέτης ἐπέβην, φόρτος ὀφειλόμενος.
Ἤγαγεν εἰς λιμένας δὲ καὶ ἔσπειρεν δὶς ὁ πρέσβυς,
νήπιον ἐν γαίῃ, δεύτερον ἐν πελάγει.

86. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Παμφάγος ἑρπηστὴς κατὰ δώματα λιχνοβόρος μῦς,
ὄστρεον ἀθρήσας χείλεσι πεπταμένον,
πώγωνος διεροῖο νόθην ὠδάξατο σάρκα·
αὐτίκα δ' ὀστρακόεις ἐπλατάγησε δόμος,
ἡρμόσθη δ' ὀδύναισιν· ὁ δ' ἐν κλείθροισιν ἀφύκτοις
ληφθεὶς αὐτοφόνον τύμβον ἐπεσπάσατο.

87. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Μηκετι νῦν μινύριζε παρὰ δρυΐ, μηκέτι φώνει
κλωνὸς ἐπ' ἀκροτάτου, κόσσυφε, κεκλιμένος·
ἐχθρόν σοι τόδε δένδρον· ἐπείγεο δ', ἄμπελος ἔνθα
ἀντέλλει γλαυκῶν σύσκιος ἐκ πετάλων·
κείνης ταρσὸν ἔρεισον ἐπὶ κλάδον, ἀμφί τ' ἐκείνῃ
μέλπε, λιγὺν προχέων ἐκ στομάτων κέλαδον.
Δρῦς γὰρ ἐπ' ὀρνίθεσσι φέρει τὸν ἀνάρσιον ἰξὸν,
ἁ δὲ βότρυν· στέργει δ' ὑμνοπόλους Βρόμιος.

Periit autem alienæ venationis gratia: non enim facilis
omnium est canum cursus in pelago.

84. ANTIPHANIS.

Navis in-mari-versatæ errantem alvum vidit in littore
opilio, truculentis fluctibus tractam,
et manum injecit: hæc autem pertraxit in fundum maris
servatorem: adeo cunctis hostilem-habuit-animum.
Naufragam vero pastor habuit mortem. Heu! propter hanc
et saltus *erunt* orbi navem et portus.

85. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Navem quidem perdidit pontus, mihi vero præbuit rursus
erranti naturâ navem amabiliorem. [dæmon
Patris conspicatus enim ego corpus in me opportune veniens,
solitarius-remex conscendi, onus *ei* debitum.
Atque duxit *me* in portus, et genuit bis senex,
infantem in terra, secundum in pelago.

86. ANTIPHILI.

Omnia-qui-rodit reptator per domos, ligurritor mus,
ostream conspicatus labris (*valvis*) patentibus,
barbæ humidæ spuriam mordicus-vulsit carnem:
illico autem ostreacea strepuit domus, [bilibus
et clausa-est ob-dolores. Hic autem in claustris ineluctacaptus, ipse-sibi-cum-nece tumulum arcessivit.

87. MARCI ARGENTARII.

Ne tu nunc leniter-garri ad quercum, ne tu cane
ramo in summo, merula, nixa:
infensa tibi hæc arbor est: propera sed *eo*, vitis ubi
se-extollit viridantibus obumbrans ex foliis:
hujus in ramum fige pedem, et circa hanc
modulare, argutum profundens ex ore strepitum.
Quercus enim contra aves fert inimicum viscum,
illa autem racemum: ac diligit vates Bacchus.

Interit externæ fallace cupidine prædæ:
Non omnis canis est per maris ire vias.

84. ANTIPHANIS.

Abreptam pelago fracta de nave carinam
In mediis pastor forte videbat aquis.
Arripit: arripitur rapidis servator ab undis:
Usque adeo inclemens omnibus illa fuit.
Naufraga pastorem mors abstulit. O fera navis
Quæ portus vacuos et nemus una facis.

85. PHILIPPI.

Fregerat iratum navim mare, cum data fato
Altera, naturæ quæ mea jure fuit.
Nam mihi conspectum corpus patris æquore ferri
Scandentem proprium me sibi cepit onus:
Et tulit ad terras. Bis me sic edidit ille,
In terris puerum, per freta vasta virum.

86. ANTIPHILI.

Perreptor domuum mus, omnia fercula sectans,
Ostrea dum conchæ pandere labra videt,
Hispida corrosit mentita putamina carnem:
Insonuit gemino limine testa dolens,
Præclusitque vias. Nulla est fuga carceris illi:
Sic miser ipse, dedit quam sibi, morte perit.

87. ARGENTARII.

Parce tuas duro nemori narrare querelas,
Et canere in summis quercibus, o merula.
Non est ista tibi satis arbor amica, sed illuc,
Vitis ubi tenera fronde virescit, abi.
Palmitibus subnixa sede, circumque racemos
Funde tuos tremulo molliter ore sonos.
Robora dant viscum mala fata volucribus: uvas
Vinea; cantores ipse Lyæus amat.

88. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Μεμφομένη Βορέην ἐπεπωτώμην ὑπὲρ ἅλμης·
  πνεῖ γάρ ἐμοὶ Θρήκης ἤπιος οὐδ' ἄνεμος.
Ἀλλά με τὴν μελίγηρυν ἀηδόνα δέξατο νώτοις
  δελφίν, καὶ πτηνὴν πόντιος ἡνιόχει.
Πιστοτάτῳ δ' ἐρέτῃ πορθμευομένη, τὸν ἄκωπον
  ναύτην τῇ στομάτων θέλγον ἐγὼ κιθάρῃ.
Εἰρεσίην δελφῖνες ἀεὶ Μούσῃσιν ἄμισθον
  ἤνυσαν· οὐ ψεύστης μῦθος Ἀριόνιος.

89. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ

Λιμὸν ὀϊζυρὴν ἀπαμυνομένη πολύγηρως
  Νικὼ σὺν κούραις ἠκρολόγει στάχυας·
ὤλετο δ' ἐκ θάλπους· τῇ δ' ἐκ καλάμης συνέριθοι
  νῆσαν πυρκαϊὴν ἄξυλον ἀσταχύων.
Μὴ νεμέσα, Δήμητερ, ἀπὸ χθονὸς εἰ βροτὸν οὖσαν
  κοῦραι τοῖς γαίης σπέρμασιν ἠμφίεσαν.

90. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Νηῶν ὠκυπόρων ὃς ἔχεις κράτος, ἵππιε δαῖμον,
  καὶ μέγαν Εὐβοίης ἀμφικρεμῆ σκόπελον,
οὔριον εὐχομένοισι δίδου πλόον Ἄρεος ἄχρις
  ἐς πόλιν, ἐκ Συρίης πείσματα λυσαμένοις.

91. ΑΡΧΙΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Ἑρμῆ Κωρυκίων ναίων πόλιν, ὦ ἄνα, χαίροις,
  Ἑρμῆ, καὶ λιτῇ προσγελάσαις ὁσίῃ.

92. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος· ἀλλὰ πιόντες
  ἀείδειν κύκνων εἰσὶ γεγωνότεροι.
Ὣς καὶ ἀοιδὸς ἀνὴρ, ξενίων χάριν, ἀνταποδοῦναι
  ὕμνους εὐέρκταις οἶδε, παθὼν ὀλίγα.
Τοὔνεκά σοι πρώτως μὲν ἀμείβομαι· ἢν δ' ἐθέλωσιν
  Μοῖραι, πολλάκι μοι κείσεαι ἐν σελίσιν.

93. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἀντίπατρος Πείσωνι γενέθλιον ὤπασε βίβλον

88. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Incusans Borean volitabam super mari;
  spirat enim mihi ex-Thracia lenis ne ventus quidem
At me melliloquam lusciniam excepit dorso
  delphin, et volucrem marinus gubernabat.
Fidissimo autem remige vecta, sine-remo
  nautam oris mulcebam ego citharâ.
Remigium delphines semper Musis sine-mercede
  peregerunt : non mendax *est* fabula Arionis.

89. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Famem lamentabilem arcens grandæva
  Nico cum puellis legebat-summas spicas :
periit autem ex æstu. Huic vero sociæ-laboris ex culmo
  spicarum acervarunt rogum sine-lignis.
Ne succenseas, Ceres, e terra mortalem (*terræ filiam*) si
  puellæ terræ seminibus condiderunt.

90. ALPHEI MITYLENÆI.

Navium citarum qui tenes regnum, equestris deus,
  et magnum Eubœæ undique-suspensum scopulum,
felicem precantibus da navigationem Martis usque
  in urbem, e Syria funes qui-solverunt.

91. ARCHIÆ JUNIORIS.

O Mercuri Coryciorum incolens urbem, o deus, salve,
  Mercuri, etiam exili arridens sacrificio.

92. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Sufficit cicadas ut-inebriet ros : sed potæ
  canere cycnis sunt argutiores.
Ita et vir cantor, hospitalium-munerum gratia, reddere
  hymnos benefactoribus novit, beneficiis-acceptis paucis.
Quare tibi primum his respondeo; sed si velint
  Parcæ, sæpe meis positus-eris in paginis.

93. ANTIPATRI.

Antipater Pisoni natalicium *munus* obtulit librum

---

88. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Ut boream fugerem, supra freta salsa volabam,
  Nam mihi de Threce flabra nec ipsa placent.
Dulcisonam subiit me pondus aedona Delphin,
  Pennigeramque natans me fera vexit avem.
Hunc sine remigio mihi vasta per æquora nautam
  Mulcebam fidicen cantibus atque lyra.
Delphines soliti gratis servire Camœnis,
  Fabula nec falsum narrat Arionia.

89. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Præteritas Nico grandæva legebat aristas,
  Ut non emta gravem pelleret esca famem.
Sed necat hanc æstus : sociæ fecere puellæ
  Non lignis, stipula sed crepitante rogum.
Tu veniam dabis, alma Ceres, tellure creatam
  E tellure sata fruge quod induerint.

92. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Parva cicadarum ros pocula : sed tamen illum
  Cum biberint, cygnus non meliora canit.
Sic bene promeritis quamvis pro munere vates
  Exiguo reddunt carminis arte vicem.
Hanc primum tibi reddo vicem quam debeo : Parca
  Siverit, in chartis sæpe legere meis.

93. ANTIPATRI.

Natali dat, Piso, tuo non grandia dona

μικρὴν, ἐν δὲ μιῇ νυκτὶ πονησάμενος.
Ἵλαος ἀλλὰ δέχοιτο, καὶ αἰνήσειεν ἀοιδὸν,
Ζεὺς μέγας ὡς ὀλίγῳ πειθόμενος λιβάνῳ.

parvum, sed una in nocte molitus.
Propitius at accipiat, et laudet poetam,
Juppiter maximus ut parvo conciliatus thure.

94. ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΑΙΓΕΑΤΟΥ.

Πούλυπον ἀγρεύσας ποτὲ Τύννιχος, ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν
ἔῤῥιψεν, δείσας θηρὸς ἱμαντοπέδην.
Ἀλλ' ὅ γ' ἐφ' ὑπνώοντα πεσὼν συνέδησε λαγωὸν,
φεῦ! τάχα θηρευτὰς ἄρτι φυγόντα κύνας.
Ἀγρευθεὶς ἤγρευσεν· ὁ δ' εἰς ἅλα Τύννιχος ἰχθὺν
ἧκε πάλιν ζωὸν, λύτρα λαγωὸν ἔχων.

94. ISIDORI ÆGEATÆ.

Polypum venatus aliquando Tynnichus, e mari in terram
projecit, veritus belluæ vincula.
Sed ille in dormientem incidit et constrinxit leporem,
heu! forsan venatoribus nuper elapsum canibus.
Captus cepit: ille vero in mare Tynnichus piscem [nens.
misit rursus vivum, redemptionis-pretium leporem te-

95. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Χειμερίαις νιφάδεσσι παλυνομένα τιθὰς ὄρνις
τέκνοις εὐναίας ἀμφέχεε πτέρυγας,
μέσφα μιν οὐράνιον κρύος ὤλεσεν· ἦ γὰρ ἔμεινεν
αἴθριος, οὐρανίων ἀντίπαλος νεφέων.
Πρόκνη καὶ Μήδεια, κατ' Ἅϊδος αἰδέσθητε
μητέρες ὀρνίθων ἔργα διδασκόμεναι.

95. ALPHEI MITYLENÆI.

Hibernis nivibus conspersa domestica gallina
pullis ut-cubarent circumfundebat alas,
donec eam de-cœlo gelu enecavit: sane enim mansit
sub-dio, æthereis obluctans nebulis.
Procne et Medea, in Orco vos-pudeat,
matres, avium opera quando-docemini.

96. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἀντιγένης ὁ Γελῷος ἔπος ποτε τοῦτο θυγατρὶ
εἶπεν, ὅτ' ἦν ἤδη νεύμενος εἰς ἀΐδην·
« Παρθένε καλλιπάρηε, κόρη δ' ἐμὴ, ἴσχε συνεργὸν
« ἠλακάτην, ἀρκεῦν κτῆμα πένητι βίῳ·
« ἢν δ' ἴκῃ εἰς ὑμέναιον, Ἀχαιΐδος ἤθεα μητρὸς
« χρηστὰ φύλασσε, πόσει προῖκα βεβαιοτάτην ».

96. ANTIPATRI.

Antigenes Gelous verbum olim hoc filiæ
dixit, quum erat jam iturus in orcum:
« Virgo pulchris-genis, filiaque mea, habe laboris-sociam
colum, sufficiens bonum pauperi vitæ;
quando vero veneris ad hymenæum, Achæidis mores matris
probos serva, viro dotem firmissimam. »

97. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Ἀνδρομάχης ἔτι θρῆνον ἀκούομεν, εἰσέτι Τροίην
δερκόμεθ' ἐκ βάθρων πᾶσαν ἐρειπομένην,
καὶ μόθον Αἰάντειον, ὑπὸ στεφάνῃ τε πόληος
ἔκδετον ἐξ ἵππων Ἕκτορα συρόμενον,
Μαιονίδεω διὰ μοῦσαν, ὃν οὐ μία πατρὶς ἀοιδὸν
κοσμεῖται, γαίης δ' ἀμφοτέρης κλίματα.

97. ALPHEI MITYLENÆI.

Andromachæ gemitum adhuc audimus, adhuc Trojam
cernimus ex-imis-sedibus totam eversam,
et laborem Ajacis, et sub corona urbis
vinctum ex quadrigis Hectorem tractum,
Mæonidæ per Musam, quem non una patria vatem
suum-colit, sed terræ utriusque regiones.

Antipater, sed quem nox dabat una librum.
Accipe sed facilis, nec dedignare poetam;
Conciliat thuris sic data mica Jovem.

94. ISIDORI ÆGEATÆ.

Tynnichus in terram projecit in æquore captum
Polypon, exhorrens vincula sæva feræ.
Forte soporatum leporem premit ille ligatque,
Eheu qui celeres fugerat ante canes.
Prædaque prædatur: debes hunc reddere ponto:
Quadrupedem pretium, Tynniche, piscis habes.

95. ALPHEI MITYLENÆI.

Occulerat placidis sobolem gallina sub alis,
Non metuens gelidæ vellera densa nivis;
Hibernumque Jovem durans immota manebat,
Donec ab immiti frigore victa perit.
Fama, fer ad manes matris pia facta volucris,
Ut sit cum Procne Colchida quod pudeat.

96. ANTIPATRI.

Antigenes anima jam jam fugiente Gelous
Hæc dulci natæ verba suprema dedit:
Pulchra genas virgo, soboles mea, cara sequatur
Te colus: hoc tenuis sat sibi vita putet.
Nubere si detur, probitatem ab Achaide matre
Exprime; dos erit hæc non peritura viro.

97. ALPHEI MITYLENÆI.

De Homero.

Andromaches resonant etiam nunc planctibus aures
Ustaque de tanto culmine Troja cadit;
Dardanidûm sudans sub mœnia cernitur Ajax,
Tractus Achilleis cernitur Hector equis,
Carmine Mæonidæ, quem non sua patria tantum,
Tota sed Europe nunc canit, atque Asia.

98. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Οἰδίποδες δισσοί σε, καὶ Ἠλέκτρη βαρύμηνις,
καὶ δείπνοις ἐλαθεὶς Ἀτρέος Ἠέλιος,
ἄλλα τε πουλυπαθέσσι, Σοφόκλεες, ἀμφὶ τυράννοις
ἄξια τῆς Βρομίου βύβλα χοροιτυπίης,
ταγὸν ἐπὶ τραγικοῖο κατήνεσσαν θιάσοιο,
αὐτοῖς ἡρώων φθεγξάμενον στόμασι.

98. STATYLLII FLACCI.

Œdipodes bini te, et Electra graviter-irata,
et cœnis fugatus Atrei Sol,
aliique de-multa-passis, o Sophocles, regibus
digni Bacchica libri chorea
principem in tragico commendarunt cœtu,
ipso heroum locutum ore.

99. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις ἔν ποθ' ἀλωῇ
οἴνης τοὺς ἁπαλοὺς πάντας ἔδαψε κλάδους.
Τῷ δ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυε· « Κεῖρε, κάκιστε,
« γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον·
« ῥίζα γὰρ ἔμπεδος οὖσα πάλιν γλυκὺ νέκταρ ἀνήσει,
« ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ, τράγε, θυομένῳ ».

99. LEONIDÆ TARENTINI.

Lascivus, valde-barbatus capræ maritus aliquando in
vitis teneros omnes voravit ramos. [vinea
Hæc autem verbum e terra tale locuta-est: « Tonde, ne-
maxillis nostrum palmitem frugiferum : [quam,
radix enim firma quum-sit, rursus dulce nectar emittet
quantum-sufficit aspergi tibi, hirce, ubi-immolaberis. »

100. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Λητοῦς ὠδίνων ἱερὴ τροφὲ, τὴν ἀσάλευτον
Αἰγαίῳ Κρονίδης ὡρμίσατ' ἐν πελάγει,
οὔ νύ σε δειλαίην, μὰ τεοὺς, δέσποινα, βοήσω,
δαίμονας, οὐδὲ λόγοις ἕψομαι Ἀντιπάτρου·
ὀλβίζω δ', ὅτι Φοῖβον ἐδέξαο, καὶ μετ' Ὄλυμπον
Ἄρτεμις οὐκ ἄλλην ἢ σὲ λέγει πατρίδα.

100. ALPHEI MITYLENÆI.

Latonæ partuum sacra nutrix, quam stabilem
Ægæo Cronides ut-portu-fundavit in pelago,
non igitur te miseram appellabo, per tuos *juro*, domina,
deos, neque verbis assentiar Antipatri.
sed felicem-dico, quod Phœbum excepisti, et post Olym-
Diana non aliam ac te nuncupat patriam. [pum

101. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡρώων ὀλίγαι μὲν ἐν ὄμμασιν, αἱ δ' ἔτι λοιπαὶ
πατρίδες οὐ πολλῷ γ' αἰπύτεραι πεδίων·
οἵην καὶ σὲ, τάλαινα, παρερχόμενός γε Μυκήνην
ἔγνων, αἰπολίου παντὸς ἐρημοτέρην,
αἰπολικὸν μήνυμα· γέρων δέ τις, « ἡ πολύχρυσος,
εἶπεν, Κυκλώπων τῇδ' ἐπέκειτο πόλις ».

101. EJUSDEM.

Heroum paucæ quidem ob oculos, quæ vero adhuc super
patriæ non multo utique celsiores campis, [sunt
qualem et te, misera, præteriens Mycenen
cognovi, scopulo omni desertiorem,
a-caprario rem-indicatam; senex quidam : « Auri-dives,
inquit, Cyclopum hic posita-erat urbs. »

102. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΡΓΕΙΟΥ.

Ἡ πρὶν ἐγὼ Περσῆος ἀκρόπτολις αἰθερίοιο,
ἡ πικρὸν Ἰλιάδαις ἀστέρα θρεψαμένη,
αἰπολίοισιν ἔναυλον ἐρημαίοισιν ἀνεῖμαι,
τίσασα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας.

102. ANTONII ARGIVI.

Quæ prius ego Persei *eram* arx ætherei,
quæ amarum Iliadis sidus (*Atridas*) alui,
caprarum-pascuis stabulum desertis relicta-sum,
postquam-solvi Priami Manibus sero pœnas.

---

99. LEONIDÆ TARENTINI.

Vir capræ barba bonus, exsultator, amabat
Pampineas teneræ rodere vitis opes.
Sed fuit e terra vox reddita : Palmite farci
Frugifero quantum nunc lubet ora meo.
Viva manet radix : satis hinc, ubi victima fies,
In caput infundi quod tibi possit, erit.

100. ALPHEI MITYLENÆI.

O Latonigenûm nutrix veneranda, Tonantis
Quam manus Ægæis fixit in æquoribus :
Non mea te dicent miseram, tua numina juro,
Carmina : nec nobis hoc placet Antipatri.
Cive satis felix es Apolline, cive Diana,
Altera post cœlum tu quibus es patria.

101. EJUSDEM.

De Mycene deleta.

Heroum veterum nunc oppida cernere pauca est :
Cætera vix campis editiora jacent.
Qualis conspiceris mihi nunc miseranda, Mycene,
Non pastoralis tu casa (quod nimium),
Sed nota pastorum : senior, Stetit, inquit, in istis
Cyclopum sedes, urbs opulenta, locis.

102. ANTONII ARGIVI.

Illa ego penniferi fueram quæ regia Persei,
Progenui sidus quæ tibi, Troja, malum :
Caprigeno stabulum pecori miseranda relinquor,
Dis Priami pœnas sero coacta dare.

103. ΜΟΥΝΔΟΥ ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ.

Ἡ πολύχρυσος ἐγὼ τὸ πάλαι πόλις, ἡ τὸν Ἀτρειδῶν
οἶκον ἀπ' οὐρανίου δεξαμένη γενεῆς,
ἡ Τροίην πέρσασα θεόκτιτον, ἡ βασίλειον
ἀσφαλὲς Ἑλλήνων οὖσά ποθ' ἡμιθέων,
μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη,
τῶν ἐν ἐμοὶ μεγάλων τοὔνομ' ἔχουσα μόνον.
Ἴλιον ἃ Νεμέσει μεμελημένον, εἴ γε, Μυκήνης
μηκέθ' ὁρωομένης, ἐσσὶ, καὶ ἐσσὶ πόλις.

103. MUNDI MUNATII.

Quæ auri-dives ego olim urbs *fui*, quæ Atridarum
domum a cœlesti accepi genere,
quæ Trojam destruxi a-diis-conditam, quæ regia
inconcussa Græcorum fui quondam semi-deorum,
ovibus-tonsa jaceo et bobus-calcata hic Mycene,
ex-iis-quæ in me magna fuerunt, nomen habens solum.
Proh! Ilion Nemesi curæ-fuisti, siquidem, Mycena
ex-oculis sublata, stas, atque stas urbs.

104. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Ἄργος, Ὁμηρικὲ μῦθε, καὶ Ἑλλάδος ἱερὸν οὖδας,
καὶ χρυσέη τὸ πάλαι Περσέος ἀκρόπολι,
* ἐσβέσαθ' ἡρώων κείνων κλέος, οἵ ποτε Τροίης
ἤρειψαν κατὰ γῆς θειόδομον στέφανον.
Ἀλλ' ἡ μὲν κρείσσων ἐστὶν πόλις· αἱ δὲ πεσοῦσαι
δείκνυσθ' εὐμύκων αὔλια βουκολίων.

104. ALPHEI MITYLENÆI.

O Argos, Homerica fabula, et Helladis sacrum solum,
et aurea olim Persei arx, [Trojæ
exstinctæ-estis heroum *vos* illorum gloria, qui quondam
projecerunt humo a-diis-conditam coronam *murorum*.
Sed illa *jam* potentior est urbs; at vos collapsæ
apparetis valde-mugientium pascua armentorum.

105. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐκλάσθην ἀνέμοισι πίτυς. Τί με τεύχετε νῆα,
ναυηγῶν ἀνέμων χερσόθι γευσαμέναν;

105. ANONYMI.

Fracta-sum ventis pinus. Quid me fabrefacitis navem,
naufragos ventos in-arida quæ-gustavi?

106. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὁλκάδα πῦρ μ' ἔφλεξε, τόσην ἅλα μετρήσασαν,
ἐν χθονὶ, τῇ πεύκας εἰς ἐμὲ κειραμένῃ,
ἣν πέλαγος διέσωσεν, ἐπ' ἠόνος· ἀλλὰ θαλάσσης
τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην.

106. LEONIDÆ TARENTINI.

Navem ignis me combussit, tantum mare emensam,
in terra, quæ pinus in me sibi-secuit,
me quam pelagus servavit, in littore. Sed mari
eam quæ-me genuit inveni infidiorem.

107. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὴν μικρήν με λέγουσι, καὶ οὐχ ἴσα ποντοπορεύσαις
ναυσὶ διϊθύνειν ἄτρομον εὐπλοΐην·
οὐκ ἀπόφημι δ' ἐγώ· βραχὺ μὲν σκάφος, ἀλλὰ θαλάσσῃ
πᾶν ἴσον· οὐ μέτρων ἡ κρίσις, ἀλλὰ τύχης.
Ἔστω πηδαλίοις ἑτέρῃ πλέον· ἄλλο γὰρ ἄλλῃ
θάρσος· ἐγὼ δ' εἴην δαίμοσι σωζομένη.

107. EJUSDEM.

Parvam me dicunt, et non æque ac-pontum-percurrentes
naves dirigere intrepidum bonæ-navigationis-cursum.
Non diffiteor ego : brevis quidem scapha; sed mari
omnia *sunt* paria : non mensuræ est arbitrium, sed [fortunæ.
Esto clavis altera instructior : alii enim rei alia
fidit *navis*; ego vero utinam a diis server!

---

103. MUNATII.

Illa ego Tantalidûm sedes, ditissima quondam,
Qui Jove fulgebant progenitore sati;
Condita quæ Superis everti mœnia Trojæ
Et Superûm natis regia fida fui :
Pascua sum teneris ovibus bubusque Mycene,
De magnis rebus nil nisi nomen habens.
Curæ, Troja, tua est Dis ultio : nempe Mycene
Paret nulla; manes tu tamen urbsque manes.

104. ALPHEI MITYLENÆI.

Arx sacra Grajugenûm, sermo vetus, Argos Homeri,
Tuque simul Persei dives et ampla domus,
Perdita per vos est Heroum gloria, quorum
Concidit illa, Deis condita, Troja manu.
Illa sed antiqua surrexit pulchrior : at vos
Estis mandra boum prætereaque nihil.

105. INCERTI.

Fracta truci Borea cur mittor in æquora pinus?
Jam satis in terris naufraga flabra tuli.

106. LEONIDÆ TARENTINI.

Mensa diu pelagus pereo face navis, in illa,
Quæ mihi materiam tonsa creavit, humo.
Atqui reddiderant me terris æquora : vincis
Sic mea tu genetrix æquora perfidiâ.

107. EJUSDEM.

Parva vocor, dicorque minus majoribus alnis
Per medium certas æquor habere vias.
Nec nego me parvam. Sed fluctibus omnis in æquo
Est modus. imperium per mare casus habet.
Sunt quæ plus clavo valeant : fiducia cunctis
Non eadem : pro me sit satis esse Deos

108. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὁ Ζεὺς πρὸς τὸν Ἔρωτα· « Βέλη τὰ σὰ πάντ' ἀφελοῦ-
χῶ πτανός· « Βρόντα, καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ ». [μαι· »

109. ΙΟΥΛΙΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ.

Οὐκ οἶδ' εἴτε σάκος λέξαιμί σε, τὴν ἐπὶ πολλοὺς
ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην,
εἴτε σε βαιὸν ἐμοὶ πόντου σκάφος, ἥ μ' ἀπὸ νηὸς
ὀλλυμένης κόμισας νηκτὸν ἐπ' ἠϊόνας.
Ἄρεος ἐν πολέμοις ἔφυγον χόλον, ἔν τε θαλάσσῃ
Νηρῆος· σὺ δ' ἄρ' ἧς ὅπλον ἐν ἀμφοτέροις.

110. ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας,
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης.
Αὐτάρκους ἔραμαι βίου, Μακρῖνε·
τὸ Μηθὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν με τέρπει.

111. ΑΡΧΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους,
ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν ὅσους αἰῶνα λιπόντας
ἀπροϊδὴς Κηρῶν λάτρις ἔμαρψε Μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

112. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Τρὶς δέκα με πνεύσειν καὶ δὶς τρία μάντιες ἄστρων
φασίν· ἐμοὶ δ' ἀρκεῖ καὶ δεκὰς ἡ τριτάτη·
τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος· ἡ δ' ἐπὶ τούτοις
Νέστορι· καὶ Νέστωρ δ' ἤλυθεν εἰς ἀΐδην.

113. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Οἱ κόρις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου· ἀλλ' ἐκορέσθην
ἄχρι κόρου καὐτὸς τοὺς κόρις ἐκκορίσας.

108. ANONYMI.

Juppiter ad Amorem *dixit* : « Jacula tua cuncta aufe-
et aliger : « Tona, et denuo cycnus eris. » [ram; »

109. JULII DIOCLIS.

Nescio utrum scutum dicam te, quo in multos
hostes fido socio me-armavi,
an te parvam mihi marinam scapham, quæ me e navi
perdita vexisti nantem ad littora.
Martis in prœliis effugi iram, et in mari
Nerei : tu vero eras munimentum in utroque.

110. ALPHEI MITYLENÆI.

Non amo profundi-soli rura,
non divitias multi-auri, ut Gyges
Sufficientem-sibi cupio vitam, o Macrine;
illud enim « Ne quid nimis » nimis me delectat.

111. ARCHIÆ MITYLENÆI.

Thraces laudet sane quispiam, quod ingemiscunt quidem
matris e sinu ad lucem prodeuntibus, [filiis
rursus autem felices dicunt quoscunque relicta vita
improvisa Parcarum ministra corripuit Mors.
Namque viventes semper omnigena pergunt
in mala, illi vero malorum invenere medicinam mortui.

112. ANTIPATRI THESSALONICENSIS

Ter decem me victurum esse et bis ternos *annos* astrologi
dicunt; mihi autem sat-est et numerus ter denus.
Hic *est* enim hominibus vitæ terminus : quæ hos excedit
sit Nestori : sed etiam Nestor descendit in orcum.

113. PARMENIONIS.

[saturatus sum
Cimices usque ad satietatem se-saturarunt in-me; sed
usque ad satietatem et ipse cimicibus perdendis.

---

108. INCERTI.

Juppiter, Eripiam tibi spicula, dixit Amori :
Ille, Tona : fies, cum volo, rursus olor.

109. JULII DIOCLIS.

Te dubito clypeumne vocem, quo sæpe juvante
Hostiles in me nil valuere minæ,
An scapha dicenda es, fracta qui nave natantem
Servasti, tutum littus ad usque ferens.
Unius auxilio potui vitare furores,
In bello Martis, Nereos in pelago.

110. ALPHEI MITYLENÆI.

Non quæro segetis feracis arva,
Nec Gygis rutilum potentis aurum;
Æquo quod satis est, amo, Macrine,
Nam mi Nil nimis, ah nimis probatur.

111. ARCHIÆ MITYLENÆI.

Thracum facta probo, qui tunc sua pignora lugent,
Cum primum cernunt de genitrice diem;
Contra felices celebrant, e limine vitæ
Quos improviso turbine Parca rapit.
Innumeris nam vita malis fons est et origo,
At mors innumeris est medicina malis.

112. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Bis tres terque decem vives mihi dixerat annos
Astrologus : decies tres satis esse puto.
Hoc satis, hæc hominum vita est, quæ tempora restant
Nestoris : ad manes ivit et ille tamen.

113. PARMENIONIS MACEDONIS.

Cimicibus noctu satiatis de cute nostra,
Sumsi ego mox satura de cute supplicium.

114. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παιδὸς ἀφ' ὑψηλῶν κεράμων ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα
κύπτοντος (Μοίρα νηπιάχοις ἄφοβον),
μήτηρ ἐξόπιθεν μαζῷ μετέτρεψε νόημα·
οἷς δὲ τέκνῳ ζωὴν ἐν κεχάριστο γάλα.

114. EJUSDEM.

Puero ex arduis tegulis super extremas metopas
caput-demittente (Parca infantibus non extimescitur),
mater pone-stans ad-mammam convertit *ejus* mentem :
et bis puero vitam unum gratificatum-est lac.

115. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀσπίδ' Ἀχιλλῆος, τὴν Ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν,
Λαρτιάδης Δαναῶν ἦρε κακοκρισίῃ·
ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβον
Αἴαντος νηκτὴν ὥρμισεν, οὐκ Ἰθάκῃ.
Καὶ κρίσιν Ἑλλήνων στυγερὴν ἀπέδειξε θάλασσα,
καὶ Σαλαμὶς ἀπέχει κῦδος ὀφειλόμενον.

115. ANONYMI.

Clypeum Achillis, qui Hectoris cruorem bibit,
Laertiades Danaorum tulit pravo-judicio;
a-naufrago vero pontus detraxit, et versus tumulum
Ajacis nantem detulit, non Ithacæ.
Et sententiam-judicum Græcorum invisam ostendit mare,
et Salamis obtinuit gloriam debitam.

116. ΑΛΛΟ.

Καλὰ Ποσειδάων δίκασεν πολὺ μᾶλλον Ἀθήνης·
ἀσπὶς ἐν αἰγιαλοῖσι βοᾷ, καὶ σῆμα τινάσσει,
αὐτόν σ' ἐκκαλέουσα, τὸν ἄξιον ἀσπιδιώτην·
« Ἔγρεο, παῖ Τελαμῶνος, ἔχεις σάκος Αἰακίδαο ».

116. ALIUD.

Pulchre Neptunus judicavit multo magis quam-Minerva
Clypeus in littoribus clamat, et tumulum pulsat,
ipsum te evocans, dignum hastarium :
« Expergiscere, o fili Telamonis; habes scutum Æacidæ. »

117. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ.

Πένθιμον ἡνίκα πατρὶ Πολυξείνης ὑμέναιον
ἤνυσεν ὀγκωτοῦ Πύῤῥος ὕπερθε τάφου,
ὧδε πολυκλαύτοιο κόμας λακίσασα καρήνου
Κισσηὶς τεκέων κλαῦσε φόνους Ἑκάβη·
« Πρόσθε μὲν ἀξονίοις φθιτὸν εἴρυσας Ἕκτορα δεσμοῖς·
« νῦν δὲ Πολυξείνης αἷμα δέχῃ φθίμενος·
« Αἰακίδη, τί τοσοῦτον ἐμῇ ὠδύσαο νηδυῖ;
« παισὶν ἔφυς γὰρ ἐμοῖς ἤπιος οὐδὲ νέκυς. »

117. STATYLLII.

Luctuosum quum patri *suo* Polyxenes hymenæum
peregit aggesto Pyrrhus super tumulo,
sic, valde-lamentabilis crines dilacerans capitis,
Cisseis liberûm flevit cædes Hecuba :
« Prius quidem ad-axem-religatis occisum traxisti Hectorem loris;
nunc vero Polyxenes sanguinem excipis mortuus :
Æacide, quid tantopere meo succensuisti ventri?
liberis es enim meis lenis ne exstinctus quidem. »

118. ΒΗΣΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὤ μοι ἐγὼν ἥβης καὶ γήραος οὐλομένοιο·
τοῦ μὲν ἐπερχομένου, τῆς δ' ἀπονισαμένης.

118. [THEOGNIDIS.]

Hei mihi, juventam et senectam funestam!
hanc quidem accedentem, illam vero abeuntem.

119. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἴ τις ἀνὴρ ἄρχων ἐθέλει κολάκων ἀνέχεσθαι,

119. PALLADÆ.

Si quis vir imperans vult adulatores ferre,

---

114. EJUSDEM.

Cernuus e summi pendebat culmine tecti,
Non capiens tenera mente pericla puer.
Sed revocat mater nudis spectanda papillis.
Parvule, bis vitam munere lactis habes.

115. INCERTI.

Æacidæ clypeum, quem tinxit ab Hectore sanguis,
Non veris Ithacus ceperat arbitriis.
Amisit captum male naufragus : adnatat ille
Ajacis tumulo per mare, non Ithacæ.
Quod male decrerant Danai, bene rescidit æquor :
Jam Salamin, virtus quod sibi poscit, habes.

116. ALIUD,

ejusdem argumenti.

Æquius arbitrium Neptunus Pallade dixit :
Testis adest clypeus tumulumque in littore pulsat
Et velut inclamat dignum te talibus armis :
Surge, genus Telamonis, habes quod gessit Achilles.

117. STATILII FLACCI.

Sera patris tumulo reddens connubia Pyrrhus,
Cæde Polyxenia cum maculasset humum,
Cisseis misero vellens e vertice canos
Sic sua degemuit funera mœsta parens :
Ante tui lacerum traxerunt Hectora currus :
Nunc datur inferias heu mea nata tibi.
Cur meus est odio tanto tibi venter, Achilles?
Pignoribus parcis quippe nec umbra meis.

118. THEOGNIDIS.

Hei mihi pubertas dulcis, tristisque senectus,
Quod fugit illa a me, quod venit illa mihi.

119. PALLADÆ.

Si quis adulantes patitur vir, jura gubernans,

πολλοὺς ἐκδώσει τοῖς μιαροῖς στόμασιν·
ὥστε χρὴ τὸν ἄριστον, ἀπεχθαίροντα δικαίως,
ὡς κόλακας μισεῖν τοὺς κολακευομένους.

120. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΩΣΑΤΕΩΣ.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἁπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

121. ΑΔΗΛΟΝ.

Σπάρτας καὶ Σαλαμῖνος ἐγὼ φυτὸν ἀμφήριστον·
κλαίω δ' ἠϊθέων ἔξοχον ἢ προμάχων.

122. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ, οἱ δὲ ΕΥΗΝΟΥ.

Ἀτθὶ κόρα μελίθρεπτε, λάλος λάλον ἁρπάξασα
τέττιγα πτανοῖς δαῖτα φέρεις τέκεσιν,
τὸν λάλον ἁ λαλόεσσα, τὸν εὔπτερον ἁ πτερόεσσα,
τὸν ξένον ἁ ξείνα, τὸν θερινὸν θερινά;
κοὐχὶ τάχος ῥίψεις; οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον,
ὄλλυσθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις στόμασιν.

123. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ, οἱ δὲ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΑΛΕΞ.

Ἐκ θοίνης φάος ἔσχεν ἐπ' ἀχράδα μηκὰς ἰοῦσα,
ἐκ δ' ἐφάνη τυφλὴν μηκέτ' ἔχουσα κόρην·
δισσῶν τὴν ἑτέρην γὰρ ἐκέντρισεν ὀξὺς ἀκάνθης
ὄζος. Ἴδ' ὡς τέχνης δένδρον ἐνεργότερον.

124. ΑΔΗΛΟΝ.

Ποῖ Φοῖβος πεπόρευται; Ἄρης ἀναμίγνυται Δάφνῃ.

125. ΑΔΗΛΟΝ.

Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
πρὶν παῖν ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ.
Αἶψα γὰρ ἡνίκα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
νηπίαχος πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸν μὲν ἀείρας

multos tradet impuris oribus;
quare oportet optimum, iis juste inimicum,
ut adulatores odisse eos qui-adulationibus-aurem-præbent.

120. LUCIANI SAMOSATENSIS.

Malus vir dolium est pertusum, in quod cunctas
infundens gratias, in vanum effudisti

121. INCERTI.

Spartæ et Salaminis ego germen disputatum-utrimque :
fleo juvenum præstantissimum aut propugnatorum.

122. ANONYMI, aliis EVENI.

Attica puella, melle-nutrita, garrula garrulam quæ-raptam
cicadam volucribus dapem fers pullis,
garrulam garrula, aligeram aligera,
hospitem hospes, æstivam æstiva?
et non statim dimittes? non enim fas *est*, neque jus,
perire cantores cantorum oribus.

123. ANONYMI.

De pastu lucem habuit ad pirastrum capra accedens,
atque apparuit cæcam non jam habens pupillam :
duarum alteram enim pupugit acutus spinæ
ramus. Vide ut arte arbor *sit* efficacior.

124. INCERTI.

Quo Phœbus abiit? Mars congreditur Daphnæ.

125. INCERTI.

Audaces Celtæ flumine zelotypo Rheno
pueros probant, et non prius sunt patres
quam filium viderint lavatum aqua veneranda.
Statim enim quum matris prolapsus per sinum
infans primam fundit lacrimam, hunc sublatum

Exitio multos perfida lingua dabit.
Nos fugere officium veri rectoris, et illum
Credere, qui fumos vendit emitque pares.

120. LUCIANI SAMOSATENSIS.

Pertusus cadus est homo non probus : omnis in illum
Quæ collata fuit gratia, vana perit.

121. INCERTI.

Arbor, lis Spartæ de qua fuit et Salamini,
Nunc juvenem egregium Martis honore tego.

122. INCERTI.

Cecropi dulce sonans resonantem dulce cicadam
Abripis, et pullis fers alimenta tuis.
Quid facis ah? capta quid avi precor hospite gaudes
Hospes avis, verna verna, loquace loquax?
Quin cito dimittis? vates ut vatibus esca
Fiat, id haud quaquam jura piumque sinunt.

123. [ANTIPHILI.]

Capra pirum subiens ibi repperit ex dape lucem,
Hoc spectans oculo qui modo cæcus erat.
Punctus enim spina tectis ex orbibus alter
Panditur, et medica plus valet arbor ope.

124. INCERTI,

in Laurum secari præcisam.

Tunc ubi Phœbus erat, cum Daphnen opprimeret Mars?

125. INCERTI.

Celta ferox partum tædarum vindice Rheno
Explorat, genitoque parens prius esse recusat,
Quam videat sacri lustratum fluminis unda.
Nam simulatque infans materna lapsus ab alvo
Ore rudi primos fletus ciet, ipse rubentem,

αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκεν ἑὸν παῖν, οὐδ' ἀλεγίζει,
οὔπω γὰρ γενέταο φέρει νοῦν, πρίν γ' ἐπαθρήσῃ
κεχριμένον λουτροῖσιν ἐλεγξιγάμου ποταμοῖο.
Ἡ δὲ μετ' εἰλείθυιαν ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἔχουσα
μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
ἐκδέχεται τρομέουσα, τί μήσεται ἄστατον ὕδωρ.

126. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Κλυταιμνήστρα Ὀρέστου μέλλοντος αὐτὴν σφάξαι.

Πῆ ξίφος ἰθύνεις; κατὰ γαστέρος, ἢ κατὰ μαζῶν;
γαστὴρ ἥδ' ἐλόχευσεν, ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί.

127. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἂν περιλειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος οἴνου,
  εἰς ὄξυ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον·
οὕτω ἀπαντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς βαθὺ δ' ἐλθὼν
  γῆρας, ὁ πρεσβύτης γίνεται ὀξύχολος.

128. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἷρπε δράκων, καὶ ἔπινεν ὕδωρ· σβέννυντο δὲ πηγαὶ,
καὶ ποταμὸς κεκόνιστο, καὶ ἦν ἔτι διψαλέος θήρ.

129. ΝΕΣΤΟΡΟΣ.

Εἷρπε τὸ μὲν, τὸ δ' ἔμελλε, τὸ δ' ἦν ἔτι νωθρὸν ἐν [εὐνῇ·
αὐτὰρ ὁ διψήσας ποταμῷ ὑπέθηκε γένειον.
Πᾶς δ' ἄρα Κηφισὸς εἴσω ῥέεν· ἀργαλέον δὲ
ἀνθερεὼν κελάρυζε. Κατερχομένου δὲ ῥεέθρου,
Κηφισὸν κώκυον ὀλωλότα πολλάκι Νύμφαι.

130. ΑΔΗΛΟΝ.

Παλλάδος εἰμὶ φυτόν· Βρομίου τί με θλίβετε κλῶνες;
  ἄρατε τοὺς βότρυας· παρθένος οὐ μεθύω.

131. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὔρεσιν ἐν δολιχοῖς βλωθρὴν πίτυν ὑέτιός με

ipse (*pater*) in clypeo ponit suum natum, neque curat,
(nondum enim paternum gerit animum,) prius-quam [viderit
probatum lavacris nuptias-examinantis fluminis.
Illa vero post-puerperium additum doloribus dolorem ha-[bens
mater, etsi infantis verum novit patrem,
exspectat tremens-quid meditura-sit inconstans aqua.

126. ANONYMI.

Quem fere habuerit sermonem Clytæmnestra quum Orestes pararet eam trucidare.

Qua ensem dirigis? utrumne in uterum an in mammas?
uterus hic *te* genuit, et aluerunt mammæ.

127. ANONYMI.

Si relictum-est paululum in vasis dulcis vini,
  in acidum vertitur hoc quod relinquitur:
sic quum-exhausit totam vitam, et in altam pervenit
  senectam, grandævus fit acidus-bile.

128. INCERTI.

Repsit draco, et bibit aquam; arebant autem fontes, [bellua.
flumenque pulverulentum-factum-erat, et adhuc sitiebat

129. NESTORIS.

Repsit *belluæ* pars, pars erat-reptura, pars erat adhuc [torpens in cubili:
sed illa sitiens flumini supposuit mentum
Totusque hinc Cephisus intro fluxit; horrendum autem
rictus sonabat. Descendente autem fluento,
Cephisum defleverunt absorptum sæpe Nymphæ.

130. INCERTI.

Palladis sum germen: Bromii quid me premitis palmites
  tollite racemos: virgo vinum non bibo.

131. INCERTI.

Montibus in protensis celsam pinum pluviosus me

Ipse pater puerum clipei ferus orbe reponit:
Nec nisi cum censor thalamos absolverit amnis,
Induit excussum violento pectore patrem.
Interea, præter Lucinam passa dolores,
Quamlibet haud dubii genitoris conscia mater
Pendet, et ancipitum jussus formidat aquarum.

126. INCERTI,

quid dixerit Clytæmnestra, cum eam occidere pararet Orestes.

Quam partem feries, crudelis, an uber, an alvum?
Alvus te genuit: genitum te nutriit uber.

127. INCERTI.

Si quid adhuc modicum servat vetus amphora vini,
  Hoc subit absumto nectare tristis acor.
Haud secus exhausto vitæ qui flore profundum
  Venerit in senium, nil nisi bilis erit.

128. INCERTI.

In Pythium Draconem.

Vix Python tangebat aquas, fons deficit omnis:
Nil fluvius nisi pulvis erat, sitis arida durat.

129. NESTORIS.

De eodem.

Pars it, pars parat ire feræ, pars strata quiescit;
Illa sitim jam ferre negans os subdidit amni:
Totus in horribilem fluxit Cephissus hiatum;
Instrepuere sono fauces, inventaque nusquam
Luxerunt teneræ Cephissi flumina Nymphæ.

130. INCERTI.

Quid gravis es Bacchi palmes mihi? Palladis ito
  Hinc procul a ramis, non bibo virgo merum.

131. INCERTI.

Frondiferam pinum me cum radice revulsit

πρόῤῥιζον γαίης ἐξεκύλισε νότος·
ἔνθεν ναῦς γενόμην, ἀνέμοις πάλιν ὄφρα μάχωμαι.
Ἄνθρωποι τόλμης οὔ ποτε φειδόμενοι.

132. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σωφροσύνη καὶ Ἔρως κατεναντίον ἀλλήλοισιν
ἐλθόντες ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι·
Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱππολύτοιο·
Ἱππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη.

133. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἴ τις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

134, 135. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐλπὶς, καὶ σὺ Τύχη, μέγα χαίρετε· τὴν ὁδὸν εὗρον·
οὐκέτι γὰρ σφετέροις ἐπιτέρπομαι. Ἔῤῥετε ἄμφω,
οὕνεκεν ἐν μερόπεσσι πολυπλανέες μάλα ἐστέ.
Ὅσσα γὰρ ἀτρεκέως οὐκ ἔσσεται, ὔμμες ἐν ἡμῖν
φάσματα, ὡς ὕπνῳ, ἐμβάλλετε, οἷάτ' ἐόντα.
Ἔῤῥε κακὴ γλήνη, πολυώδυνε· ἔῤῥετε ἄμφω.
Παίζοιτ', εἴγε θέλοιτε, ὅσους ἐμεῦ ὕστερον ὄντας
εὕροιτ' οὐ νοέοντας ὅπερ θέμις ἐστὶ νοῆσαι.
Ἀτρεκέως μάλα πᾶσι πλάνη Τύχη ἐστὶ βροτοῖσιν·
ἐστὶ γὰρ ἀδρανέη, τὸ δ' ἐπιπλέον οὐδὲ πέλουσα.

136. ΚΥΡΟΥ.

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν,
ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτρης
συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.
Πιερίδες, φεύγωμεν ἐϋκτιμένην πόλιν· ἄλλην
πατρίδα μαστεύσωμεν. Ἀπαγγελέω δ' ἄρα πᾶσιν
ὡς ὀλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο μελίσσας.

137. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τινὸς ἡμιξήρου πρὸς Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα.

Ἥμισύ μου τέθνηκε, τὸ δ' ἥμισυ λιμὸς ἐλέγχει·

cum-ipsa-radice terrâ evolvit Notus;
inde navis evasi, cum-ventis rursum ut pugnem.
O homines audaciæ non unquam parci!

132. ANONYMI.

Modestia et Amor obviam sibi-invicem
progressi vitas perdiderunt ambo :
Phædram quidem interfecit ardens amor Hippolyti;
Hippolytum vero casta interemit modestia.

133. INCERTI.

Si quis semel maritus-qui-fuerat rursus secunda cubilia [appetit,
naufragus navigat bis gurgitem horrendum.

134, 135. INCERTI.

Spes, et tu Fortuna, valde valete : viam inveni;
non-amplius enim vestris delector. Facessite ambæ,
quod inter homines multorum-errorum-auctores plane [estis.
Quæcumque enim vere non erunt, eorum vos nobis
phasmata, velut *in* somno, injicitis, tanquam essent.
Apage, mala pupa, multi-doloris-causa : facessite ambæ.
Ludite, si vultis, quos post me futuros
inveneritis non ea cogitantes quæ fas est cogitare.
Vere penitus omnibus error Fortuna est mortalibus;
est enim impotens, imo plerumque ne est quidem.

136. CYRI.

Utinam pater me docuisset villosas oves pascere!
ut sub ulmis considens, aut sub saxis
modulans calamis meos mulcerem mœrores.
Pierides, fugiamus bene-conditam urbem, aliam
patriam quæramus. Nunciabo jam omnibus
quod funesti fuci perdiderunt apes.

137. GRAMMATICI

cujusdam semisicci versus ad Adrianum imperatorem.

Dimidium mei periit, dimidium vero fames evertit :

In summis stantem montibus ira noti.
Facta ratis rursum jubeor certare procellis :
O metuens hominum nulla pericla genus!

132. INCERTI.

Sunt adversa sibi pudor atque amor : et tamen ambo
Exitium eventu sæpe tulere pari.
Hippolyto mortem mores tribuere severi :
Hippolyti sed te, Phædra, peremit amor.

133. INCERTI.

Altera quisquis adit connubia, par facit, ac si
Naufragus æquoreas puppe retentet aquas.

134. PALLADÆ.

Vera reperta via est : Spes et Fortuna valete :
Ite procul : nil me tot gaudia vestra morantur,
Unde venit multus miseris mortalibus error.
Nam velut in somnis quæ non sunt esse putamus,
Sic per vos rerum specie nos versat imago.
Lumen abi fallax plenumque doloribus, et vos
Ite duæ : posthac aliis illudite, qui non
Mente sua teneant, debent quæ mente teneri

136. CYRI MAGNI.

O si custodem teneri fecisset ovilis
Me pater, ut recubans aliquo sub monte vel ulmo
Inflarem calamos gravibus solatia curis.
Linquamus patriæ fines, atque altera, Musæ,
Mœnia quæramus; namque hic, sciat ultimus orbis,
Depopulantur apum scelerati pabula fuci.

137. PRO SEMISIDERATO, *qui* ADRIANUM
Imperatorem alimenta poscebat.

Parte mei perii : pars esurit altera, serva

σῶσόν μου, βασιλεῦ, μουσικὸν ἡμίτονον.

Πρὸς ὃν ὁ βασιλεὺς ΑΔΡΙΑΝΟΣ ἀπεκρίνατο·

Ἀμφοτέρους ἀδικεῖς καὶ Πλουτέα καὶ Φαέθοντα·
τὸν μὲν ἔτ' εἰσορόων, τοῦ δ' ἀπολειπόμενος.

138. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ

Ἦν νέος, ἀλλὰ πένης· νῦν γηρῶν πλούσιός εἰμι,
ὢ μόνος ἐκ πάντων οἰκτρὸς ἐν ἀμφοτέροις·
ὃς τότε μὲν χρῆσθαι δυνάμην, ὁπότ' οὐδὲ ἓν εἶχον,
νῦν δ' ὁπότε χρῆσθαι μὴ δύναμαι, τότ' ἔχω.

139. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ.

Μαχλὰς εὐκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις,
δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει·
* * * *
τῆς μὲν ὑποκλέπτων πολιὴν τρίχα, γείτονα μοίρης.
Ἠλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγή·
ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδὼς,
ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

140. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἕδρην χαλκεόπεζον ἐπὶ προθύροις Ἑλικῶνος
εἱστήκει θεράπων τις ὑπὲρ νώτοιο μεμαρπὼς,
οὐδ' ἔθελεν μογέοντι πορεῖν ἐπίβαθρον ἀοιδῆς·
τοὔνεκά μευ θώρηξε νόον πολύμητις ἀνάγκη.

141. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κοινῇ πὰρ κλισίῃ ληθαργικὸς ἠδὲ φρενοπλὴξ
κείμενοι, ἀλλήλων νοῦσον ἀπεσκέδασαν.
Ἐξέθορε κλίνης γὰρ ὁ τολμήεις ὑπὸ λύσσης,
καὶ τὸν ἀναίσθητον παντὸς ἔτυπτε μέλους.
Πληγαὶ δ' ἀμφοτέροις ἐγένοντ' ἄκος, αἷς ὁ μὲν αὐτῶν
ἔγρετο, τὸν δ' ὕπνῳ πουλὺς ἔριψε κόπος.

142. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κρημνοβάταν, δίκερων, Νυμφῶν ἡγήτορα Πᾶνα
ἀζόμεθ', ὃς πέτρινον τόνδε * κέκευθε δόμον,
ἵλαον ἔμμεναι ἄμμιν, ὅσοι λίβα τήνδε μολόντες
ἀενάου πόματος, δίψαν ἀπωσάμεθα.

serva mei, o rex, musicum hemitonium.

Ad quem rex Adrianus respondit:

Utrisque injuriam facis, et Plutoni et Phaethonti: [niens.
hunc quidem adhuc intuens, illum autem non-conve-

138 ANONYMI.

Eram juvenis, sed pauper; nunc senex dives sum,
heu! unus ex omnibus miserabilis in utroque!
qui tunc quidem uti poteram, quando non quidquam ha-
nunc vero quum uti non possum, nunc habeo. [bebam,

139. CLAUDIANI.

Meretrix crotalo-bene-sonantibus exululans in choreis,
duplex concussis motibus æs agitat:
* * * *
hujus quidem occultans canum crinem, vicinum fati.
Vanis radiis signatur oculi lumen;
ac mentitum ruborem illevit incolor pudor (*impudentia*),
splendore vestiens spurio condita mala (*papillas*).

140. EJUSDEM.

Sedile æneis-fultum-pedibus in vestibulo Stilichonis
stabat famulus quispiam super dorsum qui-corripuerat,
nec volebat fesso præbere thronum cantus.
Ideo meum armavit animum ingeniosa necessitas.

141. ANONYMI.

Communi in lecto lethargicus et vesanus
jacentes, alter-alterius morbum dissiparunt.
Prosiliit e-cubili enim ille audax præ furore,
et hunc sensu-privatum omnibus membris verberabat.
Plagæ vero utrique fiebant remedium, per-quas unus eorum
excitatus-est, alterum in-somnum multus conjecit labor.

142. ANONYMI.

Per-præcipitia-gradientem, bicornem, Nympharum ducem
veneramur, qui lapideam hanc colit (?) domum, [Pana
propitius ut-sit nobis, quotquot laticem hunc adeuntes
perennis potus, sitim repulimus.

Rex bone concentus hunc mihi semitonum.

RESPONSUM IMPERATORIS.

Sol habet, orcus habet, de te quod jure querantur,
Ille jubar quod adhuc conspicis, hic quod abes.

138. INCERTI.

Pauper eram juvenis, senibus nunc dives in annis,
Hei mihi sum fato solus utroque miser.
Nil erat utendum, cum ferret, ut uterer, ætas:
Uti cum prohibent tempora, nunc habeo.

141. INCERTI.

Juxta se positi demens captusque veterno
Mutua depulsi causa fuere mali.
Exsilit e strato cui mens commota calore,
Omniaque alterius marcida membra ferit.
Excitus hic plagis, fessum sopor occupat illum:
Verbera sic morbis exsoluere duos.

142. INCERTI,

de Pane.

Dux bone Nympharum Pan per juga currere velox,
Cornigerum dominum quem specus ista colit,
Omnibus ut faveas et des rata vota precamur,
Queis pellit saliens hoc aqua fonte sitim.

143. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Λιτός τοι δόμος οὗτος (ἐπεὶ παρὰ κύματι πηγῷ
ἵδρυμαι νοτερῆς δεσπότις ἠϊόνος),
ἀλλὰ φίλος· πόντῳ γὰρ ἐπὶ πλατὺ δειμαίνοντι
χαίρω, καὶ ναύταις εἰς ἐμὲ σωζομένοις.
Ἱλάσκευ τὴν Κύπριν· ἐγὼ δέ σοι ἢ ἐν ἔρωτι
οὔριος, ἢ χαροπῷ πνεύσομαι ἐν πελάγει.

143. ANTIPATRI.

Parva quidem domus hæc (quippe juxta fluctum canum
sto humidi domina littoris),
sed amica : ponto enim late terrenti
gaudeo, et nautis qui ad me *confugientes*-servantur.
Propitia Cyprin; ego vero tibi aut in amore
secunda, aut cæruleo flabo in pelago.

144. ΑΝΥΤΗΣ.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος, ἐπεὶ φίλον ἔπλετο τήνα
αἰὲν ἀπ' ἠπείρου λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος,
ὄφρα φίλον ναύτῃσι τελῇ πλόον· ἀμφὶ δὲ πόντος
δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον.

144. ANYTES.

Cypridis hic est locus, quandoquidem carum fuit illi
semper e terra nitidum videre pelagus,
ut acceptam nautis efficiat navigationem; circa vero pontus
terret *eos*, splendidam cernens statuam.

145. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐλθὼν εἰς ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας,
Διογένης ὁ κύων Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα,
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου,
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
εἶπεν· « Ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος· ὅσσα γὰρ εἶχον,
« πάντα φέρω σὺν ἐμοί· Κροῖσε, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις ».

145. ANONYMI.

Ingressus in orcum, quando doctam peregerat senectam,
Diogenes canis Crœsum videns ridebat,
et strato senex pallio suo juxta illum,
qui multum e flumine aurum hauserat, [habebam,
dixit : « Mihi vel nunc largior locus : quæcumque enim
cuncta fero mecum; Crœse, tu vero nihil habes. »

146. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὔνους παρὰ βωμὸν ἔτευξα,
τὴν μὲν, ἵν' ἐλπίζῃς· τὴν δ', ἵνα μηδὲν ἔχῃς.

146. ANONYMI.

Spem et Nemesim Eunus juxta aram erexi,
illam quidem, ut speres; hanc vero, ut nil habeas.

147. ΑΝΤΑΓΟΡΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Ὦ ἴτε Δήμητρος πρὸς ἀνάκτορον, ὦ ἴτε, μύσται,
μὴ δ' ὕδατος προχοὰς δείδιτε χειμερίους.
Τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς * ὁ Λίνδιος ἀσφαλὲς ὔμμιν
Ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦδ' ἔβαλεν ποταμοῦ.

147. ANTAGORÆ RHODII.

O ite Cereris ad templum; o ite, mystæ,
neu aquæ effusiones timete hibernas.
Talem enim Xenocles Lindius firmum vobis
Pontem per latum hoc jecit flumen.

148. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν βίον, Ἡράκλειτε, πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης

148. ANONYMI.

Vitam, o Heraclite, multo impensius quam quum viveres,

---

143. ANTIPATRI.

Non pretiosa quidem domus hæc, quia fluctibus adstat,
Et me parva madens ora salutat heram,
Sed bene grata : juvat nam me reverentia ponti,
Creber et a nostra navita salvus ope.
Tu sacra fac Veneri, cursus promitto secundos,
Seu pelagi, seu te jactat amoris hiems.

144. ANYTÆ.

De Venere.

Ista decet Venerem sedes, quæ lucida gaudet
Æquora de specula littoris adspicere;
Ut placidum præstet nautis iter, et tremat ipsam,
Effigiem pulchram dum videt, unda maris.

145. INCERTI.

Risit, ut infernis Crœsum conspexit in umbris,
Nimirum sapiens tunc quoque, Diogenes,
Pallioloque senex strato se proximat illi,
Cui dederat faciles aurifer amnis opes :
Hic quoque plus, inquit, spatii fero, nam mea porto
Omnia, cum restet nil tibi, Crœse, tui.

146. INCERTI.

Spem Nemesinque simul posui, ceu cernis, ad aram :
Ista dat ut speres; hæc nihil ut capias.

147. [SIMONIDÆ.]

Ite Deæ Cereris sacra ad penetralia mystæ,
Ne, nec hyberni terreat amnis aqua.
Nam Xenocles vobis trans latum Lindius amnem
Securum posito ponte paravit iter.

148. INCERTI.

Nunc magis, Heraclite, tuo quam tempore, vitam

δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἔστ' ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα, Δημόκριτε, τὸ πλέον ἢ πρίν·
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
Εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

dele : nunc vita est miserabilior.
Vitam nunc irride, Democrite, magis quam prius :
nunc vita omnibus est magis-ridicula.
Vos autem ego quoque intuens, interea animi pendeo,
qui tecum una fleam, qui tecum una rideam.

149. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἶχεν Ἀριστείδης ὁ βοκέῤῥιος οὐκ ἀπὸ πολλῶν
πολλά, μιῆς δ' οἶος καὶ βοὸς εὐπορίην.
Ἀλλὰ γὰρ οὐδ' ὁ πένης ἔφυγε φθόνον· ἤματι δ' αὐτῷ
θῆρες οἶν, τὴν βοῦν δ' ὤλεσε δυστοκίη.
Μισήσας δ' ἀβληχὲς ἐπαύλιον, ἄμματι πήρης
ἐκ ταύτης βιοτὴν ἀχράδος ἐκρέμασεν.

149 ANTIPATRI.

Habebat Aristides Bogerrius non ex multis
multa, sed unius ovis et buculæ facultatem.
Sed enim ne pauper quidem effugit invidiam ; et die eadem
belluæ ovem, buculam vero perdidit partus-infelix
Exosus autem balatus-expers stabulum, vinculo peræ
ex hoc vitam pirastro suspendit.

150. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλοῦτος Ἀριστείδῃ δάμαλις μία καὶ τριχόμαλλος
ἦν οἶς· ἐκ τούτων λιμὸν ἔλαυνε θύρης.
Ἤμβροτε δ' ἀμφοτέρων· ἀμνὴν λύκος, ἔκτανε δ' ὠδὶς
τὴν δάμαλιν· πενίης δ' ὤλετο βουκόλιον.
Πηροδέτῳ δ' ὅ γ' ἱμάντι κατ' αὐχένος ἄμμα λυγώσας,
οἰκτρὸς ἀμυκήτῳ κάτθανε πὰρ καλύβῃ.

150. EJUSDEM.

Divitiæ Aristidi vacca una et villosa
erat ovis; ope-harum famem arcebat a-limine.
Excidit autem ambabus : ovem lupus, interemit partus
vaccam; et paupertatis periit stabulum.
Atque hic vinciente-peram loro in collo nodum nectens,
miserabilis ad non-mugiens obiit tugurium.

151. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦ τὸ περίβλεπτον κάλλος σέο, Δωρὶ Κόρινθε;
ποῦ στεφάναι πύργων, ποῦ τὰ πάλαι κτέανα,
ποῦ νηοὶ μακάρων, ποῦ δώματα, ποῦ δὲ δάμαρτες
Σισύφιαι, λαῶν θ' αἵ ποτε μυριάδες;
οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἴχνος, πολυκάμμορε, σεῖο λέλειπται,
πάντα δὲ συμμάρψας ἐξέφαγεν πόλεμος.
Μοῦναι ἀπόρθητοι Νηρηΐδες, Ὠκεανοῖο
κοῦραι, σῶν ἀχέων μίμνομεν ἀλκυόνες.

151. EJUSDEM.

Ubinam illa conspicua pulchritudo tua, Dorica Corinthe?
ubi coronæ turrium, ubi antiquæ divitiæ,
ubi templa immortalium, ubi domus, ubi vero matronæ
Sisyphiæ, hominumque illæ olim myriades?
nam ne vestigium quidem, o valde-infelix, tui relictum-est,
cunctaque corripiens devoravit bellum.
Solæ nos nesciæ-interitus Nereides, Oceani
filiæ, tuorum dolorum manemus halcyones.

152. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἅδε ποθ' ἁ κλεινὰ Πριάμου πόλις, ἃν ἀλαπάξαι
Ἑλλάνων δεκέτης οὐκ ἐτάλασσεν ἄρης

152. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Hæc olim clara Priami urbs, quam expugnare
Græcorum decenne non sustinuit bellum

Fle, precor, est etenim nunc miserabilior.
Tu quoque nunc illam magis, o Democrite, ride,
Nam risu nunquam dignior illa fuit.
Vos ego sed spectans heic hæreo, quomodo possim
Te ridendo sequi, te lacrymando sequi.

149. ANTIPATRI.

Pastor Aristides habuit non multa Bocerræ;
Res ovis una viro bosque sed una fuit.
Nec tamen invidia caruit; nam luce sub una
Eripuit vaccam partus, ovemque feræ.
Ille piro ex ista peræ lethalia nectit
Vincula, ne muto viveret in stabulo.

150. EJUSDEM,

de eodem argumento.

Omnis Aristidæ res hæc erat, una juvenca,
Una ovis, esuriem quæ pepulere domo.
Excidit hoc etiam grege paupere; namque juvencam
Partus, ovem necuit dente rapace lupus.
Infelix laqueum peræ sibi vincula fecit,
Dum sine balatu nescit ovile pati.

151. EJUSDEM.

Nunc ubi sublimes tollentia mœnia turres,
Et laudes et opes, Dori Corinthe, tuæ?
Nunc ubi Sisyphiæ matres et mille virorum
Agmina, totque domus sanctaque templa Deûm?
Tantorum decorum vestigia nulla supersunt,
Omnia corrupit Martis acerba lues.
Solæ restamus geminis Nereides undis,
Teque velut mœstæ plangimus Alcyones.

152. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Urbs ego sum Priami, quam vincere Graja per annos
Arma decem certe non valuere palam :

ἀμφαδὸν, ἀλλ' ἵπποιο κακὸν ξύλον. Αἴθε δ' Ἐπειὸς
κάτθανε πρὶν τεῦξαι δουρατέαν παγίδα.
Οὐ γὰρ ἂν, Ἀτρειδᾶν ὀροφηφάγον ἀψαμένων πῦρ,
οὕτω ἐφ' ἁμετέροις λάεσιν ἠριπόμαν.

153. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ πόλι, πῆ σέο κεῖνα τὰ τείχεα, πῆ πολύολβοι
νηοί; πῆ δὲ βοῶν κράατα τεμνομένων;
πῆ Παφίης ἀλάβαστρα, καὶ ἡ πάγχρυσος ἐφεστρίς;
πῆ δὲ Τριτογενοῦς δείκελον ἐνδαπίης;
Πάντα μόθος χρονίη τε φύσις καὶ Μοῖρα κραταιὴ
ἥρπασεν, ἀλλοίην ἀμφιβαλοῦσα τύχην.
Καί σε τόσον νίκησε βαρὺς φθόνος· ἀλλ' ἄρα μοῦνον
οὔνομα σὸν κρύψαι καὶ κλέος οὐ δύναται.

154. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἱλήκοις, πολιοῦχε. Σὲ μὲν χρυσαυγέϊ νηῷ,
ὡς θέμις, ἁ τλάμων Ἴλιος ἠγασάμην·
ἀλλὰ σύ με προλέλοιπας ἑλώριον· ἀντὶ δὲ μήλου
πᾶσαν ἀπεδρέψω τείχεος ἀγλαΐην.
Ἄρκιον ἦν θνάσκειν τὸν βουκόλον· εἰ γὰρ ἄθεσμος
ἔπλετο, τᾶς πάτρας οὐκ ἀλίτημα τόδε.

155. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὲν ἀπὸ Σπάρτης τις ἔφυς, ξένε, μή με γελάσσης·
οὐ γὰρ ἐμοὶ μούνῃ ταῦτα τέλεσσε Τύχη.
Εἰ δέ τις ἐξ Ἀσίης, μὴ πένθεε· Δαρδανικοῖς γὰρ
σκήπτροις Αἰνεαδῶν πᾶσα νένευκε πόλις.
Εἰ δὲ θεῶν τεμένη καὶ τείχεα καὶ ναετῆρας
ζηλήμων δηΐων ἐξεκένωσεν Ἄρης,
εἰμὶ πάλιν βασίλεια. Σὺ δ', ὦ τέκος, ἄτρομε Ῥώμη,
βάλλε καθ' Ἑλλήνων σῆς ζυγόδεσμα δίκης.

156. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Δέρκεο τὸν Τροίας * δεκέτη λόχον· εἴσιδε πῶλον

palam, sed equi dolosum lignum. Utinam vero Epeus
obiisset antequam struxisset ligneas insidias!
Non enim, ubi Atridæ tecta-vorantem accenderunt ignem,
sic nostris lapidibus incubuissem.

153. EJUSDEM.

O urbs, ubi tua illa mœnia, ubi valde-opulenta
templa? ubi boum capita cæsorum?
ubi Paphiæ alabastra, et illud totum-ex-auro peplum?
ubi autem Tritogeniæ signum indigenæ?
Cuncta bellum multique-temporis lapsus et Parca potens
rapuit, dissimilem induens *tibi* sortem.
Et te in-tantum *modo* vicit gravis invidia: sed solum
nomen tuum occultare et decus non valet.

154. EJUSDEM.

Propitia-sis, urbis-præses. Te quidem in æde auro-splendida,
ut par *est*, misera Troja venerata-sum;
sed tu me deseruisti ut-prædam: et pro mâlo
totum abripuisti muri splendorem.
Satius erat mori bubulcum: si enim legis-immemor
fuit, non patriæ peccatum hoc *est*.

155. EJUSDEM.

Si quidem ex Sparta quispiam es, o advena, ne me irrideas:
non enim mihi soli hæc fecit Fortuna.
Si vero quispiam *es* ex Asia, ne lugeas: Dardanicis enim
sceptris Æneadarum omnis se-submisit urbs.
Et si deorum lucos et mœnia et incolas
invidus hostium exinanivit Mars,
sum iterum regina. Tu vero, o soboles, impavida Roma,
mitte in Græcos tuæ jugum justitiæ.

156. ANTIPHILI BYZANTII.

Cerne has Trojæ structas-ligno insidias; inspice equum

Sed mala fraus. Utinam prius isset Epeus ad umbras,
Abiete mendacem quam fabricaret equum.
Non ego Tantaleis periissem diruta flammis,
In lapides tristi pondere lapsa meos.

153. EJUSDEM,

de eodem argumento.

Nunc ubi, Troja, precor tua mœnia, templaque Divûm
Splendida, et aurati, victima pulchra, boves?
Et Veneris fulgens alabaster et aurea vestis,
Inclitaque indigenæ Palladis effigies?
Cuncta ferus Mavors et vis fatalis et ætas
Abstulit, in varias sæpe voluta vices.
Hactenus invidiæ licuit te vincere: verum
Hac nolente tibi fama decusque manent.

154. EJUSDEM.

In templum Minervæ, quod erat Trojæ.

Da veniam dictis: ego te, Tritonia, supplex
Ilios auratis sum venerata tholis:

Tu miseram prodens pomum decerpis ob unum
Heu tibi confisis mœnibus omne decus.
Nonne satis fuerat, periit quod pastor? iniquus
Si fuit, ipse fuit: patria quid potui?

155. EJUSDEM,

In Trojam.

Ne me, si genitus fueris Lacedæmone, ride:
Fatorum sensi non ego sola vices.
Si quis es ex Asia, gaude magis: aspicis urbes,
Quot sunt, Æneadûm Dardana jussa pati.
Si Bellona mihi tam magnis invida rebus
Eripuit cives, mœnia, templa Deûm,
At rursum nunc regno: sed o mea filia Roma,
Tu preme Trojugenûm vindice colla jugo.

156. ANTIPHILI BYZANTII.

In eandem.

Annorum meditata decem, Trojæque nocentem

εὐόπλου Δαναῶν ἔγκυον ἡσυχίης.
Τεκταίνει μὲν Ἐπειὸς, Ἀθηναίη δὲ κελεύει
ἔργον· ὑπὲκ νώτου δ' Ἑλλὰς ὅλα δύεται.
5 Ἦ ῥα μάταν ἀπόλοντο τόσος στρατὸς, εἰ πρὸς ἄρηα
ἦν δόλος Ἀτρείδαις ἐσθλότερος πολέμου.

bene-armato Danaorum fœtum silentio.
Fabrefacit quidem Epeus, Pallas vero præscribit
opus : et sub dorso *equi* Hellas tota se-condit.
Sane igitur frustra perierunt tantus exercitus, si ad bellum
fuit dolus Atridis melior pugnâ.

157. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τίς θεὸν εἶπεν Ἔρωτα; θεοῦ κακὸν οὐδὲν ὁρῶμεν
ἔργον· ὁ δ' ἀνθρώπων αἵματι μειδιάει.
Οὐ θοὸν ἐν παλάμαις κατέχει ξίφος; ἠνίδ' ἄπιστα
τῆς θειοδμήτου σκῦλα μιαιφονίης.
Μήτηρ μὲν σὺν παιδὶ κατέφθιτο· αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῖς
ποίνιμος ἔκτεινεν φῶτα λιθοκτονίη.
Καὶ ταῦτ' οὔτ' Ἄϊδος, οὔτ' Ἄρεος, ἔργα δ' Ἔρωτος
λεύσσομεν, οἷς παίζει κεῖνος ὁ νηπίαχος.

157. ANONYMI.

Quis deum dixit Amorem? dei malum nullum videmus
opus; hic autem hominum sanguini *effuso* arridet.
Nonne furentem in palmis tenet ensem? ecce incredibilia
a-deo-structæ spolia cædis.
Mater quidem cum puero periit : sed super iis
vindex interemit virum lapidatio.
Et hæc nec Plutonis, nec Martis, sed opera Amoris
videmus, quibus ludit ille infans.

158. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἱ τρισσαί ποτε παῖδες ἐν ἀλλήλαισιν ἔπαιζον
κλήρῳ, τίς προτέρη βήσεται εἰς ἀΐδην·
καὶ τρὶς μὲν χειρῶν ἔβαλον κύβον, ἦλθε δὲ πασῶν
ἐς μίαν· ἡ δ' ἐγέλα κλῆρον ὀφειλόμενον.
Ἐκ τέγεος γὰρ ἄελπτον ἔπειτ' ὤλισθε πέσημα
δύσμορος, ἐς δ' ἀΐδην ἤλυθεν, ὡς ἔλαχεν.
Ἀψευδὴς ὁ κλῆρος, ὅτῳ κακόν· ἐς δὲ τὸ λῷον
οὔτ' εὐχαὶ θνητοῖς εὔστοχοι, οὔτε χέρες.

158. ANONYMI.

Hæ ternæ olim puellæ inter se ludebant
sorte, quæ prior descensura-sit in orcum :
et ter quidem e-manibus jecerunt talum, venit autem *hic* [ex omnibus
in unam; at hæc ridebat sortem debitam.
De tecto enim insperato deinde cecidit lapsu
infelix, et in orcum ivit, sicuti erat-sortita.
Non mendax *est* sors *illi* cui mala-portendit; ad bona vero
nec preces mortalibus efficaces, neque manus.

159. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κρανίον ἐν τριόδοισι κατοιχομένου τις ἐσαθρῶν
εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐκ ἐδάκρυσε βίου·
δεξιτερὴν δ' ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα, καὶ λίθον ἧκεν,
κωφὸν μὲν δοκέοντ', ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
Ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἀφήλατο, καὶ τὸν ἀφέντα
πήρωσεν, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
Καὶ πάλιν εἰς ἀΐδην ἐκολάζετο, τὴν ἰδίην δὲ
ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

159. ANONYMI.

Cranium in triviis exstincti quispiam cernens
imaginem communem non flevit vitæ;
sed dextram projecit ad terram, et lapidem misit,
mutus qui-videbatur quidem, sed spirabat vindictam.
Os enim ut feriit, resiluit et eum qui-miserat
occæcavit, dulci lumine orbans.
Et vicissim in orcum-usque pœnas-dabat, propriamque
deflevit manuum perite-jaculantem dementiam.

Armigeræ fœtum cerne quietis equum.
Inventrix operis Pallas, fabricator Epeus :
In tergo vehitur Græcia tota meo.
Regibus Atridis potior si Marte professo
Est dolus, incassum tot periere viri.

157. INCERTI.

Cur Deus esset Amor? nec enim malefacta Deorum
Novimus; humano sanguine gaudet Amor.
Non armata quidem gladio manus : et tamen, ecce,
Quæ dedit immani funera sævitia!
Stratus enim cum matre puer jacet, et super ipsos
Vir sævis lapidum jactibus interiit.
Non opus hoc Martis Ditisve, Cupidinis omne est :
Cernite quo lusu gaudeat ille puer.

158. INCERTI.

Experiebantur teneræ tres sorte puellæ,
Quæ peteret stygias ordine prima domos.
Tessera ter jacta est, damnatur de tribus una,
Et ridet, vanas dum putat esse minas.
Lapsa sed infelix alto de culmine tecti
Ad styga, sors veluti significarat, abit.
Veridica est, quoties nocet alea : prospera nobis
Ut sint fata, nihil vota manusve juvant.

159. INCERTI.

Viderat in trivio calvam qui forte jacentem,
Debuit humanam qui lacrymare vicem,
In dextram projecit humum, saxoque petivit.
Muta fuit vindex attamen illa sui,
Ictaque dissiliens oculi se mittit in orbem,
Et facit hunc lucis tristia damna pati :
Imprudens læsæ sic ille satisfacit umbræ,
Tamque suas rectum flet feriisse manus.

160. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἡρόδοτος Μούσας ὑπεδέξατο· τῷ δ' ἄρ' ἑκάστη
ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

160. ANONYMI.

Herodotus Musas excepit: huic inde quæque
pro benigno-hospitio librum dedit unum.

161. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἡσιόδου ποτὲ βίβλον ἐμαῖς ὑπὸ χερσὶν ἑλίσσων
Πύῤῥην ἐξαπίνης εἶδον ἐπερχομένην·
βίβλον δὲ ῥίψας ἐπὶ γῆν χερὶ, τοῦτ' ἐβόησα·
« Ἔργα τί μοι παρέχεις, ὦ γέρον Ἡσίοδε; »

161. MARCI ARGENTARII.

Hesiodi olim librum meis sub manibus versans
Pyrrhen subito vidi accedentem;
ac librum dejiciens ad terram manu, hoc inclamavi:
« Opera (*negotia*) quid mihi præbes, o senex Hesiode. »

162. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἤμην ἀχρεῖον κάλαμος φυτόν· ἐκ γὰρ ἐμεῖο
οὐ σῦκ', οὐ μῆλον φύεται, οὐ σταφυλή·
ἀλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' Ἑλικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
χείλεα, καὶ στεινὸν ῥοῦν ὀχετευσάμενος.
Ἐκ δὲ τοῦ εὖτε πίοιμι μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἷα,
πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λαλῶ στόματι.

162. ANONYMI.

Eram inutile arundo germen: nam ex me
nec ficus, nec pomum nascitur, nec uva;
sed me vir initiavit Heliconia-ut-essem, tenuia tornans
labra, et angustum flumen canaliculo-ducens.
Ex hoc autem quando bibi atrum potum, tanquam nu-
omne verbum muto hocce loquor ore. [mine-afflata.

163. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος, πατέρα·
ἔκλαγε δ' Ἀργείοις· « Μὴ ψαύετε· μικρὸν ἐς ἄρη
« κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι μέγα ».

163. ANONYMI.

Ex igne Iliaco jaculorum in-medio heros eripuit
Æneas, sanctum filio onus, patrem *suum;*
inclamavitque Argivis: « Ne tangite! tenue in bellum
lucrum senex, ferenti vero magnum. »

164. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίς σε, Δικαιοσύνη, βροτὸς ἤκαχεν; — Οὗτος ὁ κλέπτης
ἐνθάδε με στήσας, οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ.

164. INCERTI.

Quis te, o Justitia, mortalis tristitia-affecit? — Hicce fur
hoc-loco qui me statuit, cui nihil mecum commune est

165. ΠΑΛΛΑΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Ὀργὴ τοῦ Διός ἐστι γυνὴ, πυρὸς ἀντιδοθεῖσα
δῶρον, ἀνιηρὸν τοῦ πυρὸς ἀντίδοτον.
Ἄνδρα γὰρ ἐκκαίει ταῖς φροντίσιν ἠδὲ μαραίνει,
καὶ γῆρας προπετὲς τῇ νεότητι φέρει.
5 Οὐδ' ὁ Ζεὺς ἀμέριμνος ἔχει χρυσόθρονον Ἥρην·

165. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Ira Jovis est mulier, ignis vice-data
donum, triste pro-igne munus.
Virum enim exurit curis atque cogit-marcescere,
et senectutem præcipitem juventæ affert. [Junonem
Ne Jupiter quidem securus habet aureo-insidentem throno

---

160. INCERTI.

Hospes ut Herodotus Musas exceperat, illi
Hospitii pretium quæque dedere librum.

161. MARCI ARGENTARII.

Cum legerem libros, quos scripsit pastor ab Ascra,
Spectandam subito se mihi Pyrrha dedit.
Excidit e digitis Operum pater atque dierum:
Hoc te, clamo, die nil opus, Hesiode, est.

162. INCERTI.

De graphiario.

Nec ficus mihi ferre datum, nec mala, nec uvas,
Nilque ego cassa nisi frugis arundo fui.
Sed famulam fecit Musis, qui tenuia labra
Finxit et angustum, qua fluit humor, iter.
Nunc atro suffusa mero velut enthea vates
Elingui verbum quodlibet ore loquor.

163. INCERTI.

Per patriæ cineres et tota per hostica ferret
Cum pius Æneas, maxima sacra, patrem,
Hoc onus, aiebat, Danai ne tangite: parva
In sene sunt vobis præmia, magna mihi.

164. INCERTI.

Justitia ah quæso quid tristis es? Hoc fleo, quod fur,
Et cui nil mecum, me tamen heic posuit.

165. PALLADÆ.

Ira Jovis pretiumque ignis miserabile rapti
Femina, et hinc in se, quo nocet ignis, habet
Sic urit curis animum pereditque, facitque,
Qui juvenes fuerant, esse repente senes.
Magnus et ipse suam, quando non esse molesta

πολλάκι γοῦν αὐτὴν ῥίψεν ἀπ' ἀθανάτων,
ἠέρι καὶ νεφέλῃσι μετήορον· οἶδεν Ὅμηρος,
καὶ Δία συγγράψας τῇ γαμετῇ χόλιον.
Οὕτως οὐδέποτ' ἐστὶ γυνὴ σύμφωνος ἀκοίτῃ,
οὐδὲ καὶ ἐν χρυσέῳ μιγνυμένη δαπέδῳ.

166. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πᾶσαν Ὅμηρος ἔδειξε κακὴν σφαλερήν τε γυναῖκα,
σώφρονα καὶ πόρνην, ἀμφοτέρας ὄλεθρον.
Ἐκ γὰρ τῆς Ἑλένης μοιχευσαμένης φόνος ἀνδρῶν,
καὶ διὰ σωφροσύνην Πηνελόπης θάνατοι.
Ἰλιὰς οὖν τὸ πόνημα μιᾶς χάριν ἐστὶ γυναικός·
αὐτὰρ Ὀδυσσείῃ Πηνελόπη πρόφασις.

167. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ Ζεὺς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο, γυναῖκας.
Εἴθε δὲ μήτε γυνὴ, μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη!
Πῦρ μὲν δὴ ταχέως καὶ σβέννυται· ἡ δὲ γυνὴ πῦρ
ἄσβεστον, φλογερὸν, πάντοτ' ἀναπτόμενον.

168. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῆνιν οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκα,
καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος.
Ὤμοι ἐγὼ πολύμηνις, ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην,
τέχνης γραμματικῆς καὶ γαμετῆς μαχίμης.

169. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῆνις Ἀχιλλῆος καὶ ἐμοὶ πρόφασις γεγένηται
οὐλομένης πενίης γραμματικευσαμένῳ.
Εἴθε δὲ σὺν Δαναοῖς με κατέκτανε μῆνις ἐκείνη,
πρὶν χαλεπὸς λιμὸς γραμματικῆς ὀλέσει.
Ἀλλ' ἵν' ἀφαρπάξῃ Βρισηΐδα πρὶν Ἀγαμέμνων,
τὴν Ἑλένην δ' ὁ Πάρις, πτωχὸς ἐγὼ γενόμην.

170. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ᾔσχυνα λογισμοῖς,

sæpe certe eam dejecit ab immortalibus,
in-aere ac nubibus suspensam : novit Homerus,
etiam Jovem qui-scripsit uxori iratum.
Sic nunquam est uxor concors marito,
ne si quidem in aureo nubit solo.

166. EJUSDEM.

Omnem Homerus ostendit malam fallacemque *esse* mu-
modestam et meretricem, utramque perniciosam. [lierem,
Etenim ex Helenæ adulterio cædes *orta* virorum *est*,
et per modestiam Penelopes funera.
Ilias igitur opus unius gratia exstitit mulieris;
Odysseæ autem Penelope causa *fuit*.

167. EJUSDEM.

Juppiter pro igne ignem præbuit alium, mulieres
Utinam vero neque mulier, neque ignis apparuisset!
Ignis quidem sane cito etiam exstinguitur; sed mulier est ig-
inexstinctus, flammeus, semper-et-ubique exardens. [nis

168. EJUSDEM.

« Iram funestam » uxorem miser duxi,
etiam jubente arte « ab-ira » incipiens.
Hei mihi, ira-cumulatus *sum*, habens duplicis-iræ necessi-
artis grammaticæ et sponsæ pugnacis. [tatem

169. EJUSDEM.

Ira Achillis et mihi causa facta-est
funestæ paupertatis grammaticam-tractanti.
Utinam autem cum Danais me interemisset ira illa,
antequam dura fames grammaticæ *me* perdet!
Sed quo raperet Briseida olim Agamemnon,
Helenenque Paris, mendicus ego factus-sum.

170. EJUSDEM.

Ventrem impudentem gravibus repressi ratiocinationibus

Desiit, ejectam Juppiter arce poli
Suspendit nebulis atque aere. Novit Homerus,
Iratum scripsit qui tibi, Juno, Jovem.
Nunquam igitur concors vivet matrona marito,
Si nec in ætherio præstitit hoc thalamo.

166. EJUSDEM.

Femineum genus omne nocens : ita censet Homerus :
Grande malum mœcha est, grande pudica malum.
Multas esse neces Helene dat adultera : verum
Casta dat et multas Penelopea neces.
Ilias immensum carmen versatur in una,
Unaque Odysseæ femina materia est.

167. EJUSDEM.

Ab Jove pro flamma data nobis altera flamma est
Femina, at o si non illa, nec illa foret.
Sedari tamen illa potest cito : femina nunquam,
Undique inardescens, undique semet alens.

168. EJUSDEM.

In uxorem suam Andromachen.

Iram pestiferam miser heu pro conjuge duxi :
Artis principium nec minus ira mihi est.
Sic gemino gravis ira tenet me compede vinctum,
Artis Grammaticæ, conjugis indomitæ.

169. EJUSDEM.

Ira tua, Æacide, nam tracto poemata pauper,
Olim aliis, sed nunc perniciosa mihi est.
O utinam me cum Danais occideret illa,
Ne gravior veniat mors mihi, docta fames.
Quod Paris ante Helenam, Briseida cepit Atrides,
Hæc mihi nunc causa est, cur ego nil capiam.

170. EJUSDEM.

Experior Ventrem reprimens sermone severo,

σωφροσύνῃ κολάσας ἔντερον ἀργαλέον·
εἰ γὰρ ἔχω τὸν νοῦν ἐπικείμενον ὑψόθι γαστρὸς,
πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην;

171. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄργανα Μουσάων, τὰ πολύστονα βιβλία πωλῶ,
εἰς ἑτέρας τέχνης ἔργα μετερχόμενος.
Πιερίδες, σώζοισθε· λόγοι, συντάσσομαι ὑμῖν·
σύνταξις γὰρ ἐμοὶ καὶ θάνατον παρέχει.

172. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει, οὐδ' ἀλεγίζω
λοιπὸν τῆς ἀπάτης· ἤλυθον εἰς λιμένα.
Εἰμὶ πένης ἄνθρωπος, ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶ·
ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι.

173. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα·
πρῶτος μῆνιν ἔχει· δεύτερος οὐλομένην,
καὶ μετὰ δ' οὐλομένην, Δαναῶν πάλιν ἄλγεα πολλά·
ὁ τρίτατος ψυχὰς εἰς Ἀΐδην κατάγει·
τοῦ δὲ τεταρταίου τὰ ἑλώρια καὶ κύνες ἀργοί·
πέμπτου δ' οἰωνοὶ, καὶ χόλος ἐστὶ Διός.
Πῶς οὖν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατάρας,
καὶ πέντε πτώσεις, μὴ μέγα πένθος ἔχειν;

174. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐνθάδε παιδεύουσιν ὅσοις κεχόλωτο Σάραπις,
τοῖσιν ἀπ' οὐλομένης μήνιδος ἀρχομένοις·
ἔνθα τροφὸς κατὰ μῆνα φέρει μισθὸν μετ' ἀνάγκης,
βύβλῳ καὶ χάρτῃ δησαμένη πενίην·
ὡς δὲ κάπνισμα τιθεῖ παρὰ τὸν θρόνον, ὡς παρὰ τύμβον,
τὸν μικρὸν χάρτην, τὸν παραριπτόμενον.
Κλέπτει δ' ἐξ ὀλίγου μισθὸν, καὶ χαλκὸν ἀμείβει,
καὶ μόλιβον μίσγει, καὶ τὸ ἔθος δέχεται.
Εἰ δέ τις εἰς ἐνιαυτὸν ἄγοι χρυσοῖο νόμισμα,
ἑνδεκάτῳ μηνὶ, πρὶν προφέρειν, μετέβη,

modestiâ castigans viscera terribilia :
si enim habeo mentem collocatam supra ventrem,
qui non vincam subjectam?

171. EJUSDEM.

Instrumenta Musarum, in-quibus-multum-gemui, libros vendo,
in alius artis opera transiens.
Pierides, valete! literæ, valedico vobis :
syntaxis enim mihi vel mortem præbet.

172. EJUSDEM.

Nec Spei nec Fortunæ jam mihi cura-est, nec rationem deinceps fraudis habeo : ivi portum.
Sum egenus homo, libertate vero utor-contubernali :
quæ contumeliis-afficiunt paupertatem, divitias aversor.

173. EJUSDEM.

Initium grammaticæ quinque-versuum est imprecatio :
primus « Iram » habet; secundus : « Funestam »,
et post « funestam » rursus « Danaorum dolores » multos;
tertius « Animas in Orcum » deducit;
quarti vero *sunt* « Præda et canes albi »;
quinti autem « Aves » et « Bilis est Jovis. »
Qui igitur grammaticus potest post quinque imprecationes
et quinque casus, non magnum dolorem habere?

174. EJUSDEM.

Hic docent quibuscumque iratus est Sarapis,
qui ab « Exitiosa ira » ordiuntur;
hic ubi nutrix singulis mensibus fert mercedem necessario,
libro et charta involvens paupertatem,
et sicut thus ponit ad sedem-magistri, velut ad sepulcrum,
parvam illam chartam projectam.
Furatur autem ex parvo mercedem, et æs mutat,
et plumbum miscet, et solitum accipit.
Si vero quis in annum pendat auri nummum,
undecimo mense, priusquam expromat, ad-alium-transit

Indomitam partem si ratione domem;
Et quid ni, cum ventre animus sublimior exstet,
Vincere sit nobis inferiora datum?

171. EJUSDEM.

Emptorem miseris Musarum quæro libellis,
Utilioris enim molior artis opus.
Cyrrha vale atque Helicon, nam malo dicere causas
Quam mortis causam dicere Grammaticam.

172. EJUSDEM.

Fraudum jam satis est; spes et fortuna valete :
Navigat in portu jam mea cymba suo.
Pauper ero, sed liber et haud obnoxius ulli,
Spernentes alios spernere certus opes.

173. EJUSDEM.

Diras quinque tenent primordia Grammaticorum;
Ira etenim prima est : altera pernicies.
Et cum pernicie Danaorum mille dolores :
At pars ad Stygias tertia mittit aquas.
Versus habet quartus prædamque canesque rapaces,
Quintus aves monstrat jussaque sæva Jovis.
Et qui Grammaticus post tam læva omina quinque,
Casibus implicitus quinque, sit absque malis?

174. EJUSDEM.

Hic docet irato quicumque Sarapide natus
Principium ex ira pernicieque capit.
Exacto pretium fert mense coacta juventus,
Pauperiem charta pelliculaque tegens.
Fumus ut ad tumulum, sic charta a tristibus illis
Ad solium fertur projiciente manu.

ἀγνώμων τε φανεὶς, καὶ τὸν πρότερον διασύρας
γραμματικὸν στερέσας μισθὸν ὅλου ἔτεος.

ingratusque manifeste, et priorem perstringens
grammaticum, fraudans *eum* mercede totius anni.

175. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καλλίμαχον πωλῶ καὶ Πίνδαρον, ἠδὲ καὶ αὐτὰς
πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης.
Δωρόθεος γὰρ ἐμὴν τροφίμην σύνταξιν ἔλυσε,
πρεσβείην κατ' ἐμοῦ τὴν ἀσεβῆ τελέσας.
Ἀλλὰ σύ μου πρόστηθι, θεῷ φίλε, μηδέ μ' ἐάσῃς
συνδέσμῳ πενίης τὸν βίον ἐξανύσαι.

175. EJUSDEM.

Callimachum vendo et Pindarum, atque ipsos
casus grammaticæ, casum habens paupertatis.
Dorotheus enim meam nutricem syntaxin (*salarium*) [sustulit,
nuntium malo meo impium exsecutus.
Sed tu me tuearis, deo (Theo?) care, neu me sinas
in copula (*vinculo*) paupertatis vitam finire.

176. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκλήθην παρὰ σοῦ τοῦ ῥήτορος· εἰ δ' ἀπελείφθην,
τὴν τιμὴν ἀπέχω, καὶ πλέον εἰμὶ φίλος.
Οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ τὸ φαγεῖν κρίνουσα γέγηθεν,
ἀλλὰ μόνον τιμῆς αἰσθομένη τρέφεται.

176. EJUSDEM.

Vocatus-sum *ad cœnam* a te rhetore : si sero-adveni,
honorem abstuli, et magis sum amicus.
Non enim animus epulas gustans gaudet,
sed solum honorem persentiscens nutritur.

177 ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἴαντος παρὰ τύμβον ἀταρβήτοιο παραστὰς
Φρὺξ * ἐπέων κακῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης·
« Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνεν » ὁ δ' ἀντεγέγωνεν ἔνερθε·
« Μίμνεν »· ὁ δ' οὐκέτ' ἔτλη ζωὸς ἀποφθίμενον.

177. ANONYMI.

Ajacis tumulo impavidi prope adstans
Phryx (in heroem) pravam orsus-est maledicentiam
« Ajax vero non jam manebat ». Is contra-inclamavit ex imo :
« Manebat »; ille autem non jam sustinuit vivus mortuum.

178. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ὡς πάρος Ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἁ Ῥόδος εἰμὶ
νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς,
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομέναν.

178. ANTIPHILI BYZANTII.

Ut prius Solis, nunc Cæsaris Rhodus sum
insula, paremque glorior lucem ab utroque
Jam exstinctæ mihi novus illuxit radius,
o Sol, et præter tuum splendorem fulsit Nero.
Qui dicam utri magis debear? ille quidem ostendit
exeuntem mari, hic vero erexit jam occidentem

179. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Τοξοβόλον τὸν Ἔρωτα τίς ἔξεσεν ἐκ λιβανωτοῦ,
τόν ποτε μηδ' αὐτοῦ Ζηνὸς ἀποσχόμενον;
Ὀψέ ποθ' Ἡφαίστῳ κεῖται σκοπὸς, ὃν καθορᾶσθαι
ἔπρεπεν οὐκ ἄλλως ἢ πυρὶ τυφόμενον.

179. LEONIDÆ TARENTINI.

Sagittarium Amorem quis sculpsit ex thure,
illum qui olim ne ab ipso quidem Jove abstinuit-se?
Tandem aliquando Vulcano jacet scopus, quem cerni
decebat non aliter atque igne consumptum.

Demit et ex modico mutat puer secula, plumbum
Admiscet, cum, quod mos habet, inde capit.

175. EJUSDEM.

Callimachum vendo, casus quoque, Pindare, tecum
Grammaticos : casus nam mihi pauperies.
Dorotheus nobis Syntaxin destruit omnem,
Ut quid edam dubium sit mihi, quidve bibam.
Tu sed amate Deo fer opem mihi, nec sine vitam
Demat egestatis copula dura mihi.

176. EJUSDEM.

Non veni, quamquam tibi, vir facunde, vocatus,
Hic tamen addictum me tibi fecit honos.
Mens ignara dapum, sed quod sentitur ab illa
Est honor : hæc animum pabula sola fovent.

177. INCERTI.

Ad tumulum, belli fulmen quo conditus Ajax,
Phryx adstans cœpit carmine probra loqui.
Ajax non manet, inquit; at ille exclamat ab umbris,
Et vivus functum morte manere nequit.

178. ANTIPHILI BYZANTII.

Solis eram quondam, nunc Cæsaris insula magni,
Sum Rhodos : ex æquo lux ab utroque juvat;
Jamque exstincta forem, nisi sol mihi surgeret alter,
Et jubar ex Latia tolleret arce Nero.
Plus mihi præstat uter? dedit ille emergere ponto,
Hic me restituit, cum prope mersa fui.

179. LEONIDÆ TARENTINI.

Quis de ture pio nobis effinxit Amorem,
De quo multa queri Juppiter ipse potest?
Sed bene Vulcano quod jam datur ille, videri
Qui puer in solo debuit igne rogi.

180. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Τύχη καπηλεύουσα πάντα τὸν βίον,
ἀσυγκέραστον τὴν φύσιν κεκτημένη,
καὶ συγκυκῶσα καὶ μεταντλοῦσ' αὖ πάλιν,
χαὐτὴ κάπηλός ἐστι νῦν τις, οὐ θεὰ,
τέχνην λαχοῦσα τὴν τρόπων ἐπαξίαν.

181. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀνεστράφησαν, ὡς ὁρῶ, τὰ πράγματα,
καὶ τὴν Τύχην νῦν δυστυχοῦσαν εἴδομεν.

182. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σὺ Τύχη δέσποινα, τύχην ἀτυχῆ πόθεν ἔσχες;
ἡ παρέχουσα τύχας πῶς ἀτυχὴς γέγονας;
Μάνθανε καὶ σὺ φέρειν τὰ σὰ ῥεύματα, καὶ σὺ διδάσκου
τὰς ἀτυχεῖς πτώσεις, ἃς παρέχεις ἑτέροις.

183. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σὺ Τύχη λοιπὸν μεταβαλλομένη καταπαίζου,
μηδὲ τύχης τῆς σῆς ὕστατα φεισαμένη·
ἡ πρὶν νηὸν ἔχουσα, καπηλεύεις μετὰ γῆρας,
θερμοδότις μερόπων νῦν ἀναφαινομένη.
Νῦν ὁσίως στένε καὶ σὺ τεὸν πάθος, ἄστατε δαῖμον,
τὴν σὴν, ὡς μερόπων, νῦν μετάγουσα τύχην.

184. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πίνδαρε, Μουσάων ἱερὸν στόμα, καὶ λάλε Σειρὴν,
Βακχυλίδη, Σαπφοῦς τ' Αἰολίδες χάριτες,
* γράμμα τ' Ἀνακρείοντος, Ὁμηρικὸν ὅς τ' ἀπὸ ῥεῦμα
ἔσπασας οἰκείοις, Στησίχορ', ἐν καμάτοις,
ἥ τε Σιμωνίδεω γλυκερὴ σελὶς, ἡδύ τε Πειθοῦς,
Ἴβυκε, καὶ παίδων ἄνθος ἀμησάμενε,
καὶ ξίφος Ἀλκαίοιο, τὸ πολλάκις αἷμα τυράννων
ἔσπεισεν, πάτρης θέσμια ῥυόμενον,
θηλυμελεῖς τ' Ἀλκμᾶνος ἀηδόνες, ἵλατε, πάσης
ἀρχὴν οἳ λυρικῆς καὶ πέρας ἐστάσατε.

180. PALLADÆ

Fortuna cauponans totam vitam *hominum*,
intemperatam naturam possidens,
et confundens et transfundens rursus iterum.
et ipsa copa nunc est aliqua, non dea,
artem sortita moribus condignam.

181. EJUSDEM.

Inversæ sunt, ut video, res,
et Fortunam nunc infortunatam videmus

182. EJUSDEM.

Et tu, Fortuna domina, fortunam infortunatam unde habuisti?
quæ præbes fortunas quomodo infortunata evasisti?
Disce et tu ferre tuos fluctus; tu quoque docearis
infortunatos casus quos præbes ceteris

183. EJUSDEM.

Et tu, Fortuna, deinceps mutata, deluditor,
neu fortunæ tuæ extremum parcens.
quæ prius templum habebas, cauponam habes post senectam,
caldæ-dispensatrix hominum nunc apparens.
Nunc ut-fas est geme etiam tu tuum casum, instabilis dæmon,
tuam, ut hominum, nunc transmutans fortunam.

184. ANONYMI.

Pindare, Musarum sacrum os, et *tu* garrula Siren,
Bacchylide, Sapphusque Æolides gratiæ,
cantusque Anacreontis, et qui Homericum fluentum
attraxisti propriis, o Stesichore, in laboribus,
atque Simonidis dulcis pagina, suavemque Suadæ,
Ibyce, et puerorum florem qui-messuisti,
et ensis Alcæi, qui sæpe cruorem tyrannorum
libavit, patriæ instituta tuens,
et femineum-modulantes Alcmanis lusciniæ, favete, omnis
initium qui lyricæ poeseos et finem constituistis.

---

180. PALLADÆ.

Fortuna vitam quæ solet confundere
Sic obsequatur ut bona nulli fide,
Sed hausta turbet semper et rursum hauriat;
Caupona nunc est facta quæ fuerat dea,
Et tractat artem moribus dignam suis.

181. EJUSDEM.

Nunc ordo rerum quam sit inversus vides,
Fortuna quando jacet in infortunio.

182. EJUSDEM.

Unde precor, Fortuna, tibi fortuna maligna est?
Quomodo deprendit sors mala sortis heram?
Disce tuas sentire, cies quas omnibus, undas,
Quasque vices aliis fingis et ipsa pati.

183. EJUSDEM.

Tu quoque jam, Fortuna, dabis ludibria nobis,
Quæ nec fortunæ consulis ipsa tuæ.
Cauponam grandæva tenens, quæ templa tenebas,
In Bacchi calidam pocula fundis aquam.
Ipsa tuos tandem fer Diva levissima casus,
Quam fueras aliis non tibi fida magis.

184. INCERTI.

De novem Lyricis.

Pindare Musarum sacra vox, et garrula Siren
Bacchylidæ, Sapphûs et Venus Æolia;
Scriptaque Anacreiontis, Homerica quique fluenta,
Stesichore, in lyricum tam bene vertis opus;
Dulcis et ante alias tu charta Simonidis, et tu
Ibyce, cui flores Suada dat et pueri;
Ensis et Alcæi dominantum sanguine tincte,
Dum sanctis patriæ legibus obsequeris;
Et face virginea flagrans Alcmanis aedon,
Desinit in vobis, cœperat unde lyra.

185. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀρχιλόχου τάδε μέτρα καὶ ἠχήεντες ἴαμβοι,
θυμοῦ καὶ φοβερῆς ἰὸς ἐπεσβολίης.

185. ANONYMI.

Archilochi hi versus et sonori iambi,
iræ et metuendæ venenum maledicentiæ.

186. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Βίβλοι Ἀριστοφάνευς, θεῖος πόνος, αἷσιν Ἀχαρνεὺς
κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην.
Ἠνίδ' ὅσον Διόνυσον ἔχει σελὶς, οἷα δὲ μῦθοι
ἠχεῦσιν, φοβερῶν πληθόμενοι χαρίτων.
Ὦ καὶ θυμὸν ἄριστε, καὶ Ἑλλάδος ἤθεσιν ἶσα,
κωμικὲ, καὶ στύξας ἄξια καὶ γελάσας.

186. ANTIPATRI THESSALONICENSIS

Libri Aristophanis, divinus labor, quibus Acharnensis
hedera immisit viridem multa comam.
En quantum Bacchum habet pagina, et quale fabulæ
sonant, terribilium plenæ venerum.
O et animum optime et Græciæ moribus accommodate,
comice, et detestans digne et ridens.

187. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αὐταί σοι στομάτεσσιν ἀνηρείψαντο μέλισσαι
ποικίλα Μουσάων ἄνθεα δρεψάμεναι·
αὐταὶ καὶ Χάριτές σοι δωρήσαντο, Μένανδρε,
στωμύλον εὐτυχίην δράμασιν ἐνθέμεναι.
Ζώεις εἰς αἰῶνα· τὸ δὲ κλέος ἐστὶν Ἀθήναις
ἐκ σέθεν οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων.

187. ANONYMI.

Ipsæ in tua ora extulerunt apes
varios Musarum flores postquam-decepserunt.
Ipsæ et Gratiæ tibi donarunt, Menander,
facetam et-felicem-artem comœdiis induxisse.
Vivis in ævum : laus vero est Athenis
ex te æthereas attingens nubes.

188. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀτθίδος εὐγλώσσου στόμα φέρτατον, οὐ σέο μεῖζον
φθέγμα Πανελλήνων πᾶσα κέκευθε σελίς·
πρῶτος δ' εἴς τε θεὸν καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας,
θεῖε Πλάτων, ἤθη καὶ βίον ηὐγάσαο,
Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας μυκτῆρι φρόνημα,
κάλλιστον σεμνῆς* σῆμα διχοστασίης.

188. ANONYMI.

Atticæ-linguæ facundissimæ os summum, non te majus
eloquium omnium-Græcorum universa condit pagina,
primusque et in deum et in cœlum oculos extendens,
divine Plato, mores et vitam inspexisti,
Socratico Samium temperans naso supercilium,
pulcherrimum gravis monumentum contentionis.

189. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἔλθετε πρὸς τέμενος ταυρώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης,
Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήμαθ' ἑλισσόμεναι,
ἔνθα καλὸν στήσασθε θεῇ χορόν· ὔμμι δ' ἀπάρξει

189. INCERTI.

Ite ad lucum bovis-oculos-habentis nitidum Junonis,
o Lesbiades, molles pedum gressus volventes;
ibi pulchrum sistite deæ chorum; vobis vero præibit

---

185. INCERTI.

De Archilocho.

Quos legis, Archilocho rabies dictavit iambos:
Tincta venenifero carmina felle madent.

186. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

In Aristophanem.

Cernis Aristophanis sacra carmina, queis ab Acharnis
Florentes hederæ circuiere comas.
Aspice quam multo rapiatur pagina Baccho,
Plena quidem Venerum, sed metuenda tamen.
Moribus o Græcis prudente salutifer ira,
Maxime, seu rides, Comice, sive notas.

187. INCERTI.

De Menandro.

Infudere tibi nectar de floribus ortum,
Pieridum campos quæ populantur apes;
Sermonis facilem, qualem vult fabula, ductum
Gratia donavit trina, Menandre, tibi.
Perpetuum vives! quæ de te surgit Athenis
Gloria, cœlestes venit ad usque domos.

188. INCERTI.

De Platone.

Cecropidos terræ vox præstantissima, majus
Nil dedit eloquio Græcia tota tuo:
Ausus namque oculos in cœlum ferre Deumque,
Alluces nostris moribus inde facem;
Cumque supercilio Samio de Socrate nasum
Jungis, opus sancti nobile dissidii.

189. INCERTI.

De Sappho.

Lesbides ite simul dominæ Junonis ad aram,
Suspenso teneræ molliter ite gradu:
Docta chorum vobis sacrata per atria Sappho

Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην.
Ὄλβιαι ὀρχηθμοῦ πολυγηθέος· ἦ γλυκὺν ὕμνον
εἰσαΐειν αὐτῆς δόξετε Καλλιόπης.

190. ΑΔΗΛΟΝ.

Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον· εἰ δέ τι μικρὸν,
ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι.
Οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ,
τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς·
ἣ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ μητρὸς φόβῳ, ἣ καὶ ἐφ' ἱστῷ
ἑστήκει Μουσέων λάθρη ἐφαπτομένη.
Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων,
Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.

191. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐκ ἂν ἐν ἡμετέροισι πολυγνάμπτοις λαβυρίνθοις
ῥηϊδίως προμόλοις ἐς φάος, αἴκε τύχῃς·
τοίους γὰρ Πριαμὶς Κασσάνδρη φοίβασε μύθους,
ἄγγελος οὓς βασιλεῖ ἔφρασε λοξοτρόχις.
Εἰ δέ σε φίλατο Καλλιόπη, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δὲ
νῆϊς ἔφυς Μουσέων, χερσὶ βάρος φορέεις.

192. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

α. Αἱ βίβλοι, τίνες ἐστέ; τί κεύθετε; β. Θυγατέρες μὲν
Μαιονίδου, μύθων δ' ἵστορες Ἰλιακῶν·
ἁ μία μὲν μηνιθμὸν Ἀχιλλέος, ἔργα τε χειρὸς
Ἑκτορέας, δεκέτους ἆθλα λέγει πολέμου·
ἁ δ' ἑτέρα μόχθον τὸν Ὀδυσσέος, ἀμφί τε λέκτροις
χηρείοις ἀγαθᾶς δάκρυα Πηνελόπας.
α. Ἵλατε σὺν Μούσαισι· μεθ' ὑμετέρας γὰρ ἀοιδὰς
εἶπεν ἔχειν αἰὼν ἕνδεκα Πιερίδας.

193. ΑΔΗΛΟΝ

εἰς τὴν ἱστορίαν Φιλοστοργίου.

Ἱστορίην ἐτέλεσσα θεοῦ χαρίτεσσι σοφῇσι,
πράγματ' ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος.

Sappho auream manibus tenens lyram.
Felices choreæ valde-lætæ! sane dulcem hymnum
audire ipsius credetis Calliopes.

190. INCERTI.

Lesbius Erinnes hic est favus : si tenuis est,
at totus a Musis mixtus melle.
Trecenti vero illius versus pares sunt Homero,
illius-quæ et *est* virgo annos-undeviginti-nata;
quæ et ad colum matris præ-timore, quæ et ad telam
stabat Musarum clam studiosa.
Sappho autem Erinnæ quantum in melicis-versibus præstat,
Erinna Sapphoni tantum in hexametris

191. INCERTI.

Non tu in nostris multiflexis labyrinthis
facile procedas in lucem, si-forte *in eos* incideris.
tales enim sunt-quos Priameia Cassandra vaticinata-est
nuncia quos regi edixit oblique-currens. [sermones,
Si vero te amavit Calliope, me sume in manus; at si
rudis es Musarum, manibus *nihil nisi* pondus geris.

192. ANTIPHILI BYZANTII

***a.* Vos, quæ chartæ estis? quid conditis? *b.* Filiæ sumus**
Mæonidæ, fabularum autem narratrices Trojanarum :
una quidem memorem-iram Achillis, operaque manus
Hectoreæ, decennis certamina dicit belli;
altera vero laborem Ulyssis, et ob lectos
viduatos probæ lacrimas Penelopes.
a. Propitiæ-estote cum Musis : post vestros enim cantus
dixit ævum *se* habere undecim Pieridas.

193. INCERTI.

In historiam Philostorgii.

Historiam confeci Dei gratiis doctis,
res veritatis varias texens.

Inchoet aurata conspicienda lyra :
Hac duce gaudentes saltate; videbitur ipsa
Edere mellitos Calliopea sonos.

190. INCERTI.

De Erinna.

Lesbidis Erinnæ non magna mole, sed omnis
Pieridum redolet dulcia mella favus :
Haud plus ter centum quæ versibus æquat Homerum,
Annos nata decem virgo superque novem.
Nec tamen interea quæ poscunt otia Musæ
Aut colus aut telæ, matre premente, dabant.
Si cupis, Erinnam Sappho testudine vincat,
Dum tamen Erinnæ cedat in hexametris.

191. INCERTI.

Liber Lycophronis loquitur.

Non facile in lucem venies, si forte meatus
Incideris, noster quos labyrinthus habet.
Tam tortis Cassandra furit fanatica verbis,
Quæ Priamo memori nuntius ore refert.
Si tibi Calliope cor imbuit, accipe : Musæ
Si rudis es, manibus non nisi pondus habes.

192. ANTIPHILI BYZANTII.

De Iliade et Odyssea.

Unde, quid adfertis chartæ? Genus acris Homeri
Nos sumus, Iliacas res in utraque legis.
Iras Æacidæ canit hæc, manibusque potentem
Hectora, perque annos aspera bella decem :
Errores longos Ithaci, viduoque cubili
Illa refert lacrymas, Penelopea, tuas.
Vivite cum Musis. Cum vos acceditis illis,
Aonium faciunt una decemque chorum.

194. ΑΛΛΟ.

[καλόν.
Γράμματα δώδεκ' ἔχει ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΣ, οὔνομα
Τοὔνεκα δὴ κατὰ γράμμα λόγους ἀνεγράψατο τούτους,
ἀρξάμενος πρώτου ἀπὸ γράμματος, εἶτεν ἐφεξῆς·
καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς ἑὸν οὔνομα γράψας.

195. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κωνσταντινιάδης Ἀσκληπιὸς ἄστυ γεραίρων
γράψεν Ἀναζαρβοῦ πάτρια κυδαλίμης.

196. ΜΑΡΙΝΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙΤΟΥ.

Ἀθανάτοισι θεοῖς κεχαρισμένα πάντοτε ῥέζων
καὶ τάδ' ἐπ' εὐσεβέοντι νόῳ συνέγραψε Μαρῖνος.

197. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ τόδε σῆς ζαθέης κεφαλῆς περιώσιον ἔργον,
Πρόκλε μάκαρ, πάντων βρέτας ἔμπνοον ὅττι Μαρῖνον
ἀθανάτων, μερόπεσσι βοηθόον εὐσεβέεσσιν,
ἀντὶ τεῆς ἱερῆς κεφαλῆς ψυχοσσόον ἄλκαρ
κάλλιπες, ὃς βιοτὴν θεοτερπέα σεῖο λιγαίνων
γράψε τάδ' ἐσσομένοις μνημήϊα σῶν ἀρετάων.

198. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Νόννος ἐγώ· Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις· ἐν Φαρίῃ δὲ
ἔγχεϊ φωνήεντι γονὰς ἤμησα Γιγάντων.

199. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Δίου Ὀρειβασίοιο, τὸν ἀθανάτην διὰ τέχνην
πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο Μοίρη.

200. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Βίβλος μηχανική· Κυρίνος δέ μιν ἐξεπόνησε,
Μαρκέλλου γνωτοῖο συνεργομένου κατὰ μόχθον.

201. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θέσφατα μαντῴης Φοιβηΐδος ὄργια τέχνης
ἀστρολόγων Παῦλός μ' ἐδιδάξατο κύδιμος ἀνήρ.

202. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βίβλος Θέωνος καὶ Πρόκλου, τῶν πανσόφων·
βίβλος πόλου τε καὶ χθονὸς φέρει μέτρα.
Θέων πόλον μὲν, καὶ Πρόκλος μετρεῖ χθόνα·
(Πρόκλος μὲν οὖν γῆν, καὶ Θέων μετρεῖ πόλον.)

194. ALIUD.

[chrum.
Literas duodecim habet PHILOSTORGIOS, nomen pul-
Ideo sane secundum literas libros scripsit totidem,
orsus prima ab litera, inde deinceps,
et per illorum initium suum nomen scribens.

195. ANONYMI.

Constantiniades Asclepius urbem celebrans
scripsit Anazarbi instituta-patria gloriosæ.

196. MARINI NEAPOLITÆ.

Immortalibus diis accepta usque faciens
etiam hæc ob pium animum conscripsit Marinus

197. EJUSDEM.

Et hoc tui divini capitis excellens opus,
o Procle felix, omnium simulacrum spirans quod Marinum
immortalium, hominibus auxiliatorem piis,
pro tuo sacro capite animos-servans tutamen
reliquisti, qui vitam deo-acceptam tuam canens
scripsit hæc venturis monumenta tuarum virtutum.

198. ANONYMI.

Nonnus ego; Panis-*urbs* est mea urbs (*patria*); in Pha-
hasta vocali sobolem messui Gigantum. [ria autem

199. ANONYMI.

Divi Oribasii *monumentum hoc*, quem immortalem ob
sæpe timens fila differebat Parca. [artem

201. LEONTIS PHILOSOPHI.

Liber *est* de-mechanica; Cyrinus autem eum elaboravit,
Marcello sodale in-partem-veniente laboris.

201. EJUSDEM.

Divina fatidicæ Phœbeæ mysteria artis
inter-astrologos Paulus me docuit clarus vir.

202. EJUSDEM.

Liber Theonis et Procli, omnino-doctorum;
liber polique et terræ fert mensuras.
Theo polum quidem, et Proclus metitur terram;
[Proclus quidem igitur terram et Theo metitur polum.]

---

197. MARINI.

Ad Proclum.

Hoc quoque non minimum est operum, divine, tuorum,
Procle, quod effigiem moderantum cuncta Deorum
Spirantem, miserisque bonum mortalibus ingens
Liquisti nobis moriens hærede Marino;
Qui Dis grata tuæ describens tempora vitæ,
Optima virtutum posuit monumenta futuris.

198. INCERTI.

De Nonno.

Panopolita domo Nonnus vocor, ense canoro
Terrigenûm sobolem Pharia tellure cecidi.

199. INCERTI.

De Oribasii libro.

Propter Oribasiam mansuri nominis artem
Sæpe retardarunt ternæ sua fila Sorores.

Ἄμφω δ' ἐπίσης τῶν ἐπαίνων ἄξιοι,
ἄμφω δ' ἀμοιβὴν τῶν λόγων τετεύχατε.
Θέων Πρόκλου γὰρ λαμβάνων σοφὰς θέσεις,
δείκνυσι ταύταις τοὺς δρόμους τῶν ἀστέρων·
Πρόκλος δὲ δείξεις τοῦ Θέωνος λαμβάνων,
ταύταις ἀναλύει καὶ προβάλλει τὰς θέσεις.
Ἀλλ', ὦ σοφὴ ξυνωρὶ, χαῖρέ μοι λίαν·
χαίροις Θέων ἄριστε, πάνσοφον κάρα,
ὁ νῦν πυκάζων τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν·
χαίροις δὲ καὶ σὺ, Πρόκλε, τοῦ Σαρπηδόνος
ἄριστον αἷμα τοῖς ὅλοις βοώμενον.

Ambo vero æque laudibus digni,
amboque mutuationem sermonum fecerunt.
Theo enim Procli sumens doctas theses,
demonstrat per-has cursus astrorum;
Proclus autem demonstrationes Theonis sumens
per-has resolvit et proponit suas theses
Sed, o doctum par, vale mihi multum.
Valeas Theo optime, omnino-doctum caput,
nunc ornans Alexandri urbem;
valeas autem et tu, Procle, Sarpedonis
optimus sanguis omnibus celebratus.

203. ΦΩΤΙΟΥ, οἱ δὲ ΛΕΟΝΤΟΣ.

Ἔρωτα πικρὸν, ἀλλὰ σώφρονα βίον
ὁ Κλειτοφῶντος ὥσπερ ἐμφαίνει λόγος·
ὁ Λευκίππης δὲ σωφρονέστατος βίος
ἅπαντας ἐξίστησι· πῶς τετυμμένη,
κεχαρμένη τε καὶ κατηχρειωμένη,
τὸ δὴ μέγιστον, τρὶς θανοῦσ' ἐκαρτέρει.
Εἴπερ δὲ καὶ σὺ σωφρονεῖν θέλεις, φίλος,
μὴ τὴν πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν,
τὴν τοῦ λόγου δὲ πρῶτα συνδρομὴν μάθε·
νυμφοστολεῖ γὰρ τοὺς ποθοῦντας ἐμφρόνως.

203. PHOTII, aliis LEONTIS.

Amorem amarum, sed modestam vitam
Clitophontis velut sub-oculo-ponit sermo;
Leucippes vero modestissima vita
omnes in-ecstasin-rapit : quomodo verberata,
et tonsa et indigne-habita,
et quod sane maximum, ter mortua tolerabat.
Si vero et tu sapere vis, o amice,
ne additiciam imaginis contemplare speciem;
sed sermonis quo-abeat-eventum disce;
nuptiis-jungit enim eos qui-amant sana-mente.

204. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Μή με τὸν Αἰάντειον ἀνοχμάσσειας, ὁδῖτα,
πέτρον, ἀκοντιστὴν στήθεος Ἑκτορέου.
Εἰμὶ μέλας τρηχύς τε· σὺ δ' εἴρεο θεῖον Ὅμηρον,
πῶς τὸν Πριαμίδην ἐξεκύλισα πέδῳ.
Νῦν δὲ μόλις βαιόν με παροχλίζουσιν ἀρούρης
ἄνθρωποι, γενεῆς αἴσχεα λευγαλέης.
Ἀλλά μέ τις κρύψειεν ὑπὸ χθονός· αἰδέομαι γὰρ
παίγνιον οὐτιδανοῖς ἀνδράσι γινόμενος.

204. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Ne me Æanteum (*Ajacis*) summoveas, viator,
lapidem, jaculatorem pectoris Hectorei.
Sum niger asperque; tu vero interroga divinum Home-
quomodo Priamiden evolverim in-solum. [rum,
Nunc vero vix paullum me vectibus-movent rustici
homines, gentis dedecora miserabilis.
At me quispiam abscondat sub terra : pudore-afficior
ludibrium ignavis viris factus. [enim

205. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Βωκολικαὶ Μοῖσαι σποράδες ποκὰ, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

205. ARTEMIDORI GRAMMATICI.

Bucolicæ Musæ sparsæ olim *erant;* nunc vero simul
sunt unius mandræ, sunt unius gregis. [omnes

206. ΕΥΠΙΘΙΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ

στίξαντος τὴν Καθόλου.

Ταυτολόγων κανόνων φεῦ πληθύος, ἠδ' ἀϊδήλων
ξυσμάων, λεπτὸς τὰς ἐχάραξε δόναξ.
Ὄμματά μευ κέκμηκε, τένων, ῥάχις, ἰνίον, ὦμοι·
τῆς Καθόλου δὲ φέρω τὴν ὀδύνην καθόλου.

206. EUPITHII ATHENIENSIS,

qui distinxit librum Universæ.

Idem-dicentium regularum proh multitudinem, atque ob-
ductuum, tenuis quos aravit arundo! [scurorum
Oculi mei languent-lassitudine, tendo, spina-dorsi, occiput,
Universæ autem fero dolorem universe. [humeri ·

---

204. AGATHII SCHOLASTICI.

In lapidem Ajacis.

Ajacis lapidem me tangere parce, viator,
Incussum quondam pectus in Hectoreum.
Sum scaber atque niger, fateor : sed dicat Homerus
Ut vis Priamiden straverit ista solo.
At qui nunc vivunt homines, opprobria secli
Vix ab humo modicum pondera nostra levent.
Nunc aliquis condas me pulvere, namque pusillis
Usque adeo ludum me pudet esse viris.

206. EUPITHII ATHENIENSIS,

qui librum Catholon dictum interpunxerat.

Multiplices normæ! quam vestri me piget, et tot
Quas levis obscuras finxit arundo notas.
Dorsum, oculos, humeros, nervos, cerebrumque fatisco!
At tota totum corpus ab arte dolet.

207. ΑΔΗΛΟΝ.

Μῆτιν Ἐπικτήτοιο τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ,
ὄφρα κεν εἰσαφίκηαι ἐς οὐρανίους κενεῶνας,
ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

208. ΑΛΛΟ.

Ὅς κεν Ἐπικτήτοιο σοφὴν τελέσειε μενοινήν,
μειδιάει, βιότοιο γαληνιόων ἐνὶ πόντῳ,
καὶ μετὰ ναυτιλίην βιοτήσιον εἰσαφικάνει
οὐρανίην ἀψῖδα καὶ ἀστερίην περιωπήν.

209. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀπὸ ἰξευτοῦ πρὸς στρουθίον.

Τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου;
τοῖα καὶ ἄλλη ἔρεξε, καὶ οὐ φύγεν ἰξοφορῆας
ἡμετέρους δόνακας, περὶ δὲ πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα
ἤλυθε τεχνήεντα, καὶ οὐκ ἐθέλουσα, πρὸς ἄνδρα.

210. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς βίβλον Τακτικῶν Ὀρβικίου.

Δέρκεό μοι κρατερῶν καμάτων ἐγκύμονα βίβλον,
ἣν πάρος Ἀδριανὸς μὲν ἄναξ ἔχεν ἐν πολέμοισι,
κρύψε δ' ἀεργίη χρόνον ἄσπετον ἐγγύθι λήθης.
Ἀλλ' ὑπὸ καρτερόχειρος Ἀναστασίου βασιλῆος
ἤλυθον ἐς φάος αὖθις, ἵνα στρατιῇσιν ἀρήξω.
Οἶδα γὰρ ἀνδροφόνου καμάτους πολέμοιο διδάσκειν·
οἶδα δὲ πῶς μετ' ἐμεῖο καὶ ἑσπερίης ἁλὸς ἄνδρας
καὶ Πέρσας ὀλέσεις, καὶ αἰνομόρους Σαρακηνούς,
καὶ θοὸν ἱπποκέλευθον ἀρειμανέων γένος Οὔννων,
πετράων τ' ἐφύπερθεν ἀλυσκάζοντας Ἰσαύρους.
Πάντα δ' ὑπὸ σκήπτροισιν Ἀναστασίοιο τελέσσω,
ὃν καὶ Τραϊανοῖο φαάντερον ἤγαγεν ἠώς.

211. ΑΔΗΛΟΝ.

Παιήων, Χείρων, Ἀσκληπιός, Ἱπποκράτης τε·
τοῖς δ' ἔπι Νίκανδρος προφερέστερον ἔλλαχεν εὖχος.

207. INCERTI.

Mentem Epicteti tuo depone-in animo,
ut intres in cœlestia spatia,
animam sublimem extollens a terrâ.

208. ALIUD.

Qui Epicteti doctam exsequitur cogitationem,
subridet, vitæ serenus in mari,
et post navigationem vitalem pervenit
ad cœleste culmen et æthercam speculam.

209. INCERTI.

Ex persona aucupis ad passerculum.

Quid-tandem desides volans in-ramum e ramo?
tale et alia *avis* fecit, et non fugit viscosas
nostras arundines, sed circumstrepens crebro alis
venit ingeniosum, vel non volens, ad virum.

210. ANONYMI.

In librum Tacticorum Orbicii.

Aspice mihi validis laboribus fœtum librum,
quem prius Hadrianus quidem rex habebat in prœliis,
abdidit vero segnities *per* tempus infinitum proxime ob-
Verum sub potente-manu Anastasio rege [livionem
prodii in lucem rursus, ut exercitibus prosim.
Novi enim homicidæ labores belli docere;
novi etiam quomodo mecum et Hesperii maris viros
et Persas perditurus-sis, et miseros Saracenos,
et rapidam equis-vectam bello-furiosorum gentem Hun-
et scopulorum in-summo *te* evitantes Isauros. [norum,
Cuncta autem sub imperium Anastasii redigam,
quem et Trajano illustriorem tulit aurora.

211. INCERTI.

Pæon, Chiron, Æsculapius, Hippocratesque:
post hos Nicander præstantiorem sortitus-est laudem.

---

207. INCERTI.

De Enchiridio Epicteti.

Imbibe Epicteti sapientis pectore curas,
Ut cœli valeas flammantia scandere tecta,
Sublimem adtollens animum terrasque relinquens.

208. ALIUD.

De eodem.

Quisquis Epicteti docta se proluit arte,
Ridet et in medio tranquilla agit otia ponto:
Mox ubi jactari ventosa per æquora vitæ
Desiit, ad superas sedes et sidera fertur.

210. ORBICII, EX CONSULE,

in honorem libri de ordinanda acie, quod carmen Adrianus Imperator olim fecerat.

Armigeris fœtum sudoribus accipe librum,
Quem prius in bellis princeps Adrianus habebat,
Lethæis sed longa quies admoverat undis.
Nunc sub Anastasio, quo rex haud fortior alter,
In lucem me reddo, bonum legionibus ingens.
Ille scit et pugnas et Martia facta docere,
Ille scit occiduo positas in littore gentes,
Et Persas mecum Saracenaque perdere castra,
Hunnorumque in equis celeres ad prælia turmas,
Et toties refugos in devia rupis Isauros.
Totus Anastasio faciam mox pareat orbis,
Quam sua majorem Trajano conspicit Eos.

211. INCERTI.

De Nicandro.

Chiron, Hippocrates, Pæon, et Apolline natus
Nomen habent: sed et hos Nicandri gloria vincit.

212 ΑΛΛΟ.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυ-
Νίκανδρος κατέλεξεν, ἐπιστάμενος πέρι πάντων [γρὰ
ἀνθρώπων. Ἦ γὰρ Παιήονός ἐστι γενέθλης.

213. ΑΛΛΟ.

Καὶ Κολοφὼν ἀρίδηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται,
δοιοὺς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους,
πρωτότοκον μὲν Ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα,
ἀμφοτέρους Μούσαις οὐρανίῃσι φίλους.

214. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Τῇ τῶν λόγων σου κογχύλῃ, Πορφύριε,
βάπτεις τὰ χείλη, καὶ στολίζεις τὰς φρένας.

215. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Αἰεὶ θηλυτέρῃσιν ὕδωρ κακὸν Ἑλλήσποντος,
ξεῖνε· Κλεονίκης πεύθεο Δυῤῥαχίδος.
Πλῶε γὰρ ἐς Σηστὸν μετὰ νυμφίον· ἐν δὲ μελαίνῃ
φορτίδι τὴν Ἕλλης μοῖραν ἀπεπλάσατο.
Ἡροῖ δειλαίη, σὺ μὲν ἀνέρα, Δηΐμαχος δὲ
νύμφην, ἐν παύροις ὠλέσατε σταδίοις.

216. ΟΝΕΣΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥ.

Ἁρμονίης ἱερὸν φήσεις γάμον· ἀλλ' ἀθέμιστος
Οἰδίποδος. Λέξεις Ἀντιγόνην ὁσίην·
ἀλλὰ κασίγνητοι μιαρώτατοι. Ἄμβροτος Ἰνώ·
ἀλλ' Ἀθάμας τλήμων. Τειχομελὴς κιθάρη·
ἀλλ' αὐλὸς δύσμουσος. Ἴδ' ὡς ἐκεράσσατο Θήβῃ
δαίμων, ἐσθλὰ κακοῖς δ' εἰς ἓν ἔμιξεν ἴσα.

217. ΜΟΥΚΙΟΥ ΣΚΕΥΟΛΑ.

Αἱ χίμαροι, τί ποτ' ἄρα τὰ μὲν θύμα καὶ τιθύμαλλα
λείπετε καὶ χλοερὴν αἰγίνομον βοτάνην,
γυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε
ἀμφὶ τὸν ὑλιβάτην ἀλλόμεναι Νόμιον;
οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύσετε; μή ποτ' ἀπεχθὴς
ἀντήσῃ κορύνη χειρὸς ἀπ' αἰπολικῆς.

212. ALIUD.

Pharmaca multa quidem bona mixta, multa vero fu-
Nicander recensuit, doctus præter omnes [nesta
homines. Sane enim ex-Pæonis est gente.

213. ALIUD.

Et Colophon spectatissima inter urbes fuit,
binos quæ-aluit filios optima-mente-pollentes.
primogenitum quidem Homerum, sed Nicandrum deinde,
utrosque Musis cœlestibus caros.

214. LEONTIS PHILOSOPHI.

Tuorum sermorum murice, o Porphyri,
tingis labra et vestis mentes.

215. ANTIPATRI MACEDONIS.

Usque feminis aqua mala *est* Hellespontus,
o hospes : Cleonicen sciscitare Dyrrhachidem.
Navigabat enim in Sestum conventura sponsum : sed in
nave Helles sortem repræsentavit. [nigra
Hero misera, tu quidem virum, Deimachus vero
nympham, in paucis perdidistis stadiis.

216. ONESTÆ CORINTHII.

Harmoniæ sacras dices nuptias; sed nefariæ
Œdipodis *nuptiæ*. Narrabis Antigonen piam;
sed fratres scelestissimi. Immortalis *facta* Ino;
sed Athamas miser. Muros-cantu-condens cithara;
sed tibia funestis-Musis. En quomodo temperavit Thebis
dæmon, et bona malis in unum miscuit pari-mensura.

217. MUCII SCÆVOLÆ.

Vos capræ, quid demum thyma et tithymalla
linquitis et viridem quam-capræ-tondent herbam,
curvos vero aliæ in alias saltus feroces editis
circa incedentem-per-silvas salientes Pastoralem-deum?
nonne a pugilatu desinetis? ne quando invisa
occurrat clava manu ex pastorali.

---

212. INCERTI.
De eodem.

Mille salutiferas herbas, et mille nocentes
Maxima Nicandri sapientia corpus in unum
Contulit. Haud mirum : genus illi a Pæone summo.

213. ALIUD.
De eodem.

Laudibus egregias Colophon superemineт urbes,
Quæ peperit natos nomina magna duos,
Patria Nicandrum veteri sociavit Homero,
Ne nova Pieridum laus aliunde foret.

214. LEONIS PHILOSOPHI.

Porphyrie, vere purpura est sermo tuus :
Nam labra tangit, ornat et mentem simul.

215. ANTIPATRI MACEDONIS.

Femineo semper generi gravis Hellespontus :
Dyrrachis hoc, hospes, te Cleonica docet.
Ducitur insigni dum per freta sæva marito,
Mergitis hanc, Hellen quæ rapuistis, aquæ :
Deimachus spatii fluctus brevis inter et Hero,
Ille suam sponsam perdidit, ista virum.

216. ONESTÆ.

Si sacer Harmoniæ torus est, incestus at ille
Œdipodis; pietas lucet in Antigone,
Impia sed fratrum certamina : diva sit Ino,
Sed miser est Athamas : urbis origo lyra,
Tibia pernicies. Sic miscuit omnia Thebis,
Ut bona fata malis redderet æqua Deus.

218. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ ΝΙΚΑΕΩΣ.

Ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου
 δειλαίην, νεκύων φόρτον ἀμειψαμένην.
Αἰδέομαι σωθεῖσα. Τί μοι πλέον ὅρμον ἱκέσθαι,
 δευομένῃ φωτῶν πείσματα δησομένων;
Κωκυτοῦ με λέγοιτε βαρὺ σκάφος· ὤλεσα φῶτας,
 ὤλεσα· ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος.

218. ÆMILIANI NICÆENSIS.

Utinam hiberni me submersissent fluctus maris
 miseram, mortuorum onus pro-*vivis*-ubi-acceperam!
Pudore-afficior servata. Quid me juvat portum subiisse,
 destitutam viris retinacula alligaturis?
Cocyti me dicatis gravem scapham : perdidi viros,
 perdidi : naufragi autem sunt intra portum.

219. ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Αἰγιβότου Σκύροιο λιπὼν πέδον Ἴλιον ἔπλω
 οἷος Ἀχιλλείδης πρόσθε Νεοπτόλεμος,
τοῖος ἐν Αἰνεάδῃσι Νέρων ἀγὸς ἄστυ Ῥέμοιο
 νεῖται, ἐπ' ὠκυρόην Θύβριν ἀμειψάμενος,
κοῦρος ἔτ' ἀρτιγένειον ἔχων χνόον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἔγχει
 θῦεν· ὁ δ' ἀμφοτέροις, καὶ δορὶ καὶ σοφίῃ.

219. DIODORI SARDIANI.

Capras-pascentis Scyri linquens solum Ilion navigabat
 qualis Achillides olim Neoptolemus,
talis inter Æneadas Nero dux in-urbem Remi
 redit, ad celeriter-fluentem Thybrim transgrediens,
puellus adhuc recenti-in-mento lanugine. Sed ille hasta
 animosus-erat, hic utroque, et lancea et doctrina.

220. ΘΑΛΛΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

Ἁ χλοερὰ πλατάνιστος ἴδ' ὡς ἔκρυψε φιλεύντων
 ὄργια, τὰν ἱερὰν φυλλάδα τεινομένα.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀκρεμόνεσσιν ἑοῖς κεχαρισμένος ὥραις
 ἡμερίδος λαρῆς βότρυς ἀποκρέμαται.
Οὕτως, ὦ πλατάνιστε, φύοις· χλοερὰ δ' ἀπὸ σεῖο
 φυλλὰς ἀεὶ κεύθοι τοὺς Παφίης ὀάρους.

220. THALLI MILESII.

Viridans platanus vide ut abdit amantium
 mysteria, sacram frondem protendens.
Circa vero ramos suos gratus tempestivo flore
 vitis jucundæ racemus dependet.
Sic, o platane, crescas : viridesque ex te
 frondes usque tegant Paphiæ susurros.

221. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφραγῖδος Ἔρωτα
 χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεῦντα βίαν,
ὡς τᾷ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένος, ᾇ δὲ χαλινοὺς
 εὐθύνει· πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
Φρίσσω τὸν βροτολοιγόν· ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάζων
 ἄγριον, οὐδ' ὀλίγων φείσεται ἀμερίων.

221. MARCI ARGENTARII.

Video inevitabilem in sigillo Amorem
 manibus leoninam qui-habenis-regit violentiam,
ut una quidem flagellum in cervicem, altera vero frena
 dirigat : multa autem circum-floret gratia.
Tremo homicidam : hic enim et belluam domans
 feram, ne paucis quidem parcet mortalibus.

222. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἀνέρα θήρ, χερσαῖον ὁ πόντιος, ἄπνοον ἔμπνους,
 ἀράμενος λοφιῆς ὑγρὸν ὕπερθε νέκυν,
εἰς ψαμάθους ἐκόμισσα. Τί δὲ πλέον; ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν
 νηξάμενος, φόρτου μισθὸν ἔχω θάνατον·

222. ANTIPHILI BYZANTII.

Virum bellua, terrestrem maritima, inanimem animata,
 sublatum supra tergum in-aqua mortuum,
ad arenas vexi. Sed quid inde lucri? ex mari in terram
 postquam-natavi, oneris pretium habeo mortem;

---

218. ÆMILIANI NICÆENSIS.

Me quoque debueras, Nereu, submergere ponto,
 Qua rate tot mersi triste feruntur onus.
Esse pudet salvam; quid enim mihi tangere portus,
 Cum desint, religent qui mea vincla, viri?
Cocyti trux cymba vocer. Periere virorum
 Robora; navifragos, hei mihi, portus habet.

219. DIODORI SARDIANI,

Diopithis filii.

Qualis Achillides Scyri scopulosa relinquens
 In Phrygiam rexit vela Neoptolemus,
Talis tecta Remi repetit, magnique fluenta
 Tibridis, Æneadûm duxque caputque, Nero.
Huic quoque prima viret lanugo : sed ille valebat
 Armis, hic armis ingenioque simul.

221. ARGENTARII.

Miror in hac gemma spectans immane leonis
 Robur ut aurigæ more gubernet Amor.
Illa manus frenum docta regit arte, flagellat
 Ista jubam : puero blandus in ore decor.
Hunc ego crudelem metuo; non parcet, opinor,
 Ille homini talis, cui fera ludus erat.

222. ANTIPHILI BYZANTII.

Exanimem vivens, hominem fera, nata profundo
 Terrigenam dorso per vada salsa tuli,
Littoreque exposui : propius sed terra natanti
 Vecturæ pretium tristia fata dedit.

δαίμονα δ' ἀλλήλων ἠμείψαμεν· ἡ μὲν ἐκείνου
χθὼν ἐμὲ, τὸν δ' ἀπὸ γῆς ἔκτανε τοὐμὸν ὕδωρ.

223. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἀγγελίην πὰρ Ζηνὸς ἐπεὶ φέρεν ἠεροδίνης
αἰετὸς, οἰωνῶν μοῦνος ἐνουράνιος,
οὐκ ἔφθη τὸν Κρῆτα· θοὴν δ' ἐπετείνατο νευρὴν,
πτηνὸν δ' ὁ πτερόεις ἰὸς ἐληΐσατο.
Ζηνὸς δ' οὔτι Δίκην ἔλαθεν μόνος· ἔμπεσε δ' ὄρνις
ἀνδρὶ, τὰ δ' εὐστοχίης ἀντapέτισε βέλη.
Αὐχένι δ' ἰὸν ἔπηξεν, ὃν ἤπατι κοίμισεν αὐτός·
ἓν δὲ βέλος δισσῶν αἷμ' ἔπιεν θανάτων.

224. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Αἶγά με τὴν εὔθηλον, ὅσων ἐκένωσεν ἀμολγεὺς
οὔθατα πασάων πουλυγαλακτοτάτην,
γευσάμενος, μελιηδὲς ἐπεί τ' ἐφράσσατο πῖαρ
Καῖσαρ, κἠν νηυσὶν σύμπλοον εἰργάσατο.
Ἥξω δ' αὐτίκα που καὶ ἐς ἀστέρας· ᾧ γὰρ ἐπέσχον
μαζὸν ἐμὸν, μείων οὐδ' ὅσον Αἰγιόχου.

225. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς, ὕδατ' ἀδελφὰ,
ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδορραγέα·
χὠ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
ἔπληξ'. Ὢ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη!

226. ΖΩΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ.

Αἱ δ' ἄγετε ξουθαὶ σιμβληΐδες ἄκρα μέλισσαι
νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
τάρβος· ἐπὶ ξείνης δ', ἣν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. Ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι· οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
Τέκνα πόνοι, πήρωσις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.

359. POSIDIPPI, vel PLATONIS COMICI.

Qualem quispiam vitæ secet viam? in foro quidem
rixæ et aspera negotia; domi vero
curæ; in agris laborum affatim, et in mari
metus; in peregrina, si quid habes, *est* timor;
si autem eges, molestia. Habes uxorem? non sollicitudi-[num-expers
eris · non ducis? vivis adhuc desertior.
Liberi *sunt* labores, claudicatio *est* orba vita. Juventutes
sunt insaniæ; cani vero rursus debiles.

Ensis ades, pectus mihi transige : sic ego victor
Jam morbi moriar, victor ut hostis eram.

356. LEONIDÆ ALEXANDRINI.

Pandimus en alios fontes quibus imbuat hospes
Ingenium, Musæ scripta Leonideæ
Disticha procurrunt numeris æqualibus, at tu
I dentes alibi figere, Mome, tuos.

357. [ARCHIÆ.]

De quatuor Certaminibus.

Bis duo Grajugenæ certamina sacra celebrant,
Sunt duo, nempe hominum : sunt duo, nempe Deûm.
Est Jovis, est Phœbi, Portumnique Archemorique;
Dona apium, pinus, mala, feræque oleæ.

358. INCERTI.

De Phædone, Platonis dialogo, quem Panætius suspectum facit.

Vel Plato me scripsit, duo vel vixere Platones :
Tam bene Socratico singula melle madent.
Quid dicat, non curo, Panætius : illius hæc sunt,
Mortales animos dicere, meque nothum.

359. POSIDIPPI, *aut ut alii volunt*, CRATETIS *Cynici.*

Quod vitæ sectemur iter? fora plena molestis
Litibus : insedit morbida cura domos.
Rure labor multus, multusque in fluctibus horror.
Qui peregre vivunt, his et habere metus,
Et nec habere dolor : tum ducta conjuge semper
Anxius, in vita cœlibe solus eris.
Qui pater est, satagit : vivit non suaviter orbus.
Ætas est juvenum stulta, vieta senum.

Ἦν ἄρα τοῖν δισσοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Erat igitur harum rerum-duarum unius optio, aut nasci nunquam, aut mori illico editum

360. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ.

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
κύδεα καὶ πινυταὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
ἄμπαυμ'· ἐν δ' ἀγροῖς Φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
κέρδος. Ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. Ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
ἔσσεται· οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος.
Τέκνα πόθος, ἄφροντις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι, πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.

360. METRODORI.

Omnigenam vitæ seces viam : in foro quidem
decora et prudentia negotia; domi vero
requies; et in agris Naturæ gratia; in mari autem
lucrum. In peregrina-terra, si quid habes, laus;
si vero eges, solus nosti. Habes uxorem? domus optima
erit; non ducis? vivis adhuc levior.
Liberi *sunt* amor : incuriosa *est* orba vita. Juventutes
sunt robustæ; cani vero rursus pii.
Non igitur duarum-rerum unius optio, aut nasci
nunquam, aut mori : cuncta enim bona *sunt* vitæ.

361. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα,
λίην ἄχθομαι ἕλκος, ὅ με βροτὸς οὔτασεν ἀνὴρ
νύκτα δι' ὀρφναίην, ὅτε θ' εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι,
γυμνὸς ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος.
Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρόν τε προέηκεν ἀπήμονά τε λιαρόν τε.

361. LEONIS PHILOSOPHI.

O mater mea non-materna, sævum animum habens,
valde graviter-fero ulcus, quo me mortalis vulneravit vir
noctem per obscuram, et quum dormiunt mortales alii,
nudus sine galeaque et clypeo, nec habebat hastam.
Totus vero calefiebat gladius sanguine; sed postea
liquorem dimisit innocuumque blandumque.

362. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἱμερόεις Ἀλφειέ, Διὸς στεφανηφόρον ὕδωρ,
ὃς διὰ Πισαίων πεδίων κεκονιμένος ἕρπεις,
ἡσύχιος τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' ἐς πόντον ἵκηαι,
ὀξὺς ἀμετρήτοιο πεσὼν ὑπὸ κῦμα θαλάσσης,
νυμφίος αὐτοκέλευθος ἑῶν ὀχετηγὸς ἐρώτων,
ἐς Σικελὴν Ἀρέθουσαν ἐπείγεαι ὑγρὸς ἀκοίτης.
Ἡ δέ σε κεκμηῶτα καὶ ἀσθμαίνοντα λαβοῦσα,
φῦκος ἀποσμήξασα καὶ ἄνθεα πικρὰ θαλάσσης,
χείλεα μὲν στομάτεσσι συνήρμοσεν· οἷα δὲ νύμφη
νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα περίπλοκον ἡδέϊ δεσμῷ
κείμενον ἐν κόλποισιν Ὀλύμπιον εὔνασεν ὕδωρ. **
Καὶ φονίῃ ῥαθάμιγγι λιβὰς κατεκίρνατο πηγή.
Οὐδὲ Συρακοσίης ἔτι σοι μέλεν ἵμερος εὐνῆς·
πορφυρέῃ δ' ἀνέκοπτες ὕδωρ πεπιεσμένον αἰδοῖ,

362. ANONYMI.

Amabilis Alphee, Jovis coronarum-fertilis aqua,
qui per Pisæos campos conspersus-pulvere serpis,
tranquillus primum, postquam vero ad pontum pervenisti,
rapidus immensi lapsus sub fluctum maris,
sponsus sponte profectus suorum ipse vector amorum,
ad Siculam Arethusam properas humidus conjux.
Hæc vero te defessum et anhelantem excipiens,
ulvam ubi abstersit et florem amarum maris,
labra quidem oribus adaptavit; et tanquam nympha
sponso circumfusa quem-amplectitur dulci vinculo,
jacentem in sinu Olympia sopivit aqua. **
Et cruenta guttula limpidus mixtus est fons.
Neque Syracusani jam tibi curæ-fuit desiderium lecti;
purpureo autem inhibuisti aquam oppressam pudore,

Nil igitur satius quam nunquam cernere lucem,
Vel, modo conspecta luce, repente mori.

360. METRODORI.

In contrarium.

Quamvis sume tibi vitam : fora fulgida doctis
Actibus : at requies est sua cuique domus.
Lucra mari capies, naturæ munera ruri :
Qui peregri vivunt, his et habere decus,
Et nec habere lubet : tum ducta conjuge res est
Et genus; in vita cœlibe liber eris.
Patribus est, quod ament : curis caret orbus; et ætas
Tam valida est juvenum quam veneranda senum.
Non est cur igitur natum non esse morive,
Exoptes : plena est undique vita bonis.

362. INCERTI.

In Alpheum fluvium.

Care Jovi sacras qui fers, Alphee, coronas,
Ruraque per Pisæ multo cum pulvere curris :
Lene fluens primo, sed, cum prope littora ventum est,
Jam celer immensi miscens te gurgitis undæ,
Ipse tui vector vada per longinqua maritus
In Siculam madidos Arethusam mittis amores :
Cursibus ex tantis pulcherrima Nais anhelum
Excipit, et pelagi grave olentes abluit algas,
Grataque defesso fert oscula, lentaque jungens
Brachia, complexus sociat cum conjuge conjux,
Molliter ut gremio requiescat Olympius amnis.
Hei mihi crudeli quod nunc ita sanguine manas,
Unde Syracosii non jam tibi cura cubilis,
Sed vada purpureo perfusus mœsta pudore

φειδόμενος καὶ πόντον ὁμοῦ καὶ λέκτρα μιῆναι.
Πολλάκι δ' εὐναίων δάρων βεβιημένος ὁρμῇ,
αὐτὴν ἐς φιλότητα χυτῆς ἀλόχοιο περήσας,
ἑστήκεις ἄχραντον ὁρῶν Ἀρεθούσιον ὕδωρ·
ἡ δέ σε παπταίνουσα Πελωριάδος κατὰ πέτρης
δάκρυσι κυμαίνοντα, κατοικτείρουσα καὶ αὐτὴ
εὐειδὴς Ἀρέθουσα φίλους ἀνεκόπτετο μαζούς,
καὶ δρόσος οἷα ῥόδοισιν ἐτήκετο· μυρομένῳ δὲ
Πισαίῳ ποταμῷ Σικελὴ προσεμύρετο πηγή. **
Οὐδὲ Δίκην ἔλαθεν πανδερκέα φοίνιος ἀνὴρ
Ἑλλάδος ἀμώων ἄγαμον στάχυν, ᾧ ἔπι πολλαὶ
ἡρώων ἄλοχοι, μινυώρια τέκνα τεκοῦσαι,
μαψιδίως ὠδῖνας ἀνεκλαύσαντο γυναῖκες.

363. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Χείματος ἠνεμόεντος ἀπ' αἰθέρος οἰχομένοιο,
πορφυρέη μείδησε φερανθέος εἴαρος ὥρη.
Γαῖα δὲ κυανέη χλοερὴν ἐστέψατο ποίην,
καὶ φυτὰ θηλήσαντα νέοις ἐκόμησε πετήλοις.
Οἱ δ' ἁπαλὴν πίνοντες ἀεξιφύτου δρόσον Ἠοῦς
λειμῶνες γελόωσιν, ἀνοιγομένοιο ῥόδοιο.
Χαίρει καὶ σύριγγι νομεὺς ἐν ὄρεσσι λιγαίνων,
καὶ πολιοῖς ἐρίφοις ἐπιτέρπεται αἰπόλος αἰγῶν.
Ἤδη δὲ πλώουσιν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται
πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντος.
Ἤδη δ' εὐάζουσι φερεσταφύλῳ Διονύσῳ,
ἄνθεϊ βοτρυόεντος ἐρεψάμενοι τρίχα κισσοῦ.
Ἔργα δὲ τεχνήεντα βοηγενέεσσι μελίσσαις
καλὰ μέλει, καὶ σίμβλῳ ἐφήμεναι ἐργάζονται
λευκὰ πολυτρήτοιο νεόῤῥυτα κάλλεα κηροῦ.
Πάντη δ' ὀρνίθων γενεὴ λιγύφωνον ἀείδει,
ἀλκυόνες περὶ κῦμα, χελιδόνες ἀμφὶ μέλαθρα,
κύκνος ἐπ' ὄχθαισιν ποταμοῦ, καὶ ὑπ' ἄλσος ἀηδών.
Εἰ δὲ φυτῶν χαίρουσι κόμαι, καὶ γαῖα τέθηλεν,
συρίζει δὲ νομεύς, καὶ τέρπεται εὔκομα μῆλα,
καὶ ναῦται πλώουσι, Διώνυσος δὲ χορεύει,

parcens et pontum simul et lectos polluere.
Sæpe autem cubicularis societatis coactus impetu,
ipsum in amorem effusæ uxoris progressus,
restitisti puram videns Arethusiam aquam :
hæc autem te contemplans Peloriade de petra
lacrimis æstuantem, miserata et ipsa
formosa Arethusa suos repressit sinus,
et ros tanquam in-rosis tabefiebat; flenti autem
Pisæo fluvio Siculus adflebat fons. **
Neque Justitiam latuit omnià-cernentem cruentus vir
Græciæ metens innuptam spicám, quocirca multæ
heroum conjuges, ævi-brevis pueros enixæ,
frustra partus-sui-dolores defleverunt mulieres.

363. MELEAGRI.

Hieme ventoso ab æthere longe-profecto,
purpurea risit flores-ferentis veris hora.
Terra autem nigra viridem induit herbam,
et plantæ germinantes novis comant foliis.
Tenerum vero bibentia plantas-augentis rorem Auroræ
prata rident, sese-aperiente rosa.
Gaudet et fistulâ pastor in montibus canens,
et canis hœdis oblectatur pastor caprarum.
Jam vero navigant super latos fluctus nautæ
flatu innocuo Zephyri vela sinuantis.
Jamque evobe-clamant uvas-ferenti Baccho,
flore racemosæ cincti capillos hederæ.
Opera vero solertia bove-genitis apibus
pulchra curæ-sunt, et alveari insidentes conficiunt
alba multis-foraminibus-distinctæ nuper-fusa decora ceræ
Ubique autem avium genus stridulum canit,
halcyones circa fluctum, hirundines circa ædes,
cygnus in ripis fluvii, et sub luco luscinia.
Si vero plantarum gaudent comæ, et terra floret,
calamosque-inflat pastor, et lætantur pulchre-villosæ oves,
et nautæ navigant, Bacchusque choreas-ducit,

Et portum fœdare times et strata maritæ.
Sæpe tamen rursus flagrante cupidine victus
Pergis, et humentis dominæ prope vectus ad aulam
Stas subito, purum trepidans accedere fontem :
At te pulchra videns ad duri saxa Pelori
Undantem lacrymis, tantos miserata dolores,
Pectus et ipsa suis plangens Arethusa lacertis
Liquitur, ut vernis in floribus aerius ros :
Mæret et Eleo cum flumine Sicelis unda.
Non latuit Superos tantæ tibi Græcia cladis
Auctor, et innuptis leti quoque causa puellis,
Cujus rapta manu sibi pignora plurima luget
Herois, partusque gemit periisse laborum.

363. MELEAGRI.

De Vere.

Horrida nimbosæ cesserunt tempora brumæ,
Blandaque purpurei pandit se gratia veris :
Lætior induitur viridanti gramine tellus,
Et rediviva novis ornatur frondibus arbor,
Et matutinos rores ubi prata biberunt,
Rident : ac foliis circum rosa surgit apertis.
Disparibus cantat calamis, qui montibus altis
Pascit oves, albosque suis cum matribus hædos.
Carbaseas Zephyris pandentes mollibus alas
Fluctibus insultant vitreis impune carinæ :
Velatique hedera caput et livente racemo
Nisæi celebrant ovantes orgia mystæ,
At tauro sata gens apium sub regibus urgent
Mellis opus, subterque alvearia vimine texta
Multifores fingunt in castra tenacia ceras.
Omnis et in tremulos cantus diffunditur ales :
Fluctibus alcyones, tectis modulatur hirundo,
Perstrepit albus olor ripas, juga montis aedon;
Quod si læta viret tellus, ramique comantes,
Si pastorali pecudes mulcentur avena,
Bacchus agit choreas, sulcant rate cærula nautæ,

καὶ μέλπει πετεεινὰ, καὶ ὠδίνουσι μέλισσαι,
πῶς οὐ χρὴ καὶ ἀοιδὸν ἐν εἴαρι καλὸν ἀεῖσαι;

et modulantur volucres, et parturiunt apes,
qui non oportet vatem quoque vere pulchra canere?

364. ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΛΑΡΑΝΔΕΩΣ.

Σπείσατέ μοι, Μοῦσαι, λιγυρὴν εὐτερπέα φωνὴν,
ἡδὺν ἀπὸ στομάτων Ἑλικωνίδος ὄμβρον ἀοιδῆς.
Ὅσσοι γὰρ προχέουσιν ἀοιδοτόκου πόμα πηγῆς,
ὑμετέρων ἐπέων λιγυρῇ τέρπονται ἀοιδῇ.

364. NESTORIS LARANDENSIS.

Libate mihi, Musæ, argutam et delectabilem vocem,
dulcem ab oribus Heliconii imbrem cantus.
Quotquot enim amant vates-gignentis potum fontis,
vestrorum sermonum arguto delectantur cantu.

365. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

Ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν. Ἦπου ἀπ' ἄλλης
χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης,
ἄγριοι, οὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται·
ἀλλ' ἀπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης
νέρθεν ἐϋτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει·
καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρῶν,
ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν·
οἱ δ' ἁπαλὸν σκιρτῶντες ἀποθλίβουσιν ἀοιδήν.

365. JULIANI CÆSARIS.

Diversam video arundinum naturam. Utique ab alio
æreo forsan potius germinaverunt agro,
feri, neque flatibus nostris concitantur:
sed a taurina prorumpens spelunca ventus
inferne bene-perforatorum calamorum sub radicem currit
et quispiam vir audax habens citos digitos manuum,
stat tangens regulas concordantes fistularum:
illæ vero molle subsilientes exprimunt cantum.

366. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον·
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, Γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε Χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακὸς, Οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μυτιλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

366. INCERTI.

Effata septem sapientium.

Septem sapientium dicam singulis versibus urbem, no-
Modum Cleobulus Lindius dixit *optimum*. [men, vocem
Chilo vero in cava Lacedæmone, *nosce te ipsum*. [der.
Qui autem Corinthum incolebat, *iræ imperare*, Perian-
Pittacus, *ne quid nimis*, qui erat gente ex Mytilene.
Finem vero *prospicere vitæ*, Solon in sacris Athenis
Plures autem (*vulgus*) *pejores* Bias edixit Prienensis.
Vadimonium fugere Thales Milesius dictitabat.

367. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέος ὢν Θήρων ὁ Μενίππου
  αἰσχρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας·
ἀλλά μιν Εὐκτήμων, πατρικὸς φίλος, ὡς ἐνόησεν
  ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
καί μιν δακρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
  θῆκε θυγατρὸς ἑῆς, πόλλ' ἐπὶ μείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνα περὶ φρένας ἤλυθε πλοῦτος,

367. LUCIANI SAMOSATENSIS.

Patrias divitias juvenis *dum erat* Thero Menippi *filius*
  turpiter in immodicas profudit impensas:
sed eum Euctemon, patrius amicus, ut vidit
  jam arida pressum paupertate,
et cum illacrimans refocillabat, et maritum eum
  fecit filiæ suæ, multa dona-nuptialia addens.
Sed postquam Theronem in-animo tetigerunt divitiæ,

Exercentur apes, volucres quoque carmine gaudent;
Nunc certe, si quando, decet cantare poetas.

365. JULIANI IMPERATORIS.

De Organo musico.

Quæ calamis natura venit nova? num qua sub axe
Longinquo tales produxit ahenea tellus?
Duri etenim, nostra nec qui moveantur ab aura.
Quippe cavo veniens tauri de tergore ventus
Cannarum patulis semet radicibus indit:
Atque aliquis digitis cito se motantibus audax
Adstat, et unanimes certo ferit ordine cannas:
Subsultant illæ, subsultantesque loquuntur.

366. INCERTI.

Sententiæ septem Sapientum.

Patria, vox, nomen septem sapientibus hæc sunt
Optima res modus est, Cleobulus Lindius inquit.
Ipsum te noris, ait ex Lacedæmone Chilon.
Iram vince, monet Periander ab urbe Corintho.
Nil nimium, dicit tibi Pittacus ex Mitylena.
Cecropides spectare Solon jubet ultima vitæ.
Plures esse Bias pravos, satus ille Priene.
Mileti stirps clara Thales, vadimonia vita.

367. LUCIANI.

Luxuria marcens juvenili more Menippi
  Theron cum patrias dilacerasset opes,
Euctemon doluit, quondam genitoris amicus,
  In misera juvenem vivere pauperie.
Quin dedit et lacrymas, atque in sua tecta recepto,
  Noster eris, dixit, non sine dote gener.
Ille sed adspecto, quod non speraverat, auro

αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτρέφετ' ἐν δαπάναις,
γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χάριν οὐ κατὰ κόσμον,
τῇ θ' ὑπὸ τὴν μιαρὰν γαστέρα μαργοσύνῃ.
Οὕτως μὲν Θήρωνα τὸ δεύτερον ἀμφεκάλυψεν
οὐλομένης πενίης κῦμα παλιῤῥόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυσε τὸ δεύτερον, οὐκέτι κεῖνον,
ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς προῖκά τε καὶ θάλαμον.
Ἔγνω δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
τοῖς ἰδίοις εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

illico iisdem versabatur in impensis,
ventri gratificans omnem gratiam non decenter,
et illi sub impuro ventre salacitati.
Sic quidem Theronem iterum obruit
funestæ paupertatis fluctus refluus.
Euctemon vero deflevit rursus, non jam illum,
sed filiæ suæ dotemque et thalamum.
Comperit autem non posse-fieri ut male usus vir
propriis sit fidus in alienis.

368. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Τίς πόθεν εἷς Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον,
οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον.
Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε· σὺ δὲ τράγου. Ἦ ῥά σε Κελτοὶ
τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων.
Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
πυρογενῆ μᾶλλον καὶ Βρόμον, οὐ Βρόμιον.

368. JULIANI IMPERATORIS.

Quis et unde es, Dionyse? non enim, per verum Bacchum,
non te agnosco; Jovis filium solum novi.
Ille nectar olet, tu vero hircum. Sane igitur te Celtæ,
penuria racemorum, fecerunt e spicis.
Ideo te oportet vocare Cerealem, non Dionysum,
frumento-natum potius et Bromum (*fœtorem*), non Bromium.

369. ΚΥΡΙΛΛΟΥ.

Πάγκαλόν ἐστ' ἐπίγραμμα τὸ δίστιχον· ἢν δὲ παρέλθῃς
τοὺς τρεῖς, ῥαψῳδεῖς, κοὐκ ἐπίγραμμα λέγεις.

369. CYRILLI.

Plane-pulchrum est epigramma distichum : at si excedis
tres *versus*, rhapsodiam-seris, et non epigramma dicis.

370. ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Οὐ κύνες, οὐ σταλικές με κατήνυσαν, οὐχὶ κυνηγοὶ
δορκάδα· τὸν δ' ἀπὸ γῆς εἰν ἁλὶ πλῆσα μόρον.
Ἐξ ὕλης πόντῳ γὰρ ἐνέδραμον· εἶτά με πλεκταὶ
εἷλξαν ἐπ' αἰγιαλοὺς δικτυβόλων παγίδες.
Ἤλιτον ἡ χέρσοιο μάτην φυγάς· οὐδ' ἀδίκως με
εἷλε σαγηνευτὴς τἀμὰ λιποῦσαν ὄρη.
Οὔποτ' ἄγρης, ἁλιῆες, ἔτ' ἄστοχον οἴσετε χεῖρα,
χέρσῳ καὶ πελάγει κοινὰ πλέκοντες ὕφη.

370. TIBERII ILLUSTRIS.

Non canes, non varæ me confecerunt, non venatores
damam : a terra sed instans in mari implevi fatum.
E silva in mare enim cucurri; inde me nexæ
traxerunt in ripas piscatorum plagæ.
Peccavi telluris frustra transfuga; neque injuste me
cepit piscator, meos quæ-liquerim montes.
Non amplius prædæ, piscatores, immunem feretis manum
telluri et ponto communia nectentes retia.

371. ΑΔΗΛΟΝ.

Δίκτυον ἐκθρώσκοντα πολύπλοκον ἄρτι λαγωὸν
σεῦε κύων θερμοῖς ἴχνεσιν ὠκυπόδην.
Τρηχὺν ὁ δ' ἐκνεύσας ταχινῶς πάγον, ἐς βαθὺ πόντου

371. INCERTI.

Rete qui-evaserat vinctum-multis-nexibus nuper leporem
agitabat canis calidis vestigiis *insistens* levipedem.
Asperam vero ille declinans cito rupem, in altum mare

Ad veteres sumtus notaque damna redit :
Dilapidat census, concedens omnia ventri,
Et quæ sub ventrem deteriora latent.
Atque ita Theronem miserum mala rursus egestas
Absorpsit reflui gurgitis illuvie.
Jamque flet Euctemon non hunc, quem fleverat ante,
Sed dotem et natæ flebile conjugium :
Doctus ab exemplo, quam, qui sua perdidit, illi
Non sit in alterius rebus habenda fides.

368. JULIANI IMPERATORIS.

De potu ex hordeo.

Unde quis es Liber? sic sit mihi Liber amicus,
Non mihi tu notus, sed puer ille Jovis.
Ille ut nectar olet, tu ceu caper. An fera te gens
Ex spicis genuit Celtica, vitis egens?
Hinc Cerealis eras meliori jure vocandus,
Non satus ex Semela matre, sed ex simila.

369. CYRILLI.

Versibus ex geminis bona sunt epigrammata; quod si
Tres excedis, epos, non epigramma facis.

370. TIBERII ILLUSTRII.

Capta procul varis canibusque canumque magistris,
In pelago terris debita fata tuli;
Me namque, e sylvis mare dum peto, littus in ipsum
Squammigero generi lina parata trahunt.
Cur ego vos, montes, cur te, mea terra, reliqui?
Piscator didit non sine jure suam.
Præda deesse nequit, gens o Neptunia, vobis :
Per mare, per terras, retia vestra valent.

371. [TIBERII.]

Retia vitarat, sed non genus acre molossos
Ut fugeret, lepori spes erat ulla super.
Desilit in fluctus, fluctus quia sævior instat

ἧλατ' ἀλυσκάζων κῦμα παρακτίδιον.
Εἰνάλιος τὸν δ' αἶψα κύων βρυχηδὸν ὀδοῦσιν
μάρψε. Κυσὶν τλήμων ἦν ἄρ' ὀφειλόμενος.

372. ΑΔΗΛΟΝ.

Λεπτὸν ὑφηναμένα ῥαδινοῖς ὑπὸ ποσσὶν ἀράχνα
τέττιγα σχολιαῖς ἔνδετον εἶχε πάγαις.
Ἀλλ' οὐ μὰν λεπταῖσιν ἐπαιάζοντα ποδίστραις
τὸν φιλαοιδὸν ἰδὼν παῖδα παρετρόχασα·
λύσας δ' ἐκ βροχίδων ἀπεκούφισα, καὶ τόδ' ἔλεξα·
« Σώζου μουσείῳ φθεγγόμενος κελάδῳ. »

373. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίπτε με τὸν φιλέρημον ἀναιδεῖ ποιμένες ἄγρῃ
τέττιγα δροσερῶν ἕλκετ' ἀπ' ἀκρεμόνων,
τὴν Νυμφῶν παροδῖτιν ἀηδόνα, κήματι μέσσῳ
οὔρεσι καὶ σκιεραῖς ξουθὰ λαλεῦντα νάπαις;
Ἠνίδε καὶ κίχλην καὶ κόσσυφον, ἠνίδε τόσσους
ψᾶρας, ἀρουραίης ἅρπαγας εὐπορίης·
καρπῶν δηλητῆρας ἑλεῖν θέμις· ὄλλυτ' ἐκείνους·
φύλλων καὶ χλοερῆς τίς φθόνος ἐστὶ δρόσου;

374. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀέναον Καθαρήν με παρερχομένοισιν ὁδίταις
πηγὴν ἀμβλύζει γειτονέουσα νάπη·
πάντη δ' εὖ πλατάνοισι καὶ ἡμεροθηλέσι δάφναις
ἔστεμμαι, σκιερὴν ψυχομένη κλισίην·
τοὔνεκα μή με θέρευς παραμείβεο· δίψαν ἀλαλκὼν
ἄμπαυσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον ἡσυχίῃ.

375. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίς ποτ' ἀκηδέστως οἰνοτρόφον ὄμφακα Βάκχου
ἀνὴρ ἀμπελίνου κλήματος ἐξέταμεν,
χείλεα δὲ στυφθεὶς ἀπό μιν βάλεν, ὡς ἂν ὁδίταις
εἴη νισσομένοις ἡμιδαὲς σκύβαλον;
Εἴη οἱ Διόνυσος ἀνάρσιος, οἷα Λυκοῦργος

prosiluit, devitans fluctum (*periculum*) littoreum.
Marinus sed hunc statim canis cum-fremitu dentibus
arripuit. Canibus miser erat ergo debitus.

372. INCERTI.

Tenuem quæ-texerat *telam* teneris sub pedibus aranoa
cicadam obliquis illigatam habebat laqueis.
Sed non sane subtilibus ingemiscentem compedibus
cantus-amantem conspicatus filiam prætercurri,
solutam vero nodis levavi, et hoc edixi :
« Servare musico sonans strepitu. »

373. INCERTI.

Quid me solitudinis-amantem impudenti pastores vena- [tione
cicadam roscidis trahitis de ramis,
Nympharum ad-vias lusciniam, et die media
in-montibus et umbrosis stridule garrientem vallibus?
En et turdum et merulam, en tot
sturnos, rusticæ raptores copiæ :
fructuum destructores capere fas *est* : interimite illos.
Foliorum et viridis quæ invidia est roris?

374. INCERTI.

Perennem Purum me prætereuntibus viatoribus
fontem scaturit vicina vallis; [lauris
undique autem affatim platanis et suaviter-virentibus
cinctus-sum, umbrosum refrigerans deverticulum :
quare me ne tu æstate prætergredere : siti depulsa
sopi juxta me et lassitudinem tranquillitate.

375. INCERTI.

Quis tandem nihil-curans vinum-nutrientem uvam-acer- [bam Bacchi
vir de-vitigeno palmite excidit,
labra vero contractus eam abjecit, ut viatoribus
esset vadentibus semiesum purgamentum?
Utinam-sit ei Bacchus infestus, more Lycurgi

In scopulo pressans undique turba canum.
Sed canis heic miserum laceravit dente marinus:
Omnino canibus debitus ille fuit.

372. INCERTI.

Dum pedibus tenuem molitur aranea telam,
Cassibus infelix capta cicada fuit.
Hanc ubi mœrentem gracili sub compede vidi,
Cantricis cœpit me miserere vicem;
Vinclaque captivam solvens retinentia, dixi :
Vive, nec argutos edere parce sonos.

373. INCERTI.

Quid me solivagam, pastores, vestra cicadam
Improba de viridi fronde rapina trahit,
Nympharum comitem, quæ, cum sol arva perurit,
Montibus et silvis garrula dulce cano?
Sunt sturni, sunt et merulæ, sunt denique turdi,
Altricis terræ qui populantur opes :
Qui fruges rapiunt, capere hos et perdere fas est.
Rore comisque frui, quæ precor invidia est?

374. INCERTI.

Quotquot iter facitis, vobis de colle propinquo
Perpetui fontis limpida manat aqua.
Hinc platanis, illinc laureti fronde coronor,
Textaque de ramis porticus umbra mihi est.
Ne me præter abi, quoties furit æstus : habebis
Unde leves fessum corpus et unde sitim.

375. INCERTI.

Qui ferus ille fuit crudi qui palmitis uvam
Intempestivo pollice desecuit,
Tentatus simul ora, via projecit in ipsa
Semesas Bromii, triste videre, dapes?
Sit Deus huic talis, qualis fuit ante Lycurgo,

• ὅττι μιν αὐξομέναν ἔσβεσεν εὐφροσύναν.
Τοῦδε γὰρ ἂν τάχα τις διὰ πώματος ἢ πρὸς ἀοιδὰς
ἤλυθεν, ἢ γοεροῦ κάδεος ἔσχε λύσιν.

376. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίπτε με τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον, ἠλεὲ τέκτον,
τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσοπόρον,
οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας; Ὅ τοι Βορέης μ' ἐδίωξεν
ἐν χθονί· πῶς ἀνέμους φεύξομαι ἐν πελάγει;

377. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Τάνταλος οὐδὲν ἔτρωγε· τινασσομένων γὰρ ὕπερθεν
καρπὸς ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτὸν ἔφευγε φυτῶν,
καὶ διὰ τοῦτο τροφῆς κεχρημένος ἧττον ἐδίψα·
εἰ δὲ καὶ ἔτρωγεν σῦκα πεπαινόμενα,
καὶ βραβύλους καὶ μῆλα, τί τηλίκον ἀνδράσι νεκροῖς
δίψος ἀπὸ χλωρῶν γίνεται ἀκροδρύων;
Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα,
γέννια, καὶ τυροὺς, χηνὸς ἁλιστὰ λίπη,
ὄρνια καὶ μόσχεια· μίαν δ' ἐπιπίνομεν αὐτοῖς.
Πάσχομεν οὐκοῦν σεῦ, Τάνταλε, πικρότερα.

378. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀνδροφόνῳ σαθρὸν παρὰ τειχίον ὑπνώοντι
νυκτὸς ἐπιστῆναι φασὶ Σάραπιν ὄναρ,
καὶ χρησμῳδῆσαι· « Κατακείμενος οὗτος, ἀνίστω,
« καὶ κοιμῶ μεταβὰς, ὦ τάλας, ἀλλαχόθι ».
Ὃς δὲ διυπνισθεὶς μετέβη. Τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο
τειχίον ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.
Σῶστρα δ' ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος,
ἥδεσθαι νομίσας τὸν θεὸν ἀνδροφόνοις.
Ἀλλ' ὁ Σάραπις ἔχρησε πάλιν, διὰ νυκτὸς ἐπιστάς·
« Κήδεσθαί με δοκεῖς, ἄθλιε, τῶν ἀδίκων;
« εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυπον
« νῦν ἔφυγες, σταυρῷ δ' ἴσθι φυλαττόμενος ».

quod crescentem exstinxit lætitiam!
Hunc enim forsan quispiam per potum vel ad cantus
iisset, vel lamentabilis curæ habuisset solutionem.

376. INCERTI.

Quid-tandem me ventis obnoxiam, insulse faber,
hanc pinum facis navem mare permeantem?
Non tu augurium timuisti? Boreas utique me impetiit
in terra : qui ventos effugiam in ponto?

377. PALLADÆ.

Tantalus nihil edebat; concussarum enim superne
fructus super caput eum fugiebat arborum;
et propterea cibo carens, minus sitiebat :
si etiam manducasset ficus maturas,
et pruna-silvestria, et mala, qui tanta viris mortuis
sitis a viridibus accedere-potest fructibus-arborum?
Nos vero comedimus invitati salsa omnia,
coturniculas, et caseos, anseris salitos adipes,
ex-alitibus et vitulinas-*carnes* : unum vero *poculum* ad
Patimur ergo te, Tantale, amariora. [bibimus his.

78. EJUSDEM.

Homicidæ putridum juxta murum dormienti
noctu adstitisse ferunt Serapim in somnio,
et vaticinantem-dixisse : « Qui-hic-jaces, o tu, surge,
et dormi transgressus, o miser, alio. »
Hic expergefactus alio-abiit. Putridus autem ille
murus repente subito jacuit humi.
Ac salutis-pretia mane mactabat diis gaudens homo-ma-
lætari arbitratus deum homicidis. [leficus,
Sed Serapis vaticinatus-est rursus, per noctem adstans
« Curam-habere me putas, o miser, injustorum?
Si nunc te non permisi mori, mortem quidem doloris-
nunc effugisti, cruci vero scito te reservari. » [nesciam

Gaudia qui jussit vix bene nata mori :
Unde bibens aliquis potuit vel amabile carmen
Fundere, vel curas pellere mente graves.

376. INCERTI.

Flamina quæ pinus ventorum ferre nequivi,
Cur faber æquoream me facis esse ratem?
Omina non metuis? terra vexavit in ipsa
Me Boreas : mediis quæ fuga restat aquis?

377. PALLADÆ.

Nil apud inferuos comedebat Tantalus, arbor
Impendens traheret cum sua poma retro.
Nec mirum si non sitiit defectus ab esca.
Fac edisse tamen præcoqua, crustumia,
Cæruleas ficus : quæ tandem exsanguibus umbris
Ex pomis potuit surgere tanta sitis?
Nos hic convivæ mera salsamenta voramus :
Salsa hic coturnix, caseus, anser, avis;
Salsa caro vituli. Bibitur super omnibus istis,
Sed semel. Hoc gravius, Tantale, sorte tua.

378. EJUSDEM.

Dicitur in somnis vidisse homicida Sarapim
(Forte ruinoso pariete nixus erat),
Et dixisse Deus : Surge hinc dormitor, abique
Ocius, atque aliud quære cubile tibi.
Excitus inde loco migrat : simul ille peresus
Se paries magno pondere fundit humi.
Ille, Deo cordi cum crederet esse nocentes,
Prolixas grates et sacra mane parat.
Tunc ait in sommo rursum Deus : Ergo putabas
Tutelæ sontes, heu miser, esse meæ?
Non est ista salus, facili quod morte negatum
Defungi : crux est pœna parata tibi.

379. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φασὶ παροιμιακῶς· « κἂν ὗς δάκοι ἄνδρα πονηρόν »·
ἀλλὰ τόδ' οὐχ οὕτω φημὶ προσῆκε λέγειν·
ἀλλὰ « δάκοι κἂν ὗς ἀγαθοὺς καὶ ἀπράγμονας ἄνδρας,
« τὸν δὲ κακὸν δεδιὼς δήξεται οὐδὲ δράκων ».

380. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν,
τολμῷεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
ἶσα ποεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι.

381. ΟΜΗΡΟΚΕΝΤΡΩΝ.

Εἰς Λέανδρον καὶ Ἡρῶ.

Ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ,
παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα
πύργῳ ἐφειστήκει γοόωσά τε μυρομένη τε·
χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει,
κεῖνον ὀϊομένη τὸν κάμμορον, εἴ ποθεν ἔλθοι
νηχόμενος, καὶ λαῖτμα τάχισθ' ἁλὸς ἐκπεράασκοι
νύκτα δι' ἀμβροσίην, ὅτε θ' εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι·
ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο.
Ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκγεγάασι,
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν,
εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας,
οἳ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον καὶ δῖαν Ἀρίσβην.

382. ΟΜΗΡΟΚΕΝΤΡΩΝ.

Ὁ πρῶτος Ἠχοῦς ἀκούσας.

Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος,
ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός.
Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
ναίει ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
ἢ θεὸς, ἠὲ γυνή· τοὶ δὲ φθέγγοντο καλεῦντες.
Εἰ δὲ φθεγξαμένου του ἢ αὐδήσαντος ἀκούσῃ,
αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύει.
Ἀλλὰ τίη τοι ταῦτα διεξέρχεσθαι ἕκαστα;
τὴν δ' οὔτ' ἀθρῆσαι δύναμ' ἀντίον, οὔτε νοῆσαι.
Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

379. EJUSDEM.

Dicunt proverbio : « Vel sus mordeat virum malum »;
verum hoc non sic, aio, decebat eloqui :
sed « Mordeat vel sus bonos et haud-negotiosos viros,
malum autem timens mordebit ne serpens quidem. »

380. INCERTI.

Si cycno potest alauda accedere canendo,
audeantque contendere bubones cum lusciniis,
si cuculus cicadâ dicet argutior esse,
æqua facere et ego Palladio possum.

381. HOMEROCENTO.

In Leandrum et Hero.

Littore in prominenti, juxta latum Hellespontum,
virgo pudica in-superiorem-domus-partem quæ ascenderat.
in turri stabat gemensque lacrimansque,
aureum lychnum habens, lucem pulcherrimam faciebat,
illum præsagiens infelicem, sicunde veniret
natans, et voraginem celerrime salis trajiceret
noctem per divinam, quando dormiunt mortales alii.
strepebat enim magnus fluctus ad aridam continentis.
Quotquot enim noctesque et dies exorti-sunt,
virgo juvenisque confabulabantur inter-se,
ad lectum euntes, suos clam parentes,
qui Sestum et Abydum habitabant et diam Arisbam.

382. ALIUD.

De eo qui primus Echo audiit.

O amici, heroes Danai, ministri Martis,
mentiar, an verum dicam? jubet autem me animus.
Agri in extrema-parte, ubi arbores longæ creverunt,
habitat pulchros-cincinnos-habens potens dea vocalis,
seu dea *est* seu mulier : illi autem loquebantur vocantes.
Si vero locutum aliquem aut vocantem audiverit,
rursus studiosissime dicta profert.
Sed quid *prodest* hæc percensere singula?
Hanc vero neque videre possum adversam, neque imaginari.
Qualecumque *tu* dixeris verbum, tale exaudies.

---

379. EJUSDEM.

Vel mus, vulgus ait, veteri sermone, nocentem
Mordeat : id verum fortiter esse nego.
Mordeat imo bonos vel mus quibus otia cordi :
Mordeat ipse malos nec draco, quippe timet.

380. INCERTI.

Noctua si studeat cantus, quos edit aedon,
Vincere, si cygni certet alauda modis;
Si cuculus speret facundior esse cicadis,
Sperem Palladio me fore et ipse parem.

382. CENTO HOMERICUS,

de iis quibus primis audita est Echo.

Magnanimi proceres Danaûm, Mavortia corda,
Fert animus, seu vera cadent, seu falsa, profari :
Rure sub extremo, qua multa attollitur arbos
Pulchra comas, habitat facundo numine Diva,
Divane, an humani generis? clamore vocatur :
Illius si forte sonus portetur ad aures,
Ipsa refert voces auditaque verba reponit.
Singula quid prodest sermone evolvere longo?
Ipsam non oculis possum, non mente tueri.
Dic quodcumque velis : tantundem audire licebit.

383. ΜΗΝΕΣ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ.

Πρῶτος Θὼθ εἰδάη δρεπάνην ἐπὶ βότρυν ἐγείρειν.
Ἰχθυβόλοισι Φαωφὶ φέρει πανδήμιον ἄγρην.
Πληϊάδων φαίνουσαν Ἀθὺρ τεκμαίρεται ὥρην.
Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην.
Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἷμα τιταίνει.
Σημαίνει πλωτῆρσι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.
Ἄρεος ὅπλα φέρειν Φαμενὼθ δείκνυσι μαχηταῖς.
Εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων πρωτάγγελός ἐστι·
λήϊα δ' αὐανθέντα Παχὼν δρεπάνῃσι φυλάσσει·
εὐκάρπου δὲ Παϋνὶ προάγγελός ἐστιν ὀπώρης·
καὶ σταφυλὴν κατέχων εὐάμπελός ἐστιν Ἐπηφί·
καὶ Μεσορὶ Νείλοιο φέρει φυσίζοον ὕδωρ.

383. MENSES ÆGYPTIORUM

Primus *Thoth* novit falcem in uvam movere.
Piscatoribus *Phaophi* affert publicam venationem.
Pleiadum apparentem *Athyr* indicat horam.
Choiac satarum aristarum ostendit generationem.
Tybi autem purpuream senatoriam vestem tendit.
Significat navigatoribus *Mecheir* navigationem inire.
Martis arma ferre *Phamenoth* monstrat bellatoribus.
Vernarum *Pharmuthi* rosarum primus-nuncius est;
fruges autem aridas *Pachon* falcibus servat;
fertilis vero *Payni* prænuncius est autumni;
et uvam tenens vitibus-beatus est *Epephi;*
et *Mesori* Nili fert animantia-gignentem aquam.

384. ΜΗΝΕΣ ΡΩΜΑΙΩΝ.

Ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος * ὑπηελίοιο θύρετρα
  Αὐσονίοις, ὕψος δ' ἔρχεται Ἠέλιος.
Αὐτὰρ ἐγὼ θαμινῇσι γύην νιφάδεσσι διαίνω,
  τεύχων εἰαρινῆς ἔγκυον ἀγλαΐης.
Ἄρχετ' Ἄρης ἀπ' ἐμεῖο, καὶ ἄνθεα καὶ γλάγος ἡδύ·
  ἴση δ' εἰκοστῷ ἤματι νὺξ τελέθει.
Ἐντύνοι τημόσδε φυτοσκάφος, ἔρνεα τάμνων,
  ῥίζῃ ἐπ' ἀγροτέρῃ ἥμερον ἀκρεμόνα.
Οἴγεται ἄρτι θάλασσα· ἐφοπλίζοιτε δὲ νῆας·
  ὥριον ἀκλύστων ἐκτὸς ἄγειν λιμένων.
Μεσσάτιος ῥόδου εἰμὶ καὶ ἀργεννοῖο κρίνοιο,
  καὶ ξανθῆς κεράσου βρίθομαι ἀκρεμόσιν.
Καρκίνον Ἠέλιος μετανείσεται· ἀστάχυας δὲ
  καρφαλέους κείρει γειοπόνος δρεπάνη.
Κρίνω ἐγὼ Δηὼ καὶ ἀχυρμιάς· ἐν δὲ Λέοντι
  ἀτρεκέα τελέθει χεύματα Νηϊάδων.

384. MENSES ROMANORUM.

JAN. A me anni novi subit januas
  Ausoniis et cœlum ascendit Sol.
FEB. Sed ego crebris arvum nivibus humecto,
  faciens verna fœtum pulchritudine.
MARS. Orditur Mars a me, et *adsunt* flores et lac dulce;
  æqua vero vigesima die *huic* nox est.
APR. Præparet tunc hortulanus, surculos putans,
  radice super agrestiori cultam propaginem.
MAI. Aperitur jam mare : instruite autem naves;
  tempus *est eas* tutis educere portubus.
JUN. Medius rosæ sum et albi lilii,
  et flavæ cerasi pullulo ramis.
JUL. Cancrum Sol transibit : spicas autem
  siccas tondet agricola falce.
AUG. Separo ego Cererem et paleas : in Leone autem
  vera *et genuina* sunt fluenta Naiadum.

---

383. MENSES ÆGYPTII,

quorum primus Septembri respondet.

Ordine Thoth primus fixit vineta putando.
Squammigeri generis præda est bona mense Paiphi.
Monstrat Athur Maiam terris Maiæque sorores.
Chœac spicigero conspergit semine sulcos :
Tybi magistratus Tyrio producit in ostro.
Pandere vela Mechir jubet et decurrere ponto :
Armigeras Phamenoth vocat ad fera bella cohortes :
Prata rosis index veris Pharmuthi colorat :
Jam matura Pachon assignat falcibus arva.
Pomifer autumnum dicit venisse Payni :
Implet Epephi sinum vino turgentibus uvis :
Attollit Mesori fœcundo flumine Nilum.

384. MENSES ROMANI.

Januarius.

A me, principium qui do Latialibus annis,
  Incipit ætherium scandere Phœbus iter.

Februarius.

At densas ego mitto nives, ut consitus illis
  Parturiat blandi munera veris ager.

Martius.

Æquatur cum nocte dies vicesima : flores
  Incipiunt, lactis copia, Martis opus.

Aprilis.

Delectant quem ruris opes, radice novellos
  Arborea ramos insere : tempus adest.

Maius.

Armamenta citi ratibus date : tempus abire
  Portubus : in medio jam via facta mari.

Junius.

Sum non absque rosis : et jam mihi candida surgunt
  Lilia, nec cerasi copia dulcis abest.

Julius.

Sol cancrum petit ecce, para tibi, rustice, falcem,
  Qua gravidus pingui melle levetur ager.

Augustus.

Frumentum purgo paleis regnante Leone :
  Naiadum numquam purius unda fluit.

September.

Sunt mihi sunt tumidæ cum pomis mitibus uvæ :
  Rursus habent numeros noxque diesque pares.

Βρίθω ἐγὼ σταφυλῇ, βρίθω δ' ἐπὶ πάσῃ ὀπώρῃ·
αὖθις δ' ἰσοπαλὴς γίνεται ἤματι νύξ.
Τίς δέ κ' ἐμεῖο πέλοι γλυκερώτερος, ὃς μέθυ χεύω,
ληνῷ ἐπεὶ κατάγω Βάκχον ἀπ' οἰνοπέδου;
Εἴ τοι Ἀθηναίης πέλει ἔρνεα, ὥριον ἤδη
καρπὸν ἀποθλίβειν, μνῆστιν ἔχειν καμάτων.
Παύσασθαι νειοῦ κέλομαι· γλαγόωντι γὰρ ἤδη
σπέρματι ῥιγεδανὴ πηγυλὶς ἀντιάσει.

SEPT. Turgeo ego uvâ, turgeoque omni matura-fruge;
rursusque æqua fit dici nox.
OCT. Quis autem me sit dulcior, qui merum fundo,
torculari quando educo Bacchum de vinea?
NOV. Si tibi Palladis sunt surculi, tempestivum jam
fructum preme, memoriam habens laborum
DEC. Desinere novalis jubeo: molli enim jam
semini horridum gelu obstabit

385. ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἀκρόστιχα εἰς τὴν Ἰλιάδα κατὰ ῥαψῳδίαν.

Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων,
Βῆτα δ' ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας ἀριθμεῖ.
Γάμμα δ' ἄρ' ἀμφ' Ἑλένης οἴοις μόθος ἐστὶν ἀκοίταις.
Δέλτα θεῶν ἀγορὴ, ὅρκων χύσις, ἄρεος ἀρχή.
Εἶ, βάλλει Κυθέρειαν Ἄρηά τε Τυδέος υἱός·
Ζῆτα δ' ἄρ' Ἀνδρομάχης καὶ Ἕκτορός ἐστ' ὀαριστύς.
Ἦτα δ', Αἴας πολέμιζε μόνῳ μόνος Ἕκτορι δίῳ.
Θῆτα, θεῶν ἀγορὴ, Τρώων κράτος, Ἕκτορος εὖχος.
Ἐξεσίη δ' Ἀχιλῆος ἀπειθέος ἐστὶν Ἰῶτα·
Κάππα δ' ἄρ' ἀμφοτέρων σκοπιαζέμεν ἤλυθον ἄνδρες.
Λάμβδα δ', ἀριστῆας Δαναῶν βάλον Ἕκτορος ἄνδρες.
Μῦ Τρώων παλάμῃσι κατήριπε τεῖχος Ἀχαιῶν.
Νῦ δὲ, Ποσειδάων Δαναοῖς κράτος ὤπασε λάθρῃ.
Ξῖ, Κρονίδην ὕπνῳ λεχέεσσι καὶ ἤπαφεν Ἥρη.
Οὖ, Κρονίδης κεχόλωτο Ποσειδάωνι καὶ Ἥρῃ.
Πῖ, Πάτροκλον ἔπεφνεν ἀρήϊον Ἕκτορος αἰχμή.
Ῥῶ, Δαναοὶ Τρῶές τε νέκυν πέρι χεῖρας ἔμισγον.
Σῖγμα, Θέτις Ἀχιλῆϊ παρ' Ἡφαίστου φέρεν ὅπλα·
Ταῦ δ', ἀπέληγε χόλοιο, καὶ ἔκθορε δῖος Ἀχιλλεύς.
Ὗ, μακάρων ἔρις ὦρτο, φέρει δ' ἐπὶ κάρτος Ἀχαιοῖς.
Φῖ, κρατερῶς κατὰ χεύματ' ἐδάμνατο Τρῶας Ἀχιλλεύς·
Χῖ δ' ἄρα, τρὶς περὶ τεῖχος ἄγων κτάνεν Ἕκτορ' Ἀχιλ-
Ψῖ, Δαναοῖσιν ἀγῶνα διδοὺς ἐτέλεσσεν Ἀχιλλεύς. [λεύς·
Ὦ, Πριάμῳ νέκυν υἷα λαβὼν γέρα δῶκεν Ἀχιλλεύς.

385. STEPHANI GRAMMATICI.

Acrosticha in Iliadem per rhapsodiam.

Alpha preces Chrysæ, pestem exercitus, odia principum.
Beta vero somnium habet, concionem, et naves enumerat.
Gamma autem circa Helenam solis pugna est maritis.
Delta, deorum concio, fœderum violatio, martis initium
Epsilon, vulnerat Venerem et Martem Tydei filius.
Zeta autem Andromachæ et Hectoris est confabulatio.
Eta vero, Ajax pugnavit cum solo solus Hectore dio.
Theta, deorum concio, Troum victoria, Hectoris gloriatio.
Legatio ad Achillem non-exaudientem est Iota.
Kappa vero, ab-utraque-parte speculatum venerunt viri.
Lambda, fortissimos Danaûm vulnerant Hectoris viri.
My Trojanorum manibus destruxit murum Achivorum.
Ny autem, Neptunus Danais robur præbuit clam.
Xi. Jovem somno lectisque decepit Juno.
Omicron, Saturnius succensuit Neptuno et Junoni.
Pi, Patroclum interfecit strenuum Hectoris lancea.
Rho, Danai Trojanique circa cadaver manus commiserunt.
Sigma, Thetis Achilli a Vulcano tulit arma.
Tau vero, desiit ab-ira et excurrit dius Achilles. [Achivis
Ypsilon, deorum lis orta-est; affert autem victoriam
Phi, valide ad fluenta domuit Troas Achilles. [Achilles.
Chi vero, ter circa-muros agitans-interfecit Hectorem
Psi, Danais certamen edens perfecit Achilles. [Achilles.
Omega, Priamo mortuum filium accepto munere dedit

386. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἁ Κύπρις πρῴαν γυμνάν σ' ἐβόασεν ἰδοῦσα·
« Φεῦ, φεῦ, πῶς σταγόνων ἔκτοθεν Οὐρανίων,
« ζαλώσας ὠδῖνα Θαλάσσας, ὁ θρασὺς ἄλλαν
« Νεῖλος ἀπὸ γλυκερῶν Κύπριν ἀνῆκε βυθῶν; »

386. INCERTI.

Cypris nuper nudam te inclamavit conspicata:
« Heu, heu! quomodo guttis absque Urani,
æmulatus partum Maris, audax aliam
Nilus a dulcibus Cypriu emisit gurgitibus? »

387. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ, οἱ δὲ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ.

Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,

387 ADRIANI CÆSARIS, vel secundum alios GERMANICI.

O Hector, Martius sanguis, sub terra si forte audis,

October.
Dulcia præcipue mea tempora, cum pede pressa
Spumantes onerant Libera musta lacus.
November.
Exprime (tempus adest) jam baccas Palladis: inde
Quod fluet auxilium grande laboris erit.
December.
Jam requiescat ager: nihil est quod rure labores:
Odit enim rigidum semina jacta gelu.

386. INCERTI.
In pulchram natantem in Nilo.
Cum modo te nudam vidit Venus alma natantem,
Nile, dedit tantum quis tibi juris, ait:
Absque satu cæli partus imitare marinos,
Et tibi pulchra Venus dulcibus exit aquis.

387. ADRIANI CÆSARIS, *aut ut alii volunt*, GERMANICI.
Si quid Marte potens audis in manibus, Hector,

χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους·
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. Παρίστασο, καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

388. 389.

Πρὸς ταῦτα ὑπέγραψε στρατιώτης· φασὶ δὲ Τραϊανοῦ εἶναι.

Θάρσυνος· οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον.

Εἶτα τοῦ Βασιλέως ἐπαινέσαντος, καὶ γράψαντος « Δήλωσόν μοι τίς εἶ », ἀντέγραψεν·

Εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστής·
εἰμὶ δὲ καὶ θεράπων Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος,
αὐτοῖς ἐν πρώτοισι λελεγμένος ἀσπιδιώταις.

390. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ.

Παισὶν ἐπὶ προτέροις ἤδη τρίτον ἐν πυρὶ μήτηρ
θεῖσα, καὶ ἀπλήστῳ δαίμονι μεμφομένη,
τέτρατον ἄλγος ἔτικτε, καὶ οὐχ ἀνέμεινεν ἀδήλους
ἐλπίδας, ἐν δὲ πυρὶ ζωὸν ἔθηκε βρέφος,
« Οὐ θρέψω » λέξασα· « τί γὰρ πλέον; Ἄϊδι μαστοὶ
« κάμνετε· κερδήσω πένθος ἀμοχθότερον ».

391. ΔΙΟΤΙΜΟΥ.

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤσκησε κραταιᾶς
ἅ τε Ποσειδῶνος καὶ Διὸς ἁ γενεά.
Κεῖται δέ σφιν ἀγὼν οὐ χαλκέω ἀμφὶ λέβητος,
ἀλλ' ὅστις ζωὰν εἴσεται ἢ θάνατον.
Ἀνταίου τὸ πτῶμα· πρέπει δ' Ἡρακλέα νικᾶν
τὸν Διός. Ἀργείων ἁ πάλα, οὐ Λιβύων.

392. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἴ τις ἀπάγξασθαι μὲν ὀκνεῖ, θανάτου δ' ἐπιθυμεῖ,
ἐξ Ἱερᾶς Πόλεως ψυχρὸν ὕδωρ πιέτω.

' salve, et respira paulum de patria.
Ilion incolitur clara urbs, viros habens
te quidem ignobiliores, sed adhuc Martis-amantes;
Myrmidones autem perierunt. Ades, et dic Achilli
Thessaliam jacere totam sub Æneadis.

388. 389.

Ad hæc subscripsit miles, dicunt autem Trajani esse.

Audax *est*: non enim meæ galeæ vident frontem.

Dein Imperatore laudante et subscribente *Ostende mihi quis sis* rescripsit:

Sum quidem bene-loricati Martis pugnator;
sum vero et famulus Heliconii Apollinis,
ipsis in primis citatus bellatoribus.

390. MENECRATIS SMYRNÆI.

Liberos super priores jam tertium in igne mater
ponens, et inexpletum dæmonem incusans,
quartum dolorem peperit, et non exspectavit incertas
spes, sed in igne vivum posuit infantem,
« Non alam », dicens; « quid enim juvat? Orco mammæ
laboratis . lucrabor luctum minus-laboriosum. »

391. DIOTIMI.

Juventutem in certamina luctæ exercuit robustæ
Neptuni et Jovis hæc soboles.
Stat autem eis certamen non æneum circa lebetem,
sed uter vitam videbit aut mortem.
Antæi casus *est*: decet autem Herculem vincere
filium Jovis. Argivorum lucta *est*, non Libyum.

392. INCERTI.

Si quis suspendere-se formidat, sed mortem cupit,
ex Hierapoli frigidam aquam bibito.

Respira: patriæ sic bona fata jubent.
Aspice: rursus habet fortes mea Troja colonos,
Et tibi qui cupiant cedere, non aliis.
Myrmidones periere: face hoc quoque norit Achilles:
Æneadûm patitur Thessala terra jugum.

388. *His versibus clam subscripserat Damaratus Spartiata.*

Audaces: quoniam nusquam mea cassida paret.

389. *Quæsitus ab Imperatore hæc addidit.*

Scriptor ego, fidum sibi quem duo numina norunt,
Mars ferus et sancti custos Heliconis Apollo

390. MENECRATIS SMYRNÆI.

Usserat infelix ex se tria funera mater,
Incusans avidos in sua damna Deos,
Ut peperit quartum, cum spe non contrahit ultra,
Sed vivum puerum ponit in igne rogi;
Et non, inquit, alam. Diti cur nostra ministrent
Ubera? sint luctus absque labore mei.

391. DIOTIMI.

De Hercule et Antæo.

In lucta vires exploravere juventæ,
Neptuno satus hic, et satus ille Jove:
Non ex ære lebes pretium certaminis hujus,
Sed superaret uter, sed moreretur uter.
Occidit Antæus: par est Jove vincere natum;
Lucta quoque Argivûm gloria, non Libyum.

392. INCERTI.

Si quis amas mortem, sed te suspendere non vis,
Sacra Phrygum gelidas urbs tibi præbet aquas.

393. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Οὐδεὶς καὶ καθαρὸς καὶ μείλιχος ἤλυθεν ἄρχων·
ἓν γὰρ ἑνὸς δοκέει δόγματος ἀντίπαλον·
τὸ γλυκὺ τοῦ κλέπτοντος, ὑπερφιάλου δὲ τὸ ἁγνόν.
Ὄργανα τῆς ἀρχῆς ταῦτα δύ' ἐστὶ πάθη.

394. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χρυσὲ, πάτερ κολάκων, ὀδύνης καὶ φροντίδος υἱὲ,
καὶ τὸ ἔχειν σε, φόβος· καὶ μὴ ἔχειν σ', ὀδύνη.

395. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

« Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος », εἶπεν Ὀδυσσεύς·
ἐν γὰρ τοῖς Κίρκης ἔχυτον οὐκ ἔφαγεν,
οὗ μόνον εἰ καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντ' ἐνόησεν,
εἶπεν ἂν οἰμώζειν καὶ δέκα Πηνελόπαις.

396. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ὀρθριος εὐπλέκτοιο λίνου νεφοειδέϊ κόλπῳ
ἔμπεσε σὺν κίχλῃ κόσσυφος ἡδυβόας.
Καὶ τὰν μὲν πανάφυκτος ἕλε βρόχος· ὠκὺ δ' ἀπέπτα
ἐξ ὀρνιθοπέδας φθὸς ἐρημοφίλας.
Ἦ τάχα που τριμάκαιρα φιλαγρέτις ὄρνιν ἀοιδὸν
Ἄρτεμις εὐμόλπῳ λῦσεν ἄνακτι λύρης.

397. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Φεῦγε Λάκων ποτὲ δῆριν· ὑπαντιάσασα δὲ μήτηρ
εἶπε, κατὰ στέρνων ἄορ ἀνασχομένη·
« Ζώων μὲν σέο μητρὶ διαμπερὲς αἶσχος ἀνάπτεις,
« καὶ κρατερῆς Σπάρτης πάτρια θεσμὰ λύεις·
« ἢν δὲ θάνῃς παλάμῃσιν ἐμαῖς, μήτηρ μὲν ἀκούσω
« δύσμορος, ἀλλ' ἐν ἐμῇ πατρίδι σωζομένη ».

398. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΤ. ΑΙΓΥΠΤ.

Ὁλκὰς ὕδωρ προφυγοῦσα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἐν χθονὸς ἀγκοίναις ὤλετο μητριάσιν.
Ἱσταμένην γὰρ πυρσὸς ἐπέφλεγε· καιομένη δὲ
δυσμενέων ὑδάτων συμμαχίην ἐκάλει.

393. PALLADÆ.

Nullus et purus et suavis *simul huc* venit magistratus.
altera enim alteri videtur sectæ repugnans :
suavitas furantis *est*, superbi vero sanctitas.
Instrumenta regni hæ duæ sunt affectiones.

394. EJUSDEM.

Aurum, pater adulatorum, doloris et curæ fili,
et habere te, timor; et non habere te, dolor.

395. INCERTI.

« Nihil dulcius esse sua patria » dixit Ulysses,
in cibis enim Circes enchytum placentam non ederat,
cujus modo si fumum subsilientem animadvertisset,
jussisset plorare vel decem Penelopas.

396. PAULI SILENTIARII.

Matutina bene-nexi fili nebulæ-similem in-sinum
incidit cum turdo merula dulcisona.
Et illum quidem plane-inevitabilis cepit laqueus; sed cito [avolavit
ex avium-compede cantatrix solitudinis-amans.
Utique forte ter-beata venationis-amans avem cantatricem
Diana bene-modulanti solvit domino lyræ.

397. PALLADÆ.

Fugiebat Lacon quondam pugnam, occurrens vero mater
dixit, contra pectus ensem attollens :
« Vivens quidem tuæ matri omnino dedecus inuris,
et fortis Spartæ patria instituta solvis :
si vero moriaris palmis meis, mater quidem audiam
infelix, sed in mea patria salva. »

398. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTI.

Navis undam quæ-profugerat fluctuosi maris
in terræ ulnis periit maternis.
Stantem enim ignis combussit; ardens autem
inimicarum aquarum auxilium invocabat.

---

393. PALLADÆ.

Nemo simul facilis populum sanctusque gubernat :
Altera natura res perit alterius.
Qui faciles capiunt, renuunt qui dona, superbi :
Hæc duo nam virtus per mala semper agit.

394. EJUSDEM.

Mater adulantum curæque pecunia proles,
Te tenuisse metus, te caruisse dolor.

396. PAULI SILENTIARII.

Forte per Auroram nubes sinuosa plagarum
Cum turdo captam traxerat et merulam :
Absque fuga turdum laqueus tenet : altera vero
Cantatrix sese cassibus explicuit.
An Dea venatrix claro testudine fratri
Artifici notam voce remisit avem?

397. PALLADÆ.

Spartanus pugna decesserat; obvia duro
Ense premens illi pectora mater ait :
Si superes, matri nil tu nisi dedecus affers,
Dissolvisque sacrum jus Lacedæmonium.
Quod si nostra necem tibi fert manus, haud ego felix
Mater, at in patria sospite sospes ero.

398. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.

Quis putet? in terræ maternis interit ulnis
Ex rabido toties æquore salva ratis.
Ut stetit in sicco flammis vexatur, et ardens
Auxilium frustra poscit ab hoste mari.

399. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἥλιον νίκησε τεὸς νόος ἡδὺ φαείνων,
αἰὲν ἀπαστράπτων βροτοφεγγέα πάνσοφον αἴγλην,
ἡδυφαῆ, χαρίεσσαν, ἀπαστράπτουσαν ἀλύπως.

399. [PALLADÆ.]

Solem vicit tua mens dulce lucens, [splendorem,
semper fulgurans mortalibus-illucentem, doctissimum
dulce-lucidum, amœnum, omnia-incendentem sine-dolore

400. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὅταν βλέπω σε, προσκυνῶ, καὶ τοὺς λόγους,
τῆς παρθένου τὸν οἶκον ἀστρῷον βλέπων·
εἰς οὐρανὸν γάρ ἐστι σοῦ τὰ πράγματα,
Ὑπατία σεμνή, τῶν λόγων εὐμορφία,
ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως.

400. INCERTI.

Quum video te et tuos sermones *audio*, adoro,
virginis domum sideream contemplans.
In cœlo enim sunt tua opera,
Hypatia veneranda, sermonum venusta-forma,
intaminatum sidus doctæ institutionis.

401. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡ φύσις ἐξεῦρεν, φιλίης θεσμοὺς ἀγαπῶσα,
τῶν ἀποδημούντων ὄργανα συντυχίης,
τὸν κάλαμον, χάρτην, τὸ μέλαν, τὰ χαράγματα χειρὸς,
σύμβολα τῆς ψυχῆς τηλόθεν ἀχνυμένης.

401. INCERTI.

Natura invenit, amicitiæ leges diligens,
peregrinantium instrumenta conversationis,
calamum, chartam, atramentum, characteres manus.
symbola animæ procul mœrentis.

402. ΑΔΗΛΟΝ.

Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου.

402. INCERTI.

Illi-qui templis abundabat, quanta inopia erat tumuli.

403. ΜΑΚΚΙΟΥ.

Αὐτὸς ἄναξ ἔμβαινε θοῷ πηδήματι, ληνοῦ
λακτιστὴς, ἔργου δ' ἡγέο νυκτερίου,
λεύκωσαι πόδα γαῦρον, ἐπίῤῥωσαι δὲ χορείην
λάτριν, ὑπὲρ κούφων ζωσάμενος γονάτων·
εὔγλωσσον δ' ὀχέτευε κενοὺς, μάκαρ, ἐς πιθεῶνας
οἶνον ἐπὶ ψαιστοῖς καὶ λασίῃ χιμάρῳ.

403. MACCII.

Ipse rex ingredere celeri saltu, torculi
calcator, operique præside nocturno,
dealba-tuum pedem superbum, rapideque-move cnoream
famulam, super levibus cinctus genubus.
Disertum vero deduc vacuas, dive, in cellas
vinum, ut-accipias placentas et villosam capram.

404. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἀ καλὸν αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μελισσῶν,
χἄπλαστοι χειρῶν αὐτοπαγεῖς θαλάμαι,
προίκιος ἀνθρώπων βιότῳ χάρις, οὐχὶ μακέλλας,
οὐ βοὸς, οὐ γαμψῶν δευομένα δρεπάνων,
γαυλοῦ δὲ σμικροῖο, τόθι γλυκὺ νᾶμα μέλισσα
πηγάζει σκήνευς δαψιλὲς ἐξ ὀλίγου.
Χαίροιτ' εὐαγέες, καὶ ἐν ἄνθεσι ποιμαίνεσθε,
αἰθερίου πτηναὶ νέκταρος ἐργάτιδες.

404. ANTIPHILI.

Ah pulchrum quod-per-se-fit in æthere fluentum apum,
et non-efficta manibus sponte-sua-compactæ cellulæ,
gratuitum hominum vitæ munus, neque ligone,
neque bove, neque curvis egens falcibus,
sed vase parvo, ubi dulcem fluorem apis
distillat corpusculo copiosum ex parvo.
Salvete o puræ, et in floribus pascamini,
ætherii alatæ nectaris operatrices.

---

400. PALLADÆ.

De Hypatia philosopho, Theonis filia.

Colat necesse est literas, te qui videt
Et virginalem spectat astrigeram domum:
Negotium namque omne cum cœlo tibi,
Hypatia prudens, dulce sermonis decus,
Sapientis artis sidus integerrimum.

401. INCERTI.

Absentes inter reperit commercia, leges
Dum natura sacras curat amicitiæ.
Nam calamos, chartas, atramentumque notasque
Eminus hæc animi signa dolentis habes.

402. ADRIANI IMPERATORIS.

De tumulo Pompeii in Ægypto.

Vix is habet tumulum, qui plurima templa tenebat.

404. ANTIPHILI.

O tectum, quod finxit apis, labor absque labore,
Condita servantes dulcia mella favi:
O homini proclive bonum: non falcibus illud,
Non bove, non duri dente ligonis eget;
Vimine sed tantum largas prohibente perire,
Quas apis ex tenui corpore fundit, opes.
Ite piæ volucres: nunquam vos copia florum
Deserat, aerii nectaris artifices.

405. ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Ἀδρήστειά σε δῖα, καὶ ἰχναίη σε φυλάσσοι
παρθένος, ἣ πολλοὺς ψευσαμένη, Νέμεσις.
Δείδια σόν τε φυῆς ἐρατὸν τύπον, ἠδὲ σά, κοῦρε,
δήνεα, θεσπεσίης καὶ μένος ἠνορέης,
καὶ σοφίην, καὶ μῆτιν ἐπίφρονα. Τοιάδε τέκνα,
Δροῦσε, πέλειν μακάρων πευθόμεθ' ἀθανάτων.

406. ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΚΑΡΥΣΤΙΟΥ.

Ἀργυρέη κρήνη με, τὸν οὐκέτι μακρὰ βοῶντα
βάτραχον, οἰνηραῖς ἔσχεν ὑπὸ σταγόσιν·
κεῖμαι δ' ἐν Νύμφαις, κείναις φίλος, οὐδὲ Λυαίῳ
ἐχθρὸς, ὑπ' ἀμφοτέρων λουόμενος σταγόσιν.
Ὀψέ ποτ' εἰς Διόνυσον ἐκώμασα. Φεῦ τίνες ὕδωρ
πίνουσιν, μανίην σώφρονα μαινόμενοι.

407. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Δμώϊον Ἱπποκράτευς ἔθανε βρέφος, ἐς πλατὺ πόντου
χεῖλος γειτοσύνης ἑρπύσαν ἐκ καλύβης,
πλεῖον ἐπεὶ μαζῶν ἔπιεν ποτόν. Ἔῤῥε θάλασσα,
ἣ βρέφος ὡς μήτηρ ψεύσαο δεξαμένη.

408. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἴθε με παντοίοισιν ἔτι πλάζεσθαι ἀήταις
ἢ Λητοῖ στῆναι μαῖαν ἀλωομένῃ·
οὐκ ἂν χητοσύνην τόσον ἔστενον. Οἵ ἐμὲ δειλὴν,
ὅσσαις Ἑλλήνων νηυσὶ παραπλέομαι,
Δῆλος ἐρημαίη, τὸ πάλαι σέβας. Ὀψέ μοι Ἥρη
Λητοῦς, ἀλλ' οἰκτρὴν τήνδ' ἐπέθηκε δίκην.

409. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτὸς, χέλυς, ἢ γλυκὺς ἦχος
ψαλμῶν, ἢ τριγέρων νεκτάρεος Βρόμιος,
ἢ πεῦκαι, κοῦροι, στέφανοι, μύρα, λιτὰ δὲ δειπνῶν
λαθροπόδας τρώκτης χερσὶ τίθησι τόκους,
οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε πάλαι· νῆστιν δὲ παρέρπω
νεκρὸν, ἐς ἀλλοτρίους φειδόμενον φάρυγας.

405. DIODORI.

Adrastia te dia, et vestigiis-insistens te custodiat
virgo, quæ multos decepit, Nemesis. [puelle,
Timeo tuamque staturæ amabilem formam, atque tui.
animi-dotes, divinæ et robur fortitudinis,
et doctrinam, et consilium prudens. Tales pueros,
o Druse, esse beatorum audimus immortalium.

406. ANTIGONI CARYSTII.

Argenteus fons me, jam non longùm clamantem
ranam, vinariis habuit sub guttis.
Jaceo autem inter Nymphas, ipsis amicus, neque Baccho
invisus, et ab utrisque lavor guttis.
Sero tandem ad Bacchum accessi. Væ iis-qui aquam
bibunt, furorem sanum furentes!

407. ANTIPATRI SIDONII.

Verna Hippocratis obiit puerulus, in latum ponti
labrum vicina repens e casula,
copiosiorem mammis postquam bibit potum. Pereas, mare,
quod puerum tanquam mater decepisti excipiens.

408. ANTIPATRI.

Utinam ego omnigenis adhuc vagarer ventis
potius-quam Latonæ stem-firma obstetrix erranti ·
non solitudini tantum ingemerem. O me infelicem,
a quot Græcorum navibus prætervehor,
Delus deserta, olim veneratio! Sero mihi Juno
ob-Latonam, sed miserabilem hanc imposuit pœnam.

409. ANTIPHANIS.

Si quem non delectat tibia, cithara, aut dulcis sonitus
psalmorum, aut ter-senex nectareus Liber, [nam
aut piceæ, puelli, coronæ, unguenta, sed qui tenuia cœ-
clam-gradientes avarus manibus disponit usuras,
hic mihi obiit dudum : et jejunum prærepo
mortuum, in alienas parcentem fauces.

---

405. DIODORI.

Adrastea dea, et multos quæ sæpe fefellit,
Ne gravis ah Nemesis sit tibi, care puer.
Namque facit formæ rarum decus, et sacra linguæ
Eloquia et nimium Martia corda metum,
Et prudens vigor atque animi sapientia : tale,
Druse, genus magnis creditur esse Deis.

406. [EPIGONI THESSALI.]

Factus ab argento saliens, sine more tacentem,
Me ranam genito vitibus imbre rigat.
In Nymphis jaceo Nympharum cura, nec hostis
Bacche tibi : geminus manat in ora liquor.
Deliciis vitæ sero fruor : estne quis, est qui
Potet aquam? vere sobrius ille furor.

407. ANTIPATRI SIDONII.

De lare progressus vicina ad littora ponti
Occidit, Hippocrates, heu tibi verna puer,
Quippe bibens plus quam dant ubera. Trux aqua, sicne
Maternis puerum fallis imaginibus?

408. APOLLONIDÆ, *aut, ut aliis placet,* ANTIPATRI.

O utinam portarer adhuc erratica ventis,
Nec starem partu matris, Apollo, tuæ :
Non tam vasta forem, non tam miserabilis : eheu!
Quot me Grajugenûm præteriere rates.
O Delos veneranda prius : de pellice Juno
Exigit hoc serum sed grave supplicium.

410. ΤΟΥΛΛΙΟΥ ΣΑΒΙΝΟΥ.

Σμίνθος, ὁ παντοίης δαιτὸς λίχνος, οὐδὲ μυάγρης
δειλὸς, ὁ κὰκ θανάτου κέρδεα ληζόμενος,
νευρολάλον Φοίβου χορδὴν θρίσεν· ἡ δ' ἐπὶ πῆχυν
ἑλκομένη θηρὸς λαιμὸν ἀπεβρόχισεν.
Τόξων εὐστοχίην θαυμάζομεν· ὃς δὲ κατ' ἐχθρῶν
ἤδη καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει.

410. TULLII SABINI.

Mus, omnigenæ dapis cupidus, neque muscipulæ
timidus, qui vel e morte lucra prædatur,
nerviloquam Phœbi chordam rupit : hæc autem ad jugum
attracta bestiæ guttur suffocavit.
Arcûs certum-ictum miramur : ille vero *deus* in hostes
jam et citharam certi-ictus arma habet.

411. ΜΑΚΚΙΟΥ.

Ἤλλακτ' ἐξαπίνης Κορνήλιος, οὐδ' ἔτι λιτῷ
τέρπεται ἡμετέρῳ μουσοχαρεῖ βιότῳ·
κούφης δ' αἰωρεῖται ἀπ' ἐλπίδος· οὐκέτι δ' ἡμεῖς
οἱ πάρος, ἀλλ' ἑτέρης ἐλπίδος ἐκκρέμαται.
Εἴκωμεν, ψυχή· πεπαλαίσμεθα, μηδὲ βιάζου·
εἰς ἔδαφος τέχνης κείμεθ' ὑπ' ἀργυρέης.

411. MACCII.

Mutatus-est repente Cornelius, neque amplius tenui
delectatur nostra quæ-Musis-gaudet vita;
levi autem pendet a spe; non-jam vero nos
sumus qui ante; sed alia *ille* ab-spe suspensus-est.
Cedamus, anime; depugnati-sumus, neque vim-adhibe :
in solo jacemus artem per argenteam.

412. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἤδη καὶ ῥόδον ἐστὶ, καὶ ἀκμάζων ἐρέβινθος,
καὶ καυλοὶ κράμβης, Σωσύλε, πρωτοτόμου,
καὶ μαίνη * ζαλαγεῦσα, καὶ ἀρτιπαγὴς ἁλίτυρος,
καὶ θριδάκων οὔλων ἀβροφυῆ πέταλα.
Ἡμεῖς δ' οὔτ' ἀκτῆς ἐπιβαίνομεν, οὔτ' ἐν ἀπόψει
γινόμεθ', ὡς αἰεὶ, Σωσύλε, τὸ πρότερον;
Καὶ μὴν Ἀντιγένης καὶ Βάκχιος ἐχθὲς ἔπαιζον·
νῦν δ' αὐτοὺς θάψαι σήμερον ἐκφέρομεν.

412. PHILODEMI.

Jam et rosa est, et florens cicer,
et caules brassicæ, o Sosyle, primum-sectæ;
et mæna lucens, et nuper-coagulatus sale-sparsus-caseus,
et lactucarum crisparum tenerrima folia. [amœna
Nos autem neque ad actam ascendimus, neque in specula-
sumus, ut semper, Sosyle, prius?
Atqui Antigenes et Bacchus heri ludebant :
nunc autem eos sepeliendos hodie efferimus.

413. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἡ τερεβινθώδης, ὀλιγάμπελος, οἷά τε βαιὴ,
νησὶς, ἀλλ' ὁμαλὴ πᾶσα καὶ ἀστύφελος·
αἱ δ' ἀγχοῦ, μεγάλαι τε καὶ εὐρέες, ἀλλ' ἐπὶ πουλὺ
τρηχεῖαι· μεγέθει τοῦτο περισσότεραι.
Καρποῖς, οὐ σταδίοισιν ἐρίζομεν· οὐδὲ γὰρ αὔλαξ
Αἰγύπτου Λιβύης ψάμμου ἐπιστρέφεται.

413. ANTIPHILI BYZANTII.

Terebinthi-ferax, paucas-habens-vites, utpote parva,
insula, sed plana tota et lapidibus-non-horrida;
proximæ vero, magnæque et latæ, sed plerumque
asperæ; magnitudine solum præstantiores.
Fructibus, non stadiis contendimus : neque enim arvum
Ægypti Libyæ latam-arenam curat.

414. ΓΕΜΙΝΟΥ.

Ἡ παλίουρος ἐγὼ, τρηχὺ ξύλον, οὖρος ἐν ἕρκει·

414. GEMINI.

Paliurus ego, asperum lignum, *urus* (custos) in sepe :

---

410. TULLII GEMINI.

Mus media de morte petens quo vivere posset,
Dum nullos casus insidiasque timet,
Rosit Apollineæ nervum fidis : illa resultans
In juga, constrinxit, mus tibi parve, gulam.
Ecquis adhuc arcus Phœbi mirabitur, arcus
Irato præstet cum lyra tensa vicem?

411. MACCII.

Mutatus subito Cornelius ecce, nec illum
Vita juvat tenuis nostra, Deæque novem;
Spes alias sequitur, nec quod fueramus, id illi
Nos sumus; inflatum sed vehit aura levis.
Vincimur, et non est, o cor, pugnemus ut ultra :
Nam nos argenti lucta profudit humi.

412. PHILODEMI.

Sosyle, jam suavis surgit rosa, jam cicer ardens,
Quosque tenella parit brassica cauliculos.
Est et mæna crepans et lactis massa coacti,
Et lactucarum crispula cæsaries.
Non tamen, ut solitum nobis, in littoris alga,
Sosyle, sublimi nec sumus in specula.
Comessatus heri nam Bacchius Antigenesque,
En hodie tumulo triste feruntur onus.

413. ANTIPHILI BYZANTII.

Vitis non nimium, terebinthi plus fero, parva
Insula, sed planis non salebrosa locis :
Insula lata quidem, non una, sed aspera circum
Cernitur, et nobis non nisi mole prior.
Fructu, non spatio, res penditur. Anne Libyssa,
Nile ferax, glebis certet arena tuis?

τίς μ' ἄφορον λέξει, τὴν φορίμων φύλακα;

quis me sterilem dicet, fertilium custodem?

415. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἤμην καὶ προπάροιθε συνέμπορος ἀνέρι κέρδους,
ἡνίκα δημοτέρην Κύπριν ἐναυτολόγει·
κεῖθεν καὶ συνέπηξεν ἐμὴν τρόπιν, ὄφρα με λεύσσῃ
Κύπρις, τὴν ἀπὸ γῆς εἰν ἁλὶ ῥεμβομένην.
Ἔστιν ἑταίρειος μὲν ἐμοὶ στόλος, εἰσὶ δὲ λεπτὰ
κάρπασα, καὶ λεπτὸν φῦκος ὑπὲρ σανίδων.
Ναυτίλοι, ἀλλ' ἄγε πάντες ἐμῆς ἐπιβαίνετε πρύμνης
θαῤῥαλέως· πολλοὺς οἶδα φέρειν ἐρέτας.

415. ANTIPHILI BYZANTII.

Eram et antea quærens-cum viro lucrum,
quum publicam Venerem nautis-instruebat:
inde et compinxit meam carinam, ut me aspiciat
Cypris, a terra in mari vagabundam.
Est meretricius quidem mihi ornatus, sunt autem tenuia
carbasa, et tenuis fucus super asseribus.
Nautæ, sed eia omnes meam conscendite puppim
audacter: multos didici tollere remiges.

416. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἡ ναῦς ἀπ' ἔργων Κύπριδος γομφουμένη,
πρὸς τὸν γενάρχην πόντον ἤλυθον θεοῦ·
ἀνὴρ γὰρ ὥρης μ' ἔμπορος τεκτήνατο,
καλέσας ἑταίρην· εἰμὶ γὰρ πᾶσιν φίλη.
Ἔμβαινε θαῤῥῶν· μισθὸν οὐκ αἰτῶ βαρύν.
Ἐλθόντα δέχομαι πάντα· βαστάζω ξένον
ἀστόν τ'· ἐπὶ γαίης κὴν βυθῷ μ' ἐρέσσετε.

416. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Navis *ego* ex-reditu-operum Cypridis compacta
ad generis-auctorem pontum veni deæ,
vir enim formæ mercator me fabrefecit,
nuncupans *Hetæram*: sum enim omnibus amica.
Inscende audax: mercedem non peto gravem.
Venientem accipio quemque: porto advenam
et civem: super terra et in mari me remis-impellite.

417. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Θηρευτὴν Λάμπωνα Μίδου κύνα δίψα κατέκτα,
καίπερ ὑπὲρ ψυχῆς πολλὰ πονησάμενον.
Ποσσὶ γὰρ ὤρυσσεν νοτερὸν πέδον, ἀλλὰ τὸ νωθὲς
πίδακος ἐκ τυφλῆς οὐκ ἐτάχυνεν ὕδωρ·
πῖπτε δ' ἀπαυδήσας· ἡ δ' ἔβλυσεν. Ἦ ἄρα, Νύμφαι,
Λάμπωνι κταμένων μῆνιν ἔθεσθ' ἐλάφων.

417. ANTIPATRI.

Venatorem Lampona Midæ canem sitis occidit,
etsi pro vita multos-labores perpessum.
Pedibus enim effodiebat humidum campum, sed lentam
scaturigine ex cæca non accelerabat aquam:
et cecidit deficiens: at illa exsiliit. Sane igitur, Nymphæ,
Lamponi occisorum memorem-iram aluistis cervorum.

418. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἴσχετε χεῖρα μυλαῖον, ἀλετρίδες· εὕδετε μακρά,
κὴν ὄρθρον προλέγῃ γῆρυς ἀλεκτρυόνων·
Δηὼ γὰρ Νύμφαισι χερῶν ἐπετείλατο μόχθους·
αἱ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἁλλόμεναι τροχιήν,
ἄξονα δινεύουσιν· ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς
στρωφᾷ Νισυρίων κοῖλα βάρη μυλάκων.
Γευόμεθ' ἀρχαίου βιότου πάλιν, εἰ δίχα μόχθου
δαίνυσθαι Δηοῦς ἔργα διδασκόμεθα.

418. EJUSDEM.

Cohibete manum molarem, pistrices; dormite longum,
etiamsi matutinum-tempus nuntiat vox gallorum;
Ceres enim Nymphis manuum imperavit labores;
hæ autem in summam salientes rotam,
axem circumagunt; atque hic radiis versis
movet Nisyriorum cava pondera molarium.
Gustamus antiquam vitam denuo, si absque labore
edere Cereris opera edocemur.

419. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Κὴν μυχὸν Ἑρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα

419. CRINAGORÆ.

Etiamsi in recessum Hercynium aut in ultimum Soloentem

---

416. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

Compacta navis ex labore Cypridis,
Ad alta maria patriam veni Deæ.
Me quippe fecit arbiter libidinum:
Dixitque amicam jure, nam nulli nego.
Haud magna merces poscitur: qui vis, hui,
Satis capax sum. Facile vectorem fero:
Vel in profundo, si velis, agita, licet.

417. ANTIPATRI.

Lampo Midæ cervos agitans canis, omnia tentans
Pro vita, periit vi superante sitis.
Humentem pede fodit humum: sed pigra salire
Cæcis de scatebris non properavit aqua.
Desperans cecidit: seri venere liquores.
Nympharum cæsas vindicat ira feras.

418. EJUSDEM.

Parcite pistrices manibus, longumque soporem
Carpite, mane licet gallus adesse canat.
Flava Ceres choreas en Nymphis imperat: illæ
Saltantes summo molliter orbe super
Circumagunt axem: radii momenta sequuntur,
Bis duo versantes concava saxa molæ.
Vita redit veterum, quando Cerealia nostro
Dona frui nobis absque labore datur.

ἔλθῃ καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων
Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος, ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ
πάντῃ. Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια·
οἷσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο,
λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

420. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Μὴ κλαίων τὸν Ἔρωτα δόκει, Τηλέμβροτε, πείσειν,
μηδ' ὀλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπνεές.
Χρυσὸς Ἔρωτος ἀεὶ παιώνιος· ἐσβέσθη δὲ
οὐδὲ τότ' ἐν πολλῷ τικτόμενος πελάγει.

421. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Νῆσοι ἐρημαῖαι, τρύφεα χθονός, ἃς κελαδεινὸς
ζωστὴρ Αἰγαίου κύματος ἐντὸς ἔχει,
Σίφνον ἐμιμήσασθε καὶ αὐχμηρὴν Φολέγανδρον,
τλήμονες, ἀρχαίην δ' ὠλέσατ' ἀγλαΐην.
Ἦ ῥ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἕνα τρόπον ἥ ποτε λευκὴ
Δῆλος, ἐρημαίου δαίμονος ἀρξαμένη.

422. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

« Πρὸς παίδων » εἶπεν « γουνάζομαι, ἤν με θανοῦσαν
« στείλῃς, μὴ σπεῖσαι δεύτερα φίλτρα γάμου. »
Εἶπεν· ὁ δ' εἰς ἑτέρην ἐσπούδασεν. Ἀλλὰ Φίλιννα
Διογένην λήθης τίσατο καὶ φθιμένη·
νυκτὶ γὰρ ἐν πρώτῃ θάλαμον σχάσε μῆνις ἄφυκτος,
ὡς μὴ λέκτρον ἰδεῖν δεύτερον ἠέλιον.

423. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις, αἵ τ' Ἀλυάττου
Σάρδιες, αἱ βασιλεῖ Περσὶς ἐν Ἀσιάδι,
αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον,
ὄλβον Πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι·
νῦν δὴ ὅλαι δύστηνοι ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι,
ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανοῦς χάσματος ἠρίπετε,
Βοῦρα * καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλυσμένα· αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐμβυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

424. ΔΟΥΡΙΔΟΣ ΕΛΑΙΤΟΥ.

Ἠέριαι νεφέλαι, πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι

abeat et Libycarum extremitates Hesperidum
Cæsar augustissimus, simul gloria vadit cum illo
in-omnia-loca. Pyrenes aquæ testes *sunt :* [erunt,
quibus enim ne lignarii quidem circum-habitantes se-ablu-
balnea etiam continentis erunt utriusque.

420. ANTIPATRI.

Ne flens Amorem puta *te* flexurum, o Telembrote,
neque paucâ finem-facturum aquâ igni sine-vento-viventi.
Aurum Amoris semper medicina : exstinctus-est autem
ne tunc quidem in magno quum-gigneretur pelago.

421. ANTIPATRI MACEDONIS.

Insulæ desertæ, frusta terræ, quas resonans
cingulum Ægæi fluctus in-se continet,
Siphnum imitatæ-estis, et squalidam Pholegandrum
miseræ, antiquum vero perdidistis splendorem.
Sane vos docuit eundem modum olim candida
Delus, desertæ sortis (*solitudinis*) quæ-initium-fecit.

422. APOLLONIDÆ.

« Per liberos » ait « supplico *te*, si me mortuam
ornaris, ne jungas secunda philtra nuptiarum. »
Dixit; ille vero ad alteram festinavit. Sed Philinna
a-Diogene oblivii pœnas-repetiit vel exstincta.
Nocte enim in prima thalamum confregit ira inevitabilis,
ita ut lectus non videret secundum solem.

423. BIANORIS.

Sardes olim Gygis civitas, et Alyattæ
Sardes, quæ regi *eratis* Persis in Asia *minore*,
quæ ex auro antiquam lateribus-struxistis ædem,
divitias Pactoli fluento adeptæ;
nunc totæ infaustæ in unum malum raptæ,
in gurgitem ex vasto hiatu proruistis.
Bura, Ægira et Helice undis-tectæ; sed in continenti terra
Sardes maritimis in unum-idemque cecidistis exitium.

424. DURIDIS ELAITÆ.

Aeriæ nubes, unde undas amaras potæ

---

420. ANTIPATRI.

Vincere te lacrymis, Telembrote, credis Amorem?
Tantillo tantas scilicet imbre faces?
Semper flagrat Amor; extingui nescius ille,
Tunc etiam magno cum satus in pelago est.

422. APOLLONIDÆ.

Si mihi tu superes, nova ne connubia quæras,
Dixerat, ah! per te pignora nostra rogo.
Dixerat : ille novam sed duxit; at ipsa Philinna
Puniit oblitum mortua Diogenem.
Tam grave dissidium prima nam nocte subortum est,
Cerneret ut thalami gaudia nulla sequens.

423. BIANORIS.

Gygiacæ Sardes, Halyattæ regia, quondam
Persarum dominis altera Persis eras :
Crœseos molita lares, ubi multa micabat
E Pactoleis dives arena vadis.
At nunc vasta suo tellus te sorpsit hiatu;
Tot bona sæclorum perdidit una lues.
Contigit hoc Buris, Helicæ quoque: sed maris æstus
Quos casus aliis, hos tibi terra dedit.

424. DURIDIS ELAITÆ.

De Epheso inundata.

Aeriæ nubes, vobis aqua venerat unde

νυκτὶ σὺν ἀστεμφεῖ πάντα κατεκλύσατε,
οὐ Λιβύης, Ἐφέσου δὲ τὰ μυρία κεῖνα ταλαίνης
αὔλια καὶ μακάρων ἐξ ἐτέων κτέανα;
ποῦ δὲ σαωτῆρες τότε δαίμονες ἔτραπον ὄμμα;
αἰαῖ τὴν Ἰάδων πολλὸν ἀοιδοτάτην.
Κεῖνα δὲ κύμασι πάντα κυλινδομένοισιν ὁμοῖα
εἰς ἅλα σὺν ποταμοῖς ἔδραμε πεπταμένοις.

425. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΒΟΥΚΑΛΛΟΥ.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἄπολις πόλις, ἄμμιγα νεκροῖς
ἐνναέταις κεῖμαι, ἆ, παναποτμότατα.
Ἥφαιστός μ' ἐδάμασσε μετὰ κλόνον Ἐννοσιγαίου.
Φεῦ, ἀπὸ τοσσατίου κάλλεος εἰμὶ κόνις.
Ἀλλὰ παραστείχοντες ἐμὰν στοναχήσατε μοῖραν·
σπείσατε Βηρυτῷ δάκρυ καταφθιμένᾳ.

426. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦ τελέθει Κύπρις πολιηόχος, ὄφρα νοήσῃ
ἔνδιον εἰδώλων τὴν πρὶν ἕδος Χαρίτων;
τύμβος ἀταρχύτων μερόπων πόλις, ἧς ὑπὸ τέφρην
αἱ Βερόης πολλαὶ κείμεθα χιλιάδες.
Γράψαθ' ἑνὸς καθύπερθε λίθου, φίλα λείψανα φωτῶν·
« Βηρυτὸς γοερὴ κεῖται ὑπὲρ δαπέδων ».

427. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναυτίλε, μὴ στήσῃς δρόμον ὁλκάδος εἵνεκ' ἐμεῖο·
λαίφεα μὴ λύσῃς· χέρσον ὁρᾷς λιμένα.
Τύμβος ὅλη γενόμην· ἕτερον δ' ἐς ἀπενθέα χῶρον
δουπήσεις κώπῃ νηὸς ἐπερχομένης.
Τοῦτο Ποσειδάωνι φίλον, ξενίοις τε θεοῖσιν·
χαίρεθ' ἁλιπλανέες, χαίρεθ' ὁδοιπλανέες.

428. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Σοί με, Θρηϊκίης σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη
μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακηδονίης.

nocte cum crudeli cuncta inundastis,
non Libyæ, sed Ephesi infinitos illos miseræ
campos et beatis ex annis divitias?
Quo vero servatores tunc dæmones verterunt vultum?
heu, heu, Ionicarum *urbem* longe celebratissimam!
Illa autem fluctibus cuncta volventibus similia
in mare cum fluminibus cucurrerunt late-effusis.

425. JOANNIS BARBUCALLI.

Hæc ego infausta civitas non-civitas, inter mortuos
incolas jaceo, ah! omnium infaustissime!
Vulcanus me domuit post disjectionem Neptuni.
Heu, e tanta pulchritudine sum cinis!
Sed prætereuntes meæ ingemiscite sorti:
libate Beryto lacrimam perditæ.

426. EJUSDEM.

Ubi est Cypris urbis-præses, ut videat
domicilium umbrarum antiquam sedem Gratiarum?
tumulus inhumatorum hominum urbs, cujus sub favilla
illa Beroes multa jacemus millia.
Inscribite uni superne lapidi, caræ reliquiæ hominum:
« Berytus lamentabilis jacet *sepulta* super solo. »

427. ALIUD.

Nauta, ne sistas cursum navis mea causa;
vela ne solvas: aridum vides portum.
Tumulus tota facta-sum; alterum vero in luctus-nescium
strepitabis remo navis accedentis.
Hoc Neptuno placet, hospitalibusque diis.
Valete o qui-mari-erratis, valete o qui terra!

428. ANTIPATRI THESSALONICENSIS

Tibi me, o Thraciæ spoliis-onuste, Thessalonice
mater totius misit Macedoniæ.

Noctis ut unius tempore subrueret,
Horrida non Libyes, Ephesi sed splendida magnæ
Tecta tot, et sæcli tot melioris opes?
Quo sua custodes verterunt lumina Divi?
Urbs cui nil tota par erat Ionia!
Omnia cum ventis, cumque amnibus illa voluta
In mare fluxerunt, ut levis unda solet.

425. JOHANNIS, POETÆ BARBUCALLI.
De Beryti incendio.

Urbs ego jam non urbs, sita sum cum lumine cassis
Civibus. An species tristior ulla fuit?
Neptuno concussa prius, mox ignibus arsi
Mulciberi: quondam maxima, resto cinis.
Tu fatis gemitus nostris impende, viator,
Berytique super funere da lacrymas.

426. EJUSDEM,
de eodem argumento.

Urbis ubi custos Venus est? ubi Gratia multa
Vixerat, umbrarum norit ut esse domum.

[EJUSDEM, *de eodem.*]

Sum tumulus Beroe, tumuli sed honore carentum,
Cujus tot cineri millia mixta jacent.
Turba superstes adhuc saxo mihi scribat in uno:
Hoc est Berytos magna sepulta loco.

427. EJUSDEM,
de eodem.

Navita, nec cursum sistas, nec carbasa solvas
Me propter: portus pulverulentus ego,
Et tumulum nil præter. Adi loca læta ferendis
Navibus et remum quæ patiantur aquas.
Quippe ita Neptuno placuit Superisque. Valete
Vos mihi, queis terris est via queisque mari.

428. ANTIPATRI.

Threicii ductor populi clarissime, misit
Me genitrix Macetûm Thessalonica tibi.

Ἀείδω δ' ὑπὸ σοὶ δεδμημένον Ἄρεα Βεσσῶν,
ὅσσ' ἐδάην πολέμου πάντ' ἀναλεξάμενος.
Ἀλλά μοι ὡς θεὸς ἔσσο κατήκοος, εὐχομένου δὲ
κλῦθι. Τίς ἐς Μούσας οὔατος ἀσχολίη;

429. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἁλικύμονος ᾖσεν Ἀρίστων
Ναύπλιον· ἐκ μολπῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμην.
Ὁ ψεύστης δ' ὑπὸ νύκτα Καφηρείης ἀπὸ πέτρης
πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δύσμορος ἐς κραδίην.

430. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς πρόβατον τριτόκον.

Τῆς ὄϊος γενεὴ μὲν Ἀγαῤῥική, * ἐντὸς Ἀράξεω
ὕδωρ πιλοφόροις πίνεται Ἀρμενίοις·
χαῖται δ', οὐ μήλοις ἅτε που μαλακοὶ ἔπι μαλλοί,
ψεδναὶ δ', ἀγροτέρων τρηχύτεραι χιμάρων.
Νηδὺς δὲ τριτοκεῖ ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἐκ δὲ γάλακτος
θηλὴ ἀεὶ μαστοῦ πλήθεται οὐθατίου·
βληχὴ δ' ἀσσοτάτω τερένης μυκήματι μόσχου·
ἄλλα γὰρ ἀλλοῖαι πάντα φέρουσι γύαι.

431. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς κλέπτην εὑρόντα σπάθην χρυσῆν.

Καὶ χρυσὸν φιλέω καὶ δήϊον ἄρεα φεύγω.

432. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Ὦ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ κατατάξεις
δάκρυσι διγλήνως ὦπας ὀδυρόμενος;
οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν·
τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος·
αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι. Τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
ὀστίον οὐδὲ τέφρα λείπετ' ἀποιχομένας;

433. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λῇς, ποτὶ τᾶν Μοισᾶν, διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
ἁδύ τί μοι; κἠγὼ πακτίδ' ἀειράμενος
ἄρξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βωκόλος ἐγγύθεν ᾀσεῖ
Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
Ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἔνδοθεν ἄντρου
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

Cano autem a te domitum Martem Bessorum,
quæcumque didici *ejus* belli cuncta recolligens.
Sed mihi tanquam deus esto audiens, precantique
annue Quæ adversus Musas auris occupatio *est?*

429. CRINAGORÆ.

Speculatorem Eubœæ, quam-mare-alluit, cecinit Aristo
Nauplium: cantu vero ego audax urebar.
Fallax vero sub noctem Caphareo a lapide
ignis meum transiit infaustus in cor.

430. EJUSDEM.

In ovem quæ ter parturit anno.

Ovis origo quidem Agarrhica, ubi Araxis
aqua pileum-gerentibus bibitur Armeniis;
pili vero, non ovibus ut fere tegmina-sunt mollia vellera,
sed rari, agrestibus asperiores capris.
Venter vero ter-parit in singulos annos, lacte autem
papilla usque mammæ impletur in-ubere;
at balatus proxime-accedit teneræ mugitui vitulæ;
alia enim aliæ-et-diversæ cuncta ferunt terræ.

431. INCERTI.

In furem qui repererat spatham auream.

Et aurum amo et hostilem martem fugio.

432. THEOCRITI.

O miser tu Thyrsi, quid te juvabit, si contabefacies
lacrimis geminos oculos lugens?
abiit capra, pulchra filiola, abiit in orcum:
sævus enim ungulis comprehendit *eam* lupus;
canes vero latrant. Quid te juvat, quando illius
neque os neque cinis relinquitur quæ-decessit?

433. EJUSDEM.

Vis, per Musas, geminis tibiis cantare
dulce aliquid mihi? et ego pectidem tollens
incipiam aliquid pulsare; bubulcus autem juxta canet
Daphnis, cera-compacto (*ex syringe*) flatu modulans.
Prope autem stantes hirsuto in antro
Pana capras-inscendentem orbaverimus.

Te cano Marte tuo Martis genus acre domantem,
Nullaque de bello pars mihi nota perit.
Jam precibus veneror placidum te numen, et aures
Des rogo. Quæ Musis cura vacare vetet?

431. INCERTI.

De fure timido, qui ensem repererat aureum.

Tam mea mens Martem refugit, quam diligit aurum.

432. THEOCRITI.

Thyrsi miser, quod erit pretium, si mœstus ocellos
Corrumpes lacryma semper eunte tuos?
Occidit et Stygias ivit tener hœdus ad undas,
Corripuit sævo quem ferus ungue lupus:
Ecce canes ululant. Sed quid juvat, illius eheu
Quando nec ossa datur cernere, nec cineres?

433. EJUSDEM.

Cantemusne placet? duplex te flante sonabit
Tibia: nec deerit pollice tacta meo
Blanda fides: levibus, junxit quas cera, cicutis
Daphnis, oves doctus pascere, dulce canet.
Propter et hoc stantes quernis sub frondibus antrum
Vincemus, somnum Pan ibi ne capiat.

434. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων,
υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείαν οὔ τιν' ἐφελκυσάμαν.

435. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν ἴσον νέμει ἅδε τράπεζα·
θεὶς ἀνελεῦ, ψήφου πρὸς λόγον ἐρχομένης.
Ἄλλος τις πρόφασιν λεγέτω· τὰ δ' ὀθνεῖα Καΐκος
χρήματα καὶ νυκτὸς βουλομένοις ἀριθμεῖ.

436. ΑΛΛΟ.

Ἀρχαῖα τὠπόλλωνος τἀναθήματα
ὑπῆρχεν· ἡ βάσις δὲ τοῖς μὲν εἴκοσι,
τοῖς δ' ἑπτά, τοῖς δὲ πέντε, τοῖς δὲ δώδεκα,
τοῖς δὲ διηκοσίοισι νεωτέρη ἦν ἐνιαυτοῖς·
τοσσόσδε γάρ νιν ἐξέβη μετρούμενος...

437. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τήναν τὰν λαύραν, ὅθι ταὶ δρύες, αἰπόλε, κάμψας,
σύκινον εὑρησεῖς ἀρτιγλυφὲς ξόανον,
τρισκελές, αὐτόφλοιον, ἀνούατον· ἀλλὰ φάλητι
παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Ἕρκος δ' εὐίερον περιδέδρομεν· ἀέναον δὲ
ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ,
ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
ἄμπελος· εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·
ξουθαὶ δ' ἀδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσαι
μέλπουσι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεῖ, καὶ τῷ χαρίεντι Πριάπῳ
εὔχου ἀποστρέψαι τούς Δάφνιδός με πόθους,
κεὐθὺς ἀποῤῥέξαι χίμαρον καλόν. Ἢν δ' ἀνανεύῃ,
τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·
ῥέξῶ γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω
σακίταν· νεύοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

434. EJUSDEM.

Alius *est Theocritus* Chius; ego vero Theocritus, qui hæc [scripsi,
unus e multis sum Syracusiis,
filius Praxagoræ valdeque inclytæ Philinnæ;
Musam vero alienam non ullam ad-me-attraxi.

435. EJUSDEM.

Civibus et peregrinis idem tribuit hæc mensa;
quod-deposuisti tolle, calculo ad rationem veniente.
Alius quispiam prætextum dicat: sed alienas Caicus
pecunias vel nocte volentibus numerat.

436. ALIUD.

Antiqua Apollinis donaria *hæc*
erant: basis vero his quidem viginti,
illis autem septem, hisque quinque, et illis duodecim,
his autem ducentis junior erat annis:
tantum enim eam excessit ad-calculos-vocatum [tempus.]

437. EJUSDEM.

Ad illum vicum, ubi sunt quercus, o caprarie, quando-deflexeris,
ficulneum invenies recens-sculptum signum, [flexeris,
prædurum, cum-ipso-cortice, sine-auribus, sed phallo
puerorum-generatore potentem Cypridis opera perficere.
Septum vero valde-sacrum circumcurrit; perennisque
rivus e rupibus undique viret
lauris et myrtis et odorata cupresso,
ubi circumcirca diffusa-est uvifera cum-capreolis
vitis: vernæ autem stridulis cantibus
merulæ sonant varie-modulata carmina;
flavæ autem lusciniæ querelis contra-sonantes
modulantur oribus mellifluam vocem.
Conside igitur illic, et amabilem Priapum
precare ut avertat Daphnidis a-me amores, [abnuerit,
et *dic* statim *me* sacrificaturum caprum pulchrum. Sin
hujusce *amoris* compos-factus, volo tres hostias mactare:
sacrificabo enim juvencam, hirtum hircum, agnum quem [habeo
stabularium; annuat autem benevole deus.

434. EJUSDEM.
De libro suo.

Alter Chius: at hæc cui scripta Theocritus unus
Gaudeo de multis esse Syracosiis,
De patre Praxagora, clara de matre Philinna:
Musa fuit cordi non peregrina mihi.

435. [LEONIDÆ.]
Invectivum in Caicum Mensularium.

Civibus hæc par jus mensa exhibet hospitibusque:
Da, cape: verba celer calculus assequitur.
Causam alius jam dicat: ego hoc: externa Caicus
Annumerat, si vis, æra vel in tenebris.

437. THEOCRITI.

Quo via per quercus, pastor, te ducet, imago est
Lignea; nuper adhuc, ut puto, ficus erat;
Monstrum informe, tripes, cum cortice, et auribus orbum,
In Venerem fœtum quod tamen inguen habet.
Simplice quod cingit structum pietate sacellum,
Et viret e saxo lapsa perennis aqua,
Lauribus et myrtis et odorifera cupressu,
Quas circumplecti palmite vitis amat.
Illic et tremulis mulcentes vocibus aures
Congeminant merulæ murmura, veris aves.
Flava nec adversum ramis Philomela dolores
Dulcisono cessat molliter ore queri.
Illic ergo sede supplex, facilemque Priapum
Exora, ne me Daphnidos urat amor.
Si datur hoc, præsens hœdi cruor imbuet aras;
Daphnide sin potiar, victima terna cadet:
Tunc capro faciemus, ovisque sub ubere fœtu,
Et vitula: placeant sic mea vota Deo.

438. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Βωλοτόμοι μύρμηκες, ὁ γῆς στρατὸς, ἡνίκ' ἔτενδε
γειομόρου μελιχρὴν σμηνοδόκου χάριτα,
μηνίσας ὁ πρέσβυς, ἐς ὕδατα κρωσσὸν ἔβαψεν,
ἐνθάδε τοὺς ἀπὸ γῆς οὐ δοκέων πελάσειν.
Οἱ δὲ νέας, κάρφας ἀχυρίτιδας ἀντιφέροντες,
αὐτοκυβερνῆται πρὸς κύτος ἐτρόχασαν.
Ἦ ῥα φίλη γαστὴρ καὶ βαιοτάτους ἀνέπεισεν
ἐκ χθονὸς εἰς Νύμφας καινοτάτους ἐρέτας.

438. PHILIPPI.

Glebas-secantes formicæ, terræ exercitus, quum gustabant
agricolæ examina-excipientis dulces delicias,
iratus senex, in aquas hydriam mersit,
huc eas a terra non putans accessuras.
Illæ vero *ut* naves festucas palearum contra ferentes,
ipsæ-gubernantes ad vas cucurrerunt.
Sane carus venter vel minimos adduxit
e terra ad Nymphas *esse* valde-novos remiges.

439. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Βρέγμα πάλαι λαχναῖον, ἐρημαῖόν τε χέλυφος
ὄμματος, ἀγλώσσου θ' ἁρμονίη στόματος,
ψυχῆς ἀσθενὲς ἕρκος, ἀτυμβεύτου θανάτοιο
λείψανον, εἰνόδιον δάκρυ παρερχομένων,
κεῖσο πέλας πρέμνοιο παρ' ἀτραπὸν, ὄφρα [μάθῃ τις]
ἀθρήσας, τί πλέον φειδομένῳ βιότου.

439. CRINAGORÆ.

Sinciput olim lanuginosum, vacuumque cavum
oculi, elinguisque compago oris,
animæ invalidum sepimentum, inhumatæ mortis
reliquiæ, in-via lacrima prætereuntium,
jace prope truncum præter semitam, ut discat quispiam
conspicatus, quid prosit alicui-parcere vitæ.

440. ΜΟΣΧΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ.

Ἔρως δραπέτης.

Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει·
« Εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα,
« δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς γέρας ἑξεῖ.
« Μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος· ἢν δ' ἀγάγῃς νιν,
« οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ', ὦ ξένε, καὶ πλέον ἑξεῖς.
« Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
« Χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος· ὄμματα δ' αὐτοῦ
« δριμύλα καὶ φλογόεντα· κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα·
« οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι φωνά·
« ἢν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος· ἠπεροπευτὰς,
« οὐδὲν ἀλαθεύων, δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.
« Εὐπλόκαμον τὸ κάρανον· ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
« Μικκύλα μὲν τήνῳ τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει·
« βάλλει δ' εἰς Ἀχέροντα καὶ Ἀΐδεω βασιλῆα.
« Γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται·

440. MOSCHI SYRACUSII.

Amor fugitivus.

Cypris Amorem suum filium magna voce præconiabat:
« Si quis in triviis errantem vidit Amorem,
« fugitivus meus est: index præmium habebit.
« Merces tibi *erit* osculum Cypridis; si vero adduxeris eum,
« non nudum osculum, sed tu, hospes, etiam plus habebis.
« Est puer insignis, inter viginti omnino agnoscas illum.
« Corpore non *est* candidus, sed igni similis; oculi autem
« acres et flammei; mala mens, dulcis loquela; [ejus
« non enim idem sentit ac loquitur; tanquam mel *est* vox;
« sed quum irascitur, mens *est* effera; deceptor,
« nihil verum-dicens, dolosus puer, sæva ludit. [frontem.
« Pulchre-cincinnatum *est* caput; habet vero protervam
« Parvæ quidem illi *sunt* manus, sed procul feriunt;
« feriunt vero in Acherontem *usque* et *ad* Orci regem!
« Nudus quidem corpore, mens vero illi tecta-est;

---

438. PHILIPPI.

Smenodoco fuerant quæ condita mella, ferebant
Formicæ, rapto vivere sueta cohors.
Unde senex iratus aquis interlocat urnam;
Huc, puto, terrigenæ non venietis, ait.
Grex tamen ille venit, paleis pro puppibus usus,
Ipse gubernator remigiumque sibi.
Agricolas parvos subito conamine nautas
Esse docet venter maximus artificum.

439. CRINAGORÆ.

Sinciput ante pilis florens spoliataque testa
Orbibus, atque oris forma, sed ore carens,
Mœnia fluxa animi, de morte carente sepulchro
Quod reliquum, lacrymas prætereuntis habens,
Propter iter radice jacens super, aspice quanto
Plus habeant, cara est queis sua vita, boni.

440. MOSCHI.

Cupido fugitivus.

Amissum nuper clamans Venus anxia natum,
Ecquis, ait, triviis palantem vidit Amorem?
Ille erro meus est. Pretium grande auferet index,
Basiolum Veneris. Sed enim non basia tantum
Ille feret, puerum quicumque adduxerit, hospes.
Viginti in pueris facilis puer ille notatu.
Igneus in vultu color est, non candidus: igne
Lumina bina micant: mens improba, blanda loquela:
Non quod sentit, idem fatur quoque: mellea vox est.
At cor implacidum, quoties furit; insidiatur,
Numquam vera loquens, pravus puer, aspera ludit.
Crispula cæsaries: nulla est reverentia fronti:
Utraque sæva manus, sed longe docta ferire
Ipsas usque fores Orci atque Acherusia regna.
Corpore nudus agit, mens quærit tecta latebras,

« καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλως
« ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας, ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται·
« τόξον ἔχει μάλα βαιὸν, ὑπὲρ τόξῳ δὲ βέλεμνον·
« τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται·
« καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον· ἔνδοθι δ' ἐντὶ
« τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει.
« Πάντα μὲν ἄγρια, πάντα· πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ
« βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν Ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.
« Ἤν τύ γ' ἕλῃς τῆνον, δήσας ἄγε, μηδ' ἐλεήσῃς·
« κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ·
« κἢν γελάῃ, τύ νιν ἕλκε· καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
« φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακόν ἐντι.
« Ἢν δὲ λέγῃ, Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα,
« μὴ τὺ θίγῃς πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

« et, alatus sicut avis, evolat alias super alios
« viros atque mulieres, visceribusque insidet.
« Arcum habet perexiguum, super arcu autem sagittam.
« parva ei sagitta, æthera vero adusque fertur.
« et aurea circa dorsum pharetra; intus vero sunt
« amari calami, quibus sæpe et me sauciat.
« Cuncta quidem fera, cuncta; multo vero magis quæ ipsi
« parva fax est, *qua* Solem ipsum accendit.
« Si tu ceperis illum, vinctum adduc, neu miserearis;
« et si quando videris flentem, cave ne te decipiat;
« et si riserit, tu eum trahe; et si voluerit te osculari,
« fuge : malum *est* suavium, labra sunt venenum. [arma,
« Sin dixerit : Cape hæc, gratificor *tibi* quæ *sunt* mihi
« ne tu tangas fallacia dona : cuncta enim igne tincta-sunt. »

441. ΠΑΛΛΑΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Τὸν Διὸς ἐν τριόδοισιν ἐθαύμασα χάλκεον υἷα,
τὸν πρὶν ἐν εὐχωλαῖς, νῦν παραριπτόμενον.
Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον· « Ἀλεξίκακε τρισέληνε,
« μηδέποθ' ἡττηθεὶς, σήμερον ἐξετάθης. »
Νυκτὶ δὲ μειδιόων με θεὸς προσέειπε παραστάς·
« Καιρῷ δουλεύειν καὶ θεὸς ὢν ἔμαθον. »

441. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Jovis in triviis miratus sum æneum filium,
qui prius *erat* in precibus, nunc projectum.
Commotus autem dixi : « O mala-depellens, trilunis,
nunquam victe, hodie extensus-jaces,
Nocte vero subridens me deus allocutus-est adstans.
« Tempori servire etiam deus ego didici. »

442. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛ. ΜΥΡΙΝΑΙΟΥ.

Γριπεύς τις μογέεσκεν ἐπ' ἰχθύσι· τὸν δ' ἐσιδοῦσα
εὐκτέανος κούρη θυμὸν ἔκαμνε πόθῳ,
καί μιν θῆκε σύνευνον· ὁ δ' ἐκ βιότοιο πενιχροῦ
δέξατο παντοίης ὄγκον ἀγηνορίης.
Ἡ δὲ Τύχη γελόωσα παρίστατο, καὶ ποτὶ Κύπριν,
« Οὐ τεὸς οὗτος ἀγὼν, ἀλλ' ἐμός ἐστιν », ἔφη.

442. AGATHIÆ SCHOLASTICI MYRINÆI.

Piscator quidam laborabat capiendis piscibus : hunc autem
dives puella-in-animo laborabat cupidine, [conspicata
et eum fecit sibi consortem-tori. Hic autem e vita egena
accepit omnigenæ fastum superbiæ.
Fortuna vero ridens adstitit, et ad Cypridem,
« Non tuus hic ludus, sed meus est, » inquit.

443. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Μή ποτε κοιλήνῃς Παφίῃ νόον· ἀντιτύπου γὰρ
εὐθὺς ἀποθρώσκει κοῦφος Ἔρως κραδίης.
Οἶστρος ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν· ἤν τις ὀϊστοῦ

443. PAULI SILENTIARII.

Ne unquam pandas Paphiæ mentem; repercutiente enim
statim resilit levis Amor a-corde.
Œstrum lubricam habet naturam. Si quis sagittæ

Alitis huc illuc instar volat, inque puellas
Inque viros fertur; sedet intra viscera tandem.
Arcus parvus adest, et in arcu missile telum,
Hoc quoque non magnum : summum sed in æthera fertur.
Auratam dorso pharetram gerit : intus acerba
Spicula conduntur, queis me quoque vulnerat ipsam.
Hæc crudelia cuncta : sed est crudelior illis
Fax, quæ, parva licet, novit tamen urere Solem.
Hunc si tu invenias, strictum rape, parcere noli;
Si flentem videas, ne decipiare, caveto.
Subridet, tanto trahe fortius; oscula libat;
Oscula sint suspecta : madent et labra veneno.
Hæc cape, quæ gesto, tibi do, si dixerit, arma,
Ne cape, tincta feris etenim sunt omnia flammis.

441. PALLADÆ ALEXANDRINI.

Æneus Alcides me demirante jacebat
In trivio, cultus ture meroque puer.
Ast ego, magne Trinox, dixi, stratorque ferarum
Atque hominum, stratum nunc ego te video.
Sed visus mihi nocte Deus respondit et inquit :
Ipsos temporibus cedere crede Deos.

442. AGATHIÆ, *oratoris Myrinensis.*

Captantem vitreo dum cernit in æquore pisces,
Incaluit virgo dives amore viri,
Accepitque toro. Sic ille e paupere vita
Magnificas una nocte paravit opes.
Risit at adstantem Venerem Fortuna salutans :
Non tuus hic ludus, sed meus, inquit, erat.

443. PAULI SILENTIARII.

Ne Veneri pandas animi penetrale caveto :
Nam ferus a duro corde resultat Amor.
Lubricus ille furor : minima vel parte recepta
Ignescens venas tota sagitta subit.

ἄκρον ἕλῃ φλογεροῦ, δύεται ἐντὸς ὅλος.
Ἐλπίδι μὴ θέλξῃς φρένα μαχλάδι· γυιοβόρον γὰρ
πῦρ ὑποριπίζει, θυμὸν ἐφελκομένη.

summitatem ceperit ignitæ, penetrat intus tota.
Spe ne mulceas mentem lasciva; membra-depascentem enim
ignem flatu-incitat, animum sibi-attrahens.

444. ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ
τὸν βίον ὤλεσσ' ἂν πᾶσι φυλασσομένη.
Τοὔνεκεν εὐθέσμως ἄλοχον λάβε, καί τινα κόσμῳ
δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν· φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

444. ERATOSTHENIS SCHOLASTICI.

Pulchri virginitatis thesauri; virginitas autem
vitam humanam perdidisset ab omnibus servata
Quare legitime uxorem duc, et aliquem mundo
dona mortalem pro te : fuge autem salacitatem.

445. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Ἤθελε μὲν βασιλεύς σε βοηθόον εἰσέτι πέμπειν
ἄστεσι τειρομένοις δευομένων μερόπων,
Τητιανὲ χρύσειε· σὺ δ' ἐν βιότοιο γαλήνῃ
πατρίδα καὶ κλῆρον σὸν προβέβουλας ἔχειν,
αὔξων σῶν προγόνων κτέρας ἔνδικον· ἀρχομένων γὰρ
πλοῦτον ὅτι στυγέεις σύνθρονος οἶδε Δίκη.

445. JULIANI ÆGYPTII.

Volebat quidem rex te auxiliarium adhuc mittere
urbibus pressis egentium *te* mortalium,
Titiane auree; tu vero in vitæ tranquillitate
patriam et hereditatem tuam maluisti habere,
augens tuorum avorum fortunas justas; subditorum enim
divitias tibi-displicere assidens novit Justitia.

446. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος· ἄστεϊ μέσσῳ
εὖχος ἑταιρεῖαι, κρυπτὰ δόμοισιν ἄχη·
ἀγρὸς τέρψιν ἄγει, κέρδος πλόος, ἀλλοδαπὴ χθὼν
γνώσιας· ἐκ δὲ γάμων οἶκος ὁμοφρονέει,
τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφροντις ἀεὶ βίος· ἕρκος ἐτύχθη
πατρὶ τέκος, φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος·
ἠνορέην νεότης, πολιὴ φρένας οἶδεν ὀπάσσαι.
Ἔνθεν θάρσος ἔχων ζῶε, φύτευε γένος.

446. EJUSDEM.

Dulces omnes vias sortita-est vita : urbe in-media
gloria *sunt* sodalitia, abditi domibus dolores;
ager oblectamentum affert, lucrum navigatio, extera tellus
cognitiones; per nuptias autem domus concordat,
at cœlibum curarum expers usque vita; tutamen est
patri soboles, abest-ab eis qui liberos-non-habent timor.
Fortitudinem juventa, canities prudentiam scit præbere.
Inde fiduciam habens vive, genera sobolem.

447. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήτηρ υἷα λιπόντα μάχην μετὰ πότμον ἑταίρων
ἔκτανεν, ὠδίνων μνῆστιν ἀνηναμένη.
Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα διακρίνει Λακεδαίμων
ἀλκῇ μαρναμένων, οὐ γενεῇ βρεφέων.

447. EJUSDEM.

Mater filium qui-deseruerat pugnam post mortem sodalium
occidit, dolorum-ex-partu memoria depulsa.
Etenim germanum sanguinem discernit Lacedæmon
robore pugnantium, non genere liberorum.

448. ΑΛΛΟ.

Ἐρώτησις Ὁμήρου.

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες, ἦ ῥ' ἔχομέν τι;

448. ALIUD.

Interrogatio Homeri.

Viri ab Arcadia piscatores, anne habemus aliquid?

Nec spes corruptum te mulceat : influit in cor,
Atque ibi tabificam ventilat illa facem.

444. ERATOSTHENIS SCHOLASTICI.

Virginitas pretiosus honos : sed vita periret,
Si foret in cunctis virginitatis amor.
Legibus uxorem socia tibi : sic dabis orbi
Pro te hominem, purus turpis adulterii.

445. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere Præfectorum Augustalium.

Mittere te regnator adhuc, Titiane, parabat
Gentibus oppressis auxiliare jubar :
At tibi vita placet tranquillior, et domus, et res,
Quam foveas, per tot quæ tibi venit avos :
Namque ex commissis tibi quam ditescere nolis,
Scit consors solii Diva severa tui.

446. EJUSDEM.

Omnis in hac vita suavis via : dant fora nosci,
Dant decus : abscondit, siqua molesta, domus.
Nectit amicitias terra hospita : dat mare quæstum,
Gaudia rus : dulcis copula conjugii :
Cælebs vita caret curis; munimina patri
Progenies, orbis libera corda metu.
Robur adest juveni, senibus sapientia; quare
Pectore securo vive, genusque sere.

447. EJUSDEM.

Dum fugit a multa sociorum clade, repertum
Interimit, partus immemor, ipsa parens :
Mos etenim Spartæ est, hostili ex sanguine fuso,
Non ex materno sanguine nosse suos.

448. *Interrogatio Homeri.*

O piscatores, genus Arcades, an quid habemus?

Ἀνταπόκρισις Ἀρκάδων.

Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Responsum Arcadum.

Quidquid cepimus reliquimus, quidquid non cepimus nobiscum-gerimus

449. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἔρως ἐρῶν.

Τίς πυρὶ πῦρ ἐδάμασσε; τίς ἔσβεσε λαμπάδι πυρσόν;
τίς κατ' ἐμῆς νευρῆς ἑτέρην ἐτανύσσατο νευρήν;
καινὸς Ἔρως κατ' Ἔρωτος ἐμῷ μένει ἰσοφαρίζει.

449. ALIUD.

Quos haberet sermones Amor amans.

Quis igne ignem domuit? quis exstinxit lampade facem?
quis adversus meum nervum alterum tetendit nervum?
Novus Amor adversus Amorem meo robore contendit.

450. ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Εἰ ταῖς ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες
αἴσθησιν εἶχον, ἄνδρες ὥς φασίν τινες,
ἀπηγξάμην ἄν, ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην.

450. PHILEMONIS.

Si revera mortui
sensum haberent, viri ut dicunt quidam,
me-suspendissem, ut viderem Euripidem.

451. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς Πρόκνην τὴν ἀδελφὴν Φιλομήλη.

Σός με πόσις κακοεργὸς ἐνὶ σπήλυγγι βαθείῃ
μουνώσας βαρύποτμον, ἐμὴν ἀπέκερσε κορείην·
στυγνὰ δέ μοι πόρεν ἕδνα πολυτλήτοιο γάμοιο·
γλῶσσαν ἐμὴν ἐθέρισσε, καὶ ἔσβεσεν ἑλλάδα φωνήν.

451. ANONYMI.

Quos haberet sermones ad Procnen sororem Philomela.

Tuus me vir maleficus in spelunca profunda
a-sociis-separavit infelicem, et meam decerpsit virginitatem;
invisam vero mihi præbuit dotem ærumnosarum nuptiarum:
linguam meam messuit, et exstinxit græcam loquelam

452. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαῖρε, Πρόκνη, παρὰ σεῖο κασιγνήτης Φιλομήλης,
χαίρειν εἰ τόδε γ' ἔστιν· ἐμοῦ δέ σοι ἄλγεα θυμοῦ
πέπλος ἀπαγγείλειε, τά μοι λυγρὸς ὤπασε Τηρεύς,
ὅς μ' ἔρξας βαρύποτμον ἐν ἕρκεσι μηλονομήων,
πρῶτον παρθενίης, μετέπειτα δ' ἐνόσφισε φωνῆς.

452. ALIUD.

In idem argumentum.

Salve, Procne, a tua sorore Philomela,
salvere si hoc est: mei autem tibi dolores animi
peplus nunciet, quos mihi sævus attulit Tereus,
qui me inclusit infelicissimam in septis upilionum,
et primum virginitate, deinde vero privavit voce.

453. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Αὐτὸς ὁ βοῦς ἱκέτης ἐπιβώμιος, αἰθέριε Ζεῦ,
μυκᾶται, ψυχὴν ῥυόμενος θανάτου.
Ἀλλὰ μέθες, Κρονίδη, τὸν ἀροτρέα· καὶ σὺ γὰρ αὐτὸς
πορθμεὺς Εὐρώπης ταῦρος, ἄναξ, ἐγένου.

453. MELEAGRI.

Ipse bos supplex aris-admotus, ætheree Jupiter,
mugit, animam defendens a-morte!
Sed dimitte, Saturnie, aratorem; et tu enim ipse
vector Europes taurus, o deus, fuisti.

454. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Καλλιόπη εἰς Γεώργιον.

Οὗτος ἐμὸς γενέτης γνήσιος, οὐ Κρονίδης.

454. INCERTI.

Quos haberet sermones Calliope ad Georgium.

Hic meus pater verus, non Saturnius.

Responsum.

Perdidimus captas, non captas adferimus res.

449. QUID DIXERIT CUPIDO AMANS.

Quis face fervidiore facem domat? igne quis ignem?
Unde meo nervo nervus contrarius alter?
Ortus Amor novus est ipsi qui bellat Amori.

450. PHILEMONIS
versus de Euripide.

Post fata si quis esset, ut quidam putant,
Sensus superstes, ipse me suspenderem,
Hac spe, liceret ut videre Euripidem.

451. QUID DIXERIT AD PROCNEN
sororem Philomela.

Me tuus heu! conjux cæco crudelis in antro
Clausit, et eripuit miseræ, germana, pudorem,
Et mihi triste dedit violenti munus amoris,
Evellens linguamque simul Graiamque loquelam.

452. *Aliud de eadem.*

Mitto tibi Procne soror hanc Philomela salutem,
Si qua salus nobis. Luctus tibi tela loquetur
Ista meos, quæ sola potest, et crimina Terei,
Qui mihi, decerptum post virginitatis honorem,
Nigris in stabulis usum quoque vocis ademit.

453. QUID DIXERIT MELEAGER,
cum bos Jovi sacrificandus mugiret.

Supplicat ipse tibi taurus, qui mugit ad aram,
Juppiter, et dones tristia fata, rogat.
Servet aratorem clementia numinis: olim
Portitor Europæ tu quoque taurus eras.

455. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀπόλλων περὶ Ὁμήρου.

Ἤειδον μὲν ἐγὼν, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

456. ΑΛΛΟ.

Πασιφάη πρὸς τὸν Ἔρωτα.

Εἰ ποθέειν μ' ἐδίδαξας ἐν οὔρεσι ταῦρον ἀλήτην,
μυκηθμόν με δίδαξον, ὅτῳ φίλον ἄνδρα καλέσσω.

457. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Ἀχιλλεὺς τρωθέντος Ἀγαμέμνονος.

Ἔγνως νῦν, Ἀγάμεμνον, ἐμὸν φθισήνορα θυμόν·
ἔγνως ἐν σταδίῃσιν ὅσον σθένος Ἕκτορός ἐστι.
Νῦν γὰρ πάντες ὄλοντο τεῇ πολυπήμονι λώβῃ·
σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμα φάνη, θανάτοιο χέρειον.
Ἀφροσύνης κακὰ ἔργα καὶ ἄσχετα πένθεα πάσχεις,
ὃς πᾶσιν Δαναοῖσιν ἀρήϊον ἕρκος ἐτύχθης.

458. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Ὀδυσσεὺς ἐπιβὰς τῆς Ἰθάκης.

Χαῖρ' Ἰθάκη· μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης
ἀσπασίως τεὸν οὖδας ἱκάνομαι, ὄφρα νοήσω
Λαέρτην, ἄλοχόν τε καὶ ἀγλαὸν υἱέα μοῦνον·
σὸς γὰρ ἔρως κατέθελξεν ἐμὸν νόον. Οἶδα καὶ αὐτὸς,
« ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων. »

459. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Ἀχιλλεὺς ὁρῶν τὸν Ὀδυσσέα ἐν ᾅδῃ.

Ἀτρεκέως πάντων πολυμήχανός ἐστιν Ὀδυσσεύς·
ζωὸς ἐὼν ἐνόησεν ἃ μὴ θέμις ἐστὶν ἰδέσθαι,
νερτέριον κευθμῶνα καὶ ἄλγεα πικρὰ θανόντων.
Πῶς δ' ἔτλη προλιπεῖν ἱερὸν φάος; ἢ τίς ἀνάγκη
ἤγαγεν οὐκ ἐθέλοντα; δόλων ἀκόρητος ἐτύχθη
ἐν χθονὶ καὶ πελάγεσσι καὶ ἐν νεκύεσσιν Ὀδυσσεύς.

460. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Ἀχιλλεὺς ὁρῶν τὰ ὅπλα κείμενα.

Μῆτερ, τεύχεα ταῦτα καὶ ἀγλαὰ δῶρα κομίζεις

455. ALIUD.

Quem haberet sermonem Apollo de Homero.

Canebam quidem ego, exaravit vero divinus Homerus.

456. ALIUD.

Pasiphae ad Amorem.

Si cupere me docuisti in montibus taurum errantem,
mugitum me doce, quo meum virum vocem.

457. ALIUD.

Quid dixisset Achilles sauciato Agamemnone.

Nosti nunc, o Agamemnon, meum viros-perdentem animum;
nosti in statariis pugnis quanta vis Hectoris sit.
Nunc enim omnes perierunt per-tuam infelicissimam injuriam:
tibi vero ipsi magna labes exstitit, morte pejor.
Dementiæ mala opera et intolerabiles luctus pateris,
qui omnibus Danais bellicum propugnaculum eras.

458. ALIUD.

Quid dixisset Ulysses ingressus Ithacam.

Salve, o Ithaca: post labores, post dolores amaros maris
libentissime tuum solum ingredior, ut videam
Laerten, uxoremque et splendidum filium unicum:
tui enim amor mulcebat meam mentem. Novi et ipse
« nihil dulcius esse patria neque parentibus. »

459. ALIUD.

Quid dixisset Achilles videns Ulyssem in Orco.

Vere omni-in-re solertissimus est Ulysses:
vivus ipse vidit quæ non fas est cernere,
infernas latebras et dolores amaros mortuorum.
Quomodo autem sustinuit deserere sacram lucem? vel quæ necessitas
adduxit nolentem? Dolis inexpletus est
in terra et mari et in mortuis Ulysses.

460. ALIUD.

Quid dixisset Achilles videns arma jacentia.

O mater, arma hæc et splendida dona fers

---

455. QUID DIXERIT APOLLO DE HOMERO.

Hoc ego præcinui, divinus scripsit Homerus.

456. QUID DIXERIT PASIPHAE,

Taurum amans.

Doctor, amatricem qui me bovis esse docebas,
Et mugire doce, trahitur sic ille maritus.

457. QUID ACHILLES DIXERIT, *vulnerato Agamemnone.*

Tandem, credo, vides, Agamemnon, quid mea portet
Ira mali, quantum sese ferat Hector in armis.
Crimine quippe tuo Graiæ periere phalanges,
Et te quæ sequitur morte est infamia pejor.
Has merito pœnas das pro dementibus ausis,
Qui solus Danaûm credi tutela volebas.

458. QUID DIXERIT ULYSSES,

cum Ithacam veniret.

Post pelago tantos, Ithace, terraque labores
Dulce tuum tetigisse solum, natumque videre
Unigenam, patremque senem cum conjuge casta.
Namque tui me traxit amor, nec gnarior alter,
Dulce nihil patria magis atque parentibus esse.

459. QUID DIXERIT ACHILLES,

cum Ulyssem in Orco reperit.

Nil non ingenium superat sollertis Ulyssi:
Vidit enim vivus nulli concessa priorum,
Infernæ secreta domus, umbrasque dolentes.
Quid fuit, ut superûm convexa relinquere vellet,
Aut quæ vis adigit, si non cupit? unus Ulysses
In terris pelagoque dolos meditatur et Orco.

ἀγχεμάχῳ σέο παιδὶ, τὰ μὴ πάρος ἔδρακεν ἀνήρ·
οἶδα δὲ νῦν ὅτι Παλλὰς ἐφ' Ἕκτορι χεῖρα κορύσσει
ἡμετέρην, καὶ Τρωσὶν ἀεικέα λοιγὸν ἐγείρει.

fortissimo tuo filio, quæ non prius vidit vir.
Scio autem nunc quod Pallas in Hectorem manum armat
nostram, et Trojanis fœdam cædem suscitat.

461. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Πύῤῥος ἐπιβὰς Τροίας.

Μόχθος ἐμοῦ γενετῆρος ἀμύμονος οὐ τέλος εὗρεν·
αὐτὰρ ἐγὼ Τρώεσσι φόνον πάντεσσι κορύσσων
ἤλυθον· ἠνορέῃ γὰρ ὑπέρτερον εὖχος ἀείρω,
καὶ Πρίαμον βασιλῆα, καὶ οὓς προλέλοιπεν Ἀχιλλεὺς,
πάντας ὁμοῦ κατὰ μῶλον ἐμὸν μένος οἶδεν ὀλέσσαι,
καὶ Τροίης πτολίεθρον ἀρήϊον ἐξαλαπάξω,
καὶ Δαναοῖς δεκέτηρον ἐμὸν δόρυ μόχθον ἀνύσσει.

461. ALIUD.

Quid dixisset Pyrrhus ingressus Troadem.

Bellum mei genitoris inculpati finem non invenit;
sed ego, Trojanis cædem cunctis instruens,
veni : virtute enim præstantiorem laudem reporto,
et Priamum regem, et quos reliquerat Achilles,
omnes simul in prœlio meum robur valet perdere,
et Trojæ arcem bellicam destruam,
et Danais decenne mea hasta bellum absolvet

462. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Δηϊδάμεια τοῦ Πύῤῥου πορθήσαντος τὴν Τροίαν.

Πᾶσαν ἐμῆς κραδίης χαλεπὴν ἀπέπαυσας ἀνίην,
ὑμετέρου γενετῆρος Ἀχιλλέος εἵνεκα πότμου,
ὃν Τροίη στονόεσσα κατέκτανεν. Ἀλλὰ σὺ πᾶσαν
Ἴλιον ἐξαλάπαξας· ἐελδομένοισι δ' Ἀχαιοῖς
ἄφθιτον ὤπασας εὖχος, ὃ μὴ δεκέτηρος ἐνυοῦς
πᾶσιν μαρναμένοις Δαναοῖς χρόνος εὗρεν ἀνύσσαι.

462. ALIUD.

Quos habuisset sermones Deidamia post direptam a Pyrrho Trojam.

Totam mei cordis gravem finiisti ægritudinem,
vestri genitoris Achillis ob mortem,
quem Troja lamentabilis interfecit. At tu totam
Ilion destruxisti; cupientibusque Græcis
incorruptam parasti gloriam, quam non decennis belli
cunctis pugnantibus Danais tempus potuit absolvere.

463. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Ἕκτωρ ὁρῶν τὸν Ἀχιλλέα ἐν τοῖς ὅπλοις.

Πηλείδην κοτέουσα πάλιν θώρηξεν Ἀθήνη
ἔντεσιν ἀθανάτοις. Ἦ ῥίγιον ἔσσεται ἄλγος
αἰνομόροις Τρώεσσι, καὶ Ἕκτορι, καὶ γενετῆρι,
ὁππόταν ἔντεα ταῦτα θεὸς πόρεν ἀνέρι τῷδε.

463. ALIUD.

Quid dixisset Hector videns Achillem in armis.

Peliden irata rursus instruxit Minerva
armis immortalibus. Sane tremendus erit dolor
miserandis Trojanis, et Hectori, et genitori,
ubi semel arma hæc dea præbuerit viro huicce.

464. ΑΛΛΟ.

Τί ἂν εἴποι Πάρις τρωθέντος Μενελάου.

Ἔῤῥετε οἱ ξύμπαντες, ἐλεγχέες, Αἰγιαλῆες,
ἄρτι θανὼν Μενέλαος ἐμὸν μέγα κῦδος ἀέξει.

464. ALIUD.

Quid dixisset Paris vulnerato Menelao.

Facessite cuncti, ignavi, Ægialenses,
nuper mortuus Menelaus meam in-magnum laudem auget.

465. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀλθαία παρακαλοῦσα τὸν Μελέαγρον.

Τέκνον ἐμὸν, γενεῆς ἐπιλήθεαι, οὐδ' ἀλεγίζῃ
πατρίδος ὀλλυμένης, βριαρὴν δ' ἀπόειπες ἀκωκὴν,
αἰσχύνων Καλυδῶνα καὶ Οἰνέα καὶ ναετῆρας.

465. ALIUD.

Quos habuisset sermones Althæa advocans Meleagrum.

Fili mi, genus oblivisceris, neque curam-habes
patriæ pereuntis, gravemque renuisti mucronem,
turpans Calydonem et Œneum et incolas.

---

461. QUID DIXERIT PYRRHUS,

cum ad Trojam veniret.

Fine suo patris nostri caruere labores;
Ast ego Dardanidûm populo fata ultima portans
En adsum : vocat hanc major victoria dextram.
Regnantem Priamum, et tantas genitoris Achilli
Relliquias nostro tandem manet exitus ense.
Decretum est dare te, bellatrix Troja, ruinæ,
Annorumque decem Danais absolvere pugnas.

462. QUID DIXERIT DEIDAMIA,

cum Pyrrhus Trojam excidisset.

Omnes tu nostro pepulisti corde dolores,
Quos mihi concierat dilecti funus Achilli :
Illum Troja quidem dederat, sed mœnia Trojæ
Tu das exitio : per te lætantur Achivi;
Immortale decus partum tibi, tradere quantum
Non anni potuere decem, non mille carinæ.

463. QUID DIXERIT HELENUS,

cum Achilles se armaret.

Æaciden iterum cœlestibus induit armis
Infensa Iliadis nimium Dea : tristius ecquid
Exspectare queant Troesque Hectorque paterque,
Arma Minerva viro quam cum dat talia tali?

466. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἄλκηστις, τοῦ Ἀδμήτου ζεύξαντος λέοντα καὶ κάπρον εἰς τὸ ὄχημα.

Ἠνορέης κλυτὰ ἔργα τεὴν ἔστεψαν ἀπήνην,
καὶ νύμφην βοόωσιν ἀριστοπόνοις ὑμεναίοις.

466. ALIUD.

Quos habuisset sermones Alcestis, Admeto jungente leonem et aprum ad currum.

Virtutis inclyta opera tuum coronarunt currum,
et nympham celebrant optime-laborantium hymenæis.

467. ΑΛΛΟ.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Πηλεὺς ἀκούων ὅτι ἀπόμαχός ἐστιν Ἀχιλλεύς.

et Theseo Marathon quos imposuit labores,
cujus tibi et juvenile manuum robur contingat parare,
o Marcelle, inclytæque laudem æquam vitæ.

546. ANTIPHILI.

Et in puppi obtingat mihi aliquando cubile, et quæ super
sonant guttarum *e mari* percussu pelles, [eo
et ignis e molaribus vi-prorumpens, et super eis
olla, et inanis bullarum strepitus;

Ecce tibi : cœlum, Piso, duobus inest.
Qui prius orbis erat, secti sumus; alter ad Austrum
Sidera, sed Boreas quæ videt, alter habet.
Tu posthac Arctos ne respice : sed bis utrumque
Ebibe : sic cernes omnia signa poli.

543. PHILIPPI.

Sicut equos domuit, domat et gens Thessala tauros,
Et præter nudas non habet arma manus.
Sed rapido saltu, velut alta evellitur arbor,
Sic jacere in frontem fortia vincla parat;
Atque agilem summo stringens in corpore nodum
Ingentem tali dejicit arte feram.

545. CRINAGORÆ.

Callimachi carmen teres aspicis : omnia quippe
Qui sacra Musarum commovet hoc opere.
Est Hecales isthic casa parva, sed hospita Thesei
Theseos et sudans in Marathone labor.
Par habeas opto robur, Marcelle, juventæ,
Laude nec omnigena sit tibi vita minor.

καὶ κρέ' ἔποντα ἴδοιμι διήκονον· ἡ δὲ τράπεζα
  ἔστω μοι στρωτὴ νηὸς ὕπερθε σανίς·
δὸς λάβε, καὶ ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν· εἶχε τύχη τις
  πρώην τοιαύτη τὸν φιλόκοινον ἐμέ.

547. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα.

Τρηχὺν δ' ὑπερβὰς φραγμὸν ἐξήνθιζε κλώψ.

548. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Κοῦρον ἀποπλανίην ἐπιμάζιον Ἑρμώνακτα,
  φεῦ, βρέφος ὡς ἀδίκως εἵλετε βουγενέες.
Ἠγνοίησεν ὁ δειλὸς ἐς ὑμέας οἷα μελίσσας
  ἐλθών· αἱ δ' ἐχέων ἦτε χερειότεραι·
ἀντὶ δέ οἱ θοίνης ἐνεμάξατε φοίνια κέντρα,
  ὦ πικραὶ, γλυκερῆς ἀντίπαλοι χάριτος.

549. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

α. Κρηναῖαι λιβάδες, τί πεφεύγατε; ποῦ τόσον ὕδωρ;
  τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν ἠελίου;
β. Δάκρυσιν Ἀγρικόλαο τετρύμεθα· πᾶν δ' ὅσον ἡμῖν
  ἦν ποτὸν ἡ κείνου διψὰς ἔχει σποδιή.

550. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Κλεινὴν οὐκ ἀπόφημι· σὲ γὰρ προπάροιθεν ἔθηκαν
  κλῄζεσθαι πτηνοὶ, Τῆνε, Βορηϊάδαι.
Ἀλλὰ καὶ Ὀρτυγίην εἶχε κλέος, οὔνομα δ' αὐτῆς
  ἤρχετο Ῥιπαίων ἄχρις Ὑπερβορέων.
Νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκέτι· τίς κεν ἐώλπει
  ὄψεσθαι Τήνου Δῆλον ἐρημοτέρην;

551. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Καλχαδὼν δύστηνον ἐρωδιὸν ἐχθρὰ κολάζει·
  τεῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται,
" Φοῖβος ἐρεῖ· τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρὸν
  στήσας, ψαμμίτην δόρπον " ἐθημολόγει,
δυσμενέες τότ' ἔβησαν ἐπὶ πτόλιν ἀντιπέρηθεν,
  ὀψὲ διδασκόμενοι πεζοβατεῖν πέλαγος.
Βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν, ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθὸν
  ἐκ δηΐων, κόχλους καὶ βρύον, ὁ προδότης.

et carnes curantem videam ministrum; mensa autem
  sit mihi strata super nave tabula; [quædam
DA, CAPE *ludus* et susurratio nautica : habebat fortuna
  nuper talis me communium-amantem.

547. INCERTI.

Viginti quatuor literæ.

Asperam vero supergressus sepem efflorescebat fur

548. BIANORIS.

Puerulum *matre relicta* vagum, Hermonactem lactentem,
  heu! infantulum, quam injuste interemistis bove-pro-
ignoravit misellus et ad vos tanquam apes [gnatæ!
  accessit : vos vero viperis fuistis pejores;
et pro dape illi impressistis letales aculeos,
  o amaræ! dulcis contrariæ gratiæ.

549. ANTIPHILI.

a. Fontis latices, cur fugistis? ubi *est* tanta aqua?
  quæ flamma *vos* perennes exstinxit solis?
b. Lacrimis de-Agricola absumptæ-sumus; et omnis qui
  erat potus, illius sitiens habet favilla. [nobis

550. ANTIPATRI.

Inclytam *te esse* non nego : te enim antea effecerunt
  celebrari aligeri, o Tene, Boreadæ.
Sed et Ortygiam habebat gloria; nomenque ejus
  iit Rhipæos adusque Hyperboreos.
Nunc vero tu quidem vivis, illa vero non jam : quis spe-
  fore-ut-videret Teno Delum desertiorem? [rasset

551. ANTIPHILI.

Calchedon infaustam ardeam hostiliter castigat :
  cujus rei gratia proditrix hæc avis usque dicitur?
Phœbus dicet : vadosum quando in mare pedem levem
  sistens, ex arena cœnam colligebat,
hostes tunc invaserunt urbem ex-adversa-regione,
  serius docti pedibus-transire pontum. [tavit mercedem
Sane petite *lapidibus* malam avem, quod gravem repor
  ex hostibus, cochleas et muscum, proditrix.

---

548. BIANORIS.

Hermonacta, parum deserto lacte, vagantem
  Interimit sæve de bove nata cohors.
Se velut artifices ad apes miser ille ferebat :
  At vobis nec erat vipera deterior.
Spicula pro dapibus puero portatis : amaræ
  Ingenio, non vos dulcia mella decent.

549. ANTIPHILI.

Quo fontis latices, quo copia vestra recessit?
Perpetuas solis quis calor hausit aquas?
Agricolæ luctu consumimur : illius, ante
  Humida, nunc fiunt pulverulenta siti.

550. ANTIPATRI.

Clara quidem es, quis enim neget hoc? cum fama vetusta
  Sit tibi per fratres ex Aquilone satos :
Sed fuit Ortygie celebris quoque, gloria cujus
  Usque ad Riphæos venit Hyperboreos.
Illa fuit, tu nunc superas. Quisquamne putasset
  Hoc fore, plus esset Tenos ut Ortygia?

552. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Καὶ Μακεδὼν ὁ σίδηρος ἐν ἄορι, καὶ τὰ πρὸς ἀλκὴν
τῆς ἀπ' Ἀλεξάνδρου χειρὸς ἐπιστάμενος,
Πείσων, σὴν ποθέων ἱκόμην χέρα· τοῦτο δὲ φωνῶ·
« Χαίρων δεξιτερὴν εὗρον ὀφειλομένην. »

552. ANTIPATRI.

Ego et Macedonicum ferrum in ense, et robustum esse
ab Alexandri manu sciens,
o Piso, tuam cupiens veni ad manum; hoc autem edis-
« Gaudens dextram inveni debitam *mihi.* » [sero :

553. ΑΛΛΟ.

Λευκάδος ἀντί με Καῖσαρ, ἰδ' Ἀμβρακίης ἐριβώλου,
Θυρρείου τε πέλειν, ἀντί τ' Ἀνακτορίου,
Ἄργεος Ἀμφιλόχου τε, καὶ ὁππόσα ῥαίσατο κύκλῳ
ἄστε' ἐπιθρώσκων δουρομανὴς πόλεμος,
εἵσατο Νικόπολιν, θείην πόλιν· ἀντὶ δὲ νίκης
Φοῖβος ἄναξ ταύτην δέχνυται Ἀκτιάδος.

553. ALIUD.

Leucadis loco me Cæsar, atque Ambraciæ feracis,
Tyrrheique ut-sim, locoque Anactorii,
et Argorum Amphilochi, et quotquot evertit circà
urbes insultans hastâ-furens bellum,
condidit Nicopolim, divinam urbem; et pro victoria
Phœbus deus hanc accipit Actiaca.

554. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Λάθριος Ἡράκλεια καλῶν ὑπὸ χείλεσιν ἕλκεις
κεῖνο· πάλαι κατὰ σοῦ τοῦτ' ἐβόησε πόλις.
Πῶς ἔτλης αἶσχος ῥέξαι κακόν; ἤ σε βιαίως
εἵλκυσέ τις θαλερῶν δραξάμενος πλοκάμων;
ἢ σοὶ τοὔνομα τερπνὸν ἀφ' Ἡρακλῆος ἐχούσῃ,
μάχλε, φιλεῖν ἥβην κέκριται ἠϊθέων;

554. ARGENTARII.

Clandestina Heraclea pulchrorum-juvenum sub labris
illud (*penem*): pridem in te hoc clamavit urbs. [trahis
Quomodo sustinuisti probrum patrare malum? an te vio-
traxit quidam nitidis correptam cincinnis? [lenter
aut tibi nomen jucundum ab Hercule habenti,
o salax, amare pubertatem (ἥβην) placuit juvenum?

555. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Νῆσον τήνδ', εἰ καί με περιγράψαντες ἐροῦσιν
μετρῆσαι, βαιήν, ἑπτὰ μόνον σταδίους,
ἔμπης καὶ τίκτουσαν ἐπ' αὔλακι πῖαρ ἀρούρης
ὄψει, καὶ παντὸς κάρπιμον ἀκροδρύου,
καὶ πολλοῖς εὔαγρον ἐπ' ἰχθύσι, καὶ ὑπὸ μαίρῃ
εὐάνεμον, λιμένων τ' ἤπιον ἀτρεμίῃ,
ἀγχόθι Κορκύρης Φαιηκίδος. Ἀλλὰ γελᾶσθαι
τῷ ἐπεωρίσθην, τοῦτ' ἐθέμην ὄνομα.

555. CRINAGORÆ.

Insulam hanc, etiamsi qui me descripserunt dicant
metiri *me*, exiguam, septem modo stadia,
tamen et gignentem in arvis adipem ruris
cernes, et omnis fertilem frugis-arboreæ,
et ob multos piscatui-aptam pisces, vel sub canicula
perflatam-ventis, portuumque lenem tranquillitate,
prope Corcyram Phæaciam. Sed ridiculum
inde unde superbiebam hoc accepi nomen.

556. ΖΩΝΑ.

Νύμφαι ἐποχθίδιαι, Νηρηΐδες, εἴδετε Δάφνιν
χθιζὸν, ἐπαχνιδίαν ὡς ἀπέλουσε κόνιν,
ὑμετέραις λιβάδεσσιν ὅτ' ἔνθορε σειριόκαυτος,
ἠρέμα φοινιχθεὶς μᾶλα παρηΐδια.
Εἴπατέ μοι, καλὸς ἦν; ἢ ἐγὼ τράγος οὐκ ἄρα κνάμαν
μοῦνον ἐγυιώθην, ἀλλ' ἔτι καὶ κραδίαν;

556. ZONÆ.

Nymphæ littorales, Nereides, vidistis Daphnim
hesternum, quasi-lanugo-inhærentem ut lavit pulverem,
vestris laticibus ubi insiluit sirio-ustus,
leniter purpuratus mala genarum.
Dicite mihi, *an* pulcher erat? aut ego hircus non femore
solo infirmus-sum, sed insuper etiam corde?

557. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ὁ σταδιεὺς Ἀρίης ὁ Μενεκλέος οὐ κατελέγχει
Περσέα, σὸν κτίστην, Ταρσὲ Κίλισσα πόλι.
Τοῖοι γὰρ παιδὸς πτηνοὶ πόδες· οὐδ' ἂν ἐκείνῳ
οὐδ' αὐτὸς Περσεὺς νῶτον ἔδειξε θέων.
Ἢ γὰρ ἐφ' ὑσπλήγων ἢ τέρματος εἶδέ τις ἄκρου
ἠΐθεον, μέσσῳ δ' οὔ ποτ' ἐνὶ σταδίῳ.

557. ANTIPATRI.

Stadii-cursor Arias, Meneclis filius, non dedecorat
Persea, tuum conditorem, o Tarse, Cilissa urbs.
Tales enim pueri *sunt* volucres pedes; neque illi
vel ipse Perseus dorsum ostendisset currens.
Aut enim in carceribus aut ad metam quis viderit extre-
juvenem, medio autem nunquam in stadio. [mam

---

557. ANTIPATRI.

De Aria.

Tarse domus Cilicum, non qui te condidit, illi
Dedecori est Arias iste Menecleides.
Aligeros sed et iste pedes habet : ipse nec unquam
Currenti Perseus terga videnda daret.
Hunc juvenem possis in carcere, vel prope calcem,
At medio nunquam cernere curriculo.

558. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Ὁ τράγος ὁ Κλήσωνος ὅλαν διὰ πάννυχον ὄρφναν
αἶγας ἀκοιμάτους θῆκε φριμασσόμενος
(ὀδμὰ γάρ μιν ἔτυψε λύκου χιμαροσφακτῆρος
τηλόθι, πετραίαν αὖλιν ἀνερχομένου),
μέσφα κύνες κοίτας ἀνεγέρμονες ἐπτοίασαν
θῆρα μέγαν· τραγίνους δ' ὕπνος ἔμυσε κόρας.

558 ERYCII.

Hircus Clesonis totam per nocturnam obscuritatem
capras insomnes reddidit fremens :
(odor enim eum percussit lupi caprearum-occisoris
procul, lapideum antrum ascendentis :)
donec canes cubilibus excitati fugarunt-territam
belluam magnam : hircinas tum somnus clausit pupillas.

559. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἰταλίην ἐντύνεται· ἐς γὰρ ἑταίρους
στέλλομαι, ὧν ἤδη δηρὸν ἄπειμι χρόνον.
Διφέω δ' ἡγητῆρα περίπλοον, ὅς μ' ἐπὶ νήσους
Κυκλάδας, ἀρχαίην τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίην.
Σύν τί μοι ἀλλὰ Μένιππε λάβευ φίλος, ἵστορα κύκλον
γράψας, ὦ πάσης ἴδρι γεωγραφίης.

559. CRINAGORÆ.

Navigatio mihi in Italiam paratur; ad sodales enim
navi-vehor, a-quibus jam longum absum tempus.
Quæro autem ductorem circumnavigantem, qui me ad
Cycladas, antiquamque ducet ad Scheriam. [insulas
At tu mihi, Menippe, in-partem-veni operæ, amicus, doctum
qui-scripsisti, o totius sciens geographiæ. [periplum

560. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥιγηλὴ πασῶν ἔνοσι χθονὸς, εἴτε σε πόντου,
εἴτ' ἀνέμων αἴρει ῥεῦμα τινασσόμενον,
οἰκία μοι ῥύευ νεοτευχέα· δεῖμα γὰρ οὔπω
ἄλλο τόσον γαίης οἶδ' ἐλελιζομένης.

560. EJUSDEM.

Horrende inter-cunctos motus terræ, sive te maris,
sive ventorum movet fluctuatio ex-concussu,
ædiculas mihi tuere recens-structas : terrorem enim non-
alium tantum novi quantum terræ succussæ. [dum

561. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Τίς σε πάγος δυσέρημος, ἀνήλιος, ἐξέθρεψεν
Βορραίου Σκυθίης, ἄμπελον ἀγριάδα;
ἢ Κελτῶν νιφοβλῆτες ἀεὶ κρυμώδεες Ἄλπεις,
τῆς τε σιδηροτόκου βῶλος Ἰβηριάδος;
ἢ τοὺς ὀμφακόραγας ἐγείναο, τοὺς ἀπεκάντους
βότρυας, οἳ στυφελὴν ἐξέχεον σταγόνα.
Δίζημαι, Λυκόεργε, τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

561. PHILIPPI.

Quis te collis male-desertus, sole-carens, enutriit
Borealis Scythiæ, vitem agrestem?
an Celtarum nive-obrutæ semper glaciales Alpes,
et ferrum-gignentis gleba Iberiæ?
quæ acerbis-acinis peperisti illos et immaturos
racemos, qui crudam effundebant stillam.
Quæro, o Lycurge, tuas manus, ut radicitus
palmitis crudigenæ germen totum evellas.

562. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Ψιττακὸς ὁ βροτόγηρυς, ἀφεὶς λυγοτευχέα χύρτον,
ἤλυθεν ἐς δρυμοὺς ἀνθοφυεῖ πτέρυγι.
Αἰεὶ δ' ἐκμελετῶν ἀσπάσμασι Καίσαρα κλεινὸν,
οὐδ' ἀν' ὄρη λήθην ἤγαγεν οὐνόματος·
ἔδραμε δ' ὠκυδίδακτος ἅπας οἰωνὸς, ἐρίζων
τίς φθῆναι δύναται δαίμονι χαῖρ' ἐνέπειν.

562. CRINAGORÆ.

Psittacus vocis-humanæ-imitator, deserens vimine-textam
venit in saltus floribus-simili ala. [caveam,
Usque autem ediscens salutationibus Cæsarem inclytum,
ne per montes quidem oblivium traxit nominis.
Accucurrit vero velociter-docta omnis avis, certans
quis occupare possit deo (*Cæsari*) dicere Salve.

---

559. CRINAGORÆ.

Nave peto portus Italos : namque opto sodales
Cernere, queis absum tempora longa nimis.
Verum dux opus est, ad Cycladas æquore sparsas
Et veterem Scheriam qui mihi monstret iter.
Tu mundi descriptor, opem tu, quæso, Menippe
Fer mihi, totius gnare Geographiæ.

561. PHILIPPI.

Quæ fera te vitis genuit procul invia tellus
Solibus? an Scythico sub Jove semper hyems
An gelidis sese miscentes nubibus Alpes,
An gravidus ferro viscera campus Iber?
Usque adeo tristes quæ fers incerta racemos
Stillantes duri fontis amaritiem.
O utinam redeat nobis tua dextra, Lycurge,
Eruat ut crudi palmitis omne genus.

262. CRINAGORÆ.

Psittacus ut caveam volucris facunda reliquit,
Et petiit pluma versicolore nemus;
Cæsaream lingua meditatus sæpe salutem,
Et per aperta memor nominis hujus erat.
Accurrunt volucres aliæ, vocemque secutæ
Doctoris, properant dicere, Cæsar ave.

Ὀρφεὺς θῆρας ἔπεισεν ἐν οὔρεσι· καὶ δὲ σέ, Καῖσαρ,
νῦν ἀκέλευστος ἅπας ὄρνις ἀνακρέκεται.

Orpheus belluas adduxit in montibus; atqui te, Cæsar,
nunc sponte-sua omnis avis modulatur.

563. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Τὸν φιλοπωριστὴν Δημόκριτον ἤν που ἐφεύρῃς,
ὤνθρωπ', ἄγγειλον τοῦτο τὸ κοῦφον ἔπος,
ὡς ἡ λευκοόπωρος ἐγὼ καὶ ἐφώριος ἤδη
κείνῳ συκοφορῶ τὰς ἀπύρους ἀκόλους·
σπευσάτω, οὐχ ὀχυρὴν γὰρ ἔχω στάσιν, εἴπερ ὀπώρην
* ἀχρήτου χρήζει δρέψαι ἀπ' ἀκρεμόνος.

563. LEONIDÆ.

Pomorum-amantem Democritum sicubi repereris,
o viator, nuncia hoc leve verbum,
nempe albis-gravidam-fructibus me et tempestivam jam
illi ficus-ferre, sine-igne-paratas offas :
festinato, non firmam enim habeo stationem, si modo fructum
intacto voluerit carpere ab ramo.

564. ΝΙΚΙΟΥ.

Αἰόλον, ἱμεροθαλὲς ἔαρ φαίνουσα, μέλισσα
ξουθά, ἐφ' ὡραίοις ἄνθεσι μαινομένα,
χῶρον ἐφ' ἡδύπνοον πωτωμένα, ἔργα τίθευ σύ,
ὄφρα τεὸς πλήθῃ κηροπαγὴς θάλαμος.

564. NICIÆ.

Varium, jucunde-virens ver quæ-monstras, apicula
flava, in tempestivos flores bacchans,
locum ad suaveolentem volans, opus tu fac,
ut tuus impleatur cera compactus thalamus.

565. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ἦλθε Θεαίτητος καθαρὴν ὁδόν· εἰ δ' ἐπὶ κισσὸν
τὸν τεὸν οὐχ αὕτη, Βάκχε, κέλευθος ἄγει,
ἄλλων μὲν κήρυκες ἐπὶ βραχὺν οὔνομα καιρὸν
φθέγξονται, κείνου δ' Ἑλλὰς ἀεὶ σοφίαν.

565. CALLIMACHI.

Ivit Theætetus illibatam viam : si vero ad hederam
tuam non hæc, o Bacche, via ducit,
aliorum quidem præcones nomen in breve tempus
pronunciabunt, illius autem Hellas usque sapientiam.

566. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μικρή τις, Διόνυσε, καλὰ πρήσσοντι ποιητῇ
ῥῆσις· ὁ μὲν « νικῶ » φησὶ τὸ μακρότατον·
ᾧ δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐνδέξιος, ἤν τις ἔρηται,
« πῶς ἔβαλες »; φησί, « σκληρὰ τὰ γιγνόμενα. »
Τῷ μερμηρίξαντι τὰ μήνδικα τοῦτο γένοιτο
τοὔπος· ἐμοὶ δ', ὦναξ, ἡ βραχυσυλλαβίη.

566. EJUSDEM.

Parva quædam, o Bacche, successu gaudenti poetæ
dictio : hic quidem « vinco » dicit ut longissimum;
cui tu vero non adspiraveris propitius, si quis interrogat
« quomodo jecisti »? dicit : « dura *sunt* quæ fiunt. »
Meditanti injusta hoc eveniat
dictum; mihi vero, o deus, brevisyllaba-vox.

567. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἡ καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Ἀντιοδημὶς
πορφυρέων, Παφίης νοσσίς, ἐπὶ κροκύδων,
ἡ ταχεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου,
Λύσιδος ἀλκυονίς, τερπνὸν ἄθυρμα Μέθης,
ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας, ἣ μόνη ὀστοῦν

567. ANTIPATRI.

Quæ etiam a teneris dormiebat Antiodemis
purpureis, Paphiæ nidulus, in floccis,
humidis spectans pupillis mollius somno,
Lysidis halcyon, jucundus ludus Ebrietatis,
mobilia-ut-aqua ferens brachia, quæ sola os

Thressa feras olim traxit lyra : sed tibi, Cæsar,
Omnis sponte sua fausta precatur avis.

563. LEONIDÆ.

Sicubi ruris amans tibi se Democritus offert,
Hæc illi pro me paucula verba refer :
Passa diu soles, autumni munere ficus
Candida nativas has tibi servo dapes.
Sed propera : (patet insidiis locus undique,) si vis
Arboris intactæ carpere primus opes.

564. NICIÆ.

O quæ perpetuo florum tentaris amore,
Flava renidentis nuntia veris, apis,
Prata supervolitans bene olentia, pone quod hauris,
Ut domus aerias cærea portet opes.

565. CALLIMACHI.

Trita Theæteto simplex via : forsitan illa
Non apta est hederas, Bacche, parare tuas.
Sed semel illorum præcones nomina dicunt;
Hunc doctum semper Græcia tota vocat.

566. EJUSDEM.

Egregio concisa sat est, o Bacche, poetæ
Dictio : nam dicit, Vinco : quid est brevius?
At cui non fueris fautor, si forte rogatur
Res ut iit, Durum sed toleremus, ait.
Hæc vox ora virûm, qui res meditantur iniquas,
Occupet : eveniat syllaba bina mihi.

567. ANTIPATRI.

Quæ primis etiam solet Antiodemis ab annis
Purpureo Veneris pupa cubare toro :
Molle tuens oculis plusquam sopor ipse, quieta
Alcedo, ludum se dare sueta mero :
Est in qua nihil ossis, aqua nam brachia constant,

οὐ λάχεν (ἦν γὰρ ὅλη τοὺν ταλάροισι γάλα),
Ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολέμοιο καὶ αἰχμῆς
ἀμπαύσῃ Ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

non sortita-est (erat enim tota *ut* in calathis lac).
in-Italiam transiit, ut belli et hastæ
cessare-faciat Romam *sua* molli gratia.

568. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Αὖλιν Ἀρισταγόρεω καὶ κτήματα μυρίος ἀρθεὶς,
Νεῖλε, μετ' εἰκαίης ἐξεφόρησας ὁδοῦ.
Αὐτὸς δ' οἰκείης ὁ γέρων ἐπενήξατο βώλου
ναυηγὸς, πάσης ἐλπίδος ὀλλυμένης,
γείτονος ἡμίθραυστον ἐπ' αὔλιον, « Ὦ πολὺς, εἶπας,
« μόχθος ἐμὸς, πολιῆς τ' ἔργα περισσὰ χερὸς,
« ὕδωρ πᾶν ἐγένεσθε· τὸ δὲ γλυκὺ τοῦτο γεωργοῖς
« χεῦμ' ἐπ' Ἀρισταγόρην ἔδραμε πικρότατον. »

568. DIOSCORIDÆ.

Domum Aristagoræ et bona in-summum auctus,
Nile, temere-vagâ abstulisti via.
Ipse vero propria senex natavit-super gleba
naufragus, omni spe amissa,
vicini semivastatam ad casam, « Heu! multus, effatus,
« labor meus, canæque opera indefessa dextræ,
« aqua omnia facta-estis : hæc autem dulcis agricolis
« unda in Aristagoram incurrit amarissima. »

569. ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
θάμνος τ', οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικεν,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.

569. EMPEDOCLIS.

Jam enim quondam ego fui puellusque puellaque,
rubusque, avisque et ex mari ignitus piscis.

O amici, qui magnam urbem flavi Acragantis
incolitis in acropoli, bonorum curatores operum,
salvete : ego vero vobis deus immortalis, non jam mortalis,
versor inter omnes honoratus, sicuti decet,
vittisque circumdatus coronisque floridis.

570. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ξανθὼ, κηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων,
ψῆλόν μοι χερσὶ δροσιναῖς μύρον· ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ με λιθοδμήτῳ δή ποτε πετριδίῳ
εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον· ᾆδε πάλιν μοι,
Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.
Οὐκ ἀΐεις, ὤνθρωφ', ὁ τοκογλύφος; ἐν μονοκλίνῳ
δεῖ σε βιοῦν αἰεὶ, δύσμορε, πετριδίῳ.

570. PHILODEMI.

Xantho, cerea, unguentis-fluens, Musas-referens-vultu,
garrula, binis-alatorum pulcrum simulacrum Amorum,
psalle mihi manibus rorantibus unguentum : in cubiculo-unius-capaci
oportet me lapidibus-structo aliquando saxo
dormire immortaliter multum tempus; cane rursus mihi,
Xantharium, næ, næ, dulce hocce melos.
Non audis, tu, homo fœnerator? in cubiculo-unius-capaci
opus-est tibi vivere usque, infelix, saxo.

571. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τοὺς ἐννέα λυρικούς.

Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνεε τερπνὰ

571. ANONYMI.

In novem lyricos.

Sonuit ex Thebis magnum Pindarus; spirabat-jucunde

In calathis pressi cetera lactis habet :
Nunc abit Italiam, sævos tibi, Roma, tumultus,
Bellaque blanditiis compositura suis.

568. DIOSCORIDIS.

Amne tumens nimio ripas ubi fregerat, et res
Et villam rapuit Nilus Aristagoræ.
At senior dominus proprio super ipse natabat
Cespite, naufragii pars miseranda sui.
Ut tetigit lacerum vicino culmine tectum,
Vana diu vetulæ cura laborque manus
Nunc, ait, estis aquæ; semperque optata colonis
Unda, nocens uni venit Aristagoræ.

569. EMPEDOCLIS.

De semet ipso.

Ipse fui quondam juvenis virgoque frutexque
Atque avis, eque mari portatus piscis ad ignem.

EJUSDEM.

O quibus excelsa sedes Acragantis in arce est,
Egregii cives, solidæ virtutis amantes,
Vivite; non vobis homo nunc ego, sed Deus expers
Mortis ago : sic me sancto venerantur honore,
Et vittis populi sertisque virentibus ornant.
Nam simul intravi florentes civibus urbes,
Femineæ gentes atque agmina magna virorum
Accurrunt, et opem deposcunt rebus egenis,
Seu quibus oraclis opus est, seu corpora quorum
Usta diu variis quærunt solatia morbis.

571. INCERTI.

De novem Lyricis.

Carmina Pindaricis fidibus sublimia, dulcis

ἡδυμελεῖ φθόγγῳ μοῦσα Σιμωνίδεω·
λάμπει Στησίχορός τε καὶ Ἴβυκος· ἦν γλυκὺς Ἀλκμάν·
λαρὰ δ' ἀπὸ στομάτων φθέγξατο Βακχυλίδης·
Πειθὼ Ἀνακρείοντι συνέσπετο· ποικίλα δ' αὐδᾷ
Ἀλκαῖος κώμῳ Λέσβιος Αἰολίδῃ.
Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτη Σαπφὼ πέλεν, ἀλλ' ἐρατειναῖς
ἐν Μούσαις δεκάτη Μοῦσα καταγράφεται.

572. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

« Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν »
ἔγραφε ποιμαίνων, ὡς λόγος, Ἡσίοδος.
« Μῆνιν ἄειδε, θεά, » καὶ « Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα »
εἶπεν Ὁμηρείῳ Καλλιόπη στόματι·
κἀμὲ δὲ δεῖ γράψαι τι προοίμιον. Ἀλλὰ τί γράψω,
δεύτερον ἐκδιδόναι βιβλίον ἀρχόμενος;
« Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διός, οὐκ ἂν ἐσώθην,
« εἰ μή μοι Καῖσαρ χαλκὸν ἔδωκε Νέρων. »

573. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Μή σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ὤνθρωφ', ἵζοιο τραπέζης,
ψωμὸν ὀνείδειον γαστρὶ χαριζόμενος,
ἄλλοτε μὲν κλαίοντι καὶ ἐστυγνωμένῳ ὄμμα
συγκλαίων, καὖθις σὺν γελόωντι γελῶν,
οὔτε σύ γε κλαυθμοῦ κεχρημένος, οὔτε γέλωτος,
καὶ κλαιωμιλίη, καὶ γελωομιλίη.

574. [ΑΛΛΟ.]

Ἡμάξευσα καὶ αὐτὸς ὁ τρισδύστηνος Ἄναξις
τοῦτον δύσζωον κοὐ βίοτον βίοτον.
Οὐ μὴν πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἤλασα· λὰξ δὲ πατήσας
λυσσώδη ζωήν, ἤλυθον εἰς Ἀΐδεω.

575. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Οὐρανὸς ἄστρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς

dulciter-modulata voce musa Simonidæ;
fulget Stesichorusque et Ibycus; erat dulcis Alcman;
mellea autem ex ore effatus-est Bacchylides;
Suada Anacreontem sequebatur-comes; varia autem sonat
Alcæus festo-cantu Lesbius Æolida.
Inter-viros autem non nona Sappho fuit, sed amabilibus
in Musis decima Musa inscribitur.

572. LUCILLII.

« A Musis Heliconiadibus ordiamur cantum, »
scripsit pascens-gregem, ut fama *est*, Hesiodus.
« Iram-memorem cane, dea » et, « Virum mihi enarra, [Musa »
dixit Homerico Calliopa ore;
et me vero oportet scribere aliquod proœmium. Sed [quid scribam,
secundum edere libellum incipiens?
« Musæ Olympiades, filiæ Jovis, non essem-servatus,
ni mihi Cæsar æs dedisset Nero. »

573. AMMIANI.

Ne tu quidem alienæ, o homo, accumbe mensæ,
offam contumeliosam ventri gratificans,
nunc flenti et tetrico vultum
adflens, et rursus ridenti arridens,
neque tu fletus indigens neque risus,
et flendi et ridendi societas.

574. ANONYMI.

Vexi et ipse infelicissimus Anaxis
hanc ægram et non-vitam vitam.
Non vero multum in tempus promovi; sed calce insultans
amentem vitam, adii Plutonis *domum*.

575. PHILIPPI.

Polus astra citius exstinguet, aut forte nocte

Nil nisi mel redolet Musa Simonidea.
Stesichorus fulget, sed nec minor Ibycus : Alcman
Suave canit, tenerum pagina Bacchylidæ.
Blandus Anacreion, Alcæus flexile lingua,
Æolide ut Lesbi concinit albus olor.
Non debet Sappho numerari nona virorum,
Pierio decimam sed facit illa choro.

572. LUCILLII.

Dent Heliconiades nobis primordia Musæ,
Ut fama est, pastor dixerat, Ascra, tuus.
Calliope verbis facundi dixit Homeri :
Iram Diva refer : Dic mihi Musa virum :
Et mihi principio quodam est opus : unde sed, oro,
Ordiar, ut surgat charta secunda mihi ?
O Heliconiades, soboles Jovis aurea, salvus
Non essem, Cæsar ni daret æra Nero.

573. AMMIANI.

Ne tibi sit tanti ventri servire, potentum
Ut mensis inhians sordida frusta petas,
Et lacrymes, quoties rex tristia contrahit ora,
Risurus, simul ac riserit ipse, magis,
Cum tibi lætandi neque sit neque causa dolendi.
Ast ego tam Miliæ rideo quam lacrymo.

574. [LUCILLII.]

Ipse quoque in multis hanc aurigatus Aganax
Vitam sum miseram, si modo vita fuit.
Haud agitare diu libuit mihi, calcibus ævum
Triste terens propero Ditis adire domum.

575. PHILIPPI.

De Homero.

Extinguet prius astra polus : sol ipse soporis

ἠέλιος φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται,
καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀρυτήσιμον ἕξει,
καὶ νέκυς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδράμεται,
ἢ ποτὲ Μαιονίδαο βαθυκλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου
λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

576. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Παρθένε Τριτογένεια, τί τὴν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς,
τοὐμὸν δ' ἁρπαλέᾳ δῶρον ἔχεις παλάμῃ;
Μέμνησαι τὸ πάροιθεν ἐν Ἰδαίοις σκοπέλοισιν
ὡς Πάρις οὐ σὲ καλὴν, ἀλλ' ἐμ' ἐδογμάτισεν.
Σὸν δόρυ καὶ σάκος ἐστίν· ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπάρχει·
ἀρκεῖ τῷ μήλῳ κεῖνος ὁ πρὶν πόλεμος.

577. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος· ἀλλ' ὅταν ἄστρων
μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκέτ' ἐπιψαύω γαίης ποσὶν, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
Ζανὶ θεοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

578. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Εἰς τὰ κωνικὰ Ἀπολλωνίου.

Ὧν ἥδε βίβλος ἔνδον ὠδίνω, φίλε.
βαθὺς χαρακτὴρ καὶ περισκελὴς ἄγαν·
δεῖται κολυμβητοῦ δὲ πάντως Δηλίου.
Εἰ δ' αὖ κυβιστήσει τις εἰς ἐμοὺς μυχοὺς
καὶ πᾶν μεταλλεύσειεν ἀκριβῶς βάθος,
γεωμετρῶν τὰ πρῶτα λήψεται γέρα,
σοφὸς δ' ἀναμφίλεκτος εἰσκριθήσεται.
Τούτων δὲ μάρτυς ἐγγυητής τε Πλάτων.

579. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σχῆμα παλαιοτάτων ἀνδρῶν κηρύκιον ἄθρει,
Θρινακίης οἰκιστὰ Κορίνθιε, ὅς ποτ' ἔπινες
ἀμφιβόητα ῥέεθρα Συρηκοσίης Ἀρεθούσης.

580. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τοὺς Ῥωμαίων μῆνας.

Μὴν ὑπάτων πρῶτος. Ὁ δὲ δεύτερος αὔλακα τέμνει,
Ὁ τρίτος Αὐσονίων γενεὴν ἐπὶ μῶλον ἐγείρει.
Τέτρατος ἀγγέλλει ῥοδοδάκτυλον εἴαρος ὥρην.

sol nitidam reddet-suam faciem,
et dulce fluentum mare mortalibus hauriendum habebit,
et mortuus in vivorum sedem recurret,
quam aliquando Mæonidæ valde-gloriosum nomen Homeri
oblivio vetustarum auferet paginarum.

576. NICARCHI.

Virgo Tritogenea, quid Cyprin nunc me dolore-afficis,
meumque prædatrici donum tenes manu?
Meministi antea in Idæis scopulis
ut Paris non te formosam, sed me judicaverit.
Tua hasta et tuus est clypeus; meum vero malum est·
sufficit malo istud prius bellum.

577. PTOLEMÆI.

Novi mortalem me esse et ævi-brevis; sed quando astrorum
inquiro crebras circulares evolutiones,
non jam tango terram pedibus, sed juxta ipsum
Jovem deos-alente repleor ambrosia.

578. LEONTIS PHILOSOPHI.

In Conicas sectiones Apollonii.

Quibus hic *ego* liber intus fœtus-sum, amice,
horum alta *est* indoles et difficilis valde
opus-est autem omnino natatore Delio
Si vero rursus aliquis sese-immerserit in meos recessus
et omnem investigarit sedulo profunditatem,
geometrarum prima reportabit præmia,
sapiensque sine-controversia in-censum-veniet.
Horum autem testis et vades *est* Plato.

579. EJUSDEM.

Speciem *hanc* vetustissimûm virorum caduceum adspice,
Thrinaciæ conditor Corinthie, qui olim bibebas
celebratissima fluenta Syracusiæ Arethusæ.

580. INCERTI.

In Romanorum menses.

Mensis Consulum primus. Secundus vero sulcum secat.
Tertius Ausoniorum gentem ad bellum excitat.
Quartus nunciat digitos-habentem-roseos veris horam.

Tempora nocturnis irradiabit equis,
Fundet aquas dulces terris circumflua Tethys,
Mortuus ad superûm limina vertet iter,
Quam nigra surripiant doctas oblivia chartas,
Et pereat mundo nomen, Homere, tuum.

576. NICARCHI.

Dic mihi,quid Venerem bellatrix Virgo lacessis?
Quod mihi donatum est, cur tua dextra tenet?
Scis ut me residens judex in montibus Idæ,
Non te, formosam dixerit esse Paris.
Hasta tua est scutumque : meum, Tritonia, malum,
Bellatum de quo sit satis esse semel.

577. PTOLEMÆI.

Me scio mortalem, sed cum volventia cœlo
Contuor, inque suas astra relapsa vias,
Non ultra pedibus tango sola, sed Jovis hospes
Nectare cœlesti pascor et ambrosia.

580. INCERTI.

De mensibus Romanorum.

Primus habet fasces mensis : secat arva secundus
Tertius Ausoniis legionibus induit arma :
Quartus purpurei depromit veris honores.

Εἰμὶ ῥόδων γενέτης. Καὶ ἐγὼ κρίνα λευκὰ κομίζω.
Οὗτος ἀμαλλοδέτης. Τὰ δ' ἐμὰ πτερὰ Νεῖλον ἐγείρει.
Οὗτος ἐρισταφύλῳ πεφιλημένος ἔπλετο Βάκχῳ.
Τεύχω δ' οἶνον ἐγὼ μελιηδέα, χάρμα βροτοῖσι.
Δαῖτα φέρω χαρίεσσαν ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου.
Φορμίζειν δεδάηκα καὶ ὑπνώοντας ἐγείρειν.

Ego sum rosarum genitor. Et ego lilia alba fero.
Hic *est* manipulorum-ligator. Meæ autem alæ Nilum excitant.
Hic multas-habenti-uvas amatus est Baccho.
Facio autem vinum ego dulce, gaudium mortalibus.
Cœnam affero jucundam in nomen viri cujusque.
Cithara-canere didici et dormientes suscitare.

581. ΑΔΗΛΟΝ.

Τοξότα, Πιερίδων μεδέων, ἑκατηβόλε Φοῖβε,
εἰπὲ κασιγνήτῃ, κρατεροὺς ἵνα θῆρας ἐγείρῃ,
ὅσσον ἐπιψαῦσαι μερόπων δέμας, ὅσσον ἀῦσαι
λαῶν τερπομένων ἱερὸν στόμα· μηδὲ νοήσω,
Ζηνὸς μειλιχίοιο λαχὼν θρόνον, ἀνέρος οἶτον.

581. INCERTI.

Sagittator, Pieridibus qui-præes, longe-jaciens Phœbe,
dic sorori, validas ut belluas excitet *tantum*
quantum *opus est* ut-attingant hominum corpus, quantum [ut-exclamet
populi gaudentis sacrum os : sed ne videam,
Jovis benigni sortitus sedem, viri *ullius* mortem.

582. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀρμενίων τάδε φῦλα καὶ ἄλκιμον ἔθνος Ἰβήρων,
Χριστοῦ ζῆλον ἔχοντες ἑκούσιον ἐς ζυγὸν ἦλθον,
θεσμῷ ὑποδρήσσοντες ἀνικήτων βασιλήων.

582. INCERTI.

Armeniorum hæ tribus et robusta gens Iberorum,
Christi zelum habentes sponte jugum subierunt,
legi se-submittentes invictorum regum.

583. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Θουκυδίδην.

Ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δέ γε πάμπαν
νῆϊς ἔφυς Μουσέων, ῥῖψον ἃ μὴ νοέῃς.
Εἰμὶ γὰρ οὐ πάντεσσι βατός· παῦροι δ' ἀγάσαντο
Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

583. ANONYMI.

In Thucydidem.

O amice, si doctus es, cape me in manus; si vero omnino
rudis es Musarum, projice quæ non intelligis;
sum enim non omnibus pervius; pauci vero admirantur
Thucydidem Olori filium, Cecropiden genus.

584. ΑΛΛΟ.

Εὔνομον, ὤπολλον, σὺ μὲν οἶσθά με, πῶς ποτ' ἐνίκων
Σπάρτιν ὁ Λοκρὸς ἐγώ· πευθομένοις δ' ἐνέπω.
Αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον, ἐν δὲ μεσεύσᾳ
ᾠδᾷ μοι χορδὰν πλᾶκτρον ἀπεκρέμασεν.
Καί μοι φθόγγον ἑτοῖμον ὁπανίκα καιρὸς ἀπῄτει,
εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τὠτρεκὲς οὐκ ἔνεμεν·
καί τις ἀπ' αὐτομάτω κιθάρας ἐπὶ πῆχυν ἐπιπτὰς
τέττιξ ἐπλήρου τοὐλλιπὲς ἁρμονίας.

584. ALIUD.

Eunomum me, o Apollo, tu nosti quomodo olim vicerim
Spartin Locrus ego; sed sciscitantibus dico.
Varium in cithara modum crepabam, sed in medio
cantu mihi chordam plectrum abrupit.
Ac mihi sonum paratum quando tempus postulabat,
ad aures rhythmorum rectam-rationem non præbebat,
et quædam forte-fortuna citharæ super jugum advolans
cicada implevit quod-deerat harmoniæ.

Porto fronte rosas et candida lilia porto.
Arva meto, Nilusque meis attollitur alis.
Hunc amat uvifero vestitus palmite Bacchus,
Do Bromii succos, homines hilarantia dona.
Adfero cuique dapes, quas sors cum nomine monstrat.
Arguta nimios rumpo testudine somnos.

581. [LEONIS *Philosophi.*]

De spectaculo Venationis.

Arcitenens, bona Pieridum tutela, sorori
Dic precor, ipsa feras agitet, sed corpora tantum
Ut tangant hominum, populi quo lætus ad aures
Clamor eat, mihi nulla virûm sit cernere fata,
Juppiter ipse sua placidus quem sede locavit.

583. INCERTI.

In Thucydidem.

Si sapis, o lector, tibi me cape : si rude Musis
Pectus habes, non sunt hæc tibi scripta, sine.
Non adeor cuivis : pauci mirantur, ut æquum est,
Thucydiden, Oloro de patre Cecropiden.

584. INCERTI.

De effigie Eunomi, fidicinis,

stantis Delphis.

Eunomus ut Parthyn superârim Locrus, Apollo
Scis tu; dicam aliis, discere si quis avet.
Ludit in arguta mihi dum testudine pecten,
In medio saliit carmine rupta fides.
Cumque sonum tempus de nervo posceret illo,
Non crepuit docta justus in aure modus.
Sponte jugo citharæ residens implevit eumdem,
Qui deerat, tenui voce cicada sonum

Νεῦρα γὰρ ἓξ ἐτίνασσον· ὅθ' ἑβδομάτας δὲ μελοίμαν
χορδᾶς, τὰν τούτω γῆρυν ἐκιχράμεθα·
πρὸς γὰρ ἐμὰν μελέταν ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδὸς
τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο,
καὶ μὲν ὅτε φθέγγοιτο, σὺν ἀψύχοις τόκα νευραῖς
τῷ μεταβαλλομένῳ συμμετέπιπτε θρόῳ.
Τοὔνεκα συμφώνῳ μὲν ἔχω χάριν· ὃς δὲ τυπωθεὶς
χάλκεος ἀμετέρας ἕζεθ' ὑπὲρ κιθάρας.

Nervos enim sex pulsabam; quum septima autem opus-[haberem
chorda, illius vocem mutuo-sumebamus;
nam ad meum cantum meridiana in-montibus cantatrix
illum pastoralem sonum aptabat,
et quando sonabat, cum inanimibus tum nervis
transformato concordabat sonitu.
Ideo consonanti quidem habeo gratiam; hæc autem efficta
ærea nostra sedet super cithara.

585. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς μισσώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτας.

Τέσσαρές εἰσιν Ἔρωτες· ὁ μὲν στέφος ἀμφικαλύπτει
μητρὸς ἑῆς· ὁ δὲ χεῖλος ἔχει ποτὶ πίδακι μαζοῦ·
οἱ δὲ δύω παίζουσι παρ' ἴχνεσιν· εἷμα δὲ κρύπτει
μηρῷ γείτονα χῶρον ὅλης γυμνῆς Ἀφροδίτης.

585. INCERTI.

In missorium habens cum Venere Amores.

Quattuor sunt Amores : unus quidem coronam obumbrat
matris suæ; alter vero labrum tenet ad fontem mammæ;
bini autem ludunt juxta pedes; vestis autem abscondit
cruri vicinum locum totius nudæ Aphrodites.

586. ΚΟΜΗΤΑ ΧΑΡΤΟΥΛΑΡΙΟΥ.

α. Εἰπὲ νομεῦ, τίνος εἰσὶ φυτῶν στίχες; β. Αἱ μὲν ἐλαῖαι,
Παλλάδος· αἱ δὲ πέριξ ἡμερίδες, Βρομίου.
α. Καὶ τίνος οἱ στάχυες; β. Δημήτερος. α. Ἄνθεα ποίων
εἰσὶ θεῶν; β. Ἥρης καὶ ῥοδέης Παφίης.
α. Πὰν φίλε, πηκτίδα μίμνε τεοῖς ἐπὶ χείλεσι σύρων·
Ἠχὼ γὰρ δήεις τοῖσδ' ἐνὶ θειλοπέδοις.

586. COMETÆ CHARTULARII.

a. Dic, pastor, cujus sunt *hi* plantarum ordines? *b.* Oleæ [quidem
Palladis, vites vero circùm, Bromii.
a. Et cujusnam spicæ? *b.* Cereris. *a*, Flores quorumnam
sunt deorum? *b.* Junonis et roseæ Paphiæ.
a. Pan, amice, fistulam *hic* mane tuis super labris trahens;
Echo enim invenies his in locis-apricis.

587. ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ.

Βάκχῳ καὶ Νύμφαις μέσος ἵσταμαι· ἐν δὲ κυπέλλοις
αἰεὶ τόνδε χέω τὸν παραλειπόμενον.

587. EUTOLMII ILLUSTRII.

Baccho et Nymphis medius sto; in poculis autem
semper eum *potum* fundo qui-desideratur.

588. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Οἷον ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τὸ χάλκεον εἰκόνι λῆμα
Κλειτομάχου, τοίαν Ἑλλὰς ἐσεῖδε βίαν·
ἄρτι γὰρ αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμᾶς
ἔντεα, καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ·
τὸ τρίτον οὐχ ἐκόνισεν ἐπωμίδας, ἀλλὰ παλαίσας
ἀπτώς, τοὺς τρισσοὺς Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους.

588. ALCÆI.

Quales adspicis, o hospes, æneos in imagine animos
Clitomachi, tale Græcia vidit robur :
modo enim cruenta manibus exuerat pugilatûs
arma, et acri decertavit quinquercio;
tertium non pulvere-fœdavit summos-humeros, sed luctatus
sine-lapsu, ternos ex Isthmo vicit labores.

Illa suæ Musæ dulcem mihi præbuit usum,
Cum non suppeteret septima chorda mihi.
Sic fuit in tali mihi tempore fida, levamen
Pastorum medio quæ solet esse die.
Exanimis concors nervis animata canebat,
Et pariter flexus emodulata dabat.
Consona nunc a me grates mea portat, et una
Ære super citharam considet, ecce, meam.

585. INCERTI.

De missorio, in quo Venus et Cupidines.

Serta super matris volitat levis unus Amorum
Quattuor, alter habet roseis labra juncta papillis,
Ante pedes alii ludunt duo; cætera nudæ
Summa Deæ femorum tegit interfinia vestis.

586. COMETÆ CHARTULARII.

Dic ovium custos, hæc sunt sata cujus? Olivæ
Pallados : at circum vinea Bassareos.
Cujus sunt segetes? Cereris. Quod numen odoros
Vindicat hos flores? Juno Venusque simul.
Ne dimitte tuis calamos, Pan optime, labris;
Echo valle sub hac invenienda tibi est.

587. EUTOLMII, VIRI ILLUSTRIS.

De thermochyta.

Stans medius Nymphis pariter dulcique Lyæo,
Semper id affundo, quod minus in cyatho est.

588. ALCÆI.

Qualem Clitomachi vim spectas, hospes, in ære,
Talem ipsum vidit Græcia tota virum :
Laverat a contra certantis sanguine cestus,
Et dederat duro vulnera pancratio.
Isthmia successit triplicati lucta laboris,
Non tetigit tergo vel semel ille solum :

Μοῦνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας· ἑπτάπυλοι δὲ
Θῆβαι καὶ γενέτωρ ἐστέφεθ' Ἑρμοκράτης.

Solus autem Græcorum hoc habet præmium; ac septem-portarum
Thebæ, et parens coronabatur Hermocrates.

589. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Ἥρας θηλαζούσης τὸν Ἡρακλέα.

Αὐτὴν μητρυιὴν τεχνήσατο· τοὔνεκα μαζὸν
εἰς νόθον ὁ πλάστης οὐ προσέθηκε γάλα.

589. INCERTI.

In statuam Junonis lactantis Herculem.

Plane novercam effinxit: ideo mammam
in spuriam sculptor non indidit lac.

590. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἐρεχθέως.

« Ἡ τέχνη συνάγειρεν ἃ μὴ φύσις » εἶπεν ὁ πλάστης,
« μῆτερ νόσφι τόκων, νυμφίε νόσφι γάμων. »

590. INCERTI.

In statuam Vulcani, et Minervæ, et Erechthei.

« Ars conjunxit quæ non natura », dixit sculptor:
« O mater sine liberis, o sponse sine nuptiis. »

591. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης.

Ἄρεα καὶ Παφίην ὁ ζωγράφος εἰς μέσον οἴκου
ἀμφιπεριπλέγδην γέγραφεν ἀμφοτέρους·
ἐκ θυρίδος δὲ μολὼν Φαέθων πολυπάμφαος αἴγλῃ
ἔστη ἀμηχανόων ἀμφοτέρους σκοπέων.
Ἥλιος βαρύμηνις ἕως τίνος; οὐδ' ἐπὶ κηροῦ
ἤθελεν ἀψύχου τὸν χόλον ἐξελάσαι.

591. INCERTI.

In imaginem Martis et Veneris.

Martem et Paphiam pictor in media domo
in-consertissimo-amplexu pinxit utrosque,
e fenestra vero prodiens Phaethon (*sol*) valde-lucens splendore
stetit obstupescens utrosque adspiciens.
Sol graviter-succensens quousque? ne in cera quidem
voluit inanimi iram expellere.

592. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἀσπίδα περιέχουσαν τὴν γένναν τοῦ Σωτῆρος.

Ὦ πόσον εὐήθης ὁ ζωγράφος, ὅττι χαράσσει
κοίρανον εἰρήνης ἀσπίδι τικτόμενον.

592 INCERTI.

In clypeum habentem natalia Salvatoris.

O quam plumbeus *est* pictor, quia repræsentat
principem pacis in-clypeo nascentem.

593. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Μηδείας.

Οἶκτον ὁμοῦ καὶ λύσσαν ἐτήτυμον ἔνθεος ἀνὴρ
μαρμάρῳ ἐγκατέμιξε, βιαζομένην δ' ὑπὸ τέχνης
λαϊνέην Μήδειαν ὅλης ἔμνησεν ἀνίης.

593. INCERTI.

In statuam Medeæ.

Misericordiam simul et furorem verum divinus vir
marmori indidit, subactamque ab arte
lapideam Medeam totius memorem-fecit doloris.

594. ΑΔΗΛΟΝ.

Ζωγράφε τὰν μορφὰν ἀπομάξας, αἴθ' ἐνὶ κηρῷ

594. INCERTI.

O pictor, formam qui-expressisti, utinam ceræ

Nulli tantus honos Græco. Gaudete coronis
Aonis urbs altrix, et pater Hermocrates.

589. INCERTI.

De imagine Junonis Herculem lactantis.

Ubera sicca vides. Ars est imitata novercam,
Atque ideo mammas, sed sine lacte, dedit.

590. INCERTI.

De imagine Vulcani, Minervæ et Erechtheos.

Vir sine conjugio, nunquamque puerpera mater,
Quæ natura nequit, plasta ait, ars sociat.

591. INCERTI.

De imagine Martis et Veneris.

Ecce domo media per amoris vincla ligati
Pictoris Mavors et Venus arte jacent.
Omnia qui lustrat Sol forte patente fenestra
Hæc videt, atque animo non patiente videt.
Quo, Sol, usque graves temet durabis in iras,
In ceras etiam qui tua tela jacis?

592. INCERTI.

De clypeo habente Christi nativitatem.

Communi sensu pictor caruisse videtur,
Per quem rex pacis nascitur in clypeo.

593. INCERTI.

De imagine Medeæ.

En manus excellens in marmore miscuit una
Cum pietate simul rabiem. Sit saxea quamvis,
Cogitur antiquos Colchis meminisse dolores.

594. INCERTI.

De Socratis imagine.

Di facerent, pictor veluti dat Socratis ora,

καὶ ψυχὰν εἰδῆς Σωκρατικὰν βαλέειν.

etiam animam scivisses Socraticam immittere!

595. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Ἀπελλοῦ.

Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν εἰκόνι γράψεν ἄριστος Ἀπελλῆς.

595. INCERTI.

In imaginem Apellis.

Ipse semet in imagine delineavit optimus Apelles

596. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα Χείλωνος.

Τόνδε δοριστέφανος Σπάρτα Χείλωνα φύτευσεν,
ὃς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίᾳ.

596. ALIUD.

In imaginem Chilonis.

Hunc bello-gloriosa Sparta Chilonem genuit,
qui ex septem Sapientibus primus exstitit sapientiâ

597. ΚΟΜΗΤΑ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Νωθρὸς ἐγὼ τελέθεσκον ἀπ' ἰξύος ἐς πόδας ἄκρους
τῆς πρὶν ἐνεργείης δηρὸν ἀτεμβόμενος,
ζωῆς καὶ θανάτοιο μεταίχμιον, Ἀϊδι γείτων,
μοῦνον ἀναπνείων, τἄλλα δὲ πάντα νέκυς.
Ἀλλὰ σοφός με Φίλιππος, ὃν ἐν γραφίδεσσι δοκεύεις,
ζώγρησεν, κρυερὴν νοῦσον ἀκεσσάμενος·
αὖθις δ' Ἀντωνῖνος, ἅπερ πάρος, ἐν χθονὶ βαίνω,
καὶ ποσὶ πεζεύω, καὶ ὅλος αἰσθάνομαι.

597. COMETÆ SCHOLASTICI.

Infirmus eram a lumbis adusque pedes extremos,
pristino vigore jampridem destitutus,
vitæ et mortis medius, Orco vicinus,
tantum respirans, cetera vero omnia cadaver.
Sed sapiens me Philippus, quem in pictura intueris,
vitæ-reddidit, gelidum morbum postquam-sanavit;
rursusque Antoninus, quemadmodum prius, terra ingredior,
et pedibus vado, et totus sentio.

598. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὑμὶν υἱὸν ὡνὴρ,
τὸν λειοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος συνέγραψεν ὡ'κ Καμείρου,
χὤσσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους·
τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
ἔστασ' ἐνθάδε χάλκεον * ποήσας,
πολλοῖς μησὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

598. THEOCRITI.

Jovis hic vobis filium vir,
cum leone-qui pugnavit, celerem-manu,
primus superiorum poetarum
Pisander descripsit ex Camiro,
et quotquot *ille* absolvit, recensuit labores:
hunc autem ipsum populus, ut plane scias,
poetam collocavit hic æneum,
multis mensibus post et annis.

599. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, ὦ ξένε,
σπουδᾷ, καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς,
« Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
« τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν. »
Προσθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο,
ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

599. EJUSDEM.

Contemplare statuam hanc, o hospes,
studiose, et dic, quum domum redieris:
« Anacreontis imaginem vidi in Teo,
« antiquorum si quid *aliud* præstantissimum poetarum. »
Si-addideris autem eum juvenibus delectatum-fuisse,
edisseres exacte totum virum.

600. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἅ τε φωνὰ Δώριος, χὡνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν

600. EJUSDEM.

Et vox Dorica, et vir qui comœdiam

Sic animam nobis hæc quoque cera daret.

595. INCERTI.

De imagine Apellis.

Optimus in tabula semet depinxit Apelles.

596. *Sub statua Chilonis.*

Marte triumphatrix Sparte Chilona creavit,
De septem cujus gloria prima Sophis.

597. COMETÆ SCHOLASTICI,

in Anazarbo.

Debilis a lumbis ad partes corporis imas
Lugebam membris robur abesse vetus.
Ad necis et vitæ confinia, proximus orco
Spirabam tantum, cætera mortis eram.
Sed tulit ægroto, tabula quem cernis in illa,
Phœbea sapiens arte Philippus opem.
Per terram pedibus nunc Antoninus, ut ante,
Ambulo, nec sensu pars caret ulla mei.

εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
τὶν ᾧδ' ἀνέθηκαν
τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται πεδωρισταὶ πόλει,
οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ·
* σωρὸν [γὰρ] εἶχε ῥημάτων μεμναμένοις
τελεῖν ἐπίχειρα·
πολλὰ γὰρ ποττὰν ζόαν τοῖς πᾶσιν εἶπε χρήσιμα·
μεγάλα χάρις αὐτῷ.

invenit Epicharmus.
O Bacche, æneum illum pro vero
tibi hic dicarunt
qui Syracusis sedem-ceperunt, civitatis participes,
ut viro civi,
(thesauros enim habebat præceptorum) memores
rependendi gratiam :
multa enim ad vitam omnibus dixit utilia :
magna gratia illi!

601. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸ ξόανον τὸ περισσὸν Ἀεξιμένης Ἀφροδίτᾳ
εἵσατο, τῆς πάσης ναυτιλίης φύλακι.
Χαῖρ', ὦ πότνια Κύπρι, διδοῦσα δὲ κέρδεα, πλοῦτον
ἄρμενον, εἰδήσεις ναῦς ὅτι κοινότατον.

601. ANONYMI.

Signum hoc ingens Aeximenes Veneri
posuit, omnis navigationis custodi.
Salve, o domina Cypris; dans lucra, divitias [communem
congruas, videbis navem *meam fore* quam-maxime·

602. ΕΥΗΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.

Ἅ ποτε παρθενικαῖσιν ἱλασκομένα παλάμῃσιν
Κύπριδα, σὺν πεύκαις καὶ γόνον εὐξαμένα,
κουριδίους ἤδη θαλάμῳ λύσασα χιτῶνας,
ἀνδρὸς ἄφαρ μηρῶν ἐξελόχευσα τύπους·
νυμφίος ἐκ νύμφης δὲ κικλήσκομαι, ἐκ δ' [Ἀφροδίτης]
Ἄρεα καὶ βωμοὺς ἔστεφον Ἡρακλέους.
Θῆβαι Τειρεσίην ἔλεγόν ποτε· νῦν δέ με Χαλκὶς
τὴν πάρος ἐν μίτραις ἠσπάσατ' ἐν χλαμύδι.

602. EVENI ATHENIENSIS.

Quæ olim virgineis propitiabam palmis
Cypriam, et cum tædis etiam prolem precabar,
nuptiales jam thalamo solvens tunicas,
viri statim e femoribus edidi formas :
ac sponsus ex sponsa vocor, et post Aphroditam
Martem et aras redimio Herculis.
Thebæ Tiresiam narrabant olim; nunc vero me Chalcis
illam prius in mitra salutavit in chlamyde.

603. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Πέντε Διωνύσοιο θεραπνίδες αἵδε Σαώτεω
ἐντύνουσι θοᾶς ἔργα χοροστασίης·
ἃ μὲν ἀερτάζουσα δέμας βλοσυροῖο λέοντος,
ἃ δὲ Λυκαόνιον καλλίκερων ἔλαφον,
ἃ τριτάτα δ' οἰωνὸν εὔπτερον, ἃ δὲ τετάρτα·
τύμπανον, ἃ πέμπτα χαλκοβαρὲς κρόταλον·
πᾶσαι φοιταλέαι τε παρηόριόν τε νόημα
ἐκπλαγέες λύσσᾳ δαίμονος εὐϊάδι.

603. ANTIPATRI.

Quinque Bacchi famulæ hæ Salvatoris
parant velocis opera tripudii;
una quidem attollens corpus truculenti leonis,
altera vero Lycaonium pulchre-cornutum cervum,
tertia avem bene-alatam, sed quarta
tympanum; quinta ære-grave crotalum :
cunctæ lymphatæque et suspensam mentem
perculsæ furore dæmonis bacchico.

604. ΝΟΣΣΙΔΟΣ.

Θαυμαρέτας μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει· εὖ γε τὸ γαῦρον
τεῦξε τό θ' ὡραῖον τᾶς ἀγανοβλεφάρου.
Σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῖσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα,
δέσποιναν μελάθρων οἰομένα ποθορῆν.

604. NOSSIDIS.

[animum
Thaumaretæ formam tabula habet; bene utique elatum
effinxit et pulchritudinem placidis-conspicuæ-oculis.
Blandiretur te conspecta etiam domus-custos catella,
dominam ædium se putans adspicere.

605. ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ.

Τὸν πίνακα ξανθᾶς Καλλὼ δόμον εἰς Ἀφροδίτας
εἰκόνα γραψαμένα πάντ' ἀνέθηκεν ἴσαν.
Ὡς ἀγανῶς ἕστακεν· ἴδ' ἁ χάρις ἁλίκον ἀνθεῖ.
Χαιρέτω· οὔ τινα γὰρ μέμψιν ἔχει βιοτᾶς.

605. EJUSDEM.

Tabulam flavæ Callo in domo Veneris
dedicavit, pingi-quæ-jusserat imaginem omnino similem
Ut placide adstat! vide, gratia ejus quantum floreat.
Valeat : non ullam enim reprehensionem habet vitæ.

---

604. NOSSIDIS.

Miraclum formæ tabula hæc habet : oris honestas
Quam gravis, et magnis qui vigor est oculis!
Ipsa domus custos caudam motabit, opinor,
Se dominam credens cernere, læta canis.

606. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς λουτρόν.

Ἣν τὸ πάρος φιλέεσκεν Ἄρης, σκοπίαζε Κυθείρην
ἐνθάδε λουομένην νάμασι φαιδροτάτοις·
δέρκεο νηχομένην· μὴ δείδιθι· οὐ γὰρ Ἀθήνην
παρθένον εἰσοράᾳς, οἷάτε Τειρεσίας.

606. ANONYMI.

In balneum.

Quam olim deperibat Mars, adspice Cytheream
hic lavantem fluentis nitidissimis :
specta natantem : ne timeas : non enim Minervam
virginem aspicis, sicuti Tiresias.

607. ΑΛΛΟ.

Αἱ Χάριτες λούσαντο· ἀμειψάμεναι δὲ λοετρὸν
δῶκαν ἑῶν ῥεθέων ὕδασιν ἀγλαΐην.

607. ALIUD.

Gratiæ *hic* lavarunt : et rependentes balneum
dederunt suorum corporum aquis nitorem.

608. ΑΛΛΟ.

Ἢ τοῖον Κυθέρειαν ὕδωρ τέκεν, ἢ Κυθέρεια
τοῖον τεῦξεν ὕδωρ, ὃν χρόα λουσαμένη.

608. ALIUD.

Aut talis Cytheream aqua peperit, aut Cytherea
talem effinxit aquam, suam cutem lavans.

609. ΑΛΛΟ.

Τῶν Χαρίτων τόδε λουτρὸν ἀθύρματα· καὶ γὰρ ἐκείνας
μούνας ἔσω παίσδειν τὰς Χάριτας δέχεται.

609. ALIUD.

Gratiarum hocce balneum oblectamenta : etenim illas
solas intus nugari, Gratias, sinit.

609*. ΑΛΛΟ.

Ὄντως δὴ Χαρίτων λουτρὸν τόδε· οὐδὲ γὰρ ἄλλους
πλείους χωρῆσαι τοῦτο τριῶν δύναται.

609*. ALIUD.

Revera sane Gratiarum balneum hocce : non enim alios
plures tenere hoc tribus potest

610. ΑΛΛΟ.

Μικρὰ μὲν ἔργα τάδ' ἐστὶν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀδωδὴν,
ὡς ῥόδον ἐν κήποις, ὡς ἴον ἐν ταλάροις.

610. ALIUD.

Parva quidem opera hæc sunt, habent vero dulcem odorem
ut rosa in hortis, ut viola in calathis.

611. ΑΛΛΟ.

Ἐν μικρῷ μεγάλη λουτρῷ χάρις· ἐν δ' ἐλαχίστῳ
νάματι λουομένοις ἡδὺς ἔπεστιν ἔρως.

611. ALIUD.

In parvo magna balneo gratia; sed in tenuiculo
fluento lavantibus dulcis adest amor.

612. ΑΛΛΟ.

Ὡς δένδρον βραχύφυλλον, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀδωδὴν,
οὕτως λουτρὰ τάδε μικρὰ μὲν, ἀλλὰ φίλα.

612. ALIUD.

Quemadmodum arbor brevia-gerit-folia, habet vero dulcem [odorem,
sic balnea hæcce parva quidem, sed cara.

---

606. INCERTI.

De balneo.

Aspice Mars Venerem, quam tu non stultus amasti,
Aspice, perspicuis pulchra lavatur aquis.
Nec nanti trepides oculos immittere : non ut
Tiresiæ Pallas virgo videnda tibi est.

607. *De eodem.*

Laverat hic triplex se Gratia. Redditus undis
Pro pretio est, qualis fulget in ore decor.

608. *De eodem.*

Vel talis Veneri genetrix aqua, vel Venus ipsa
Talem lota suo corpore fecit aquam.

609. *De eodem.*

Delicias Venerum spectas hæc balnea : solas
Namque intus Veneres ludere lympha sinit.

De eodem.

Vindicat hoc stagnum merito sibi Gratia triplex :
Quippe tribus plures hæc aqua ferre negat.

610. *De eodem.*

Est opus hoc non grande quidem, sed dulce videri,
Ut viola in calathis, ut rosa in areolis.

611. *De eodem.*

Non hæc magna quidem sed dulcia balnea, lotis
In tenui lympha blandus adhæret amor.

612. *De eodem.*

Fronde aliqua est tenui, fructu sed amabilis arbor :
Dulcia sic hæc sunt balnea, parva licet.

613. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ λουτρὸν Μαρίας.

Τῆς Μαρίης τὸ λοετρὸν ἰδὼν ὑπεδάκρυε Μῶμος,
εἰπών, « Ὡς Μαρίην, καὶ σὲ παρερχόμεθα ».

614. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς λουτρὸν μικρὸν παρακείμενον τῷ Ζευξίππῳ.

Μὴ νεμέσα, Ζεύξιππε, παραντέλλοντι λοετρῷ·
καὶ μεγάλην παρ' Ἄμαξαν ἐρωτύλος ἡδὺ φαείνει.

615. ΑΛΛΟ.

Εἰς λουτρὸν ἐν Σμύρνῃ

Χῶρος, τίς μερόπων σε λιπαυγέα τὸ πρὶν ἐόντα
πλούσιον ἐν φέγγει θήκατο λουομένοις;
τίς δὲ καὶ αἰθαλόεντι ῥύπῳ πεπαλαγμένον ἄρτι,
κεῖνον ἀϊστώσας, φαιδρὸν ἔδειξε δόμον;
Φρὴν σοφὴ ὡς πᾶσιν Θεοδώριχος, ὡς ἐτεὸν δὴ
κἂν τούτῳ καθαρὴν δεικνύμενος κραδίην·
ὃς γὰρ ἐὼν πόλιος κτεάνων ταμίης τε πατήρ τε,
κέρδεσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐμίηνε χέρας.
Ἀλλὰ θεὸς φιλόπατριν, ἐρισθενὲς, ἄφθιτε Χριστὲ,
πήματος αὐτὸν ἄτερ σῶζε τεῇ παλάμῃ.

616. ΑΛΛΟ.

Ἐνθάδε λουσαμένων Χαρίτων ποτὲ, θέσκελα πέπλα
βαιὸς Ἔρως ἔκλεψε, καὶ ᾤχετο· τὰς δ' ἔλιπ' αὐτοῦ
γυμνὰς, αἰδομένας θυρέων ἔκτοσθε φανῆναι.

617. ΑΛΛΟ.

Εἰς βαλανεῖον ψυχρόν.

Τὸν ποταμὸν, βαλανεῦ, τίς ἐτείχισε; τίς βαλανεῖον
τὴν κρήνην ψευδῶς τήνδε μετωνόμασεν;
Αἴολος Ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ὧδε μετοικήσας ἤγαγε τοὺς ἀνέμους.
Πρὸς τί δὲ καὶ σανίδες δύο τοῖς ποσὶν αἵδ' ὑπόκεινται;
οὐ διὰ τὴν θέρμην, τῆς χιόνος δ' ἕνεκα.
Φρίξου καὶ Νάρκης οὗτος τόπος. Ἀλλ' ἐπίγραψον·
« Τῷ μεσορὶ λοῦσαι· πνεῖ γὰρ ἔσω Βορέας. »

613. ALIUD.

In balneum Mariæ.

Mariæ lavacro viso sublacrimavit Momus,
dicens : « Ut Mariam, *sic* et te præterimus.

614. LEONTII SCHOLASTICI.

In balneum parvum adjacens Zeuxippo.

Ne irascaris, o Zeuxippe, juxta-surgenti lavacro.
etiam magnum ad Plaustrum Erotylus *stella* suaviter lucet.

615. ALIUD.

In balneum quod Smyrnæ est.

Quis mortalium te, ædes, obscura quæ prius fueras,
opulentam in luce posuit lavantibus?
quis autem et fumosis sordibus fœdatam nuper
istas e-conspectu-tollens nitidam exhibuit domum?
Mens prudens ut in omni-re Theodorichus, sic profecto
etiam in hoc purum declarans pectus : [sane
hic enim quum-esset civitatis bonorum quæstorque pater-
lucro ex illis non contaminavit manus. [que,
At deus patriæ-amantem, o valde-potens, æterne Christe,
damno eum absque serves tua manu.

616. ALIUD.

Hic lavantibus Gratiis quondam, divinas vestes
parvus Amor surripuit, et abiit; has autem reliquit ibi
nudas, erubescentes extra portas apparere.

617. ALIUD.

In balneum frigidum.

Fluvium hunc, o balneator, quis muro-cinxit? quis balneum
fontem falso hunc cognominavit?
Æolus Hippotæ-filius carus immortalibus diis
huc emigrans traduxit ventos.
Propter quid autem et asseres duo pedibus hi subjacent?
Non propter calorem, nivis vero causa.
Horroris et Torporis hic *est* locus. Age, inscribe :
« Mesori *mense hic* lava; flat enim intus Boreas ».

---

613. *De balneo Mariæ.*

Flens ait, aspexit Mariæ cum balnea Momus :
Nil mihi vobiscum, nil mihi cum domina.

614. LEONTII ORATORIS.

In balneum parvum, adjectum ei quod Zeuxippi dicitur.

Quæ, Zeuxippe, nitent prope te, ne despice lymphas :
Sic et parvus Amor magnum decet assecla currum.

De alio balneo parvo.

Parva cave spernas : est et sua gratia parvis.
Filius est Veneris quis nisi parvus Amor?

616. *De alio in Smyrna.*

Gratia dum triplex hic se lavat, abstulit illis
Tegmina, mox abiit ridens, Amor : atque ita nudæ
Hic mansere, foris veritæ sine veste videri.

617. *De balneo frigido.*

Quis, rex, coctilibus conclusit mœnibus amnem?
Quis male tam rapidas balnea dixit aquas?
Æolus Hippotades nimbis horrentia castra
Transtulit, et ventis hæc nova regna dedit.
Cur geminis pedibus gemina est substrata tabella?
Non sit ut a Thermis, sed nive tecta cutis.
Hæc Rigor et Torpedo tenent loca : scribe lavandum
Sextili; nam flat frigidus hac Aquilo.

618. ΑΛΛΟ.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν ἐν Βυζαντίῳ.

Λωτὸν ἐρεπτομένους προτέρων οὐ ψεύσατο μῦθος·
  πίστιν ἀληθείης τοῦτο τὸ λουτρὸν ἔχει.
Εἰ γὰρ ἅπαξ καθαροῖσι λοέσσεται ὕδασιν ἀνήρ,
  οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γενέτας.

618. ALIUD.

In aliud balneum Byzantii.

Lotum decerpentes priorum non mentita est fabula;
  fidem veritatis hoc lavacrum habet.
Si enim semel puris se-lavabit aquis vir,
  non desiderat patriam, non vult parentes.

619. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν ἐν Βυζαντίῳ.

Νῦν ἔγνων, Κυθέρεια, πόθεν νίκησας ἀγῶνα,
  τὴν πρὶν Ἀλεξάνδρου ψῆφον ὑφαρπαμένη.
Ἐνθάδε γὰρ τέγγουσα τεὸν δέμας, εὗρες ἐλέγξαι
  Ἥρην Ἰναχίοις χεύμασι λουσαμένην.
Νίκησεν τὸ λοετρόν· ἔοικε δὲ τοῦτο βοώσῃ
  Παλλάς· « Ἐνικήθην ὕδασιν, οὐ Παφίῃ. »

619. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In aliud lavacrum Byzantii.

Nunc cognovi, o Cytherea, unde viceris in-certamine,
  Alexandri olim suffragium furata.
Hic enim tingens tuum corpus, scisti vincere
  Junonem Inachiis fluentis quæ sese-lavit.
Vicit lavacrum : ac visa-est hoc inclamare
  Pallas : « Victa-sum aquis, non Paphia. »

620. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς λουτρὸν δίδυμον, ἐν ᾧ λούονται καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες.

Ἄγχι μὲν ἐλπὶς ἔρωτος· ἑλεῖν δ' οὐκ ἔστι γυναῖκας·
  εἶρξε πυλὶς Παφίην τὴν μεγάλην ὀλίγη.
Ἀλλ' ἔμπης γλυκὺ τοῦτο· ποθοβλήτοις γὰρ ἐπ' ἔργοις
  ἐλπὶς ἀληθείης ἐστὶ μελιχροτέρη.

620. PAULI SILENTIARII.

In lavacrum duplex, in quo lavantur et mulieres et viri.

Prope quidem spes amoris : tenere vero non est mulieres :
  cohibuit janua Paphiam magnam parva.
Sed tamen dulce hoc : nam amore-incensis in operibus
  spes veritate est dulcior.

621. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς ἕτερον λουτρόν.

Ὅσσαις θηλυτέραις ἐστὶν πόθος (ἔστι δὲ πάσαις),
  δεῦρ' ἴτε, φαιδροτέρης τευξόμεναι χάριτος.
Χὴ μὲν ἔχουσα πόσιν, τέρψει πόσιν· ἡ δ' ἔτι κούρη
  ὀτρυνέει πλείστους ἕδνα πορεῖν λεχέων·
ἡ δὲ φέρουσα πόρους ἀπὸ σώματος, ἑσμὸν ἐραστῶν
  ἕξει ἐπὶ προθύροις, ἐνθάδε λουσαμένη.

621. ANONYMI.

In aliud balneum.

Quotquot feminis est *hujus* cupido (est autem cunctis),
  huc venite, nitidiorem nacturæ gratiam. [adhuc puella,
Et quæ quidem habet virum, delectabit virum; quæ vero
  incitabit plurimos dotalia-præmia ut-afferant thalami;
quæ vero facit quæstum ex corpore, examen amatorum
  habebit in limine, hic postquam-laverit.

622. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἴτε σε κουριδίης ἀλόχου γλυκὺς ἵμερος ἴσχει,

622. ALIUD.

In idem.

Sive te legitimæ conjugis dulcis cupido tenet,

---

618. *De altero Byzantii.*

Non est falsa vetus gustatæ fabula loti :
  Balnea fecerunt vatibus ista fidem.
Non meminit patriam, nec avet spectare parentes,
  Membra semel puris qui madefecit aquis.

619. AGATHIÆ ORATORIS.

De alio Byzantii, in quo Venus lavans se spectabatur.

Jam fuerit, Venus, unde tibi victoria, disco,
  Jam video captus qua sit ab arte Paris.
Hoc in fonte Jovis superasti lota sororem,
  Inachiis artus illa rigârat aquis.
Lympha dedit malum. Pallas clamare videtur ;
  Vicisse agnosco balnea, non Venerem.

620. PAULI SILENTIARII.

De balneo duplici, in quo feminæ ac viri lavabantur.

Spem dat amor : pulchras sed prendere nulla potestas;
  Arcetur parva nam fore magna Venus.
Sed juvat hoc etiam. Nam spes in rebus amoris,
  Si nescis, ipso dulcior est opere

621. INCERT.,

de alio.

Pulchræ queis amor est (nulli puto nullus) adeste :
  Hac ab aqua vobis gratia major erit.
Si qua es nupta, feres hinc gaudia multa marito :
  Si qua puella, ferent munera multa proci.
Corpore si qua tuo quæstum facis, ilicet ingens
  Cœtus amatorum te manet ante fores.

622. *De eadem.*

Seu nuptam tibi fidus amas, hoc fonte lavare :

λούεο, φαιδρότερος τῇδε φανησόμενος·
εἴτε σε μισθοφόρους ἐπὶ μαχλάδας οἶστρος ὀρίνει,
λήψῃ, κοὐ δώσεις, ἐνθάδε λουσάμενος.

lava *hic*, nitidior hoc-modo appariturus;
sive te mercenaria ad scorta stimulus incitat,
accipies, et non dabis, hic si-laveris.

623. ΚΥΡΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ.

Εἰς ἕτερον εὔμορφον.

Κύπρις σὺν Χαρίτεσσι καὶ υἱέϊ χρυσοβελέμνῳ
ἐνθάδε λουσαμένη, μισθὸν ἔδωκε χάριν.

623. CYRI POETÆ.

In aliud balneum Pulchrum.

Cypria cum Gratiis et filio aureas-mittente-sagittas
hic postquam-lavit, mercedem dedit gratiam.

624. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν παρακείμενον τῷ δημοσίῳ ἐν Βυζαντίῳ.

Δείματό με ξυνοῖο παρὰ προθύροισι λοετροῦ
ἀστὸς ἀνὴρ, ἀρετῆς εἵνεκεν, οὐκ ἔριδος.
Κεῖνο μέλοι πλεόνεσσιν· ἐγὼ δ' ὀλίγοις τε φίλοις τε
ἐντύνω προχοὰς καὶ μύρα καὶ χάριτας.

624. LEONTII SCHOLASTICI.

In aliud balneum adjacens publico Byzantii lavacro.

Struxit me communis juxta limen lavacri
civis vir, virtutis causa, non contentionis.
Illud curæ-sit pluribus; ego vero paucisque carisque
præbeo latices et unguenta et gratias.

625. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Εἰς ἕτερον λουτρόν.

Πιστότατος μερόπων τις ἔοι πυλαωρὸς ἐμεῖο,
κρίνων λουομένων καιρὸν ἐσηλυσίης,
μή τινα Νηϊάδων τις ἐμοῖς ἐνὶ χεύμασι γυμνὴν,
ἢ μετὰ καλλικόμων Κύπριν ἴδοι Χαρίτων
οὐκ ἐθέλων· «χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς·»
τίς γὰρ Ὁμηρείοις ἀντιφέροιτο λόγοις;

625. MACEDONII CONSULIS.

In aliud balneum.

Fidissimus mortalium aliquis sit janitor meus
discernens lavantium opportunum-tempus ingressûs,
ne quam Naiadum aliquis meis in fluentis nudam,
aut cum pulchre-comatis Cyprim videat Gratiis
imprudens, « difficiles autem dii apparere manifesti: »
quis enim Homericis se-opponat verbis?

626. ΜΑΡΙΑΝΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν ὀνομαζόμενον Ἔρωτα.

Μητέρα Κύπριν ἔλουσεν Ἔρως ποτὲ τῷδε λοετρῷ,
αὐτὸς ὑποφλέξας λαμπάδι καλὸν ὕδωρ.
Ἱδρὼς δ' ἀμβροσίοιο χυθεὶς χροὸς ἄμμιγα λευκοῖς
ὕδασι, φεῦ πνοιῆς ὅσσον ἀνῆψεν ἔαρ·
ἔνθεν ἀεὶ ῥοδόεσσαν ἀναζείουσιν ἀϋτμὴν,
ὡς ἔτι τῆς χρυσῆς λουομένης Παφίης.

626. MARIANI SCHOLASTICI.

In aliud balneum quod dicebatur Amor.

Matrem Cyprim lavit Amor quondam hoc lavacro,
ipse succendens face pulchram aquam.
Sudor autem ambrosiâ profusus cute inter candidas
aquas, heu! odoris quantum accendit ver!
Inde *aquæ* usque roseum ebulliunt spiritum,
tanquam adhuc aurea *ibi* lavante Paphia.

Pulchrior hinc illi conspiciendus eris.
Seu magis in venerem vulgantia corpora flagras,
Hic lotus pretium non dabis, accipies.

623. CYRI *Poëtæ*.

De alio.

Laverat his undis se Gratia, Cypris, Amorque,
Et data pro pretio Gratia mansit aquis.

624. LEONTII ORATORIS.

De alio balneo, quod erat publico appositum, Byzantii.

Virtutis studio cives non æmulus ulli
Ante omnis populi balnea me posuit.
Illa juvent plures, dum paucis sed bene caris
Unguentum per me suppetat, unda, decor.

625. MACEDONII CONSULIS.

De alio in Lyceo.

Ante fores clarus fidei mihi janitor adstet,
Qui sua loturis tempora justa notet,
Ne cui nuda meis spectetur Naïs in undis,
Trinave formosa Gratia cum Venere.
Non impune datur species vidisse Deorum:
Mæoniden verum quis cecinisse neget?

626. MARIANI ORATORIS.

De alio, quod Cupido vocabatur.

Laverat hoc quondam genitricem fonte Cupido,
Subjiciens undis mollibus ipse facem.
Ambrosius nitido manans e corpore sudor
Quam plenas rosei fecit odoris aquas!
Ex illo sic semper aquis ver spirat in illis,
Ceu se proluerat nunc quoque pulchra Venus.

627. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τᾷδ' ὑπὸ τὰς πλατάνους ἁπαλῷ τετρυμένος ὕπνῳ
εὗδεν Ἔρως, Νύμφαις λαμπάδα παρθέμενος.
Νύμφαι δ' ἀλλήλῃσι, « Τί μέλλομεν; αἴθε δὲ τούτῳ
« σβέσσαμεν », εἶπον,« ὁμοῦ πῦρ κραδίης μερόπων. »
Λαμπὰς δ' ὡς ἔφλεξε καὶ ὕδατα, θερμὸν ἐκεῖθεν
Νύμφαι Ἐρωτιάδες λουτροχοεῦσιν ὕδωρ.

627. EJUSDEM.

In idem.

Hic sub platanis tenero fessus somno [rat.
dormiebat Amor, Nymphis facem postquam-apposue-
Nymphæ inter-se : « Quid cunctamur? utinam una
simul exstinguissemus ignem pectoris mortalium. »
Fax autem ubi incendit et aquas, calidam inde
Nymphæ Erotiades balneo-infundunt aquam.

628. ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ καλούμενον Ἵππον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Ἵππον ἐϋῤῥείτην χρονίῃ μάστιγι δαμέντα
χρυσείῳ πολύολβος ἄναξ ἤγειρε χαλινῷ.

628. JOANNIS GRAMMATICI.

In publicum balneum quod Equus vocatur Alexandriæ.

Equum bene-fluentem diuturno flagello domitum
aureo valde-opulentus rex erigebat freno.

629. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς ἕτερον.

Αἴθε σέ, Πίνδαρε, μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥεέθροις,
καί κεν ἄριστον ὕδωρ τοὐμὸν ἔφησθα μόνον.

629. EJUSDEM.

In aliud balneum.

Utinam te, o Pindare, potius meis purificassem fluentis,
tum optimam aquam meam dixisses solam.

630. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς θερμὰ τὰ βασιλικά.

Θερμὰ τάδ' ἀτρεκέως βασιλήϊα· τήνδε γὰρ αὐτοῖς
οἱ πρὶν ἀγασσάμενοι θῆχαν ἐπωνυμίην.
Οὐ γὰρ ὑπὸ βροτέῳ πυρὶ θάλπεται ἀγλαὸν ὕδωρ,
αὐτομάτη δὲ λιβὰς τίκτεται αἰθομένη·
οὐδὲ ῥόου ψυχροῦ ποτιδεύεαι ἀμφὶ λοετρά,
ἀλλ' οἷον ποθέεις, τοῖον ὑπεκφέρεται.

630. LEONTII SCHOLASTICI.

In Thermas regias.

Thermæ hæ vere regiæ : hoc enim illis
qui prius mirati-sunt imposuerunt cognomen.
Non enim mortali igne calefit nitida aqua,
sed sponte-sua latex gignitur urens;
neque fluento frigido eges ad lavacra,
sed qualem cupis, talis effertur.

631. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς τὰ θερμὰ τὰ Ἀγαμεμνόνεια ἐν Σμύρνῃ.

Χῶρος ἐγὼ Δαναοῖς μεμελημένος, ἔνθα μολόντες
τῆς Ποδαλειρείης ἐξελάθοντο τέχνης.
Ἕλκεα γὰρ μετὰ δῆριν ἐμοῖς ἀκέσαντο ῥεέθροις,
βαρβαρικῆς λόγχης ἰὸν ἀπωσάμενοι.
Ἔνθεν ἀεξήθην ὀροφηφόρος· ἀντὶ δὲ τιμῆς
τὴν Ἀγαμεμνονέην εὗρον ἐπωνυμίην.

631. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In Thermas Agamemnonias Smyrnæ.

Locus ego Danais sum-curæ, quo ingressi
Podaliream obliti-sunt artem.
Ulcera enim post prœlium meis sanarunt fluentis,
barbaricæ hastæ venenum (s. æruginem) repellentes.
Inde auctus-sum tectum-gerens; et honoris loco
Agamemnonium nactus sum cognomen.

---

627. EJUSDEM.

De eodem.

Has subter platanos molli dans membra sopori
Tradiderat Nymphis lampada parvus Amor.
Una facem rapiens, Quin hanc extinguimus, inquit,
Cedat ut ex hominum pectore flamma vorax?
Traxerunt etiam latices incendia. Nymphæ
Hinc fundunt calidas munus Amoris aquas.

629. JOHANNIS BARBUCALLI.

De alio, in quo erat Pindarus.

Te nostris utinam lavissem, Pindare, lymphis :
Optima, dixisses, res aqua, me celebrans.

630. LEONTII ORATORIS.

De thermis Regiis.

Hæc vere regum sunt balnea : namque vocavit
Mirata hæc illo nomine turba prior :
Nam non humano lacus hic succenditur igne,
Sed calida ex venis sponte scaturit aqua.
Nec gelida flammas opus est quæ temperet unda :
Qualem vota queant poscere, talis adest.

631. AGATHIÆ ORATORIS.

De thermis Agamemnoniis Smyrnæ.

Illa ego, quæ Danais regio gratissima, feci,
Ut Podalirea nil opus arte foret.
Nam lavere meis post pugnam vulnera lymphis,
In quibus ex Phrygia cuspide virus erat.
Talibus e causis tecti mihi culmen, et ingens
Ex Agamemnonio nomine venit honos.

632. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἕτερα θερμά.

Χθὼν μυχάτων γυάλων κοιλώμασιν ἀέναον πῦρ
ἔστ' ἂν ἔχῃ, φλοξὶν δὲ περιζείῃ κρυφίαισιν,
ἀτμὸς ἄνω βαίνων εἰς αἰθέρα θερμὸς, ἔνερθεν
θλιβόμενος, πυριθαλπὲς ἐρεύγεται ἰκμάσιν ὕδωρ.

632. INCERTI.

In alias thermas.

Tellus intimorum recessuum in-cavitatibus perennem [ignem
donec habet, flammisque ebullit abditis,
vapor ascendens in aera calidus, ex-infero
coactus, igne-calefactam eructat humoribus aquam.

633. ΔΑΜΟΧΑΡΙΔΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Εἰς λουτρόν.

Ἥρῃ καὶ Παφίῃ καὶ Παλλάδι τοῦτο τὸ λουτρὸν
ὥς ποτε τὸ χρυσοῦν ἤρεσε μῆλον ἔχειν·
καὶ τάχα τῆς μορφῆς κρίσις ἔσσεται οὐ Πάρις αὐταῖς,
εἰκὼν δ' ἀργυφέοις νάμασι δεικνυμένη.

633. DEMOCHARIDIS GRAMMATICI.

In balneum.

Junoni et Paphiæ et Palladi hocce balneum
ut quondam aureum placuit malum habere:
et forsan formæ judicium erit non Paris illis,
imago vero argenteis fluentis ostensa.

634. ΑΛΛΟ.

Ὤμοσαν αἱ Χάριτες φερεαυγέα κοίρανον αἴγλης
ἐνθάδε ναιετάειν ἢ παρὰ τῇ Παφίῃ.

634. ALIUD.

Jurarunt Gratiæ per-splendidum regem fulgoris
hic *sese* habitare, aut juxta Paphiam.

635. ΑΛΛΟ.

Δάφνης εὐπετάλοιο φερώνυμόν ἐστι λοετρόν.

635. ALIUD.

Lauri pulchra-habentis-folia cognomen gerit balneum.

636. ΑΛΛΟ.

Τοῦτο ἰδὼν τὸ λοετρὸν ὁ πάνσοφος εἶπεν Ὅμηρος·
« Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. »

636. ALIUD.

Hoc conspicatus balneum omnino-sapiens dixit Homerus:
« Mœroris expers bilisque, mala oblivisci-faciens omnia. »

637. ΑΛΛΟ.

Ἐνθάδε λουσαμένη δέμας ἄμβροτον αὐτίκα Κύπρις
δεῖξεν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἀέθλιον ἥρπασε μῆλον.

637. ALIUD.

Hic postquam-lavit corpus immortale, illico Cypria
ostendit Alexandro, et certaminis-præmium rapuit malum.

638. ΑΛΛΟ.

Αἱ τρεῖς Ὀρχομενοῦ Χάριτες τὸ λοετρὸν ἔτευξαν·
τοὔνεκα χωρῆσαι τέσσαρας οὐ δύναται.

638. ALIUD.

Ternæ Orchomeni Gratiæ hoc balneum fecerunt;
ideo continere quattuor non potest.

639. ΑΛΛΟ.

Κύπρις, Ἔρως, Χάριτες, Νύμφαι, Διόνυσος, Ἀπόλλων
ὤμοσαν ἀλλήλοις ἐνθάδε ναιετάειν.

639. ALIUD.

Cypria, Amor, Gratiæ, Nymphæ, Dionysus, Apollo
jurarunt invicem *se* hic habitare.

---

632. INCERTI.

De aliis balneis.

Dum teget æternum tellus penetralibus ignem,
Ignotisque latens ardescet flamma cavernis,
Qui cœli petit alta vapor pressusque tenetur
Eructat calidas guttis coeuntibus undas.

633. DAMOCHARIDIS GRAMMATICI.

De alio.

Ut quondam malum petierunt nobile, sic hanc
Nunc sibi fontis aquam Juno, Minerva, Venus.
Hic etiam certant, puto: nec Paris arbiter illis,
Sed, formam speculi quæ vice reddit, aqua.

634. *De eodem.*

Luminis auctorem juravit Gratia triplex
In Paphies oculis esse vel his in aquis.

636. *De eodem.*

Has credo respexit aquas, cum dixit Homerus,
Felle maloque vacans, oblivia certa dolorum.

637. *De eodem.*

His Cytherea recens cum lota veniret ab undis,
Se Paridi ostendit, pomoque redivit adepto.

638. *De eodem.*

Cur hoc balneolum non quattuor accipit? ipsum
Gratia quod triplex struxit ab Orchomeno.

639. *De eodem.*

Phœbus, Amor, Nymphæ, Venus, Evan, Gratia trina
Jurarunt hoc se degere velle loco.

640. ΑΛΛΟ.

Ἀθάνατοι λούονται ἀνοιγομένου βαλανείου,
πέμπτῃ δ' ἡμίθεοι, μετέπειτα δὲ πήματα πάντα.

641. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς γέφυραν τοῦ Σαγγαρίου.

Καὶ σὺ μεθ' Ἑσπερίην ὑψαύχενα, καὶ μετὰ Μήδων
ἔθνεα καὶ πᾶσαν βαρβαρικὴν ἀγέλην,
Σαγγάριε, κρατερῇσι ῥοὰς ἁψῖσι πεδηθείς,
οὕτω ἐδουλώθης κοιρανικῇ παλάμῃ·
ὁ πρὶν δὲ σκαφέεσσιν ἀνέμβατος, ὁ πρὶν ἀτειρής,
κεῖσαι λαϊνέῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.

642. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς σωτήρια ἐν Σμύρνῃ ἐν προαστείῳ.

Πᾶν τὸ βροτῶν σπατάλημα, καὶ ἡ πολύολβος ἐδωδὴ
ἐνθάδε κρινομένη τὴν πρὶν ὄλεσσε χάριν.
Οἱ γὰρ φασιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵ θ' ὑπὲρ ἴγδιν
τρίψιες, ἥ τε τόση βρωματομιξαπάτη
γίνεται ἐνθάδε κόπρος· ἀποσσεύει δ' ἄρα γαστὴρ
ὁππόσα πειναλέη δέξατο λαυκανίη.
Ὀψὲ δὲ γινώσκει τις, ὅτ' ἄφρονα μῆτιν ἀείρων
χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐπρίατο.

643. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τί στενάχεις κεφαλὴν κεκακωμένος; ἐς τί δὲ πικρὰ
οἰμώζεις, μελέων πάγχυ βαρυνομένων;
ἐς τί δὲ γαστέρα σεῖο ῥαπίσμασιν ἀμφιπατάσσεις,
ἐκθλίψαι δοκέων μάστακος ἐργασίην;
Μόχθων τοσσατίων οὔ σοι χρέος, εἰ παρὰ δαιτὶ
μὴ τοῦ ἀναγκαίου πουλὺ παρεξετάθης.
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν στιβάδος φρονέεις μέγα, καὶ στόμα τέρπεις
βρώμασιν, εὐτυχίην κεῖνα λογιζόμενος·

640. ALIUD.

Immortales lavantur quando-aperitur balneum,
quinta autem hora semidei, postea vero sordes omnes.

641. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In pontem Sangarii.

Et tu post Hesperiam superbam, et post Medorum
gentes, et omnem barbaricam turbam,
o Sangari, validis fluenta arcubus impeditus
sic in-servitutem-redactus-es imperatoria manu :
et qui prius scaphis eras invius, qui prius insuperabilis,
jaces lapidea constrictus compede.

642. EJUSDEM.

In latrinas Smyrnæ in suburbio.

Omnis mortalium luxus, et valde-opulentus cibus
hic excretus pristinam perdidit gratiam.
Etenim phasiani et pisces, et in mortario
contrita, et tanta illa dapum-mixtarum-deceptio
fit hic stercus : excutit subinde venter
quæcumque famelica accepit gula.
Sed *hoc* sero agnoscit quispiam, quando insanam mentem
auro tanto sordes emerat. [extollens,

643. EJUSDEM.

In idem.

Quid gemis capite male-habens? quid autem amarum
lamentaris, membris omnino gravatis?
quid ventrem tuum plausibus circumverberas,
exprimere *te* putans gulæ operam?
Laboribus tantis non *esset* tibi opus, si in prandio
non ultra necessarium multum extensus-esses.
Sed in lectulo quidem superbis, et os delectas
dapibus, felicitatem has reputans :

---

640. *De eodem.*

Cum primum pandunt se hæc balnea, cælicolæ Di,
Quinta Semidei, mox cætera turba lavantur.

641. AGATHIÆ ORATORIS.

De ponte Sangarii.

Tu quoque post Medos aliasque a vespere gentes,
Et tot inhumanæ nomina barbariæ,
Sangarie, arquato curvamine subditus amnem,
Cæsareæ pateris quod voluere manus.
Ille ferox et vix ratibus tractabilis ante,
Das pedibus, lapidum compede vinctus, iter.

642. EJUSDEM.

De Soteriis sub urbem Smyrnæ.

Ille hominum luxus, magnis stans censibus esca,
Huc venit, hic ejus gratia tota perit.
Phasiacæ volucres, pisces tucetaque crassa,
Totque alia insidias ponere nata gulæ,
Hic olidæ fiunt sordes : hic dejicit alvus
Quod tulit in fauces imperiosa fames.
Hic sero jam cuique patet, furiosa libido
Quam fuerit, tantis sumptibus hoc emere.

643. EJUSDEM.

De eisdem.

Quid grave suspirans capitis testare dolorem,
Quid nimio pressus pondere membra gemis?
Quid miserum tundis repetito verbere ventrem,
Exprimere ut valeas, quod gula fecit, onus?
Tendisses nisi te supra quam postulat usus,
Non opus hoc esset, crede, labore tibi.
Nempe cubas dum molle, places tibi, multaque buccæ
Ingeris, et summum reris id esse bonum;

ἐνθάδε δ' ἀσχάλλεις· μούνη δ' ἀλιτήματα λαιμοῦ
ἡ γαστὴρ τίνει πολλάκι τυπτομένη.

644. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εὖγε μάκαρ τλήθυμε γεωπόνε! σοὶ βίος αἰεὶ
μίμνειν καὶ σκαπάνης ἄλγεα καὶ πενίης·
λιτὰ δέ σοι καὶ δεῖπνα, καὶ ἐν ξυλόχοισι καθεύδεις,
ὕδατος ἐμπλήσας λαιμὸν ἀμετροπότην.
Ἔμπης ἀρτίπος ἐσσὶ, καὶ ἐνθάδε βαιὰ καθεσθεὶς
αὐτίκα γαστέρα σὴν θῆκας ἐλαφροτάτην·
οὐδὲ καταψήχεις ἱερὴν ῥάχιν, οὐδέ τι μηροὺς
τύπτεις, αὐτομάτως φόρτον ἀπωσάμενος.
Τλήμονες οἱ πλουτοῦντες, [ἀεὶ] πυκινοῖσι συνόντες!
οἷς πλέον ἀρτεμίης εὔαδεν εἰλαπίνη.

645. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Τμώλῳ ὑπ' ἀνθεμόεντι, ῥοὴν πάρα Μαίονος Ἕρμου,
Σάρδιες, ἡ Λυδῶν ἔξοχός εἰμι πόλις.
Μάρτυς ἐγὼ πρώτη γενόμην Διός· οὐ γὰρ ἐλέγχειν
λάθριον υἷα Ῥέης ἤθελον ἡμετέρης.
Αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γενόμην τροφός· ἐν δὲ κεραυνῷ
ἔδρακον εὐρυτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον·
πρώταις δ' ἡμετέρῃσιν ἐν ὀργάσιν οἰνὰς ὀπώρη
οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.
Πάντα με κοσμήσαντο· πολὺς δέ με πολλάκις αἰὼν
ἄστεσιν ὀλβίστοις εὗρε μεγαιρομένην.

646. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Ἡράκλειαν τὴν Πόντου.

Εἰ πόλιν Ἡρακλῆος ὁμώνυμον οἶσθα καὶ ἄλλην,
ἴσθι με τὴν πόντου μηδὲν ἀτιμοτέρην.

647. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὴν Ῥώμην.

Ῥώμη παμβασίλεια, τὸ σὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται·

hic autem male-æstuas; solus vero peccata gutturis
venter luit sæpe verberatus.

644. EJUSDEM.

In idem.

Macte felix patiens agricola! tibi vita *est* usque
sustinere et ex-ligone dolores et ex-paupertate;
parva autem tibi et cœna, et in saltibus dormis,
aqua postquam-implevisti guttur immodice-bibax.
Attamen sanus-pedibus es, et hic paulisper sedens
illico ventrem tuum efficis levissimum;
neque stringis sacram spinam, nec ullo-modo femora
feris, nullo-negotio onus repellens.
Infelices sunt divites, semper in abundantia viventes!
quibus plus integra-valetudine placet ingluvies.

645. MACEDONII CONSULIS.

Tmolo sub florido, fluentum juxta Mæonii Hermi,
Sardes, Lydorum primaria sum civitas.
Testis ego prima fui Jovis *natalium* : non enim prodere
clandestinum filium Rheæ volui nostræ.
Ipsa et Baccho fui nutrix; et in fulmine
vidi latiori lumine fulgentem :
primisque nostris in arvis vini-ferax autumnus
ex ubere racemorum flavum emulsit liquorem.
Omnia me decoraverunt : longum autem me sæpe ævum
urbibus felicissimis reperit invisam.

646. ANONYMI.

In Heracleam Ponti.

Si urbem Herculi cognominem nosti et aliam,
scias me maritimam nihilo *esse* minus-suspiciendam.

647. ANONYMI.

In Romam.

Roma omnium-regina, tua gloria nunquam peribit.

Hac positus sed sede doles : et quod male fecit
Ingluvies, id vis alvus ut icta luat.

644. EJUSDEM.

De eisdem.

Felix, o nimium felix mihi, rustice, vita
Cujus, opus ruris pauperiemque pati.
Cœna tibi facilis, nemorum sub tegmine somnus,
Et sine mensura pocula dulcis aquæ.
Sed bene te portas, posituque hac sede repente
Solveris et ventrem nulla levare mora est :
Nil opus ut ferias femur, aut destringere dorsi
Sustineas spinam : sponte recedit onus.
Ah miseri dites, atque agmina cœnipetarum,
Queis edere est curæ quam valuisse magis.

645. MACEDONII CONSULIS.

Heic Tmoli juga subter, aquas prope Mæonis Hermi,
Sardes Lydorum regia conspicior,
Conscia prima Jovis : furtivos prodere quippe
Non volui partus, o Rhea nostra, tuos.
Lenæi nutrix eadem, quem fulmine vidi
In medio lata luce micare deum;
Collibus in nostris primum spectanda voluptas
Flava racemorum fluxit ab uberibus.
Tot me res decorant : nocuit contraria sæpe
Quod fortunatis urbibus arma tuli.

646. INCERTI.

De Heraclea Ponti.

Herculei si quas novisti nominis urbes,
His ego sum nulla Pontica parte minor.

647. [POMPEII.]

De simulacro victoriæ sine alis Romæ, quod fulmine crematæ essent alæ.

En ne te fugiat Victoria, perdidit alas :

Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

648. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Εἰς οἶκον ἐν Κιβύρᾳ.

Ἀστὸς ἐμοὶ καὶ ξεῖνος ἀεὶ φίλος· οὐ γὰρ ἐρευνᾷν
τίς, πόθεν, ἠὲ τίνων, ἐστὶ φιλοξενίης.

649. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εὐσεβίη τὸ μέλαθρον ἀπὸ πρώτοιο θεμείλου
ἄχρι καὶ ὑψηλοὺς ἤγαγεν εἰς ὀρόφους.
Οὐ γὰρ ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ληΐστορι χαλκῷ
ὄλβον ἀολλίζων τεῦξε Μακηδόνιος·
οὐδὲ λιπερνήτης κενεῷ καὶ ἀκερδέϊ μόχθῳ
κλαῦσε, δικαιοτάτου μισθοῦ ἀτεμβόμενος.
Ὡς δὲ πόνων ἄμπαυμα φυλάσσεται ἀνδρὶ δικαίῳ,
ὧδε καὶ εὐσεβίων ἔργα μένοι μερόπων.

650. ΛΕΟΝΤΙΟΥ.

Εἰς οἶκον κείμενον μέσον τοῦ Ζευξίππου καὶ τοῦ Ἱππικοῦ.

Ἐν μὲν τῇ Ζεύξιππον ἔχω πέλας, ἡδὺ λοετρόν·
ἐκ δ' ἑτέρης ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων.
Τούς ῥα θεησάμενος, καὶ τῷδ' ἔνι χρῶτα λοέσσας,
δεῦρο καὶ ἄμπνευσον δαιτὶ παρ' ἡμετέρῃ·
καί κε πάλιν σταδίοις ποτὶ δείελον ὥριος ἔλθοις,
ἐγγύθεν ἐγγὺς ἰὼν γείτονος ἐκ θαλάμου.

651. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς οἶκον ὑψηλὸν ἐν Βυζαντίῳ.

Τρισσόθεν εἰσορόω πολυτερπέα νῶτα θαλάσσης,
πάντοθεν ἠματίῳ φέγγεϊ βαλλόμενος·
εἰς ἐμὲ γὰρ κροκόπεπλος ὅταν περικίδναται Ἠώς,
τερπομένη, στείχειν πρὸς δύσιν οὐκ ἐθέλει.

Victoria enim te fugere, *utpote* haud-alata, nequit.

648. MACEDONII CONSULIS.

In domum Cibyræ.

Civis mihi et advena usque carus : non enim investigare
quis, unde, aut quorum *sint*, est hospitalitatis.

649. EJUSDEM.

In idem.

Pietas ædem a primo fundamento
usque etiam sublimia duxit ad culmina.
Non enim ab alienis bonis deprædatore ferro
divitias coacervans paravit Macedonius :
neque egenus inani et lucri-nullius labori
illacrimavit, justissima mercede defraudatus.
Ut autem laborum requies servatur viro justo,
ita et piorum opera maneant hominum.

650. LEONTII.

In domum sitam mediam inter Zeuxippum et hippodromum.

Hac quidem parte Zeuxippum habeo juxta, dulce lavacrum;
illâ vero equorum locum decertantium.
Hos igitur ubi-spectasti et in illo cutem lavisti,
huc *veni* et respira mensam ad nostram.
et rursus ad-stadia vespere tempestivus eas,
e propinquo prope accedens vicino e thalamo.

651. PAULI SILENTIARII.

In domum altam Byzantii.

E-tribus-partibus intueor valde-amœna dorsa maris,
undique diurna luce petita :
in me enim croceo-vestita-peplo quum circumspargitur Aurora,
delectata, tendere ad occasum non vult.

Roma, tuæ semper laudis id omen erit.

648. MACEDONII CONSULIS.

In domum Cibyræ.

Hospes ut et civis gratus mihi; quærere qualis,
Unde, quis es, pietas officiosa vetat.

649. EJUSDEM.

De eadem domo.

A fundamento laris ad vestigia summa
Hanc pietas cœlo fecit amica domum.
Nam non alterius per vim se rebus opimans
Hæc sibi construxit tecta Macedonius.
Nec miser et sterili semet sudore fatigans
Ærumnis pretium flevit abesse suis.
At sicut justis requies promissa laborum est,
Perpetuo maneat sic bonitatis opus.

650. LEONTII.

De domo inter Zeuxippum et Circum.

Hac a parte mihi Zeuxippus, dulce lavacrum :
Cernere certantes dat latus illud equos.
Hoc ubi spectâris, et in illo laveris artus,
Respira et nostro sub lare sume dapes.
Ad stadium accedes justam sub temporis horam,
Qua vicina tibi Mors breve monstrat iter.

651. PAULI SILENTIARII.

De domo alta in Byzantio.

E tribus aspicio vicinum partibus æquor,
Meque ferit radiis undique clara dies :
Nam quia me vidit roseis aurora quadrigis,
Hæret, ad occiduas nec cupit ire plagas.

652. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠ. ΑΙΓΥΠΤ.

Εἰς οἶκον ἐπίπεδον.

Ὥρῃ ἀναψύχω θέρεος, καὶ χείματι θάλπω,
τοὐλλιπὲς ὡράων ἐξ ἐμέθεν παρέχων.

653. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς οἶκον κείμενον ἐν ὕψει ἐν Βυζαντίῳ.

« Τῆς Ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν »,
ἔννεπεν Ἀσκραῖος, δῶμα τόδε προλέγων.
Κλίμακα γὰρ ταναὴν περόων κεκαφηότι ταρσῷ,
ἱδρῶτι πλαδαρὴν ἀμφεδίηνα κόμην·
ὑψόθι δ' εἰσενόησα θαλασσαίην περιωπήν.
Ναὶ τάχα τῆς Ἀρετῆς * πιστότατον θάλαμος.

654. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠ. ΑΙΓ.

Εἰς ἀφύλακτον οἶκον.

Κερδαλέους δίζεσθε δόμους, λῃίστορες, ἄλλους·
τοῖσδε γάρ ἐστι φύλαξ ἔμπεδος ἡ πενίη.

655. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν τρίκλινον τῆς Μαγναύρας.

Ὀτραλέως τολύπευσαν τόνδε δόμον βασιλῆες,
αἰχμὴν ὀλβοδότειραν ἀπὸ σταυροῖο λαχόντες,
αὐτὸς ἄναξ Ἡρακλῆς σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῖ.

656. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐπιλεγόμενον Χαλκῆν ἐν τῷ Παλατίῳ, ὃ ἔκτισε Ἀναστάσιος βασιλεύς.

Οἶκος Ἀναστασίοιο τυραννοφόνου βασιλῆος
μοῦνος ὑπερτέλλω πανυπείροχος ἄστεσι γαίης,
θαῦμα φέρων πάντεσσιν, ἐπεὶ κοσμήτορες ἔργων
ὕψος ὁμοῦ μῆκός τε καὶ ἄπλετον εὖρος ἰδόντες,
ἀσκεπὲς ἐφράσσαντο πελώριον ἔργον ἐᾶσαι·
ἀλλὰ πολυκμήτοιο λαχὼν πρεσβήϊα τέχνης

652. JULIANI EX CONSULIBUS ÆGYPTI.

In domum in plano sitam.

Tempore refrigero æstatis, et hieme calefacio,
quod-deficit anni-temporum e me præbens.

653. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In domum sitam in culmine Byzantii.

« Ante virtutem sudorem dii posuerunt »,
edixit Ascræus, domum hancce prædicens.
Scalam enim longissimam trajiciens anhelanti talo,
sudore humidam madefeci comam;
at in vertice conspexi maritimam speculam.
Næ utique *hic* Virtutis fidissimus thalamus.

654. JULIANI EX CONSULIBUS ÆGYPTI.

In domum incustoditam.

Lucrosas quærite domos, prædatores, alias:
hisce enim est custos certissima paupertas.

655. INCERTI.

In triclinium Magnauræ.

Impigre elaborarunt hanc domum reges,
hastam divitiarum-datricem a cruce sortiti,
ipse rex Hercules cum Constantino filio.

656. ALIUD.

In domum cognomine Chalcen in palatio, quod condidit Anastasius rex.

Domus Anastasii tyrannicidæ regis
sola emineo omnino-elata inter-urbes terræ,
admirationem ferens omnibus, quum curatores operum
excelsitatem simul longitudinemque et infinitam latitudinem [conspicati,
intectum cogitarunt maximum opus sinere:
sed laboriosæ sortitus principatum artis

---

652. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.
De domo Campestri.

Callacio bruma: do frigora, cum furit æstas.
Ex me quæ restant tempora proveniunt.

653. AGATHIÆ ORATORIS.

De domo in sublimi posita Byzantii.

Sudorem ante aditum virtutis Di posuerunt,
Ascræa haud alio de lare Musa canit.
Nam mihi, per scalas alterno dum pede nitor,
Flumine sudoris permaduere comæ;
Æquoream summo speculam sed vertice vidi:
Virtuti fidus scilicet iste locus.

654. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.
De domo incustodita, joculare.

Ite, domus alias vestra ad lucra quærite, fures:
Huic pro custode est, intus habere nihil.

655. INCERTI.

De Triclinio Magnauræ.

Effecere domum non magno tempore tantam,
Sub crucis auspiciis felicia sceptra tenentes,
Cum Constantino nato pater Heraclius.

656. *De domo dicta Chalce, ab Anastasio structa, in palatio Constantinopoli.*

Regis Anastasii, sub quo cecidere tyranni,
Sum labor, una domus, sed cunctis urbibus exstans
Prodigium. Nam cum mensi, queis talia curæ,
Quam foret alta domus, quam longa ac lata pateret,
Suasissent nimiam tecto sine linquere molem,
Tam miranda operum condendi primus in arce

Αἰθέριος πάνσοφος ἐμὴν τεχνήσατο μορφήν,
ἁγνῷ ἄνακτι φέρων πρωτάγρια μόχθων.
Ἔνθεν ἀπειρεσίῳ μεγέθει περὶ πάντα τιταίνων,
Αὐσονίης νίκησα βοώμενα θαύματα γαίης.
Εἶξον ἀρειοτέροισι, χάρις Καπετωλίδος αὐλῆς,
εἰ καὶ χαλκείων ὀρόφων ἀμαρύγματα πέμπεις·
κρύψον ἀπειρεσίων μεγάρων στεινούμενον αὐλαῖς,
Πέργαμε, παμφαὲς ἄγαλμα τεόν. Ῥουφίνιον ἄλσος
οὐδὲ τανυπλεύροισιν ἀρηρότα, Κύζικε, πέτροις
Ἀδριανοῦ βασιλῆος ἀλαπαδνὸν νηὸν ἀείσεις.
Οὔ μοι Πυραμίδων ἰσὴ κρίσις, οὐδὲ Κολοσσοῦ,
οὐδὲ Φάρου· μεγάλην μοῦνος δ' ὑπερέδραμον αἴγλην.
Αὐτὸς ἐμὸς σκηπτοῦχος Ἰσαυροφόνον μετὰ νίκην
χρυσοφαῆ μ' ἐτέλεσσεν ἐδέθλιον Ἠριγενείης,
πάντῃ τετραπόρων ἀνέμων πεπετασμένον αὔραις.

Ætherius valde-sciens meam finxit formam,
sancto regi afferens primitias laborum.
Inde infinitam magnitudinem super omni extollens,
Ausoniæ vici celebrata miracula terræ.
Cedito tu melioribus, gratia Capitolinæ aulæ,
etsi æneorum tegularum splendores emittis:
abscondito immensarum ædium angustum-factum aulis,
o Pergame, nitidum ornamentum tuum. Rufinium nemus:
nec extensa-habentibus-latera compositum, Cyzice, petris
Adriani regis incipidum templum canas. [losso,
Non mihi par est cum-Pyramidibus certatio, neque Co-
nec Phare: sola magnum excessi splendorem. [riam
Ipse meus sceptri-dominus Isauros-mactantem post victo-
auro-nitentem me absolvit ædem Auroræ, [auris
undique spirantium-ex-quatuor-plagis ventorum expansam.

657. ΜΑΡΙΑΝΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς τὸ παλάτιον Σοφιανῶν.

[illegible]

657. MARIANI SCHOLASTICI.

In palatium Sophianarum.

Ubi abscissa terra utrimque pontum aperit
errans sale lavata fretum ad litora,
aurea cubitis consorti hæc palatia posuit regina
pulcherrimæ [illegible] Sophiæ.
Magnum, o Roma, [illegible] regnum tui
pulchritudinem ab Europa cernis in Asia.

658. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

[illegible]

658. PAULI SILENTIARII.

In magno [illegible]

[illegible] Justinus [illegible] purgans,
etiam maxima Justitiæ erexit-splendide templa:
[illegible] autem laboribus. [illegible]
[illegible] ædibus [illegible]

659. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

[illegible]

659. THEÆTETI SCHOLASTICI.

In urbem.

Quam [illegible] nitidiores enim
[illegible] Justitiæ.

[illegible]

657. [illegible]

[illegible]

658. [illegible]

[illegible]

Λάμπω ἐγὼ διὰ παιδὸς, ὁ παῖς δι' ἐμεῖο φαείνει·
κύδεα δ' ἀλλήλοις ἀντιχαριζόμεθα.

Niteo ego per puerum, puer autem per me splendet;
ac decora invicem-nobis mutua-gratificamur.

660. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὴν βασιλικὴν τῶν παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ.

Χῶρος ἐγὼ θεσμοῖσιν ἀνειμένος· ἐνθάδε πηγὴ
ἄφθονος Αὐσονίων ἐκχέχυται νομίμων,
ἣ πᾶσιν τέταται μὲν ἀείναος, ἠϊθέοις δὲ
ἐνθάδ' ἀγειρομένοις πάντα δίδωσι ῥόον.

660. INCERTI.

In basilicam scholarum Byzantii.

Locus ego *sum* legum scientiæ traditus; hic fons
abundans Ausoniarum effunditur legum,
qui cunctis quidem patet perennis, juvenibus vero
hic congregatis omne dat fluentum.

661. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠΟ ΥΠ. ΑΙΓΥΠΤ.

Εἰς βῆμα τοῦ σοφιστοῦ Κρατεροῦ.

Δένδρον ἐγὼ μακαριστὸν, ἐπεὶ ποτὲ μεσσόθεν ὕλης
ἱστάμενον λιγυροῖς ἐτρεφόμην ἀνέμοις,
ὀρνίθων ἐπίβαθρον εὔθροον· ἀλλὰ σιδήρῳ
ἐτμήγην, κλήρῳ κρείσσονος εὐτυχίης·
ἀντὶ γὰρ ὀρνίθων, Κρατεροῦ κρατεροῖς ὑπὸ μύθοις
ἄρδομαι, εὐμούσοις χεύμασι τηλεθάον.

661. JULIANI EX CONSULIBUS ÆGYPTI.

In cathedram sophistæ Crateri.

Arbor ego felicissima, quoniam olim in-media silva
stans argutis nutriebar ventis,
avium sedile canorum; sed ferro
cæsa-sum, sorte melioris felicitatis;
loco enim avium, Crateri validis sub sermonibus
irrigor, musicis fluentis florens.

662. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Χῶρος ἐγὼ τὸ πρὶν μὲν ἔην στυγερωπὸς ἰδέσθαι,
πηλοδόμοις τοίχοις ἀμφιμεριζόμενος.
Ἐνθάδε δὲ ξείνων τε καὶ ἐνδαπίων καὶ ἀγροίκων
νηδὺς ἐπεγδούπει λύματα χευομένη.
Ἀλλὰ πατήρ με πόληος ἐναλλάξας Ἀγαθίας
θῆκεν ἀρίζηλον τὸν πρὶν ἀτιμότατον.

662. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Locus ego prius quidem eram tetricus visu,
luto-structis muris undequaque-divisus.
Hic autem advenarumque et indigenarum et agrestium
venter perstrepebat purgamenta fundens.
Sed pater me urbis commutans Agathias
fecit invidendum-valde, qui prius omnino-despiciebar

663. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς κῆπον παράλιον.

Πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἕδρανα· πλωτὰ δὲ χέρσου
νῶτα θαλασσαίοις ἄλσεσι τηλεθάει.
Ὡς σοφὸς ὅστις ἔμιξε βυθὸν χθονὶ, φύκια κήποις,
Νηϊάδων προχοαῖς χεύματα Νηρεΐδων!

663. PAULI SILENTIARII.

In hortum littoralem.

Pontus subtus-alluit terræ sedes; navigabilia autem aridæ
dorsa maritimis saltibus virent.
Quam sapiens quicumque miscuit gurgitem terræ, ulvas [hortis,
Naïadum laticibus fluenta Nereidum!

Natus laude mea micat, atque ego munere nati
Glorior : alterius sic sumus alter honos.

660. INCERTI.

De Basilica Scholæ juris Byzantii.

Hæc sacra Justitiæ sedes : hoc scita parentum
Et Latiæ leges ubere fonte fluunt.
Omnibus ille quidem manat : sed corda juventæ,
Quæ coit huc, pleni fluminis unda rigat.

661. JULIANI ÆGYPTII,

ex genere præfectorum Augustalium.

De suggesto rhetoris Crateri.

Felix arbor ego in mediis quæ saltibus olim
Edita ventorum flamine pasta fui,
Sedes alitibus resonans : sed secta securi
Ad fata inveni nobiliora viam.
Pro volucrum cantu Crateri me fortia mulcent
Eloquia, et dulci flumine Musa rigat.

662. AGATHIÆ ORATORIS,

Smyrnæ.

Tristis eram quondam locus, informisque videri,
Deque luto paries undique factus erat :
Hospes ubi pauper civisque, et rustica turba
Cum strepitu ventris dejiciebat onus.
Sed pater Agathias urbis, quo fœdius ante
Nil fuit, id pulchrum fecit ad invidiam.

663. PAULI SILENTIARII.

De horto maritimo.

Tellurem vada salsa lavant, dorsoque madente
Æquoreas silvas pervia portat humus.
Algas graminibus, terris ars miscuit æquor,
Nereïdumque undis pocula Naïadum.

664. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος,
Νύμφαι Νηϊάδες, Νηρεΐς, Ἁδρυάδες·
ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη Χάρις, οὐ δὲ δικάζειν
οἶδεν, ἐπεὶ ξυνὴν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

664. EJUSDEM.

In idem.

Hic certant, cujus magis sit locus,
Nymphæ Naïades, Nereis, Hamadryades;
his autem jus-dicit media Charis, nec judicare
novit, quum communem oblectationem locus habeat.

665. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἶξον ἐμοὶ Δάφνης ἱερὸν κλέτας, ἔκτοθι πόντου
κείμενον, ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνης.
Ἐνθάδε γὰρ Νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ
Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην·
ἀμφ' ἐμὲ γὰρ μάρναντο· δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
καί με παρ' ἀμφοτέραις μέσσον ἔθηκεν ὅρον.

665. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In idem.

Cede mihi Daphnes sacer collis, extra pontum
situs, agrestis decus solitudinis.
Hic enim Nymphæ arborum et quæ in ponto
Nereïdes communem instituerunt conventum.
Circa me enim certarunt : judicavit autem Neptunus,
et me juxta utrasque medium fecit terminum.

666. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς κῆπον Ἔρωτα προσαγορευόμενον.

Οὐ μέγας οὐδ' ὁ Ἔρως, ἀλλ' εὔχαρις· ὡς καὶ ἐγώ τοι
οὐ μέγας ἐν κήποις, ἀλλὰ γέμω χαρίτων.

666. INCERTI.

In hortum Amorem appellatum.

Non magnus nec Amor *est*, sed venustus : sic et ego
non magnus inter hortos, verum plenus-sum gratiis.

667. ΑΡΑΒΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς προάστειον.

Ὕδασι καὶ κήποισι καὶ ἄλσεσι καὶ Διονύσῳ
καὶ πόντου πλήθω γείτονος εὐφροσύνῃ.
Τερπνὰ δέ μοι γαίης τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἄλλοθεν ἄλλος
καὶ γριπεὺς ὀρέγει δῶρα καὶ ἀγρονόμος.
Τοὺς δ' ἐν ἐμοὶ μίμνοντας ἢ ὀρνίθων τις ἀείδων,
ἢ γλυκὺ πορθμήων φθέγμα παρηγορέει.

667. ARABII SCHOLASTICI.

In suburbanum.

Aquis, et hortis, et lucis, et Baccho;
et ponti abundo vicini benevolentia.
Jucunda autem mihi e terraque et mari aliunde alius
et piscator porrigit dona et agricola.
Et eos-qui in me manent aut avium aliqua canens,
aut dulcis navitarum loquela mulcet.

668. ΜΑΡΙΑΝΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς προάστειον ὀνομαζόμενον Ἔρωτα ἐν Ἀμασείᾳ.

Ἦ καλὸν ἄλσος Ἔρωτος, ὅπου καλὰ δένδρεα ταῦτα
πρηῢς ἐπιπνείων ἀμφιδονεῖ Ζέφυρος·
ἧχι καὶ ἑρσήεις ἀμαρύσσεται ἄνθεσι λειμὼν,
πουλὺν ἰοστεφάνων κόσμον ἀνεὶς καλύκων·

668. MARIANI SCHOLASTICI.

In suburbium, quod vocatur Amor, Amasiæ.

Sane pulchrum nemus Amoris, ubi pulchras arbores hasce
lenis adspirans circumagitat Zephyrus;
ubi et rorulentum scintillat floribus pratum,
multum violis-coronatarum ornamen pandens rosarum;

---

664. EJUSDEM.

De eodem.

Cui locus hic cedat, magno molimine certant
Naïades, Nerei cœtus, Hamadryades.
Gratia lecta fuit judex, decidere litem
Sed nequit. Hinc sedes omnibus æqua manet.

665. AGATHIÆ ORATORIS.

De eodem.

Cede mihi Daphnes sacrum nemus, æquore longe
Deserti facies luxuriosa loci :
Hac sibi nam celebrant communi gaudia sede
Formosi Dryadum Naïadumque chori.
De me lis fuerat : medium sententia jussit
Neptuni hunc geminis partibus esse locum.

666. INCERTI.

De horto qui dictus Amor.

Non magnus sed dulcis Amor quoque. Sic et in hortis :
Sim licet haud magnus, gratia magna mea est.

667. ARABII ORATORIS.

In suburbium.

Me nemus exhilarat, fontesque et Bacchus et horti,
Et de vicino quæ venit aura mari.
Et mihi certatim de terra deque profundo
Piscator mittunt munus, et agricola.
Hic requiescentes oblectat carmine lætus
Portitor, aut tremulum quæ modulantur aves.

668. MARIANI ORATORIS.

De suburbano alio Amaseæ, cui nomen Cupido.

Dulce Cupidineum nemus hoc, ubi molle susurrans
Arboreas Zephyri commovet aura comas :
Purpurei flores ubi roscida prata coronant,
Et violas inter se rosa tollit humo.

καὶ γλυκερῆς τρίστοιχος ἐπεμβαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
 μαστὸς ἀναθλίβει χεύματα Ναϊάδος·
ὁππόθι δενδρήεντα γέρων παρανήχεται Ἶρις
 χῶρον, Ἁμαδρυάδων ἔνδιον ἁβροκόμων,
καὶ λιπαρῆς εὔβοτρυν ἀν' ὀργάδα καρπὸς ἐλαίης
 θάλλει ἐρισταφύλων πάντοσε θειλοπέδων·
αἱ δὲ πέριξ λαλαγεῦσιν ἀηδόνες· ὃς δὲ μελίζει
 ἀντῳδὸν τέττιξ φθέγματος ἁρμονίαν.
Ἀλλὰ τὸν ἀκλήϊστον ὅπως, ξένε, μή με παρέλθῃς
 τόνδε δόμον, λιτῆς δ' ἀντίασον ξενίης.

et dulcis triplici-ordine gradatim alia super aliam
 mamilla exprimit fluenta Naïadis;
ubi arboribus-consitum senex præter-natat Iris
 locum, Hamadryadum sedem molliter-comatarum;
et pinguis bonas-uvas-habens per vinetum fructus oleæ
 viret undique valde-racemosarum in-aprico-vinearum ·
circùm autem canunt lusciniæ; ab altera-parte modulatur
 resonam cicada vocis harmoniam.
At non-occlusam noli, o advena, me præterire
 hanc domum, sed modica fruere hospitalitate.

669. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δεῦρ' ἴθι, βαιὸν, ὁδῖτα, πεσὼν ὑπὸ δάσκιον ἄλσος,
 ἄμπαυσον καμάτου γυῖα πολυπλανέος,
χλωρὸν ὅπου πλατάνων αὐτόῤῥυτον ἐς μέσον ὕδωρ
 καλὰ πολυκρούνων ἐκπρορέει στομάτων·
ὁππόθι πορφυρέης ὑπὲρ αὔλακος εἴαρι θάλλει
 ὑγρὸν ἴον ῥοδέῃ χιρνάμενον κάλυκι.
Ἠνίδε πῶς δροσεροῖο πέδον λειμῶνος ἐρέψας
 ἔκχυτον εὐχαίτης κισσὸς ἔπλεξε κόμην.
Ἐνθάδε καὶ ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην,
 πέζαν ὑποξύων αὐτοφύτοιο νάπης.
Οὗτος Ἔρως· τί γὰρ ἄλλο καὶ ἔπρεπεν οὔνομα χώρῳ,
 πάντοθεν ἱμερτῶν πληθομένῳ Χαρίτων;

669. EJUSDEM.

In idem.

Huc veni, modicum, o viator, decumbens sub umbrosum
 refice a-labore membra ex-multa-vagatione, [nemus,
viridis ubi platanos sponte-fluens in medias aqua
 pulchre multos-habentibus-tubulos profluit-ex ostiis;
ubi purpurea super gleba vere viret
 lenta viola roseo mixta calyci.
Adspice ut roscidi solum prati contegens
 profusam bene-crinita hedera implicuerit comam.
Hic et fluvius comatam prætergreditur ripam,
 radicem subradens per-se-plantati clivi.
Hic *est* Amor : quid enim aliud et deceret nomen hunc
 undique amabilibus refertum Gratiis? [locum.

670. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐν Σμύρνῃ εἰς μῶλον τῇ θαλάττῃ ἐπικείμενον, ἐν ᾧ ἐστι καὶ ὑδρεῖον.

α. Τίς βυθὸν ἠπείρωσε; τίς ἐν ῥοθίοισιν ἔτευξεν
 ἀκτὴν ἀμφιρύτην λάεσι μαρμαρέοις;
τίς δ' ἐνὶ κύμασι τεῦξε ποτὸν πλωτῆρας ἀφύσσειν,
 αὐτῶν ἐκ νηῶν χερσὶν ἀρυομένους;
β. Οὗτος ὁ ποικιλόμητις ἀνὴρ Βενέτιος ἀμύμων,
 κτίσμασι νικήσας Θησέα καὶ Πέλοπα.

670. ANONYMI.

In aggerem Smyrnæ mari impositum, in quo est et cisterna.

a. Quis gurgitem solidum-fecit? quis in fluctibus-strepen-
 oram circumfluam lapidibus marmoreis? [tibus effecit
quis autem in undis-marinis fecit potum nautas sumere,
 ipsis e navi manibus haurientes?
b. Hic ingeniosus vir Venetius egregius,
 ædificiis qui-vicit Theseum et Pelopem.

Et tumidæ terno surgentes ordine mammæ
 Erumpunt purum Naïdos in laticem :
Camporum per aprica senex ubi labitur Iris,
 Et cingi Dryadum gaudet utrimque choris;
Atque inter Bromii gestantes dona racemos
 Plurima pallentes fundit oliva comas :
Flexibus at circum variis modulatur aedon,
 Atque alio contra more cicada canit.
Hæc tibi tecta patent : noli transire, viator,
 Non quæsita nimis prandia siquis amas.

669. EJUSDEM.

De eodem.

Hac qui carpis iter, nemoris projectus in umbra,
 Membra viæ multo fessa labore leva :
Uder ubi platanos molles se fundit in herbas
 Frigidus e multo qui salit ore liquor.
Vernaque purpureo producens germina sulco,
 Hinc violis tellus pingitur, inde rosis :
Prata vides molli descendere roscida clivo,
 Flexilibusque hederam quærere fulcra comis.
Labitur inclusus ripis viridantibus amnis,
 Nativumque nemus limpida radit aqua.
En Amor : haud alio debebat nomine dici
 Gratia quem tantis dotibus ornat, ager.

670. INCERTI.

De mole ad Smyrnam mari injecta, in qua est aquatio.

Quis solidum statuit mare? quis de marmore fecit
 Pulsatum vitreo littus utrimque salo?
Quis dedit ut salsis dulces in fluctibus undas
 Hauriret manibus de rate nauta sua?
Maximus ingenii Veneto vir nomine dictus,
 Laude operum Theseus quo minor atque Pelops.

671. ΑΛΛΟ

Εἰς φάρον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει.

α. Τίς τόσον ἔργον ἔτευξε; τίς ἡ πόλις; ἢ τὸ γέρας τί;
β. Ἀμβρόσιος Μυλασεὺς τὸν φάρον ἀνθύπατος.

672. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν.

Εἰ τραφερῆς πάσης ἁλιτέρμονα κύκλον ὁδεύσῃς,
οὔ ποτέ μοι τινὰ χῶρον ἀρείονα τοῦδε νοήσεις,
θέσκελον οἷον ἔτευξεν ἀγακλυτὸς Ἰωάννης,
κυδαίνων βασίλειαν ὅλης χθονός· ἐκ ῥοθίων γὰρ
τερπωλὴν ἀκόρητον ἐν ἄστεϊ θῆκεν Ὁμήρου.

673. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν, εἰς τόπον τινά.

Ἱππολύτῃ καὶ τοῦτ' Ἀσκληπιὸς ὤπασεν ἔργον.

674. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν φάρον Ἀλεξανδρείας.

Πύργος ἐγὼ ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
εἰμί, Ποσειδάωνος ἀπενθέα πυρσὸν ἀνάπτων,
καί με πεσεῖν μέλλοντα βαρυγδούποισιν ἀήταις
στῆσεν ἑοῖς καμάτοις Ἀμμώνιος, ὃς βασιλῆος
ἐστὶ πατήρ· κείνῳ δὲ μετ' ἄγρια κύματα ναῦται
χεῖρας ἀερτάζουσιν, ἅτε κλυτῷ Ἐννοσιγαίῳ.

675. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν φάρον ἐν Σμύρνῃ.

Μηκέτι δειμαίνοντες ἀφεγγέα νυκτὸς ὁμίχλην,
εἰς ἐμὲ θαρσαλέως πλώετε, ποντοπόροι.
Πᾶσιν ἀλωομένοις τηλαυγέα δαλὸν ἀνάπτω,
τῶν Ἀσκληπιαδῶν μνημοσύνην καμάτων.

676. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς πηγὴν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ ὄρει.

Ταῖς Προύσης Νύμφαις ὑποείκομεν· ἀλλὰ καὶ αὐταὶ
κρέσσονες ἡμείων χαίρετε Πυθιάδες·

671. ALIUD.

In pharum ejusdem urbis.

a. Quis tantum opus fecit? quæ civitas, aut qui honos?
b. Ambrosius Mylasensis pharum proconsul

672. INCERTI.

In eandem urbem.

Si solidæ totius mari-terminatum orbem peragraris,
nunquam mihi ullum locum meliorem hocce videbis,
divinum qualem effecit valde-inclytus Joannes,
honore-afficiens regiam totius terræ: e fluctibus enim
oblectamen satietatis-nescium in urbe fecit Homeri.

673. INCERTI.

In eandem urbem, in locum aliquem.

Hippolyta et hoc Asclepius præstitit opus.

674. ANONYMI.

In pharum Alexandriæ.

Turris ego nautis errantibus opitulans
sum, Neptuni expertem-luctus facem accendens,
et me jamjam casuram per valde-strepentes ventos
stabilivit suis laboribus Ammonius, qui regis
est pater (*Patricius*): illi autem post sævos fluctus nautæ
manus attollunt-supinas, sicut inclyto Neptuno.

675. ALIUD.

In pharum Smyrnæ.

Non jam timentes obscuram noctis caliginem,
me versus audacter navigate, qui-pontum-peragratis.
Omnibus errantibus late-fulgentem facem accendo,
Asclepiadarum memoriam laborum.

676. ANONYMI.

In fontem in Olympo monte.

Prusæ Nymphis cedimus, sed et ipsæ
meliores nobis salvete, Pythiades;

---

671. *De Pharo in eâdem urbe.*

Quis Pharon hanc fecit, cujas, quo clarus honore?
Proconsul Mulasis editus Ambrosius.

672. INCERTI.

De Soteriis Smyrnæ.

Si, quam lata patet, telluris obiveris orbem,
Non tibi se ostendet locus ullus amœnior isto,
Clarus Joannes quo donat totius urbem
Regnatricem Asiæ. Namque is de fluctibus ipsis
Delicias reperit, patriam quibus ornat Homeri.

674. INCERTI.

De Pharo Alexandriæ.

Auxilium turris pelago palantibus adsto,
Nocturnasque faces Neptunia lumina tollo;
Quam, prope cum ruerem ventis agitata, refecit
Principis ille parens Ammonius; illius ingens
Sum labor: attollunt reduces de fluctibus illi,
Ut Jovis æquoreo fratri, sua brachia nautæ.

675. *De Pharo Smyrnæ.*

Ne tenebras noctis posthac horrescite nautæ:
In me securum tendite puppis iter.
Namque ego Phœbigenæ monumentum illustre nepotum
Claram jactatis per mare tollo facem.

676. INCERTI.

De fonte.

Non nos Prusæis volumus contendere Nymphis,
Nec pudor est vobis cedere, Pythiades.

αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι μετὰ Πύθια καὶ μετὰ Προῦσαν
  ἡμετέραις Νύμφαις εἴξατε Νηϊάδες.

ceteræ vero omnes post Pythia et post Prusam
  nostris Nymphis cedite, Naïades.

677. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εἰς οἶκον ἐν Βυζαντίῳ.

Τεῦξέ με πολλὰ καμὼν Μουσώνιος οἶκον ἀγητὸν
  τηλίκον, ἀρκτῴοις ἄσθμασι βαλλόμενον.
Ἔμπης οὐκ ἀπέειπεν ἀφεγγέα δώματα Μοίρης,
  ἀλλά με καλλείψας ἐν χθονὶ ναιετάει.
Καί ῥ' ὁ μὲν εἰς ὀλίγην κεῖται κόνιν· ἡ δὲ περισσὴ
  τέρψις ἐπὶ ξείνοις ἀνδράσιν ἐκκέχυμαι.

677. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In domum Byzantii.

Fecit me multo cum-labore Musonius domum admirabilem
  tantam, borealibus ventis verberatam.
Tamen non recusavit obscuras domos Parcæ,
  sed me postquam-deseruit, in terra habitat.
Atque ille quidem in modicum abiit pulverem, ego vero [magnum
  oblectamentum hospitibus viris late-pateo.

678. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐν κώμῃ τῆς Σμύρνης.

Οἷον ἔτλης καὶ τοῦτον, Ἀγακλείδη, μέγαν ἆθλον,
  θυμῷ τολμηστῇ κῦδος ἄριστον ἑλών·
νύμφης ἀρχαίης Βάσσης πολυκαγκέα χώρην
  ὕδασι καὶ λουτροῖς θῆκας ἀφνειοτέρην.

678. ANONYMI.

In vico Smyrnæ.

Qualem sustinuisti et hunc, o Agaclide, magnum laborem,
  animo audaci decus optimum reportans!
Nymphæ antiquæ Bassæ aridissimam regionem
  aquis et lavacris effecisti opulentiorem.

679. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πᾶσα μὲν Ἀξιόχῳ πόλις εὔχεται· ἄλλο γὰρ ἄλλης
  πῆμα παραστείχων, ὡς θεὸς, ἠκέσατο·
ἔξοχα δὲ κραναῇ ῥόον ὕδατος ὤπασεν Ἄσσῳ,
  πολλῶν πετράων σκληρὰ μέτωπα τεμών.
Μηκέτι φεύγετε πάντες ἀποπρὸ θέοντες, ὁδῖται·
  πλημμύρω ψυχροῖς ὕδασιν Ἀξιόχου.

679. ANONYMI.

Omnis quidem Axiocho urbs vota-nuncupat: aliud enim [alius
  malum prætcriens, ut deus, sanavit;
inprimis autem asperæ fluentum aquæ ministravit Asso,
  multarum petrarum duras frontes secans.
Non jam fugite cuncti in-longinqua currentes, viatores:
  scateo frigidis aquis Axiochi.

680. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς παραθαλάσσιον κῆπον, ἐν ᾧ ἦν καὶ λουτρὸν, ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Τὰς τρεῖς μοι Χάριτας λεύσσεις, ξένε· Ποντομέδων γὰρ
  γείτονος ἐκ πόντου τὴν μίαν εἰργάσατο·
τὴν δ' ἑτέρην ἐτέλεσσε φυτῶν εὔκαρπος ἀλωή·
  τὴν δ' ὑπολειπομένην τοῦτο τὸ λουτρὸν ἔχει.

680. ANONYMI.

In mari proximum hortum, ubi erat et lavacrum, Antiochiæ.

Ternas apud-me Gratias vides, advena: Neptunus enim
  vicino e ponto unam confecit;
alteram autem absolvit plantarum fertilis area;
  et reliquam hoc lavacrum habet.

681. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς κόγχην ἔχουσαν Ἀφροδίτην·

Ἆ μέγα σοι, Διόνυσε, χαρίζομαι· εἰς ἐμὲ Κύπρις
  λούεται· ἐξ αὐτῆς σοὶ τὰ κύπελλα φέρω.

681. LEONTII SCHOLASTICI.

In concham quæ habet Venerem.

Proh! maxime tibi, o Bacche, gratum-facio: in me Cypria
  lavatur; ex ea tibi pocula fero.

At quæ post Prusam, post Pythia, Naïdes estis,
  Tertius est noster, ne dubitate, locus.

677. AGATHIÆ ORATORIS.

De domo sua.

Multo me studio Musonius extulit alte
  Ad Boreæ positam frigida flabra domum.
Non tamen effugit nigrantia limina Ditis,
  Terram habitat tantum qui fabricavit opus.
Nunc nihil ille nisi parvus cinis: ipsa supersum
  Nempe, sed externis gaudia porto viris.

679. INCERTI.

De Asso.

Nulla urbs Axiocho se non debere fatetur,
  Multa levat multis dum mala, more Dei.
Eximium est siccæ lymphas quod præstitit Asso,
  Dum rigida in celso vertice saxa secat.
Ne fugias, qui carpis iter, mea mœnia posthac;
  Nam scateo gelidis roribus Axiochi.

680. INCERTI.

De horto maritimo, in quo et lavacrum, Antiochiæ.

Hospes, terna mihi se Gratia dedicat: unam
  Neptunus pelago propter eunte dedit;
Provenit ex ramos onerantibus altera pomis;
  Tertia mundantes corpora servat aquas.

682. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν τετράπλευρον κίονα ἐν Ἱπποδρόμῳ.

Κίονα τετράπλευρον, ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος,
μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεὺς
τολμήσας, Πρόκλῳ ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔστη
κίων ἠελίοις ἐν τριακονταδύο.

682. ANONYMI.

In quadrilateram columnam in hippodromo.

Columnam quadrilateram, usque terræ insidens onus,
solus erigere Theodosius rex
ausus, Proclo curam-mandavit, et tanta erecta-est
columna soles (*dies*) intra duos-et-triginta.

683. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀλφειὸς ἄῤῥεν ὕδωρ, Ἀρεθούσιόν ἐστι τὸ θῆλυ·
καὶ γάμον εὗρεν Ἔρως, κιρναμένων ὑδάτων.

683. INCERTI.

Alpheus mascula aqua, Arethusia est feminina;
et nuptias invenit Amor, commixtis aquis.

684. ΑΔΗΛΟΝ,

Εἰς τὴν ἐν Τάφῳ τῇ νήσῳ κρήνην.

Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Τηθύος εἰμὶ Νύχεια
κρήνη· Τηλεβόαι γάρ με τόδ' ὠνόμασαν·
Νύμφαις μὲν προχέω λουτρὸν, θνητοῖσι δ' ὑγείην·
θῆκε δέ με Πτερέλας υἱὸς Ἐνυαλίου.

684. INCERTI.

In fontem apud insulam Taphum.

Oceani filia et Tethyos sum Nychea
fons : Teleboæ enim me ita nominarunt;
Nymphis quidem profundo lavacrum, sed mortalibus sanitatem :
posuit autem me Pterelas filius Enyalii.

685. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Καμάριναν τὴν ἐν Σικελίᾳ λίμνην.

Μὴ κίνει Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων,
μή ποτε κινήσας τὴν μείονα μείζονα θείης.

685. INCERTI.

In Camarinam Siciliæ lacum.

Ne moveas Camarinam, immota enim melior;
ne-unquam, quum-movisti, minorem majorem facias

686. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὴν πύλην τὴν ἀνατολικὴν τῆς Θεσσαλονίκης.

Ἠνορέης ὀλετῆρα ὑπερφιάλου Βαβυλῶνος
καὶ σέλας ἀκτεάνοιο δίκης Βασίλειον ὕπαρχον,
ξεῖνε, νόῳ σκίρτησον, ἰδὼν ἐφύπερθε πυλάων.
Εὐνομίης ποτὶ χῶρον ἀριστογένεθλον ὁδεύεις,
βάρβαρον οὐ τρομέεις, οὐχ ἄῤῥενας ἀῤῥενοκοίτας.
Ὅπλα Λάκων, σὺ δὲ τεῖχος ἔχεις βασίλειον ἄγαλμα.

686. ANONYMI.

In porta orientali Thessalonicæ.

Potentiæ destructorem superbæ Babylonis,
et splendorem in-pauperes justitiæ Basilium præfectum
videns, hospes, mente exsulta, *positum* supra portas.
Bonarum-legum ad locum optimæ-sobolis-feracem pergis,
barbarum non times, non mares maribus-concumbentes.
Arma Laco, tu vero murum habes regium ornamen.

687. ΑΔΗΛΟΝ.

Μορφὰς ὁ γράψας, ἤθελον καὶ τοὺς τρόπους·
ἀνεσείρασε δέ μου τὴν ὄρεξιν ἡ τέχνη.
Κάλει δέ μ' Ἀλέξανδρον [τὸν] εὔλαλον, φίλος.

687. INCERTI.

Formas qui pinxi, volebam et mores :
impedivit autem meam cupiditatem ars.
Voca autem me Alexandrum eloquentem, o amice.

---

682. INCERTI.

De columna quadrangula in Circo.

Strata jacebat humi pridem quadra forma columnæ :
Theudosii jussu principis, arte Procli,
(Quippe nefas aliis) moles surrexit in altum
Intra tres decies tanta duosque dies.

683. INCERTI.

Mas liquor Alphei est, Arethusæ femina lympha :
His ex permixtis pocula fecit Amor.

684. INCERTI.

De fonte, qui in Tapho insula.

Tethyos Oceanique patris sum nata Nychea,
Telebois isto nomine quippe vocor.
Hoc defessa loco tandem vestigia fige;
Degere ubi possis, ecce parata domus.
Si me quis fieri curârit scire laboras,
Antistes Phariis gentibus, Eulogius.

788. INCERTI.

Inclyta commendas si quem Fortuna, beatos
Sentiet in multa currere luce dies.
Quippe favens cœptis aspirat gloria, dextra
Tractari pateris cum tua colla manu.
Talibus et magni cupiunt se jungere reges,
Et quibus est populos pascere sorte datum,
* * * * * * *

790. ANTIPATRI.

Virginis in terras thalamum descendere fecit
Ecquis? in ætheriis nam fuit ante locis :
Quem nunc Androcli tenet urbs, caput illud Ionum,
Clara Ephesus, bellis ingeniisque potens.
An Tityi domitrix, ut cui sua carior altrix
Quam polus, huc sedes transtulit ipsa suas?

791. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Μητρὶ περιστεφέος σηκοῦ, Κυθέρεια, θαλάσσῃ
χρηπῖδας βυθίας οἴδματι πῆξα μέσῳ·
χαίρει δ' ἀμφὶ σὲ πόντος, ἐπὶ ζεφύροιο πνοῇσιν
ἁβρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου γελάσας..
Εἵνεκα δ' εὐσεβίης, νηοῦ θ' ὃν ἐγείρατο σεῖο
Πόστουμος, αὐχήσῃ μέζον, Ἀφροῖ, σὺ Πάφου.

792. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Νικίεω πόνος οὗτος· ἀειζώουσα Νεκυία
ἤσκημαι πάσης ἠρίον ἡλικίης·
δώματα δ' Αἰδωνῆος ἐρευνήσαντος Ὁμήρου
γέγραμμαι κείνου πρῶτον ἀπ' ἀρχετύπου.

793. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΠ. ΥΠ. ΑΙΓΥΠΤ.

Εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.

Πόρτιν τήνδε Μύρωνος ἰδών, τάχα τοῦτο βοήσεις·
« Ἡ φύσις ἄπνοός ἐστιν, ἢ ἔμπνοος ἔπλετο τέχνη. »

794. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Βουκόλε, πῇ προθέειν με βιάζεαι; ἴσχεο νύσσων·
οὐ γάρ μοι τέχνη καὶ τόδ' ὄπασσεν ἔχειν.

795. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ χαλκὸν ζώωσε Μύρων σοφὸς, ἢ τάχα πόρτιν
χάλκωσε ζωὰν ἐξ ἀγέλας ἐρύσας.

796. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πλάστα Μύρων, σέο πόρτιν ὁδοιπόρος ἦλθεν ἐλάσσων·
χαλκοῦ δὲ ψαύσας, φὼρ κενὸς ἐξεφάνη.

797. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰσορόων με λέων χαίνει στόμα, χερσὶ δ' ἀείρει
γειοπόνος ζεύγλην, ἀγρονόμος κορύνην.

791. APOLLONIDÆ.

Matre *tua* cinctæ ædis, o Cytherea, mari
fundamenta profunda in-fluctu fixi medio;
lætatur autem circum te pontus, sub Zephyri flatibus
molliter super dorso cæruleo ridens.
Causa autem pietatis, sacellique quod erexit tui
Postumus, gloriaberis tu magis, Venus, quam Papho.

792. ANTIPATRI.

Niciæ labor hicce. Usque-vivens Necyia
ornata-sum omnis sepulcrum ætatis.
Domos autem Plutonis perscrutato Homero,
descripta-sum illius primo ex archetypo.

793. JULIANI EX PRÆFECTIS ÆGYPTI

In vaccam Myronis.

Vaccam hanc Myronis conspicatus, forte hoc exclamabis:
« Vel natura inanimis est, vel animata erat Ars. »

794. EJUSDEM.

In idem.

Bubulce, qua procurrere me cogis? abstine pungens:
non enim mihi ars etiam hoc præstitit habendum.

795. EJUSDEM.

In idem.

Aut æs vita-donavit Myron peritus, aut forte juvencam
æneam-fecit, vivam ex armento ubi-traxerat.

796. EJUSDEM.

In idem.

O fictor Myron, tuam vitulam viator venit abacturus;
æs autem ut-tetigit, fur vanus apparuit.

797. EJUSDEM.

In idem.

Intuens me leo aperit rictum, manibus tollit
agricola jugum, pastor pedum.

---

793. JULIANI,

ex genere Præfectorum Augustalium.

De vacca Myronis.

Aspiciens vaccam, clamabis, credo, Myronis:
Aut est exanimis natura, aut ars animata.

794. EJUSDEM.

De eadem.

Pastor quid cogis me currere? pungere cessa:
Non etiam nobis illud ab arte datum est.

795. EJUSDEM.

De eadem.

Fudit in ære Myron vitam vel vertit in æs, quam
E stabulis vivam duxerat ipse bovem.

796. EJUSDEM.

De eadem.

Vaccam, quam finxti Myro plasta, viator agebat:
Furti se falsum sensit, ut æs reperit.

797. EJUSDEM.

De eadem.

Me cum spectat, hiat torva leo fauce, pedumque
Pastores tollunt, agricolæque jugum.

798. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τλῆθι, Μύρων· τέχνη σε βιάζεται· ἄπνοον ἔργον.
Ἐκ φύσεως τέχνη· οὐ γὰρ φύσιν εὕρετο τέχνη.

799. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐν τῷ πορφυρῷ κίονι τῷ ὄντι εἰς τὸ Φιλαδέλφιον.

Εὔνους μὲν βασιλεῖ Μουσήλιος· ἔργα βοῶσιν
δημόσια· σθεναρὴν πράγματα πίστιν ἔχει.
Μουσεῖον Ῥώμῃ δ' ἐχαρίσσατο, καὶ βασιλῆος
εἰκόνα θεσπεσίης ἐντὸς ἔγραψε δόμων,
τιμὴν μουσοπόλοις, πόλεως χάριν, ἐλπίδα κούρων,
ὅπλα δὲ τῆς ἀρετῆς, χρήματα τοῖς ἀγαθοῖς.

800. ΑΛΛΟ.

Ἐν τῷ αὐτῷ.

Ταῦτα λόγοις ἀνέθηκεν ἑκὼν Μουσήλιος ἔργα,
πιστεύων καθαρῶς ὡς θεός ἐστι λόγος.

801. ΑΛΛΟ.

Ἐν τῷ αὐτῷ.

Μουσείου τὰ μὲν αὐτὸς ἐτεύξατο, πολλὰ δὲ σώσας
ἑστῶτα σφαλερῶς, ἵδρυσεν ἀσφαλέως.

802. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Μαρκιανοῦ βασιλέως.

Μορφὴν τήνδ' ὁράᾳς ζωῷ ἐναλίγκιον ἵππῳ,
Μαρκιανὸν φορέοντι, βροτῶν βασιλῆα γενέθλης·
δεξιτερὴν δ' ἐτάνυσσε, θέοντα δὲ πῶλον ἐπείγει
δυσμενέος καθύπερθεν, ὅτις κεφαλῇ μιν ἀείρει.

803. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Σοφίας Αὐγούστης ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ Ζευξίππου.

Αὐσονίων δέσποιναν Ἰουλιανὸς πολιοῦχος
ὡς σοφίης μεστὴν ἄνθετο τὴν Σοφίην.

804. ΑΛΛΟ.

Εἰς στήλην Ἰουστίνου βασιλέως.

Ἰουστῖνον κατὰ χρέος τὸν δεσπότην

798. EJUSDEM.

In idem.

Sustine, Myron; ars tibi vim-infert : inanimum *est* opus
Ex natura *est* ars : non enim naturam invenit ars.

799. INCERTI.

In porphyretica columna posita in Philadelphio.

Benevolus quidem regi Muselius : opera clamant
publica; robustam res fidem habent.
Museum autem Romæ gratificatus-est, et regis
imaginem eximiam intra pinxit sedes,
honorem Musarum-famulis, urbis gratiam, spem adoles-[centium,
armaque virtutis, divitias bonis.

800. ALIUD.

In eodem.

Hæc verbis erexit libens Muselius opera,
credens pure Deum esse Verbum.

801. ALIUD.

In eodem.

Musei nonnulla quidem ipse struxit, multa vero servans
stantia lubrice, firmavit solide.

802. INCERTI.

In imaginem Marciani regis.

Formam hanc vides vivo similem equo,
Marcianum ferenti, mortalium regem generis;
dextram autem protendit, currentemque pullum urget
supra hostem, qui capite eum sustinet.

803. INCERTI.

In imaginem Sophiæ Augustæ, in aditu Zeuxippi.

Ausoniorum reginam Julianus urbis-præfectus
ut sophiæ (*sapientiæ*) plenam erexit Sophiam.

804. ALIUD.

In columnam Justini regis.

Justinum per fas dominum

---

798. EJUSDEM.

De eadem.

Quod non spirat opus, perfer, Myro : nam jubet ars hoc.
Non ars naturam genuit, natura sed artem.

799. INCERTI.

In columna ex Porphyrite
Philadelphiæ.

Regis amans vere Muselius : ipsa loquuntur
Hoc opera, et rebus fit manifesta fides :
Museum Romæ dedit hic intusque locavit
Divinam magni Cæsaris effigiem,
Spem pueris urbique decus, laudemque poetis,
Armaque virtuti, divitiasque bonis.

800. ALIUD.

In eadem.

Hoc Verbo sacravit opus Muselius, ut qui
Ex animo Verbum crederet esse Deum.

803. INCERTI.

De imagine Sophiæ Augustæ, in
aditu Zeuxippi.

Ut plenam sophiæ Sophiam, quæ Cæsaris uxor,
Julianus custos urbicus hic posuit.

804. INCERTI.

De Justiniani columna.

Præfectus urbis Julianus ponit hic

Ἰουλιανὸς ὕπαρχος, ὡς εὐεργέτην.

805. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς στήλην Ἄρεως κεχωσμένην ἐν Θρᾴκῃ.

Εἰσόκε θούριος οὗτος ἐπὶ χθονὶ κέκλιται Ἄρης,
οὔποτε Θρηϊκίης ἐπιβήσεται ἔθνεα Γότθων.

806. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ὡρολόγιον.

Κῆπος ἔην ὅδε χῶρος· ἀπὸ σκιερῶν δὲ πετήλων
νυκτοφανὴς τελέθων ἔσκεπεν ἠέλιον.
Νῦν δὲ παναιγλήεντα καὶ εὔδιον εὗρε τελέσσαι
Σέργιος αὐτόπτης μυστιπόλος Τριάδος,
ἔνθα λίθος στατὸς οὗτος ἀειδίνητον ἀνάγκην
ἑπτάκις ἀγγέλλει ἄντυγος οὐρανίης.

807. ΑΛΛΟ.

Μηχανικὴ Φαέθοντα βιάζεται ἁρμονικοῖσι
γνώμοσιν ἀγρεύειν τὸν δρόμον ἠελίου·
βαιὸς δ' ἀμφιέπει λίθος ἄντυγας Ἠριγενείης
ὡρονόμῳ σοφίῃ καὶ σκιόεντι τύπῳ.
Σεργίου ἀρχιερῆος ἐπουρανίῃσιν ἐφετμαῖς
τοῦτο συνειργάσθη ἔργον ἐπιχθονίων.

808. ΚΥΡΟΥ ΑΠΟ ΥΠΑΤΩΝ.

Εἰς τὴν Μαξιμίνου οἰκίαν.

Δείματο Μαξιμῖνος νεοπηγέος ἔνδοθι Ῥώμης,
αὐταῖς ἠϊόνεσσι θεμείλια καρτερὰ πήξας.
Ἀγλαΐη δέ μοι ἀμφὶς ἀπειρεσίη τετάνυσται.
Τῇ καὶ τῇ καὶ ὄπισθεν ἔχω πτόλιν· ἀλλὰ καὶ ἄντην
πάνθ' ὁρόω γαίης Βιθυνηΐδος ἀγλαὰ ἔργα.
Ἡμετέροις δ' ὑπένερθεν ἐρισθενέεσσι θεμέθλοις
πόντος ἁλὸς προχοῇσι κυλίνδεται εἰς ἅλα δῖαν,
τόσσον ἐπιψαύων, ὁπόσον χθονὸς ἄκρα διῆναι.
Πολλάκι δ' ἐξ ἐμέθεν τις ἑὸν μέγα θυμὸν ἰάνθη
βαιὸν ὑπερκύψας, ἐπεὶ εἴσιδεν ἄλλοθεν ἄλλα,
δένδρεα, δώματα, νῆας, ἅλα, πτόλιν, ἠέρα, γαῖαν.

Julianus præfectus *posuit* ut benefactorem.

805. INCERTI.

In columnam Martis defossam (?) in Thracia.

Quamdiu rapidus hic in solo positus-erit Mars,
nunquam Thraciæ insultabunt gentes Gothorum.

806. INCERTI.

In horologium.

Hortus erat hic locus; umbrosis autem frondibus
obscurus quum-esset, occultabat solem.
Nunc vero omnino-splendidum et serenum novit *eum* facere
Sergius intimus famulus Trinitatis,
ubi lapis fixus hic usque-gyrantem necessitatem
septies nunciat axis cœlestis.

807. ALIUD.

Mechanica Phaethontem cogit harmonicis
gnomonibus dirigere cursum solis;
parvaque regit petra axes Auroræ
horas-dividenti doctrina et umbroso signo.
Sergii pontificis cœlestibus jussis
hoc confectum-est opus terrestrium-hominum.

808. CYRI EX CONSULIBUS.

In Maximini domum.

Condidit *me* Maximinus nuper-statutam intra Romam
ipsis littoribus fundamenta valida figens.
Splendor autem circa me infinitus extensus-est.
Hac et illa et a-tergo habeo urbem : sed et contra
cuncta video terræ Bithyniæ nitida opera.
Nostra autem subter valde-firma fundamenta
pontus sali profluentis volvitur in sal dium,
tantum tangens quantum opus-est ut terræ extrema humectet.
Sæpe autem ex me quispiam suum valde-animum hilarabat
paululum despiciens, quum vidit aliunde alia,
arbores, domos, naves, mare, urbem, aera, terram.

Justinianum jure herum, meritis parem.

8o5. INCERTI.

De statua Martis dormientis in Thracia.

Donec atrox Mavors fusus tellure cubabit,
Thracia non umquam Gothicis vastabitur armis.

8o6. INCERTI.

In horologium.

Hic horti fuerant, quorum sol fronde latebat,
Et noctem medio fecerat umbra die.
Sergius hanc puro perfudit lumine terram,
Sub trino noti nomine mysta Dei.
Stat lapis immotus, septenaque sidera monstrat,
Qua nunquam cesset lege rotare polus.

8o7. INCERTI.

Sole novo solis metitur in æthere cursum
Mire compositis machina docta modis.
In lapide exiguo vesper spectatur et ortus :
Conspicuis horas dividit umbra notis.
Sergius Antistes, hominum famulante labore,
Istud divina mente peregit opus.

8o8. CYRI EX CONSULE.

De domo Maximini.

Fundamenta novam jaciens Maximinus in ipso
Littore me juxta posuit Byzantida Romam.
Circuit ex omni me parte immensa voluptas :
Scilicet a tergo jacet urbs mihi regia; contra
Ditia conspicio Bithynæ munera terræ.
Subter opus nostrum secreto tramite labens
Pontus in æquoreas reditum tamen invenit undas,
Ipse mador summæ sistit se margine terræ.
Sæpe quis ex nostra demittens lumina mole
Res alias alia gaudet de parte tueri.
Aera, tecta, rates, terram, mare, mœnia, silvas.

809. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς ἄγαλμα Πινδάρου.

Πίνδαρον ἱμερόεντα παρ' ὕδασι Κῦρος ἐγείρει,
οὕνεκα φορμίζων εἶπεν « ἄ ρ ι σ τ ο ν ὕ δ ω ρ ».

810. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὗτος Ἰουστῖνος Σοφίῃ σχεδόν· ἀμφότεροι δὲ
χρύσεον ἔργον ἔτευξαν ἀπ' Ἀσσυρίοιο θριάμβου.

811. ΑΔΗΛΟΝ.

Φαιδρὸν Ἰουστινιανὸς ἄναξ ἐμὲ χῶρον ἐγείρει,
Ἠελίῳ παρέχων θάμβος ἀνερχομένῳ.
Οὔποτε γὰρ τοιοῦτον ἐπὶ χθονὸς ἔδρακε κάλλος
ὑψόθεν οὐρανίην οἶμον ἐπερχόμενος.

812. ΑΛΛΟ.

Εἰς Ἰουστῖνον.

Θεῖον Ἰουστῖνον, καθαρὸν φρουρήτορα θεσμῶν,
Δομνῖνος καθαροῖς ἐν προθύροισι Δίκης.

813. ΑΛΛΟ.

Εἰς Σοφίαν αὐτοῦ γυναῖκα.

Τῆς Σοφίης τόδ' ἄγαλμα Δίκης προπάροιθε θυράων·
οὐ γὰρ ἄνευθε δίκης ἔπρεπε τὴν σοφίην.

814. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς λουτρόν.

Νύμφαι Νηϊάδες, μετανάστιοι, οὐχ ἅμα πάσας
εἴξειν ὠϊόμην χεύμασιν ἡμετέροις·
εἰ δὲ τόσην τὸ λοετρὸν ἔχει χάριν, οὐδὲν ὀνήσει
ὁ φθόνος, εἰ, Νύμφαι, πᾶν ἀπέλειπεν ὕδωρ.

815. ΑΛΛΟ.

Ξεῖνε, τί νῦν σπεύδεις δρόων ἀκεσώδυνον ὕδωρ;
εὐφροσύνης τὸ λοετρόν· ἀποῤῥίπτει μελεδῶνας·
μόχθον ἐλαφρίζει· τόδε γὰρ ποίησε Μιχαήλ,
ὃς κρατερῆς βασιληΐδος αὐλῆς ἡγεμονεύει.

816. ΑΛΛΟ.

Εἰς μινσώριον τῶν Εὐβούλου.

Ἀντία Τηλεμάχοιο καὶ ἐγγύθι Πηνελοπείης
τίπτε, πολυφράδμων, πολυταρβέα χεῖρα τιταίνεις;
οὐκ ἐρέει μνηστῆρσι τεόν ποτε νεῦμα τιθήνη.

817. ΑΛΛΟ.

Εἰς ἐνδυτήν.

Ἐν τῇ τραπέζῃ τῶν ἀχράντων θυμάτων

809. EJUSDEM

In statuam Pindari.

Pindarum amabilem juxta aquas Cyrus erigit
quod lyra-canens dixit « optima est aqua. »

810. INCERTI.

Hic Justinus Sophiæ prope-est; utrique vero
aureum opus fecerunt post Assyrium triumphum.

811. INCERTI.

Nitidum Justinianus rex me locum condidit,
Soli præbens miraculum orienti:
nunquam enim tantam in terra vidit pulchritudinem
ab-alto cœlestem viam ingrediens.

812. ALIUD.

In Justinum.

Divinum Justinum, purum custodem legum,
Domninus puris in propylæis Justitiæ *posuit*.

813. ALIUD.

In Sophiam ejus uxorem.

Sophiæ hoc signum Justitiæ ante-januas *posuit*:
non enim sine justitia decebat *esse* sophiam.

814. INCERTI.

In lavacrum.

Nymphæ Naiades, quæ-emigrastis, non una omnes
cessuras putabam fluentis vestris;
si vero tantam lavacrum habet gratiam, nil proderit
invidia, si, Nymphæ, omnis deficeret aqua.

815. ALIUD.

O advena, quid nunc properas videns dolori-medentem [aquam?
lætitiæ *est* hoc lavacrum; abigit curas;
laborem levat: hoc enim fecit Michael,
qui potenti regiæ aulæ præest.

816. ALIUD.

In missorium domus Eubuli.

Coram Telemacho et juxta Penelopeam
quid, plenus-consilii, valde-trepidam manum tendis?
non eloquetur procis tuum unquam nutum nutrix.

817. ALIUD.

In instratum aræ.

In mensa incorruptorum sacrificiorum

---

809. CYRI CONSULARIS.

De eodem.

Pindaron apposuit Cyrus fluvialibus undis,
Quod citharam pulsans, Optima, dixit, aqua.

811. INCERTI.

Uno cuncta dedit bona Justinianus in agro:
Ipse quod obstupeat sol, ubi surgit, habet.
Nam nihil in terris spectavit pulchrius umquam,
Ex quo purpureum portat in axe diem.

παθῶν τυθέντας τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ γράφω·
οὕσπερ γὰρ αἰτῶ πρὸς σκέπην ἔχειν Πέτρος,
φρικτοῦ τέθεικα τοῖς σκεπάσμασιν τόπου.

passiones immolatorum ob Christum pingo :
quos enim peto ad tutamen *mei* habere Petrus.
tremendi posui in velamentis loci.

818. ΑΛΛΟ.

Εἰς δίσκον ἄλλον ἐν τῷ αὐτῷ.

Καὶ Πέτρος ἄλλος, τὸν τάφον τοῦ Κυρίου
τὸν ζωοποιὸν εἰσιδεῖν μὴ συμφθάσας,
ἔγλυψα δίσκον, μνήματος θείου τύπον,
ἐν ᾧ τὸ Χριστοῦ σῶμα κύψας προσβλέπω.

818. ALIUD.

In discum alium ibidem.

Et Petrus alius, tumulum Domini
vivificantem intueri qui non præverti,
sculpsi discum, monumenti divini formam,
in quo Christi corpus pronus adspicio.

819. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ποτήριον ἐν τῷ αὐτῷ.

Κρατὴρ νοητὸς πνεύματος θείου βλύσει
κατανύξεως ῥοῦν ἐγχέω ταῖς καρδίαις.

819. INCERTI.

In poculum ibidem.

Crater mysticus spiritûs divini æstuanti-latice
pœnitentiæ fluentum infundo pectoribus.

820. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἴσοδον τῆς Ἡρίας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον,
ὕδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

820. ALIUD.

In introitu Heræi.

Hunc Justinianus valde-decorum condidit locum,
aquæ et terræ pulchritudinem supersternens.

821. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κοίρανοι, ὑμετέρην ἀρετὴν κάρτος τε καὶ ἔργα
αὐδήσει χρόνος αἰέν, ἕως πόλος ἀστέρας ἕλκῃ.

821. INCERTI.

In idem.

O domini, vestram virtutem potentiamque et opera
loquetur ætas usque, donec polus astra trahet.

822. ΑΛΛΟ.

Εἰς μινσώριον ἔχον ιϐ' ζώδια καὶ ἕτερα.

Ἀργύρεος πόλος οὗτος, ὅπη Φαέθοντα Σελήνη
δέρκεται ἀντιτύπων πιπλαμένη φαέων·
ἀπλανέες δ' ἑκάτερθε καὶ ἀντιθέοντες ἀλῆται
ἀνδρομέης γενεῆς πᾶσαν ἄγουσι τύχην.

822. ALIUD.

In missorium habens duodecim cœlestia signa et alia.

Argenteus polus hic, ubi Phaethontem (*Solem*) Luna
cernit repercussis impleta splendoribus;
fixæ autem *stellæ* utrimque et contra-currentes erraticæ
humanæ gentis omnem agunt fortunam.

823. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Σιγάτω λάσιον Δρυάδων λέπας, οἵ τ' ἀπὸ πέτρας
κρουνοί, καὶ βληχὴ πουλυμιγὴς τοκάδων,
αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίζεται εὐκελάδῳ Πάν,
ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων·
αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο
Ὑδριάδες Νύμφαι, Νύμφαι Ἁμαδρυάδες.

823. PLATONIS.

Taceat comata Dryadum rupes, et a petra
scaturigines, et balatus confusus fetarum-ovium,
ipse nam fistula modulatur bene-sonanti Pan,
mobile mittens junctos labrum super calamos.
Atque circum vegetis choream pedibus instituerunt
Hydriades Nymphæ, Nymphæ Hamadryades.

---

820. INCERTI.

In aditu Hiereæ.

Justinianus opus rex istud surgere fecit,
Quod decus ut terris, sic decus esset aquis.

821. INCERTI.

Virtutem, reges, et vim, monumentaque vestra
Omne canet tempus, volvet dum sidera cœlum.

822. INCERTI.

De disco missorio, in quo signa duodecim et alia.

Factus hic argento polus est : hic candida Solem
Spectat ab adverso lumine pasta Soror.
Sidera sunt circum partim vaga, stantia partim.
Quorum vis hominum fata vicesque regit.

823. PLATONIS.

De effigie Panos fistula canentis.

Balatus ovium sileant, Dryadumque recessus
Frondiferi, et murmur rupe cadentis aquæ :
Ipse canens silvis carmen resonabile Faunus
Labra super vinctis ponit arundinibus.
At circum in numeros perplexa ambage feruntur
Pulcher Hamadryadum Naïadumque chorus.

824. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Εὔστοχα θηροβολεῖτε, κυναγέται, οἱ ποτὶ ταύταν
Πανὸς ὀρειώτα νισσόμενοι σκοπιὰν,
αἴτε λίνοις βαίνοιτε πεποιθότες, αἴτε σιδάρῳ,
αἴτε καὶ ἰξευταὶ λαθροβόλῳ δόνακι·
κἀμέ τις ὑμείων ἐπιβωσάτω· οἶδα ποδάγραν
κοσμεῖν, καὶ λόγχαν, καὶ λίνα, καὶ καλάμους.

824. ERYCII.

Faustis-telis belluas-petite, venatores, qui ad hanc
Panos montani vadite speculam,
sive retibus prodeatis confisi, sive ferro,
sive et per-viscum-venantes clam-posita arundine
et mihi quispiam vestrûm inclamet : novi pedicam
curare, et jaculum, et retia, et calamos.

825. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ὀλκὸν ὕδατος ἠρέμα καὶ δίχα ἤχου φερόμενον, ἐν ᾧ ἄγαλμα Πανὸς ἵστατο.

Πᾶνά με τὸν δυσέρωτα καὶ ἐξ ὑδάτων φύγεν Ἠχώ.

825. INCERTI

In rivulum aquæ placide et sine strepitu labentem, in quo statua Panos stabat.

Pana me infeliciter-amantem vel ex aquis fugit Echo.

826. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰς Σάτυρον κρήνῃ ἐφεστῶτα, καὶ Ἔρωτα καθεύδοντα.

Τὸν Βρομίου Σάτυρον τεχνήσατο δαιδαλέη χεὶρ,
μούνη θεσπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα λίθῳ.
Εἰμὶ δὲ ταῖς Νύμφαισιν ὁμέψιος· ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
πορφυρέου μέθυος λαρὸν ὕδωρ προχέω.
Εὔκηλον δ' ἴθυνε φέρων πόδα, μὴ τάχα κοῦρον
κινήσῃς, ἁπαλῷ κώματι θελγόμενον.

826. PLATONIS.

In Satyrum fonti insidentem, et Amorem dormientem.

Me Bromii Satyrum informavit dædala manus,
uni divinæ quæ animam injecit lapidi.
Sum autem Nymphis collusor; et loco prioris
purpurei vini, amœnam aquam profundo.
Placidum vero dirige *huc* ferens pedem, ne forte puerum
moveas, molli sopore qui-se-delectat

827. ΑΜΜΩΝΙΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Εἰμὶ μὲν εὐκεράοιο φίλος θεράπων Διονύσου,
λείβω δ' ἀργυρέων ὕδατα Ναϊάδων·
θέλγω δ' ἠρεμέοντα νέον περὶ κώματι παῖδα
* * * * * * * * * *

827. AMMONII.

In idem

Sum quidem bene-cornuti carus famulus Bacchi
libo autem argentearum aquas Naïadum;
mulceoque quiescentem tenerum in sopore puerum.
* * * * * * * * * * *

---

824. ERYCII,

de Pane alio.

Venator facili læteris et ubere præda,
Horrida montivagi qui loca Panos adis :
Seu sunt lina tibi, seu sunt venabula cordi,
Seu structos avibus celat arundo dolos :
Meque etiam venerare tua prece : nam dare possum
Successum ferro, retibus et calamis.

825. INCERTI.

De Panos effigie stante in aquæ ductu sine strepitu fluente.

Pan miser ex undis etiam sua quem fugit Echo.

826. PLATONIS.

De effigie Satyri in fonte stantis, et dormiente Cupidine.

Dat satyrum Bromii manus ingeniosa sodalem,
Mirandum ut lapidem spiritus intus agat.
Proximus en Nymphis adsto : qui vina solebam
Fundere, nunc grati fundo saporis aquas.
Quisquis es, accedas placido pede : ne puer ille
Expergefiat, quem sopor altus habet.

827. AMMONII.

De eodem.

Hic sto cornigeri fidus comes ille Lyæi,
Naïadum puras fundere jussus aquas;
Quemque vides puerum capientem mulceo somnos.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT IX.

Schol. : ἀρχὴ τῶν ἐπιδεικτικῶν ἐπιγραμμάτων. Οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς ἠμέληται τὸ ἐπιδεικτικὸν γένος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν εὑρεῖν καὶ ἑρμηνείας ἐπίδειξιν, καὶ πραγμάτων γενομένων ὄντως ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν.

I. Lemma : εἰς δορκάδα ἣν ἐθήλασεν ὄφις, ὅθεν πιὼν ὁ νεβρὸς ἐναπέφυξεν. « Epithetum Σαρδιανοῦ abest ab apographo Par. » *B*. Ἐθήλασεν scribens glossator cogitabat de serpentibus qui *aluntur primo bubuli lactis succo, unde nomen* (boæ) *traxere*, Plin. N. H. VIII, 14, coll. Salmas. ad Solin. p. 61, G. Indicavit Jac. — 2 ἔμπλεον εἰδοῦσα Cod., Plan « et apogr. Par. Est οἰδούσῃ; conjectura Scaligeri, quam retinui, etsi non omnino placeat. » *B*. Cogitabam de ἔκπλεον ἐνδούσης, *plenam ubi præbuit* (hinnulo). Deinde πικρὸν Cod., πικρὸς Plan., quod prætulit Jac. cum Friedemanno et Bothio, coll. Oppian. Hal. I, 559, Nicandro Alex. 247. Brunck. tacite λυγρὸς, ob v. 4. — 5 νηλαίης Cod. De sententia conf. ep. sequentis v. 4.

II. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. In inscr. Cod. IAOY. — 2 δακετῶν Plan.; ἰὸν Cod., sed v. 3 ἰῷ.

III. Planudeæ editt. antiquissimæ οἱ δὲ Στράτωνος. Lemma : εἰς καρύην πεφυτευμένην ἐν ὁδῷ. Nux arbor loquitur. Idem argumentum fuse tractavit Ovidius in elegia quæ *Nux* inscribitur. — 3 ἀκρέμονάς τε Plan. « Retinui accentum Codicis. Et sic ep. 21, 4; 64, 4; 71, 4; 146, 2; VI, ep. 242. Sed infra ep. 384, 8 apogr. Par. habet ἀκρέμονας, sed v. 12 ἀκρεμόσι. Etiam ep. 563 habet ἀκρέμονας. Plura non memorabo. Semper ἀκρεμὼν scribam. Sic etiam scribere jubet Arcadius. Attamen Nicetas in meis Anecd. t. III, p. 329 : Ἀκρέμωνος, κυρίου [κύριον?]· ἀκρέμονος δὲ, τοῦ κλάδου. » *B*. Versum cum initio sequentis affert schol. Theocriti VII, 138, sine nomine poetæ. Heckerus εὐθηλέας ὀρ., cum synizesi. — 4 χερμάσι Plan. et cod. Athous (excerpta Planudeæ a Millero illinc allata); χέρμασι Cod. — 5. « Est ap. schol. Œdip. T. 37. » *B*. Non vidi in edd. criticis. Ex Plan. scriptum ἢ γάρ, Cod. εἰ γ. « Quæ lectio retineri potest. » *Salmas.*, haud dubie de planudea. — 6 ἐπ' ἐμὴν Plan. præter edd. Aldinas et Athoum.

IV. Cod. κυλλινίου. Lemma : εἰς ἀχράδα κεντρισθεῖσαν εἰς ἄπιον ἥμερον. Καλλινίου. « Pirus silvestris gratias agit hortulano, quod mitiores ipsi fructus inseverit. — 1 νοθὴ ζείδ. ὀπώρης Cod. Fructus dicit qui speciem haberent pomorum, nec tamen revera essent, ut ostreorum Antiphilus vocat νόθην σάρκα ep. 86, 3, et Archias ventulum flabello excitatum νόθον ἄημα VI, ep. 207, 3. — 4. Sic apud Virgil. Georg. II, 81, arbor felicibus ramis insita *miratur novas frondes et non sua poma*. Ἡμέτερος cum singulari junctum etiam infra ep. 764; V, ep. 293, 6, et alibi. — 6. Ἐγγράφομαι, ut peregrinus in civium censum. Pollux VIII, 194. » *Jac.*

V. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. In Plan. ἄδηλον εἰς ἀναδενδράδα (ἀχράδα Scaliger). — 1 ὄγχνη Plan., et versu 4. « Schol. Wech. : ὄγχνη καὶ μυρτὰς εἴδη ἀπίων· πρὸς δὲ καὶ βάκχη, ὡς Νίκανδρος λέγει περὶ τοῦ εἴδους τῆς ἀριστολόχης βοτάνης οὕτω περ (an οὕτω πως) γράφων (Ther. 513)· Μυρτάδος ἐξ ὄγχνης ἐπιόψεαι ἢ σύγε βάκχης. Deinde Plan. et apogr. Par. ἡ μὲν, quod prætuli lectioni Pal. ἢ μέν. Nam non inseruit poeta ramulum ὄγχνῃ, sed ἀχράδι. » *B*. Sed ἢ ad *manum* refertur. — 2 φλοιῷ φύλλον (sic) Cod.; φλ. φλοιὸν Plan. « Illud φύλλον non diversa lectio, sed scribentis error esse videtur ex prava pronunciatione ortus. Si genuinum est, de *germine* accipi debet. De floribus etiam dici φύλλον constat. » *Jac*. Boiss. φλοιὸν posuit; sed Heckerum secuti sumus qui haud dubie verum restituit, φυλλάδ'. Deinde πτόρθον Codex et Plan., corr. Brunck. — 3 ῥιζώθη Plan. Distinguebatur post ῥιζωθεὶς, sed adjungi debere verba δένδροιο τομῇ recte observavit Otto Schneiderus. In Plan. δένδρου δὲ τομὴ καὶ καρπὸν ἀμείψεν, quorum postremum omnes receperunt, sed Boiss. reduxit ἀμείψας. Facilius quidem et prorsus ex loquendi consuetudine sententia procedit apud Planudem, teneo tamen palatinum ἀμείψας, est enim structura doctior velut nominativi absoluti et ultimum versum optime annectens.

VI. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1 ἀχρὰς ἦν Cod., et cetera ut dedimus (non habet Plan.). Μυρίπνοον ὄζον, vel ἠνίδ', vel ὤνερ, ἔθηκας tentabat Jac., probabilius in nott. mss σέο χερσί μ' ἔθηκας εὔπνοον ὄχνην, nam vox ὄχνη vix poterit desiderari. Etiam malis cum Heckero :

Ἀχρὰς ἔην· θῆκας σέο χερσὶ μυρίπνοον ὄχνην.

Boiss. : « Liberius mutavi versus finem : σέο χερσὶ μυρίπνουν μυρτάδ' ἔθηκας. De μυρτάδι v. schol. Wech. ad ep 5, 1. » — 2 πτόρθον ἐρεῖς Codex, correxit Jac.; minimum differunt ρ et ν in scriptura ejus sæculi. Heckerus ἐρεῖς, coll. ep. 5 : ἐπὶ δένδρῳ ῥιζωθείς.

VII. Lemma : εἰς τινα ἐπὶ ξένης εὐξάμενον ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τελευτῆσαι καὶ ζῆσαι τὸν ὑπόλοιπον χρόνον. « In apogr. Paris. : τελευτήσαντα καὶ ζήσαντα. An τελευτῆσαι ζήσαντα? — 2. Schol. Wech. : Φόβος· εὔχονται γὰρ ἵνα τὰ παρόντα αὐτοῖς φυλάττῃ τὸ θεῖον. Χάρις· τυχόντες γὰρ τοῦ ποθουμένου εὐχαριστοῦσι τῷ θείῳ καὶ τῆς εὐεργεσίας νομίζουσιν (an νέμουσιν?) αὐτῷ χάριτας. — 3 [χερίης Cod. sec. Salm.] Σχερίης· Κερκύρας· φασὶ γὰρ τὴν Δήμητρα, φοβουμένην μὴ οἱ ἐκ τῆς ἠπείρου ἐρχόμενοι ποταμοὶ ἤπειρον ποιήσωσι τὴν νῆσον, δεηθῆναι Ποσειδῶνος ἀποστρέψαι τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα· ἐπισχεθέντων οὖν τούτων ἀντὶ Δρεπάνης Σχερίαν κληθῆναι (schol. Apoll. Rh. IV, 983)· ἔστι δὲ ἡ αὐτὴ Κέρκυρα καὶ Φαιακία, περὶ ἧς πολλὰ διηγεῖται (Homerus scilicet). » *B*. Colebatur Corcyræ Jupiter *Casius*, ad cujus aram navigantes preces fudisse verisimile est. *Jac*. Qui cum πέρας, v. 5, comparat Horatianum : *Sit modus lasso maris et viarum Militiæque*, Carm. II, od. VI, 7. — 6 ζώον (sic) Cod. sec. Salm.

VIII. Sine lemmate in Cod., sed non cohærens cum præcedente epigr. Plan. Ἰουλίου Πολυαίνου. « Nemini in Cod. tribuitur hoc distichon; legitur tamen inter duo Polyæni epigr. absque auctoris nomine et titulo. » *Salm*. Non esse integrum apparet; sequenti epigr. præfigenda hæc esse suspicatur Jac., quod inde exiret multo minus nitidum.

IX. Lemma : ὁμοίως ἐπί τινι εὐξαμένῳ εὐπλοΐην καὶ τὴν (sic Salm.) εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ὑποστροφήν. « Gallice

vertit Chardo Roch. In Miscell. t. I, p. 390. » *B.* — 3 δοίης Plan.; σαώσοι; Cod.; alterum Plan. ab Aldina altera. - 4 κάκ καμάτων Plan., male. « Καμάτων λιμένας, portus ubi laborum finis. *Quietem et portum* jungit Virgil. Æn. VII, 589; *otii portus* est ap. Ciceronem. — 5, 6 distichon sejunctum in Plan. et Ἰουλιανοῦ inscriptum [« fortasse quod Ἰουλίου, sine Πολυαίνου, in cod. suo habebat. » *Chardo*], sed *Palladæ* in cod. Mediceo ap. Bandin. p. 99. — 6. Curæ et sollicitudines, opum præcipue et honorum causa susceptæ, omnem hominibus vitæ fructum adimunt. Βίος jucunditatis et voluptatis notionem sibi adjunctam habet. Sic V, ep. 72 : τοῦτο βίος, τοῦτ' αὐτό· τρυφὴ βίος. » *Jac.*

X. Lemma : εἰς πολύπουν καὶ ἀετὸν διὰ τὸ ἀετὸν δραξάμενον αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ἐκείνου πλεκτανῶν ἀγρευθῆναι. Historiam suo more narrat Ælianus Nat. anim. VII, 11. — 2. « Πολλόν, nam octo pedibus instructi sunt polypi. Fortasse ad longitudinem pedum referri debet, quos nonnunquam ad ingentem excrescere longitudinem et Aristoteles narrat H. A. IV, 1, et Plinius IX, 48. — 3. Res nota. Ovidius Halieut. 31 :

At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus hæret et hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit mutatque colorem,
Semper ei similis quem contigit.

— 4. Ὀξὺς ad ἰδὼν pertinere videtur. Et sic Ælianus : ἰδὼν οὖν ὀξὺ μὲν, ἑαυτῷ δὲ οὐκ ἀγαθὸν τὸ θήραμα ἀετός. » *Jac.* — 5 δ' abest in Codice qui εἶλ. Particulæ ἦ ῥα non in ipso exordio positæ sunt alia exempla, ut Bionis VII, 10 (Ahr.) : λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες ὅτι θνητοὶ γενόμεσθα, quod citat Hecker. p. 240. Vulgo ante δύσμορος distinguebatur. Jac. in notis mss. : « Fort. εἰς ἄλα· δύσμορος ἄρα Ἀμφ. » — 6 ἀμφοῖν Scaliger frustra pro ἄμφω, quod in talibus haud raro non declinatur; v. L. Dindorf. Thes. in v., p. 282, D.

XI. Lemma : εἰς τυφλὸν καὶ χωλὸν ἀλλήλοις τὸ ἐλλειπὲς (sic) [illegible]. — 2. Εἰς αὐτούς, i. e. εἰς ἀλλήλους. — 4 ὀρθά. Cod. Confer ep. 13, v. 5, 6. — 6 εἰς ἔλεον libri omnes, absurde; correxit Guil. Canterus; conf. ep. 13, 8. Opposita τὸ ἐλλιπὲς et τὸ τέλεον, totus versus autem epexegesis est vocum πάντα ταῦτα.

XII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό, ἤγουν εἰς τυφλὸν καὶ χωλόν. — 3 [illegible], ut unus ex duobus mutilis fieret integer.

XIII. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ὅτι ὁ τυφλὸς τὸν χωλὸν ἐπ' ὤμων ἐβάσταζεν. Et in nova pagina, versu 3 incipiente : εἰς τὸ αὐτὸ παρὰ τε τοῦ τυφλοῦ καὶ τοῦ χωλοῦ, ὅτι ἀλλήλοις τὰ ἐλλιπῆ [illegible]. Quo factum ut in Plan. epigramma in duo discinderetur, primum distichon *Platoni* inscriptum, reliqua *Antiphilo*. « Prius distichon, quod, fere videtur aliud agens, pro integro epigrammate habuit, gallice vertit Chardo Roch. Miscell. t. III, p. 78. » *B.* Idem accidit Lessingio Opp. t. VIII, p. 439 Lachm. Tria vel quatuor epigrammata in hoc argumentum tractavit Ilgen. Opusc. philol. t. II, p. 52. Nostrum certe [illegible] esse in hoc argumento et meditationem, non poema ab auctore absolutum, nemo non videt. — 2 [illegible] Heckerus, quod verum esse reliqua epigrammata et v. 5 evincunt. Legebatur [illegible]. — 4 [illegible] Cod. — 5 [illegible] Plan. — 6 [illegible] Cod. « Brunckius [illegible] malit, aut [illegible]. Equidem acquiesco in vulgata, quæ cæci gressum

subtimidum pingit. » *Jac.* — 8 ἦγαν. Cod., dubio accentu ep. 11, 2. Grotius scripserit « hac *utens*. »

XIV. Lemma : εἰς πολύπουν ἀγρευθέντα παρὰ ἀλιέως καὶ ῥιφέντα ἐπὶ θάμνου ἐν ᾗ (ᾧ ap. Salm.) λαγὼς κοιμώμενος παρὰ τοῦ πολύπου (πολύποδος Salmas.) ἠγρεύθη. In idem argumentum Bianoris epigr. infra n. 227. — 1, 2 λαθραίη εἰρεσίη Cod., sine ι, ut alibi non raro. In fine idem πολυπόδηρ (v. ad ep. 6, 2), « sed in apogr. Par. πολυπόδην. » *B.* — 3 δ' ὀξὺς Plan. — 4 ἕλικας et v. 6 εἰληδὸν Cod. « Πλεκτάναι, *cirri*, a similitudine quadam cum vitis palmitibus ἕλικες appellantur. » *Jac.* — 6. Ad epitheton conf. hæc Æliani N. A. VII, 47 : τὸν τέλειον (λαγὼν) πτῶκα μὲν φιλοῦσιν ὀνομάζειν οἱ ποιηταί, ταχίναν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι. — 7. Scita apostrophe.

XV. Lemma : τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικόν, ἀλλ' ἐρωτικόν ἐστι τὸ ἐπίγραμμα. « Est in Planudea Wechel. p. 52. Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 405. » *B.* Sed temere judicasse glossatorem sic exposuit Benndorfius (De epigrr. ad artes spectantibus) p. 68 seq. : « Auctor imitatur epigramma incerti auctoris Plan. 209 :

Οὗτος ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν, ἵνα λύχνον ἀνάψῃς,
δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον· ὅλος φλέγομαι.

Quod si mere amatorium esset, vix desideraretur, ut monuit Jacobsius, in membranis Vaticanis, quæ nonnisi iis carent carminibus, quæ imagines et statuas describunt. Horum igitur epigrammatum causa erat *sculptus Amor sufflans facem*, idem fortasse quem Plinius XXXIV, 79, recenset Lyci puerum sufflantem languidos ignes; ab ejus ætate certe tale argumentum non erat alienum. » — 1. Sic distinxit Jac.; non distinxit Meinek. Callim. p. 115, qui proponebat αὖθι τὸ πῦρ, injuria, ut ostendit Benndorf. — 3 ἅψον Cod., etiam ep. 32, 2. Nota illa Theocriti : εὐμαρέως καὶ ἀπ' αὐτᾶς (Cynisca erubescente) καὶ λύχνον ἅψαις. In fine Cod. ἐνδοῖα (sine acc.) γὰρ μιν, Plan. γάρ μοι, ab Aldina altera γάρ μου. « Quod prætuli; nam μιν propius abest ab μου. » *B.* Idem posuit Meinek., qui proponit νῦν, sed alterum utrum malis.

XVI. Lemma . καὶ τοῦτο ὁμοίως ἐρωτικὸν διὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐπιγράμματος. « Trium mulierum desiderio flagrans se totidem Amoris sagittis vulneratum ait, quot sint Gratiæ et Horæ. » *Jac.* — 1 ὥραι Cod. « Schol. Wech. : πρῶτος Ἐτεοκλῆς ἔθυσε ταῖς Χάρισι, καὶ τρεῖς αὐτὰς κατεστήσατο. Reliqua quæ sunt valde longa, petat lector ex scholio non prorsus sano, vel ex ipso fonte ap. Pausan. IX, 35. » *B.* — 2 δέ με Jac. in Add.: [illegible] Blomfield. Gloss. in Æsch. Prom. 583; legebatur [illegible], non aptum sequentibus. — 3 [illegible] Codex; [illegible] Plan.: in marg. apographi Par. [illegible], et hoc posuit Brunckius. Scaliger conj. [illegible]. Subjectum Ἔρως subaudiri posse existimat Græfius, quod hic quidem minime est insuave, post [illegible] Ὥραις. In nostris quoque carminibus est ubi *il* proprii nominis locum teneat exquisite. Brunckius edidit ἦ γὰρ Ἔρως. Jacobs. proponebat ἦ γὰρ ὁ παῖς. Heckerus [illegible] Ἔρως, ἅμα vel ἅπ [illegible]. — 4. « Nescio an Meleager scripserit τρεῖς ἐν ἑνί, quod aliquanto argutius est et hujus poetæ ingenio dignissimum. » *Meinek.* p. 174. Equidem vim quæ est in pronomine hic præferam acumini.

XVII. Lemma : [illegible] « sed ad oram V. C. scriptum : [illegible] εἰς λαγωὸν ὑπὸ [illegible], ἐν [illegible] (sic;

ἥρπασε ap. Salm.) κύων θαλάσσιος. In Plan. quoque *Germanico* inscriptum. — 1 ἐς ποτὶ β. Cod. — 4 ὀρρ. Cod. Glossa κύων σηλονότι in Athoo cod. — 5 αἰνὸς Cod.; αἰνῶς Plan., cod. Regius quem vidi nec numerum annotavi, et Athous. Ob hiatum, qui hic sine ulla est offensione, ἐς φλόγας Bothius et Boiss., ut Plan. Wech., et habet Reg., sed φλόγα Athous. Proverbium aliunde non affertur. — 6 κ' ἦν Cod.; βορὴν Plan. et Reg.

XVIII. Lemma : Γερμανικοῦ Καίσαρος. Εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως· ἔστι δὲ κρείττων (sic, κρείττω apogr., κρεῖττον Salm.) τοῦ προτέρου ἐπιγράμματος. — 2 πεζοὶ καὶ θυμ. Codex, lapsu. « Herodotus III, 108 : ὁ λαγὼς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου. Leporem *omnium prædæ nascentem* dicit Plinius N. H. VIII, 81. » *Jac.* — Similiter Ausonius ep. XIV :

Trinacrii quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporem cæruleus rapuit.
At lepus : In me omnis terræ pelagique rapina est;
Forsitan et cœli, si canis astra tenet.

XIX. Lemma : εἰς ἵππον ἀθλοφόρον γηράσαντα καὶ ἀντὶ στεφάνων καὶ νίκης μύλην ἀνταλλαξάμενον. — 1. « Αἰετός, nomen equi, ut alia ab avibus ducta, Κόραξ, Ἱέραξ, Αἴθυια VII, ep. 212. Epitheton ἀελλοπόδων debetur Pindaro Nem. I, 6, aut Simonidi ap. Aristot. Rhet. III, 2. — 2 μήτραις Cod. sec. Salm. Pedes equorum etiam tæniis, μίτραις, fuisse ornatos ex hoc solo, ni fallor, loco constat. » *Jac.* Si quid video, καθαψάμενος raris exemplis accedit aoristi in medio passive dicti, quasi καθαπτός in illis Euripidis : νεβρῶν δοραῖς καθαπτός. Grotius secutus esse videtur hæc Opsopœi : « *Mitris*, id est ornamentis et phaleris. » — 5 νεμέης et τιθηνήτειρα (sic), 6 πίσα et ἠϊόνας Cod. — 7 κλοιῶ δειρῇ et χαλινόν Cod., altera Plan. Nunc pro freno est ei κλοιὸς, collare ligneum, quod cervici jumentorum plaustra trahentium imponitur. — 8 ἐλαῖ Cod., ἐλᾶι apogr. Par.; ἐλᾷ Plan.; ἀλεῖ Causaubonus; « sed quum lapis molaris dicatur ἐλαύνεσθαι, etiam de equo saxum circumagente ἐλαύνειν usurpari posse videtur : ut poeta dicat καρπὸν ἐλᾷ λίθῳ pro ἐλαύνων λίθον ἀλεῖ τὸν καρπόν. Sic solent poetæ. » *Jac.* Deinde Cod. δηιοῦς, Plan. ὀκρυόεντι. — 9 ἴσην Plan. Omnes Ἡρακλεῖ, quod recte Jac. accommodavit bucolico numero, tenebat Boiss. — 10 δούλην Plan. « Schol. Wech. : διὰ τὴν Ὀμφάλην. » *B.* Cui servivit, quum (ut loquitur Propertius III, el. 11, 17) *pacato statuisset in orbe columnas*, et post reliquas ærumnas; conf. Ovid. Her. IX, 71 seqq.

XX. Lemma : εἰς τὸ αὐτὸ ὁμοίως· ὅτι ἐπὶ τῷ Ἀλφειῷ ἠγωνίζοντο καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ καὶ παρὰ Κασταλίαν καὶ ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ καὶ ἐν Πυθοῖ καὶ ἐν Πίσᾳ καὶ ἐπὶ (an ἔπειτα?) *B.*) τὰ πολυθρύλλητα Ὀλύμπια οἱ πωλοδάμναι. In Plan. Λεοντέως inscriptum. Ilgenius Opusc. philol. II, p. 73, Λεοντίου corrigit, vel Λεωνίδου potius; nam elegantius hoc epigramma præcedente, et Archiam Leonidæ scrinia non raro compilasse. Ipse equus loquitur. — 1 ὁ πρὶν, superposito τὸ, Codex; ὁ τὸ πρὶν Plan. « Lege ὁ πρὶν δή. » *Salmas.*, ex sequente δισσ., quod subnotat. « Ἐπ' Ἀλφειῷ στεφ. Schol. Wech. : ὁ νικῶν τὰ Ὀλύμπια· φησὶν οὖν διὰ (an οὖν δή?) τοῦτον καὶ ἐν τοῖς τέσσαρσιν ἐπισήμοις ἀγῶσι καὶ ὀνομαστοῖς τὴν νίκην εἰληφέναι. » *B.* — 4 πτανοῖς (sec. Salm.) ἴσα Cod. « Duplicem esse crediderim comparationem, ut ap. Hesiod. Theog. 268, de Harpyiis : αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται. Unde legendum existimabam : πῶλος ὁ πρὶν πτηνοῖς, ἴσα δραμὼν τ' ἀνέμοις. » *Jac.* Quod posui. — 5 ἠνίδε Cod. — 6 ὕβριν Plan. et codex Paris. 2722; alius Reg. : στεφάνων ὕβριν. « Quod verum puto. Sic Wannowski Synt. anomal. p. 198, invito tamen Mehlhornio in Zimmermanni *Zeitschr. f. Alt.* 1838, n. 102, p. 831. » *Jac.* nott. mss. Mihi quoque ὕβριν speciosum, non verum esse videtur. Etiam Salmas. : « Ὕβρις omnino scribendum. »

XXI. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν τοῦ ἵππου· φεῦ τῆς ὕβρεως! Equus Thessalicus Pegasus nomine. — 1 πάτρι Cod. « Μέμφιν, nam ejusmodi equi nonnunquam diis consecrati dimittebantur in pascua. » *Jac.* — 3 κὴν ἰσθμὸν Cod., errore ex Νέμειον nato; idem κὴπεινέμειον, recte utrumque Plan. « Ἐκώμασα, a victoribus pompam per stadium agentibus ad victorem equum translatum. — 4 ζᾶνα καὶ ἀρκαδικᾶς (-κὰς Salm.) Cod.; Ζῆνα καὶ Ἀρκαδικοὺς Plan. [Ζᾶνα servamus cum Boissonadio; edebatur Ζῆνα.] Ἀρκαδικοὺς accipe de Olympicis, in quibus victores ornabantur coronis oleastri, ad Alphei fluminis Arcadici ripas culti. De Arcadia sæpe cum Elide conjuncta et pro hac provincia commemorata vide ad Philostrati Imagg. p. 310 et 561. Hoc malim, quum post Pythica, Isthmica et Nemea Olympicum certamen desideretur, quam de Arcadico quodam certamine cogitare, licet hoc non sit ineptum. » *Jac.* Et hoc statuendum esse putabat Heckerus I, p. 329, ob hos versus Lucillii XI, ep. 82 :

Πέντε μετ' ἄλλων Χάρμος ἐν Ἀρκαδίᾳ δολιχεύων
θαῦμα μὲν, ἀλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν,

ut verisimile sit illa ætate in Arcadia ludos celebratos fuisse non ignobiles. Plan. ἀκρέμονας. — 5 Νισυρίδος L. Dindorfius ad Thes. v. Ἔγκυκλος et Heckerus; nam duæ priores producuntur; νισυρήτιδος libri; edebatur Νισυρίτιδος. Ex Nisyro insula cyclade lapides molares optimi petebantur, teste Strabone X, p. 748, C : στρογγύλη (insula) et ὑψηλὴ καὶ πετρώδης, τοῦ μυλίου λίθου εὐποροῦσα· τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ τῶν μύλων εὐπορία. — 6 δηιοῦς Cod., ut ep. 19, 8. « Καρπὸς ἀπ' ἀσταχύων, ut οἶνος ἀπ' ἀμπέλου in scolio, et alia. » *Jac.* Et idem fere sonat quod adjectivum. Sed « ineptissimum » judicans Heckerus, quia « non de trituratione frumenti in areis agatur », suum sibi habeat λεπτύνων καρπὸν ὑπὲξ ἀχύρων.

XXII. Lemma : εἰς δάμαλιν ἔγκυον μέλλουσαν θύεσθαι τῇ Ἀρτέμιδι καὶ διὰ τὸ παρὰ τοῦτο τεκεῖν ἀπολυθεῖσαν. « In apogr. Jac. [et ap. Salm.] διατοπαρα superposito τ, in apogr. Paris. διὰ τὸ παρὰ τὸ τεκ. Inde feci quod scripsi, idque recte. » *B.* — 1 λητωΐδη Cod. — 2 θαῦμα Cod, correctum a Plan. — 5 οὐκ ἐδίκαζε Scaliger.

XXIII. Lemma : εἰς γεηπόνον μέλλοντα θνήσκειν καὶ τοῖς υἱοῖς παραινοῦντα ἔχεσθαι τῶν ἐπὶ γῆς ἔργων, φεύγειν δὲ τὴν ναυτηλίαν (sic) καὶ τὰ θαλάσσης ἔργα. — 2 ἀΐδαν Cod., quod servat Boiss. Scaliger corrigit ἔρρεπεν, « eleganter sane de morituro, sed ῥέω est etiam *defluere, delabi*, ut ap. Philostr. Imagg. I, 11 : ὁ δὲ ἡλίου κύκλος εἰς γῆν ῥέων. — 3 ὦ φ. Plan. Ἰώ est *heus.* » *Jac.* — 4 ἀροτριτὴν Cod., quod correxit Heckerus p. 263, nisi præstat ἀροτρευτὴν, ut L. Dindorf. in Thes. s. v. Planudæ ἀροτρητὴν Codex præbet VI, ep. 41, 1, ibi quoque non tolerandum. — 6 ἀτειρὴς Cod. — 7 in marg. : σημείωσαι· ὡραῖον τὸ δίστιχον. Antiquissimum celebratæ oppositionis exemplum esse videtur ap. Hesiodum (Op. 823) :

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

XXIV. Lemma : εἰς Ὅμηρον τὸν ποιητὴν θαυμάσιον ἐπίγραμμα. « Ultima voce caret apogr. Par.; sed conf. lemma sequens. » *B.* — 1. Ἠμαύρωσε, notissimo usu de re quæ solet fieri. — 2. Ἄξονα δινήσας, dum curru cœlum ascendit ab ortu. — Adi p. 643.

XXV. Lemma : εἰς Ἄρατον τὸν ποιητὴν, τὸν τὰ Φαινόμενα γράψαντα· θαυμαστόν. In Plan. tribuitur *Antipatro*, cujus epigramma sequitur. — 1 ἀρρητοῖο vel ἀρρήτοιο ex Cod. uis testatur Salm. Λεπτὴ φροντίς ap. Aristoph. Nub. 737. — 4 ὀλλόμενος Cod.; ἀλλόμενος mala conjectura Plan., in cujus codice uno Brunckius ι superscriptum vidit, ἰλλόμενος, et sic emendaverat Scaliger. Quod quum apud Apollonium dicatur de *vincto, constricto*, οὐρανὸν ἰλλόμενον κύκλοις putabant esse *vinctum, cinctum orbibus* per quos stellæ cursum conficiunt. Sed præstare videtur usitata *versandi volvendique* significatio, ut κύκλοις positum sit pro κύκλῳ. Cum ἐνδέδεται Jac. comparat *stellis aptum cœlum* Ennii et Virgilii (Æn. IV, 482). Quocum poeta commode jungere poterat ἰλλόμενος, quia cœlum, cujus pars sunt sidera, ipsum videtur volvi.— 5. « Διός, qui stellas cœlo affixit, sed Aratus splendidiores reddidit luculento carmine. Εἶναι pendet ab αἰνείσθω, cui verbo *dicendi* vis inest, quasi dictum esset : καὶ λεγέσθω εἶναι Διὸς δεύτερος. » *Jac.*

XXVI. Lemma : εἰς τὰς ἐννέα λυρικὰς ποιητρίας, ἤγουν Πρήξιλλαν, Μοιρῶ, Ἀνύτην, Σαπφῶ, Ἤρινναν, Τελέσιλλαν, Κόρινναν, Νοσσίδα, Μύρτιν. — 1. « Ἔθρεψε ὕμνοις, quia canendi facultas ex fonte caballino hauritur, unde carmina velut bibuntur. » *Jac.* — 3 μοιρῶ Cod.; Μυρὼ Plan. « De Anyte schol. Wech. longiusculam narrat historiolam, quam debet Pausaniæ X, 38, 7. » *B.* — 4 σαπφῶ, 5 ἤρινν. Cod. In fine Κόρινναν apogr. Paris., sed Plan. etiam et cod. Athous tenent vocativum. — 5. « Hinc apparet Corinnam scripsisse hymnum in Minervam, Itoniam fortasse. » *Hecker.* I, p. 190. — 10 τέκε Plan. « Verisimile est eos qui poetriarum cyclum condiderunt, in numero constituendo Musarum habuisse rationem, præcipue quum de poetis quoque lyricis nonnisi novem in ordinem redacti sint. » *Jac.*

XXVII. Lemma : εἰς τὴν Ἠχὼ (Cod. ἠχῶ) διὰ τὸ ὑστερόφωνον καὶ ὅτι τὸ ἀκροτέλευτον ἀποκρίνεται. « Uni Archiæ inscriptum in Plan. Echo loquitur, docens sua lingua nullam esse æquiorem. » *Jac.* — 1 τὴν λ. Plan.

XXVIII. Lemma : εἰς Μυκήνας τὴν Ἀγαμέμνονος πόλιν ἔπαινος Πομπηΐου, οἱ δὲ Μάρκου νεωτέρου. Alibi Πομπηΐου νεωτέρου, quem *M. Pompeium Theophanem juniorem* esse videri ostendit Viscontius, Theophanis Mytilenæi, Pompeio Magno amicissimi, nepotem. Ipsa urbs loquitur. — 1. « Μυκήνη. Ap. Wech. scholium longissimum nec de scriptu utile de Mycenis conflatum est ex verbis Pausaniæ II, 16. » *B.*—3. « Ἐπάτησα τείχεα pingit victorem qui superbo pede dirutæ urbis cineres et ruinas calcat. Tale quid de Roma vaticinatur Horatius (Epod. XVI, 11) :

> Barbarus heu cineres insistet victor et urbem
> Eques sonante verberabit ungula. » *Jac.*

XXIX. Lemma : εἰς τόλμαν τὴν ἀρχηγὸν τῶν νεῶν, καὶ ὅτι τόλμης ἕνεκα καὶ κέρδου; θαλάσσης (an θαλάσσῃ? *Boiss.*) ἐγχειροῦσιν ἄνθρωποι. Et in nova pagina ad v. 3 : ὅτι κέρδος καὶ τόλμη ναυτικὴν κατεσκεύασαν, καὶ τοῦτο μακάριον ἦν εἰ ἀπὸ τῆς χέρσου μόνον ἔζων οἱ ἄνθρωποι. — 1. « Navigationis causam et inventricem accusat *audaciam*, quæ *primam commisit pelago ratem et non tangenda transiliit vada*, Horat. Carm. I, od. III, 9, ubi multa interpretes. — 3 ἐνεῖκας Cod. Dicit δόλιον ξύλον respiciens fortasse ad Arati illud, ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει, Phæn. 300. Juvenalis XIII, 17 :

> I nunc et ventis animam committe, dolato
> Confisus ligno, digitis a morte remotus
> Quattuor aut septem, si sit latissima tæda.

— 4. Id est, lucri studium, quod nonnumquam morte rependitur. — 5 εἰ ἀπὸ Cod.; edebatur εἴ γ' ex Planude. Sic Archias diceret, auream hominum vitam fore, modo navigatione non uterentur; particula ἂν ad ἦν subaudita. [Sic Grotius.] At hoc dicere non potuit, navigatione sublata statim omnia aureæ ætatis bona adfore. Quare leni mutatione scripsi εὖτ'. Sic plane Theocritus XII, 16 : ἦ ῥα τότ' ἦσαν Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς. Hi homines, qui *nulla præter sua littora norant* (Ovid. Metam. I, 96), procul e terra pontum spectabant non minore horrore quam Orcum. Illi

> αὔτως ἔζωον· χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα·
> καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθι ἠγίνεσκον

(Arat. Phæn. 110). » *Jac.* Boissonadius εἴγ' ἀπὸ χ. reduxit, sed nihil hic annotationis scripsit.

XXX. Lemma : εἰς πεύκην ὑπὸ ἀνέμου κλασθεῖσαν καὶ μέλλουσαν ναῦν γίνεσθαι. In Plan. unum Ζηλωτοῦ. Pinus loquitur.

XXXI. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν ὁμοίως ὑπὸ νότου ἐκριζωθεῖσαν καὶ μελλουσαν κατασκευάζεσθαι ναῦν, καὶ διὰ τοῦτο μεμφομένην. « Pro ἄδηλον, quod Jacobsius epigrammati præmisit, malui tutius scribere ἄλλο. In Planudea tribuitur *Zeloto*, ut præcedens. » *B.*

XXXII. Lemma : ἄδηλον εἰς ναῦν ἄρτι κατασκευασθεῖσαν, ἣν ἐκ τῶν αἰγιαλῶν ἥρπασε θάλασσα μήπω τῆς κατασκευῆς δεξαμένη τὸ τέλος. — 1 ῥοθίῃσιν ἐπὶ κροκάλῃσι Plan. — 2 ἀφαμένην Plan. — 3 ἀνέμεινε (sic) et ἐπλήμυρεν Cod. — 5 ὀλκάδα (« fere ex usu Codicis ») τὰν δείλαιαν ἀεὶ κλ. Cod ; τῇ δειλαίῳ ἀεὶ κλόνος Plan., sic corrigens vitium correptæ syllabæ αν, pro qua Hermannus scribebat δείλαιον, Jacobsius in Addendis ὀλκάδα δειλαίαν αἰεὶ κλ., sine τάν. Recte Heckerus p. 52 δειλάν, *timidam*, « syllaba αι quippe, voci ἀεί superscripta, alieno loco inserta et in δειλὰν intrusa. » Cujus perpetui timoris in sequentibus verbis ratio redditur. Sed nec αἰεί nec ἦγε videntur esse sana. Salmas. : « Lege, ἀείκλονον. » H. Stephanus malebat εἶγε τὰ π., quod præferendum est alteri.

XXXIII. Lemma : εἰς ἑτέραν ναῦν ὁμοίως. In Plan. Κυλλήνιου Πετιάνου. « Scriptum sive in arborem sive in carinam in littore collocatam necdum armamentis instructam. » *Jac.* Alterum potius ob ep. 35. — 2. Hujus versus loco in Codice legitur pentameter epigr. 35 : πόντος χὴν χέρσῳ etc., nostro in inferiore margine posito. Salmasio teste « deletus hic versiculus, vel erasus potius, et rescriptus sic : πόντος χὴν etc. » Et alia hic turbata, v. Paulssen p. 54. Sed recte omnia ap. Plan.

XXXIV. Lemma : εἰς ἑτέραν ναῦν, ἣν οὐχὶ θάλασσα κατέφθειρεν, ἀλλὰ πῦρ ἀπό τινος τύχης. « Οὐχί, non οὐχ, apographum recte. Est in Plan. Wech. p. 115. » *B.* Expressum ex Leonidæ epigrammate infra 106. Conf. ep. 36.— 1 μυρία μετρήσασαν edd. planudeæ inde ab Ascensiana, ut est in

Leonidæ ep. citato. — 6 χέρσω Cod. Ἐλπίδα in malam partem dictum.

XXXV. Lemma : εἰς ἑτέραν ναῦν ὁμοίως (ut in ep. 32) ἀτέλεστον ὑπὸ θαλάσσης κατασυρεῖσαν. In Plan. τοῦ αὐτοῦ ad *Cyllenium* refertur, cujus ibi præcedit epigr. 33, ubi dictum de scriptura pentametri in Cod. turbata. — 1. « Γείτων πόντο:. Theophyl. Simoc. Epist. 15 : τὴν γείτονα χέρσον ἁπαλῷ περιπτύσσεται ῥείθρῳ (ἡ θάλασσα). Idem Ep. 4 : οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἡ θάλασσα τὴν γείτονα γῆν συγκεχώρηται. Ibi nomen, quo caret unus codex, γῆν posset abesse. Eustath. Opusc. p. 195, 45 : ὠρύεται ἡ θάλασσα καὶ ἐμπηδᾷ τῇ γείτονι. — 2 μαινόμενος Plan. Eustathius l. l. : ἐμπηδᾷ τῇ γείτονι, καὶ κατατρέχειν μὲν αὐτὴν εἰς τέλος βούλεται, εἴργεται δὲ τῆς μανίας. » *B.* De hiatu Friedemannus p. 304 confitetur « nullum hic videri locum conjecturæ relictum. »

XXXVI. Lemma : εἰς ἑτέραν ὑπὸ πυρὸς καταφθαρεῖσαν, ἧς οὐκ ἐκυρίευσε θάλασσα. Conf. ep. 34. — 1 πελάγους Codex et apogr. Par.; πελάγευς ab Stephano Plan., cujus vett. editt. πολέμου. — 2 τοσσάκις Cod. Schæferus τοσσάκι καὶ χ. — 3 οὔτ' εὖρος; ἐπ' οὔτ' Cod. sec. Paulss. *Niger Eurus*, Horat. Epod. X, 5. — 6 ὕδατος Cod., ultimis literis superposito α.

XXXVII. Lemma : εἰς πηγὴν ἐπώνυμον ἡσυχίας. « Colloquium fontis, Tranquillitati dicati et amari saporis, cum viatore, cui, si bibere velit, silentii legem imponit. Perpensis miraculis quæ de fontibus narrantur plurima ap. Aristot. in Mirab. Ausc., Antigonum Carystium et alios, probabile fit fontem fuisse qui diceretur tacentibus dulcem aquam præbere, loquentibus amaram. Simile certe est quod ap. Paulum Silent. Therm. Pyth. 71 fons dicitur vituperatione turbari, laude limpidior reddi. — 2 ἡσυχίοις Plan. At Ἡσυχίη est nomen Nymphæ et inde fontis ipsius. » *Jac.* Boiss. : « Planudeum ἡσυχίοις mihi placet magis. » Reddidit Grotius. — 3 εἰ κρήνη Plan. præter edit. principem et Aldinam primam. Salmas. ἦ, non ἡ enotavit. — 4 bis ὦ Cod.; recte Plan. Δύσκολοι enim et morosi oderunt loquacitatem.

XXXVIII. Lemma : εἰς ἑτέραν πηγὴν ἄῤῥεν ὕδωρ φέρουσαν καὶ τοὺς μαλακοὺς ἀπελέγχουσαν. « Verius lemma Planudeæ : εἰς τὴν Σαλμακίδα. » *B.* Nota sunt hæc Ovidii :

> Unde sit infamis, quare *male fortibus* undis
> Salmacis enervet, tactosque remolliat artus,
> Discite,

Metam. IV, 285. « Egregie ad nostrum epigr. facit locus Strabonis XIV, p. 970, A : ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ὡς μαλακίζουσα τοὺς πιόντας ἀπ' αὐτῆς. Reliqua habes ad v. 4. » *Jac.* Poeta diluit famam infamiæ qua laborabat Salmacis. — 1 ἥκεις Cod. — 4. Strabo : ἔοικε δὲ ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα · τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία.

XXXIX. Lemma : εἰς τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὰς ἐννέα Μούσας χλευαστικόν. In Planud. lemma : Μουσικίου, οἱ δὲ Πλάτωνος, idemque in cod. Iriart. n. 104. Cui tribuit Diogenes Laert III, 33. — 1 τὴν ἀφροδίτην Cod. Voci κοράσιον aliqua contemptus notio adhæret. — 2 ἔρων ὔμμιν (sic) Cod.; ἔρον ὔμμι Plan.; ἔρωτ' ὔμμιν Diog., « eadem cæsura qua Meleager XII, ep. 57 et 115. » *Friedemann.* p. 291. « Eadem forma sæpe τὸν γέλων quis non legit? Ap. Theodorum Prodr. Rhod. II, p. 62, nihil mutandum, sed distinguendum est :

> Ἦπου τὸ δεῖπνον, τὴν χαρὰν καὶ τὸν γέλων
> ἐπὶ στεναγμοὺς ἀξίοις ἐπιστρέφειν. »

Boiss. — 3 χ' ἅ (sic) μοῦσαι ποτι κύπρι Cod.; χαὶ Plan.; αἱ Diog., ap. Cob. χαὶ. — 4 δ' omittit Diog., melius; idem πέτεται, quod posui; edebatur πέταται. « Apud Lucianum D. deor. XIX, 2, Amor sibi nihil in Musas juris esse dicit : αἰδοῦμαι αὐτάς · σεμναὶ γάρ εἰσι καὶ ἀεί τι φροντίζουσι καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους. » *Jac.* In Athoo cod. adhæret ep. 108.

XL. Lemma : εἰς Ἀναξαμένους (sic) ἀσπίδα, ὅτι καὶ ἐν ναυαγίῳ περιπεσὼν ἐπὶ ταύτης ἐνήξατο καὶ ἐν πολέμῳ πολλάκις δι' αὐτὴν ἐῤῥύσθη θανάτου. — 2 ἄρει τόλμου et ἀνιξαμένους Cod.; recte Plan. — 4 νηξαμένης Cod., lapsu, item v. 6 θάνατον.

XLI. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν ὁμοίως, ὅτι τῶν ναυτῶν ἀπολωλότων μόνος ὁ τῆς ἀσπίδος κύριος ἐπὶ ταύτης ὀχούμενος ἐσώθει (sic). — 1 ἀντ. γε ἐπίκρανος Plan., pessime. — 2. Sic Tyrtæus : κῦμα μάχης. — 4 ἐπελθ' ἀλιφθ. et v. 6 καὶ φίλος vitiose apogr. Par.

XLII. Lemma : εἰς ἑτέραν ἀσπίδα Μυρτίλου τὰ ὅμοια δράσασαν. De *Julio Leonida* Salm. citat « Stratonis Παιδικὰ epigr. 21 [20], et quæ ibi notavi. » Qui fasciculus non erat in Chardonianis — 1 εἰ ἐνὶ Cod., lapsu. — 2 δ' ὅτ' Cod., sine δ' Plan. — 3 ἀσπίδ' (ἀσπίδα ap. Salm.) ἔσχον, Cod.. corr. Plan. — 4 ὕδατι Plan. « Malim κύμασι, certe pluralis usitatior in talibus. » *Jac.*

XLIII. Lemma : εἰς τὸν ἐν αὐταρκείᾳ βιοῦντα παραίνεσις. In marg. siglis appictum : σημείωσαι ὡραῖον, χρήσιμον. — 1 τραπεζας Cod., sed recte Plan. « Est horatianum *toga quæ defendere frigus, quamvis crassa, queat*, Sat. I, 3, 14. — 3. παρ' ὀφρὺν, ut servus nutum heri observans et horrens. Timon Luciani § 5 : οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προσκυνοῦντες κἀκ τοὐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι. » *Jac.*

XLIV. Lemma : ὅτι ὁ τὸν χρυσὸν κρύψας μὴ εὑρὼν ἀνῆψεν ὃν ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ εὗρε βρόχον. Præmissum Στατυλλίου Φλάκκου, sed « quum epigrammatis hujus versus primus, ad quem Statyllii Flacci nomen habetur et argumenti significatio, in extrema Codicis pagina cancellatus, in summa autem sequenti repetitus sit cum inscriptione Πλάτωνος τοῦ μεγάλου, is, tametsi atramento discolore et calami ductibus sit exaratus alienis, tamen, quia correctio satis antiqua videtur, Platoni rectius quam Statyllio Flacco adscribitur. [Salm. nihil de manu diversa.] Hic vero ab hoc eodem correctore auctor epigrammatis 45 appellatur. » *Paulssen.* p. 54. Ac Platoni tribuit Diog. Laert. III, 34, quem recte Jacobsius sequitur in Delectu p. 424. Etiam Regius Schneidewini (RS.), alterum epigramma non exhibens, hoc nostrum Platoni inscribit, ap. Schneidew. Progymn. p. 20. — 2. « Ἧψεν, scil. αὐχένι, ut est ap. Apollon. Rh. I, 1065 : ἁψαμένη βρόχον αὐχένι. » *Jac.*

XLV. Lemma : Στατυλλίου Φλάκκου τοῦτο εἰς ἄνθρωπον διὰ πενίαν μέλλοντα ἀπάγχεσθαι · ὃς ἐν τῷ δένδρῳ, ἐν ᾧ τὸν βρόχον ἀνάψειν ἔμελλεν, χρυσὸν εὑρὼν κεκρυμμένον ἀπῆλθε καταλείπων (καταλιπὼν Boiss.) τὸν βρόχον. Vulgo inscriptum Πλάτωνος τοῦ μεγάλου. « Potius Statyllius bis idem argumentum tractaverit ni potius prius distichum Platoni dandum. In apogr. Par. nulla Platonis mentio. Planudea : Πλάτωνος, οἱ δὲ Ἀντιπάτρου. Nomen Antipatri accessit forsan ex epigrammate sequente. Lemma Planudeæ : Θη-

σταυρόν τις εὑρὼν, ἐν ᾧ τὸν θησαυρὸν εὗρε κάλων κατέλιπεν· ὁ δὲ τὸν θησαυρὸν ἀπολέσας, τὸν κάλων εὑρὼν, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. » *B*. Bina epigrammata sic vertit Ausonius Ep. XXII :

Thesauro invento, qui limina mortis inibat,
 Liquit ovans laqueum quo periturus erat.
At qui, quod terræ abdiderat, non repperit aurum,
 Quem laqueum invenit, nexuit et periit.

XLVI. Ἀντιπάτρου Μακεδόνος ab eodem illo correctore exaratum, de quo ad ep. 44. In Plan. Καλλινίου (« debebat Κυλληνίου. » *Salm.*) inscriptum ex codice quem vidit Aldus; anonymum in Flor. ed. princ. Lemma : εἰς γυναῖκα τυφλήν. Et iterum in marg. : εἰς γυναῖκα τυφλὴν ἔγκυον οὖσαν καὶ ἀναβλέψαι παρ' ἐλπίδα. Paulssen. : « Sic librario moris ponere infinitivum pro ὅτι. » Boisson. : « In ἀναβλέψαι, quod fuit sollicitatum, nihil esse mendi videtur, scilicet syntaxi sic instituta : εἰς ἀναβλέψαι, vel εἰς τὸ ἀναβλέψαι, γυναῖκα τ. » — 1. Ἡ πρός Thesauro addendum. — 3 sic Cod. et Plan., sed εὐθὺς μετ' οὐ πολύ nullo modo coeunt. Jacobsius Ἀτθίς, « nam nomine mulieris ægre caremus », probante Lennepio ad Grot. p. 229, nec probabilius aliud videtur reperiri posse. « Pro εὐθὺς recepi Brunckii conjecturam υἱόν. Est aliquid valde jejuni in εὐθὺς juncto cum μετ' οὐ πολύ, absurdi quoque ob verbum τίκτε. Nam non potuit εὐθὺς τίκτειν, sed absoluto legitimo tempore, idque formula μετ' οὐ πολύ apte significatur. » *B*. In fine τριποθήτου Brunckius; libri τριπόθητον. — 4 φάος Cod.; φάους Plan. « Nihil offensionis in αὐτῆμαρ. Haud longo intervallo post partum editum et eo ipso die, quo pepererat, oculorum usum recepit. » *Jac.* nott. mss. — 5 ἐπήκοος Brunckius; ὑπήκοος libri, quod in vulgari usu ap. Byzantinos cum illo confundebatur. Dativus ἀμφοτέροισιν aliter ac solet adjunctus hic sonat *utraque potestate sua*, et supplendum τῇ Ἀτθίδι. — 6 ἠσέλαων (sic) Cod.; ἡ σελ. apogr. Par. et tres planudeæ; ceteræ ἡ σελάων, quod posuit Jac., metri necessitate articulum transpositum existimans. Prætuli relativum cum Passovio Scriptt. misc. p. 202, et sic in nostro exemplo Jac. scripsit. Boissonadius : « Multum displicet articulus ἡ σελάων. Forsan latet nomen synonymum, φωσφόρος ἀστεροπῶν. » De re Jac. : « Φωσφόρος Diana vulgo dicitur, quia partum juvat : nunc, quia lumen tribuit. Isidis, cum Diana interdum confusæ, vis in oculos commemoratur ap. Juvenal. XIII. 3, et alios. »

XLVII. Lemma : εἰς αἶγα θηλάζουσαν λύκον, ὃς αὐξηθεὶς τὴν τροφὸν καταβέβρωκεν. Absurde extremum, quum ipsa capra loquatur. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 199. » *B*. Bene Jacobs. : « In gemmam scriptum existimo, in qua lupus conspiciebatur a capra nutritus. Ad sensum facit Theocriti Id. V, 37 :

Ἴδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει·
Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι. »

— 3 θήριον Cod. De mala bestia, ut *bellua* dicitur apud Latinos.

XLVIII. Lemma : εἰς τὰς δι' ἀσέλγειαν μεταμορφώσεις τοῦ Διός. « Vide Walz. ad Arsenium, hoc distichum recitantem p. 260, et alia quæ congessi ad Philostrati Epist. 40, p. 114. » *B*. — 2 λύσης cod. Athous.

XLIX. Lemma : εἰς ἐλπίδα καὶ τύχην. « Conf. ep 134. » *B*. Recte RS. ἐπιτύμβιον ἄδηλον. — 1 σὺ om. Cod., habent RS. et Plan. Deinde RS. non τὸν λιμέν', sed τὴν ὁδόν, ut Palladas infra ep. 134, 1, ubi idem versus, sed ipse Palladas ep. 172, 2 : ἤλυθον εἰς λιμένα. « *Spes et fortuna valete*, in epitaphiis formula non infrequens. — 2 καὶ ὑμῖν RS. Similiter Anth. Lat. IV, 344 [cf. infra p. 643] :

Spes, forma valete :
Nil mihi vobiscum est ; alios deludite, quæso. » *Jac.*

L. Lemma : παραίνεσις εἰς τὸ ἀνέτως (ἀνετῶς Boiss.) ζῆν. « Est inter Theognidea v. 773 sive 795 ed. Bekk. Præmisit distichon ex Theognideis Schneidewinus in Delectu p. 14, n. 7. » *Jac.* nott. mss. — 2 ἀμείνων Codex. In nostro exemplo Jac. τις σὲ κακ.

LI. Lemma : ὅτι ὁ αἰὼν ἤτουν (imo ἤγουν vel εἴτουν. *Boiss.*) ὁ χρόνος πάντα ἐξαλλάσσει. In RS. : Πλάτωνος εἰς τὸν βίον. Iterum legitur in cap. XI, post ep. 441. — 1. « Sic Virgilius : *Omnia fert ætas.* » *B*. Qui ad Philostrati Epist. 55, p. 155 : « Glossator codicis 2720 (RS.) : οἶδεν· δύναται ἐνταῦθα, ἀντὶ δυναμένως. Ἀμείβειν· ἐναλλάσσειν. » — 2 ἠδὲ Cod., sed recte altero loco : τέχνην RS.

LII. Lemma : Καρφυλλίδου (sic enim potius quam -ίδους. *Paulss.* Sic et Plan RS. Καρφυλλίδου) εἰς ἁλιέα τινὰ ἀντὶ ἰχθύος κεφαλὴν ἀνθρώπειον ἀγρεύσαντα καὶ ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἐξορύττειν πρὸς τὸ θάψαι αὐτὴν ἐντυχόντι (imo ἐντυχόντα. *Boiss.* Et sic ap. Salm.) θησαυρῷ κεκρυμμένῳ. — 1 ἰχθὺς Cod.; ἰχθύας RS., Plan., Athous. « Εὔτριχι, nam erat ἱππείης πεπεδημένον ἅμματι χαίτης, ut legitur VI, ep. 23. Inepte autem poeta lusit in εὔτριχι ἀγκίστρῳ et κρᾶτα λιποτριχέα. » *Jac.* — 2 ναυαγοῦ Codex ; alterum RS., Plan., Athous, ubi λιπο in rasura. — 3 τὸν om. Cod., supplent RS., Plan., Ath. Ἀσώματον, quia de toto corpore nihil nisi caput supererat. Ἀσιδήρου, sine ligone aut alio instrumento ferreo. Ἐξ, ut sæpius ἀπό. — 5 δικαίως Cod. (quod reddit Grotius), alterum ceteri : ἆρα RS. — 6 ἀπώλετο RS.

LIII. Lemma : εἰς Ἱπποκράτην τὸν Κῷον ἰατρόν· τὸ ἐπαινούμενον ἐπίγραμμα ἀντιστρέφει. In marg. : Νικοδήμου (Plan. Νικομήδους), οἱ δὲ Βάσσου, εἰς Ἱπποκράτην τὸν ἰατρὸν ἀναστρεφόμενον θαυμαστόν (θαυμασίως ap. Salm.). « Imo ἀντιστρεφόμενον. » *Schneidewin*. De hoc versuum artificio vide ad VI, ep. 314. « Est anonymum in codice 2720 (RS.), et ad marginem inverso ordine scripti sunt versus [et in ipso quoque Codice repetitur epigramma ἀντιστρεφόμενον] :

Εἶν ἀΐδης σκιόεις ἦν νεκύων καὶ ἔθνεα λαῶν
 Σώσατο καὶ μερόπων ἦν φάος Ἱπποκράτης.

Gallice vertit et illustravit Chardo Roch. Miscell. t. II, p. 137. Adde Bibl. Græc. t. II, p. 587. » *Boiss.* — 1 λαῶν Cod. Ruhenius adscripsit : « Leg. Μερόπων, *Coorum*. V. Steph. Byz. in Κῶς. » Quod non admittunt ἀντιστρεφόμενα.

LIV. Lemma : εἰς τὸ γῆρας, ὅτι ἀπὸν (ἀπῶν Cod.) μὲν ποθεινόν, παρὸν (παρῶν Cod.) δὲ λυπηρὸν διὰ τὰ συμβαίνοντα. Idem distichon habet Stobæus Floril. CXVI, 27, cum lemmate Μενεκράτους Σαμίου, quod hic in sequentis epigrammatis lemma aberravit : v. Meinek. Del. p. 206. Etiam RS. sine gentili. — 2 κρεσσον RS. « Senectutem nobis a natura deberi cupimus, persolvi non volumus. » *Jac.* Ex schol. Wech. Boiss. adscripsit similes versus Antiphanis comici, quos tu pete a Stobæo capitis citati n. 23.

LV. In textu Λουκιλλίου, in marg. Λουκ., οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου, errore modo notato. — 2 πολλὰς Brunck. Hic versus bis scriptus in Codice manibus diversis.

LVI. Glossator : τοῦτο δισσῶς κεῖται, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτυμβίοις, καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς. Errat : in Sepulcralibus non habetur hoc epigramma Philippi, sed Statyllii Flacci simile de eodem argumento, VII, ep. 542, ubi vide nott. p. 485. — 2 ἐκβαίνων Cod. et Plan., sine sensu; incertum correxeritne Brunck. (ex frequentissima confusione literarum IC et K) an in Codice viderit Salmasius, qui : « εἰσβαίνων. Ita lego. » Ex edit. Nic. Sab. ἐμβαίνων dabant Jac. et Boiss. — 3 ὀλισθῶν Cod. Λαγαρούμενον refer ad ποταμόν. — 7 διείλετο Plan., melius, sed illud scripsisse potest Philippus. — 8 οὐδενός ἐστιν ὅλως Cod.; ὅλος Plan. « Quod valde friget. At quum nec caput sine trunco, nec truncus sine capite pro homine possit haberi, revera puer est *omnino neutrius* elementi, minime vero amborum. » *Jac.*

LVII. Lemma : εἰς τὴν χελιδόνα· τὸ μυθολογούμενον περὶ τοῦ Τηρέως. In Plan. *Palladæ* inscriptum, et formis ionicis. Conf. ep. 70, unde expressum. — 3 παρθενίης Cod. et Plan. Schæferus scribebat ἤ τοι, sed ἦ τοι verum esse ostendit Passovius Script. misc. p. 204. — 4 βιασάμενος ed. princ. Flor. et Ald. 1, βιασσάμενος ceteræ Plan.

LVIII. Lemma : εἰς τὸν κολοσσὸν 'Ρόδιον (compendio, 'Ρόδου Salm., illud Boiss.), εἰς τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος, ὅτι πάντων τῶν θεαμάτων ὑπερεῖχεν· νῦν δὲ πάντων ἐστὶν ἐρημότερος καὶ κακοδαιμονέστερος τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου. « Vide not. ad I, ep. 36. » *B.* — 1 κραναὰς et ἅρμασι Cod. « Epitheton κραναὰ ad mœnia Babylonis videtur referendum, cum montibus rupibusque comparanda. — 2 Ζῆνα Plan. Phidiæ Jovem Olympiæ positum dicit. » *Jac.* — 3. « Erasa vox κάπων, et substitutum πόντου. Apparet tamen fuisse κάπων vel κάπου. » *Salm.*— 4 αἰπεινὰν Cod. — 7 ἠμαύρωτο δὲ κῆνιδε (κῆνιδε sec. Salm.) νόσφ. Cod.; δὲ κὴν ἴδε apogr. Par.; τε κὴν ἴδε Plan.; καὶ ἤνιδε Scaliger; τε κῆνιδε Brunckius; τε κῆριπε vel καὶ ἤριπε Orellius et Gerhardius. Passovius vero l. c. p. 214 et Heckerus I, p. 174 recte senserunt ἦνιδε plane hujus esse loci; hujus autem recepimus emendationem aptissimam, una modo litera discedentem a palatina scriptura ἠμαύρωτο δὲ, ipse ἠμαύρωσ' ὅδε. Jacobsius ediderat κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο· τί κεῖνα δέ; νόσφιν Ὀλ. etc. : « *at quid illa loquar?* Correctio gravitatis plena. Interrogationi δὲ vim addit. » Quam Bentleii esse conjecturam putabat, vana opinione, ut scientissimus qui fuit harum rerum Boissonadius docet : « Servavi post Jacobsium correctionem Angli docti anonymi, qui non potest esse, quod dictum fuit, Ricardus Bentleyus. Proposita fuit ad calcem editionis Callimachi quæ prodiit Londini a. 1741, a Th. Bentleyo curata, qui nomen suum suppressit, iisque verbis : « vir doctus ex amicis meis, postquam rogatu « nostro totum librum caute et critice perlegerat, de er- « ratis quibusdam nostris nos per literas monuit ». Sed Ric. Bentleyus, qui tunc temporis annum octogesimum attigerat, vix rogandus fuit ut critice et caute librum totum eumque non parvum perlegeret. Nec verbis adeo tenuibus « vir d. ex amicis meis » summum criticum patruumque suum Ricardum Thomas laudasset, quem vocat p. 8 « magnum literarum humaniorum decus »; p. 35 « eruditissimum »; p. 41 « perspicacissimum »; p. 44 « doctissimum ». Potius crediderim tribuendam esse conjecturam Marklando, qui fuit Thomæ amicus, teste ipsius præfatione ad Statii Silvas p. 7. » — 8 ἐπαντείλαντ Cod. et Plan., corr. Brunck., ob v. 2, ubi fortasse præstabat scribere κατανγ.

LIX. Lemma : εἰς οἶκον τινὰ ἐν 'Ρώμῃ ἔχοντα γραφὴν ἐν ᾗ ἦσαν Νῖκαι ἐγγεγραμμέναι δ' καὶ τέσσαρες δαίμονες, Ἀθηνᾶ, Ἀφροδίτη, Ἡρακλῆς, Ἄρης· καὶ διὰ μὲν τοῦ Ἡρακλέους, τὸ τῆς 'Ρώμης ἀνίκητον αἰνίττεται· διὰ δὲ τῆς Ἀ[θηνᾶς] .... reliqua evanida. « Gallice converterunt Millin. in Monum. ined. t. I, p. 321, Letronnius Epist. de pictura parietum p. 353, qui inprimis consulendus ob doctas animadversiones. » *B.* — 1 αἰωροῦσι τὰν πτερύγων Cod.; recte Plan. — 2 νῖκα καὶ ἴσηρ. Codex, sed eraso fere καὶ, dittographia præcedentis syllabæ ob correctionem. — 4 τὰν ὀλκεῖαν, ἁ δ' ἀμφίβοντον (ἀμφιβόητον) ἄρη Cod.; recte Plan. — 5 εὐορορον (sine acc.) radendo ex -φου factum in Cod. Neque ex ornante hoc epitheto neque ex addito γραπτὸν necessario effici (quod putabat Rad. Rochettius) ἐν τῷ ὀρόφῳ hæc fuisse picta ostendit Letronnius; idemque non posse admitti στέγοι, quod conjecerat Heynius. — 6 ῥώμας γαίαν πάτρας Codex; Γαῖς Stephanus, Γαῖε reliquæ planudeæ, « pro qua emendatione Planudæ se decem plagas remittere » clamat Salmasius. « Caius is est Agrippæ filius, Augusti e Julia nepos, quem avus adoptavit et successorem imperii sibi destinavit. » *Brunck.* Addidit Letronnius : » Vota quæ sequuntur concipi non poterant nisi de principe *admodum puero*. Natus autem Caius a. U. 734, adoptatus est ab Augusto a. 737. Quare hoc epigramma vix post annum U. 744 scriptum fuerit. » — 7 ὁ μὲν ὁ βουφάγος ἁ δὲ κύπρις Cod.; ἁ δέ γε K. Plan.; ἁ δέ σε Brunckius, « quod verum. Hanc enim sedem pronomen σέ occupare solet. » *Jac.* De Hercule βουφάγῳ vide ad Plan. ep. 123, et mox lemma ep. 79. *Boiss.*

LX. De celebri turri in insula Pharo a Sostrato Cnidio exstructa. — 2 σύμβολά εἰμι Cod., corr. Salmas.

LXI. Lemma : εἰς γυναῖκα Λάκαιναν τὸν ἴδιον υἱὸν κτείνασαν. Aliud in nova pagina : ὅτι Λάκαινα γυνὴ τὸν υἱὸν θεασαμένη ἐκ τῆς μάχης φεύγοντα τὴν λόγχην σπασαμένη ὡς δειλὸν ἀπέκτεινεν. Iterum legitur in margine epigr. 223 capitis VII, ubi lemma est : εἰς Δημήτριον Λάκωνα, ut in Tymnis epigrammate VII, 433. Argumentum a multis tractatum. — 2 ἰέντα (sic) Cod., altero loco ἐόντα, ubi apogr. Par. ἰόντα. — 4 ῥηξαμένη Plan. et Cod. altero loco. — 5 ἄξαν, altero loco ἄξαν Cod.; ποθ' ἄξαν in Aldi aliquo codice. — 6 ἔψευσα (superposito ω) Cod., qui recte altero loco; γενέταν Plan.; γενέτην Cod. utroque loco.

LXII. Lemma : εἰς Ἴλιον τὴν πόλιν, ἣν ἐπόρθησαν Ἕλληνες, ὅτι διὰ τὸν Ὅμηρον ἀείμνηστος μᾶλλον καὶ αἰώνιος γέγονεν. In nomine ex cod. Reg. 1773 enotavi εὐταύνου, ex cod. 2720 (RS.) Schneidewinus « εὐχύνου (ut videtur εἰς τὸν [sic] Ἴλιον. » Gentile ex Ἀσκαλωνίτου corruptum esse post Jacobsium monuit Bergk. Lyr. p. 479. — 1 περιβόητον RS. — 2 τὰν ... κληϊζομέναν Codex, hic modo; ἐν πύργοις RS. et Codex, sed hic superposito υ. — 4 χάλκειον RS. — 6 ἐν στόματι omnes. « Codex 2720 ἐν στόμασι [neglectum a Schneidew. habet etiam Wech. editio p. 143], quod prætuli. Theognis 240 : πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι. De locutione vide not. ad Aristænetea I, 26, p. 571 : πάντων ἀνὰ στόμα ταύτην φερόντων. Conf. VII, ep. 673; VIII, ep. 126 et 163. » *B.*

LXIII. Lemma : εἰς τὴν πόλιν ἤγουν πατρίδα Ἀντιμάχου τοῦ Κολοφωνίου ποιητοῦ. Crassus error glossatoris. De celebri carmine elegiaco *Lyde* inscripto vide nostra

Fragmenta Antimachi p. 40 seq. Epigramma codicem vel imaginem Lydes ornavit. — 1 λυδὴ et v. 3 λυδὴν Cod. Edebatur Λύδη et Λύδην. « Revocavi scriptum olim Λυδὴ, Λυδήν. Non semper in nominibus propriis accentum retrahebant. Et in hoc præsertim epigrammate idem esse debet accentus gentilis nominis et proprii, ut vere omnino dixerit poeta : Λυδὴ καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα. » *Boiss.* « Τῶν ἀπὸ Κόδρου est *nobilissimorum hominum*. Qui reliquos generis nobilitate et vetustate superabant, Κόδρου εὐγενέστεροι dicebantur παροιμιακῶς. Vide ad Achill. Tat. p. 859. — 3. Ἀνελέξατο, *legit*, ut VII, ep. 471 : Πλάτωνος γράμμ' ἀναλεξάμενος. » *Jac.* Ἐμ' ἤεισε est *celebravit*, ut sæpe. Nodum in scirpo quærit Hecker I, p. 184 : « Pro ἤεισε, quod sensu carere videtur, quum Antimachi carmen elegiacum cantatum fuisse parum sit probabile, malim ᾔνησε. »

LXIV. Lemma : εἰς Ἡσίοδον τὸν ποιητὴν διὰ τὴν εὐμουσίαν αὐτοῦ, ὅτι παρὰ τῶν Μουσῶν ἔλαβεν αὐτὴν τῶν Ἑλικωνιάδων. Soli *Asclepiadæ* inscribit Plan., ubi lemma : εἰς εἰκόνα Ἡσιόδου. « Epigramma ductum ex ipso Hesiodo, Theog. v. 21 seqq. et Ἔργων 658 seq. » *Jac.* — 1 αὗται π. μεσαμερινὰ (μεσαμβρινὰ sec. Salm.) et μοῖσαι Cod., recte Plan., a quo μεσημβρινὰ sumpsit Boiss. pro μεσαμβρ., quod edebatur. — 2. « Ἡσίοδε. Schol. Wech : Παυσανίας ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς (c. 31, 4) λέγει ὡς Βοιωτῶν οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες φασὶν οὐδὲν ἄλλο Ἡσίοδον πεποιηκέναι πλὴν ἢ Ἔργα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον, ἀρχὴν εἶναι αὐτῶν λέγοντες· « Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος »· ἑτέρα δὲ δόξα ἐπεκράτησε ὡς πολλὰ ποιήματα Ἡσίοδος εἴη γεγραφώς, τὰ ἔπη εἰς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς Μεγάλας ὀνομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν, καὶ τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ κατάβασιν Θησέως εἰς ᾅδην μετὰ Πειρίθου παραίνεσίν τε Χείρωνος πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ὡς αὐτὸς Ἡσίοδος μαντικὴν ἐδιδάχθη παρ' Ἀκαρνάνων. Τὴν Θεογονίαν Παυσανίας δὲ ἀμφιβάλλει εἰ Ἡσιόδου ἐστὶ Θεογονία ἐν τοῖς περὶ Ὀρχομενοῦ τοῦ Βοιωτίας (IX, 35, 1)· φησὶ γάρ· « προσιέσθω δὲ ὅτῳ φίλον τὴν Θεογονίαν. — 3 περιπάσας apogr. Par. » *B.* Sed minime sanum esse versum Hermannus perspexit ; nam ramus *decerpitur*, non *eruitur*; et quantus ille ramus, conjuncta novem sororum opera decerpendus ! Conjectura tamen egregii viri non satisfacit : ἐρεισάμεναι πέρι πᾶσαι, germ. *sich um ihn drængend*, summo studio cingentes ipsum et velut incumbentes. Jacobsius Del. p. 85 : « Περί, absolute, omnes circum; nisi forte χερὶ legendum. » Heckerus I, p. 185, ἐρασσάμεναι περὶ πάντων, « præ reliquis poetis omnibus unice adamantes. » — 4 δάφνης et ἀκρέμονα Plan. « Conf. ad ep. 3. » *B.* — 5 κράνας Brunck.; κρήνας Cod., quod servat Boiss.; κρήνης Plan. — 7 μακάρων γένος ἔργα τ' ἔμελπες probabilissima correctio est Heckeri, qui parum recte dici γράφειν μολπαῖς observavit. — 8 ἡϊθέων Cod. et Plan, correxerunt Salmas. et Davisius. Immerito fortasse in γένος repetito offendens Jacobsius κλέος legendum proposuit.

LXV. Lemma : εἰς τινὰς ἐπαινετοὺς ἄνδρας ἓξ (καὶ ἐξ ap. Salm.) ἐπαινουμένης πατρίδος. In cod. Mediceo *Crinagoræ* nomen adscriptum, cujus epigr. sequitur in Plan. — 1 πολυδένδρεον Plan. « Lectio palatina πολυδένδρεος mihi pro planudea revocata. » *B.* — 2 τῇδε πολει Plan., quo non opus.

LXVI. Lemma : εἰς Σαπφὼ τὴν Μιτυληναίαν ἐγκωμιαστικόν. — 1 μνημοσύναν cod. Athous, ut nonnullæ edd. Plan. — 2 ἔχουσι etiam Athous.

LXVII. Lemma : εἰς τάφον μητρυιᾶς, ὃν ὁ πρόγονος στέφων, συμπεσοῦσα τοῦτον ἀπέκτεινεν. *Callimacho* tribuitur in Plan. « Latinis versibus reddidit Borbonius Poemat. Expos. p. 115 ; gallice Larcher. ad Charit. t. II, p. 187. » *Boiss.* « Statuam novercæ tumulo impositam quum puer coronaret, existimans novercam cum vita etiam odium deposuisse, illa in sepulcro posita decidit in puerum eumque vita privavit. — 1 μικρὰν λίθον Cod. et Plan.; μιαρὰν Bentleius; sed vide annon parvitas quoque cippi, unde nihil plane timebatur periculi, ad malitiosum novercæ animum significandum faciat. » *Jac.* Auscultavi Meinekio ad Callim. p. 298 : « Requiri opinor aliquid quo etiam magis pietas infelicis pueri patescat, qui non satis habens lapidem sertis implicuisse, etiam unguentis eum unxerat. Quare scribo λιπαρὰν λίθον. Sic Erycius VII, ep. 37 : λιπαρῷ ἐπὶ σήματι. Alius XI, ep. 8 : Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου. » — 3 βίου Cod., corr. Planud. — 3 κλινθεῖσα Cod. et Plan., « quod de statua novercæ in tumulo cubare visæ interpretor. » *Jac.*; sed ipse in Anal. cum Brunckio prætulerat Toupii correctionem κλινθέντα (coll. Pausania IX, 30 : ποιμὴν ἐπικλίνων αὐτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον), quam recepit Meinek.

LXVIII. — 2 Φαίδραν Plan.; φαῖδραν cod. Athous. Ionice etiam RS

LXIX. — 1 δύσμηνος Cod.; δυσμενὴς RS. « Δύσμηνιν θεὸν commemorat Pollux I, 39. » *Schneidew.* Pro χόλος si codex præberet νόος, non spernerem. *Jac.*

LXX. Lemma : εἰς χελιδόνα διὰ τὸ μυθευόμενον περὶ αὐτῆς καὶ Τηρεως, ὅτι τὴν γλῶσσαν αὐτῆς ἐξέτεμεν. In Plan. sine auctoris nomine. Conf. ep. 57. — 1 μινυρομένη Cod.; Πανδιονὶ κάμμορε Plan., ex ep. 57. — 2 τηρέως Cod. — 3 πανημέριος et χελιδὼν Plan. — 4 παῦε Codex, correxit Meinekius p. 92; παύ', ἐπειὴ σε Bothius; παῦσαι Plan., qui male pergit μένει δάκρυα τὰ κατόπιν.

LXXI. Lemma : εἰς δρῦν (sic) διὰ τὸ εὔσκιον τοῦ δένδρου καὶ τὴν ἀναυπασιν (ἀνάπαυσιν apogr. Par. et Salm.) τῶν ὑπεισερχομένων. — 2 φυλασσομένους Cod. sec. Salm. « Sic historicus ap. Suidam v. Ἄκρατον : Λέγει ἀετὸν τὰς πτέρυγας ὑποτείνοντα ἀποστέγειν αὐτοῦ τὴν ἄκρατον ἀκτῖνα — 3 οἰκία φωτῶν Cod. et Plan., quod sensu jubente emendavimus, præeunte viro docto in Addend. ad Callimach. ed. Londin. 1741 [quem Marklandum esse videri Boiss. indicavit ad ep. 58]. Sic *ulmus nota sedes palumbis*, Horat. Carm. II, od. 9. » *Jac.* — 4 ἀκρέμονες hic in Cod. legi videtur, qui alibi recte. « Ἔνδιοι. Schol. Wech.: ἐναέριοι· ἔνδιαι αἱ διατριβαί, οὐχ ἁπλῶς αἱ ὁπουδήποτε, ἀλλ' αἱ ὑπὲρ γῆν καὶ τὸν κατ' αὐτὴν ἀέρα· ἔνθα μυθικῶς ἡ ἀρχὴ κεκλήρωται τῷ Διΐ· τὸ δὲ ἔνδιον ἀναλογεῖ τῷ εὐδίῳ, οἱονεὶ εὐαερίῳ. Εὐστάθιος Ὀδ. δ, (450). » *B.* — 5 κήμὲ τὴν (sic) ὑμετέροισιν (quorum neutrum indicavit Salm.) ὑπ. κόμαισιν Cod.; κἀμὲ τὸν ὑμετέρησι ὑπ. κόμησι Plan. — 6 φυγάδων Cod., sed superposito extremis α (φυγάδα).

LXXII. Lemma : ὅτι ἡ πρὸς Ἑρμῆν (sic) θυσία εὔκολος, ἡ δὲ προς Ἡρακλέα δύσκολος· βουφάγος γὰρ καὶ γαστρίμαργος. « Versibus gallicis reddidit Voltarius in Dict. philos. v. *Epigramme*, cui præiverat Longopetræus ad Theocr. Id. I. Vide Chardon. Roch. Miscell. t. I, p. 286; Notitt. Manuscr. t. X, part. 2, p. 211. — 1. Εὔκολος Ἑρμ. Schol. Wech.: καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι (ξ, 491) ἐποίησε τὸν Ἑρμῆν ἐφορᾶν τὰ ποίμνια· καὶ τοῦτ' αὐτὸ μαρτυρεῖ Παυσανίας ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς (c. 3, 4), ὅτι εὔκολος Ἑρμῆς τιμᾶται, ὡς Ἡσύχιος (in Εὔκολος) φησί, παρὰ τοῖς Μεταποντίοις. » *B.* — 2 σπενδόμενος omnes ; σπενδόμενοις verissime Heckerus I, p. 110, quod passive accipio: læ-

tus et contentus in lacte et melle silvestri dum ei libantur, in libatione lactis. Aliter Heckerus : « Ita jungo verba : χαίρων τοῖς σπένδουσι γάλακτι καὶ μέλιτι. Præpositio fere abundans et forma verbi media usu trita [sed notione alia] offensione carent. Valde dubito num recte dicatur ὁ θεὸς μέλιτι σπένδεται, quum activi sit regimen θεῷ σπένδειν μέλι. » — 3. « Hercules quoque, ut ἀλεξίκακος, greges tuetur. Cum Mercurio conjungitur ep. 316. Erycius ep. 237, 5 : Χαίροις, Ἀλκείδα, καὶ τάδε φρούρει αὔλια. Deinde ἕνα et ἕν sonant τινά et τι. — 5 τί δὲ πλέον, et v. 6 λύκος Cod., corr. utrumque Plan. [Melius quam Salmas. qui εἴτε λύκων, petenda præp. ex altero membro.] Themistius Orat. XIII, p. 171, C, pastoris esse dicit σώζειν τὴν ποίμνην, βουκόλου δὲ τὸ ῥύεσθαι τὴν ἀγέλην, καὶ μὴ τοὺς μὲν λύκους ἀποσοβεῖν, αὐτῶν δὲ τῶν λύκων εἶναι χαλεπώτερον. » *Jac.*

LXXIII. Lemma : εἰς τὸ σύστρεμμα τῆς θαλάσσης τοῦ Εὐβοϊκοῦ κόλπου τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Εὐρίπῳ γινόμενον. — 3, 4. « Junge ὅσον χεῦμα πέμπεις δανειζόμενον (pro δανείζῃ) ναυσὶ τεταγμένον (i. e. τεταγμένως) ἐς τρὶς ἐν ἠλίῳ καὶ (ἐς τρὶς) ἐν νυκτί. [Bothius : « Dicit Euripum ventis immissis velut usuras capere a navibus quibus aquam et cursum præstat. »] Plinius H. N. II, 100 : *Euripi in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis.* — 5 μαντεύω Cod. lapsu. Respexisse Antiphilus videtur ad notam illam de Aristotele fabulam, quem, quum illius reciprocationis causas indagare frustra conatus esset, præ pudore mortuum esse narrant. » *Jac.*

LXXIV. Lemma : εἴς τινα ἀγρὸν Ἀχεμενίδου (sic) ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον μετερχόμενον. In Plan. *Luciano* inscribitur, et ut hujus citatur in schol. ad Nigrin. § 26. « Gallice vertit Dacier. ad Horat. II Sat. 2, 133. » *B.* Qui locus latini poetæ conferendus. — 2 ἕτερον Cod. « Respexisse videtur Basilius M. In Psalm. LXII, p. 304 : Σήμερον τοῦδε ἀγρός, καὶ αὔριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. » *Jac.* — 3 γὰρ κεῖνος Plan.

LXXV. Lemma : εἰς ἄμπελον, ἣν τράγος κατέφαγεν. « Conf. ep. 99. Vide Burmann. ad Valesii Emend. p. 117. » *B.* Legitur ap. schol. Aristoph. (etiam Rav.) ad Plut. 1128 (ἐπίγραμμα φέρεται τῆς ἀμπέλου πρὸς τὴν αἶγα οὕτως ἔχον) et Suidam v. Ἀσκὸς Κτησιφ. Idem argumentum tractat Leonidas Tarent. infra ep. 99 tam similiter ut alterum ex altero epigrammate expressum esse appareat, prætereaque Eveni hoc epigramma mutilum esse, quod observavit Benndorfius p. 19. Ex altero utro ducta poesis nota Ovidii Fast. I, 353 seqq. Vitis caprum se rodentem alloquitur. — 1 ὅμως δέ τι vel δ' ἔτι schol. et Suidæ libri; sed schol. cod. Paris. ἔτι, ut Pal. — 2 ἐπιλεῖψαι male schol. et Suid.; illud etiam ep. 99, 6. Deinde « σοὶ τάγε, ita V. C. male. » *Salm.* — Celebre fuisse hoc epigramma ostendit etiam quod Domitiano accidit, Sueton. c. 14 : *Pavidus semper atque anxius, minimis etiam suspicionibus præter modum commovebatur; ut edicti de excidendis vineis propositi gratiam facere non alia magis re compulsus credatur quam quod sparsi libelli cum his versibus erant :*

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ.

LXXVI. Lemma : εἰς κόσσυφον καὶ κίχλην ὑπὸ πάγης ἀγρευθέντων καὶ τοῦ κοσσύφου διά τινα τύχην ἢ καὶ τὸ μουσικὸν ἀποδράσαντος. Expressit Archias infra ep. 343. — 1 δισσὰν Cod. — 2 ἱππεία...πάγα Cod. « Schol. Wech. : τῇ ἐξ ἱππείων τριχῶν γιγνομένῃ. — 3 ἀλλὰ μὲν Cod.; ἀλλ' ἁ μὲν apogr. Par. Quod posui. » *B.* Sic et Heckerus. Male Plan. ἀλλὰ τὸ μὲν κ., quod legebatur; κίχλης et ἠοῦς Cod. — 4 δερειοπέδας Cod. — 5 ἅδ' Cod. Τὸν ἱερὸν (ὄρνιν), merulam, ob cantum sic dictam etiam Rhiano XII, ep. 142, 3.

LXXVII. Lemma : εἰς Ἥραν καὶ εἰς Γανυμίδην (sic) τὸν ἁρπασθέντα ὑπὸ Διός· ζηλοτυπία θαυμάσιος! καὶ βλέπε μοι τὸν σεμνὸν Δία τὸν τῶν θεῶν ὕπατον παιδικοῦ κάλλους ἡττώμενον. In Plan. inscriptum : Ἀρίστωνος ἢ Ἑρμιοδώρου. Juno Trojæ, unde Ganymedes, sævissimam ruinam minatur. — 1. Ἥρη Plan. « Πριομένα. Schol. W. : στρυγομένη. Admoveantur illi metaphoræ illustrandæ quæ notavi ad Nicet. p. 234. » *B.* — 2 θυμοβόρου Plan. — 3 ἔτεκε Plan. — 4 τροία Cod.; Τροίαν Plan. — 5 ἀετὸς Cod., receptum a Boiss.; ex Plan. legebatur αἰετός, qui in fine ἐπὶ θοίναις. Non aquila ad Ganymedem rapiendum, sed vultures ad devoranda cadavera.

LXXVIII. Lemma : εἰς ἀχράδα τὸ φυτὸν διὰ τὸ πάντοτε βρίθειν (compendio; βρίθεσθαι Salm.) καρποῖς ὠμοῖς τε καὶ πεπείροις. « Lemma ineptum. » *B.* Recte Heckerus I, p. 88 statuit scriptum esse carmen « in arborem cui pro parte alieni rami inserti sunt quæque partim peregrinis partim suis fructibus onerata est » — 1 ὀπώρ. Cod. — 3 κλάδοισι Cod. et Plan., quod metro repugnat; κλαδίοισι cum Lobeckio Jac., Mein. et Boiss.; κλαδεῶσι Hermannus, « quod magis poeticum. » Jac. nott. mss. : « Aliter sed perperam correxit V. D. in Museo crit. Cantabrig. vol. II, p. 313. » In fine ὑφέλκει Plan. « Aut hoc aut ἀφέλκει verum videtur. » *Meinek.* p. 121. Non nitide satis elata sententia; arbor prætereuntes alloqui videtur, et oblique dominum, quem non amat, vocare ἄλλον. Heckerus : « De sensu verborum ἄλλος ἐφέλκει ambigo. Explicari enim possunt : *alius sibi decerpit;* sive, quod malim : maturorum fructuum alio nomine dictorum alia arbor præmium fert et laudem. »

LXXIX. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν (hoc ex Salm.), διὰ τὸ πολλάκις παρὰ τῶν διερχομένων (sed ὑπὸ τῶν παρερχομένων ap. Salm.) λιθάζεσθαι. « Lemma falsum. Non ἀχράς loquitur, sed vitis. » *B.* — 1 αὐτοθελὴς superposito εἰ Cod.; unde αὐτοθελεῖς Plan.; αὐτοθελεὶ Meinek. p. 122. — 2. « Πάντοτε vulgo junctum est adjectivo πεπείρους, post quod distinxi. » *B.* Schneidewinus conj. παῖ, σὺ δὲ μ. Codex τύπτέ (sic) με. Plan. τύπτετε — 4. Nota Lycurgi Thracis facinora et pœna, Hom. Il. Z, 130 seqq., Soph. Antig. 955 seqq., al.

LXXX. Lemma : εἰς ἀστρονόμους χλευαστικόν, διὰ τὸ μηδὲν ἐπίστασθαι αὐτοὺς (om. Salm.) μήτε τῶν ἐπὶ γῆς μήτε τῶν ἐν οὐρανοῖς. *Alexandrino* Leonidæ tribuit Brunckius. — 3 ἔτικτε Plan.

LXXXI. Lemma : ὅτι καὶ νεκροὶ πολλάκις πάσχουσιν ἀναίσθητα μέν, ἀλλ' ὅμως πάσχουσι· καὶ βλέπε τὸν Μαυρικίου τάφον καὶ τὸν Ἀμαντίου, ὧν ὁ μὲν ἐξεβλήθη καὶ κατεσκάφη, ὁ δ' ἐξερρίφη καὶ κατεσπάρη, ὁ μὲν ἐπὶ Λέοντος, ὁ δὲ ἐπὶ Ῥωμανοῦ καὶ ταῦτα βασιλέων· τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων; In Plan. ἀδέσποτον ante Aldum. « De Nicia, Coorum tyranno, cujus cadaver e terra erutum et mutilatum est. De hoc tyranno, qui sub Tiberii regno Coorum libertatem oppressit, tradidit Strabo XIV, p. 657 et Ælian. Var. H. I, 29. — 1 εἴποις Plan.; βιότου Cod.; βιοτῆς Plan., quod prætuli, ne hiatus cumularentur. Sic ep. 113 : τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος. Cod. χαμοῦσι. —

2 ἑτέρων Plan. — 4. Ἄδης pro τύμβος, τάφος dictum explicat Huschkius Anal. crit. p. 125 seq. — 5 μετοχλήσαντες Cod., recte Plan.; conf. Hom. Il. Ω, 566. Fortasse ex hoc epigr. sua petiit Ælianus de Pausania Lacedæmonio agens Var. H. IV, 7 : οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται, ἀλλὰ .. καὶ ἐκ τῆς τελευταίας τιμῆς καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων σωμάτων ὅρμου, καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. » *Jac.* Appictum siglis : σημείωσαι ὡραῖον, χρήσιμον. — 6 εἰς π. Plan. Boiss. ad Philostr. Epist. p. 207 : « Est in Wecheliana, sed mendo typorum, editum δισθανέα, quod veram esse puto poetæ scripturam. Fuit enim potius δισθανὴς Nicias quam δυσθανής. » Quod nolim optimo viro excidisse, quamquam Grotius quoque idem versu lusit.

LXXXII. Lemma : εἰς ναυηγὸν ἐν τῷ λιμένι ναυαγήσαντα διὰ μέθην. Παραίνει (παραινεῖ) οὖν ὁ γράψας μὴ πιστεύειν θαλάσσῃ. — 1 ἐπ' ἀγκύρῃι Cod. et Plan., correxit Jac. Cod. bis μὴ δ', de more, et ut videtur πιστεύετε θ. — 2 ἔχει Plan. — 3. « Vulgo legebatur ἐνικάππεσεν. Distinxi cum apogr. Par., in quo ἐνὶ κάππ. » *Boiss.* « Ἐς κόλυμβον pro ἐς τὸ κολυμβᾶν. Quominus natando se servaret, ebrietate est impeditus. — 5. Χοροιτυπίη omnem Bacchi cultum significat, in quo choreæ præcipuum locum habent. — 6. *Tyrrheni* a Baccho in delphinos mutati (Hom. Hymn. VI) hanc quasi legem posuerunt, ut mare Bacchum Bacchique cultum odio habeat. » *Jac.*

LXXXIII. Lemma : εἰς κυνηγετικὸν κύνα. Quibus in nova pagina additum : ὅτι κυνὸς ἐν νηὶ ἐνυπάρχοντος καὶ τοὺς δελφῖνας θεασαμένου χορεύοντας, ἐῤῥιψεν ἑαυτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὡς ἐπὶ θήραν, καὶ ἀπώλετο. — 2 πελάγευς Plan., non Athous; ἰχθυοφάγοι apogr. Par. « Distichon expressum ex Arionis Hymno ap. Ælian. Hist. an. XII, 45. — 4 ἐπὶ γῆς cod. Athous. — 6. Οὐ πάντων, *non omni canum generi;* sunt enim marini quoque canes, de quibus Oppian. Hal. I, 374; V, 28 seqq., Ælian. H. A. I, 55, al. » *Jac.*

LXXXIV. Lemma : εἰς τινα νομέα θεασάμενον θραῦσμα νηὸς ἐν θαλάσσῃ καὶ βουληθέντα ἐξελκύσαι· ὑπεσπάσθη εἰς τὸν βυθὸν, καὶ ἀπώλετο. — 1 πλακτὸν Cod.; ἀπ' ἀκτῆς Plan. « Junge ἐπ' ἀκτῆς cum πλαγκτόν, *prope litus.* — 2 βλοσυρῆς Cod. — 4. *Adeo infesto in omnes erat animo,* ut post nautas illum quoque perderet, qui ei servandæ operam dabat. — 5 ὡδι ἐκείνην (sic) Cod.; ὧ δι' planudeæ meliores. [Bothius ὡς δι' ἐκ.] Sic VII, ep. 76 : ναυηγὸν τάφον. — 6. Δρυμοί refer ad pastorem, ut *saltus* apud Latinos de pascuis etiam dictum. » *Jac.*

LXXXV. Lemma : εἰς τινα ναυαγήσαντα μετὰ τοῦ ἰδίου πατρός· καὶ τοῦ μὲν πρεσβύτου τελευτήσαντος, ὁ τούτου υἱὸς ἐπὶ τῷ σώματι τοῦ πατρὸς βασταζόμενος διεσώθη ἐν τῇ χέρσῳ. — 2 φύσιος Plan. Φύσεως νῆα jungit Jac., explicans « non consultu delectam, sed ab ipsa natura mihi oblatam », in Delectu p. 452 « φύσεως νῆα, ὄχημα, τὸ τοῦ πατρὸς σῶμα. » Equidem jungam potius φύσεως ποθεινοτέρην, navem desideratiorem et jucundiorem quam quas natura præstat ex lignis quæ gignit, ac si dicat τῆς φυσικῆς ποθεινοτέρην. — 4. « Ὀφειλόμενος, quoniam patris est liberos juvare. » *Jac.* — 5 ἤγαγεν εἰς λιμένας δὲ Cod., quod bene reduxit Boiss. Legebatur ex Plan. : ἤγαγε δ' εἰς λιμένας με.

LXXXVI. Lemma : εἰς μῦν ἐνδακόντα ὄστρεον, καὶ (hoc dele) τοῦ ὀστρέου συμπτύξαντος καὶ ἀποπνήξαντος (sic) αὐτόν. — 1 ἑρπηστ. Cod.; ἐρπυστὴς nonnullæ planudeæ; δῶμα Cod., corr. Plan.; λυχνοβόρος ed. Ascens. et Steph., fort. ex Batrachom. 179. — 3 διεριοιο (sic) νωθὴν Cod. Vide ad ep. 4, 1. — 4. ἐπλατάγησε intransitive; transitive in eadem re dixit Oppian. Hal. II, 194, a Jac. cit. : ἡ δ' ὀδύνησιν ὄστρακα συμπλατάγησε. — 5 ἡρμόσθη Brunck. — 6 πότμον ἔπεσπ. planudeæ post Aldinam pr., ex Aldi quodam codice. Jac. : « Sensus : mortem simul et sepulcrum sibi comparavit. »

LXXXVII. Lemma : εἰς κόσσυφον· παραίνεσις μὴ καθίζεσθαι αὐτὸν παρὰ δρῦν διὰ τὸ ἰξοφόρον εἶναι τὸ δένδρον, καὶ ἀλίσκεσθαι τὸν κόσσυφον ὑπὸ τοῦ ἰξοῦ· μᾶλλον μὲν οὖν ἐν ἀμπέλῳ καθέζεσθαι. — 1 νῦν lineæ superscriptum in Cod. — 5 τε κείνῃ Plan. — 6 ἐκ στόμάτων (sic), et οσ superposito Codex; στόματος Plan. — 7. « Ἀνάρσιον, *infestum.* Sapiens noctua Æsopi de quercu quum primum e terra surgebat aves docet, ἔσεσθαι φάρμακον ἀπ' αὐτῆς ἄφυκτον, ὑφ' οὗ ἁλώσονται, τὸν ἰξόν, ap. Dionem Chrys. Or. XII, p. 373 Reisk. » *Jac.* — 8 ἡ δὲ Plan.

LXXXVIII. Lemma : εἰς ἀηδόνα ὑπ ἀνέμου ἐμπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν καὶ σωθεῖσαν ὑπὸ δελφῖνος. Et in nova pagina : ὅτι πεσούσης τῆς ἀηδόνος ἐν θαλάσσῃ, δελφὶς τοῖς νώτοις ἐδέξατο· ἡ δὲ κελαδοῦσα τοῦτον ἔτερπεν ἕως εἰς τὴν γῆν ἐξέπεσεν. Luscinia loquitur. — 2 ἐκ γὰρ Brunck., male. *Ne ventus quidem;* nam reliqua ibi infesta esse luscini[illegible] ostenderunt Terei Thracis in Procne flagitia. — 3 μελί[illegible] Cod. — 6 στόματος Plan. Voce κιθάρη respicitur ad Arionis historiam. — 7. « Μούσῃσιν, nimirum Musarum ministris et in Musarum gratiam. Plinius IX, 8, § 8 : *delphinus non homini tantum amicum animal, sed et musicæ arti.* » *Jac.* — 8 ἀρειονιος Cod.

LXXXIX. Lemma : εἰς γραῦν τινὰ ταλαίπωρον καὶ πενιχράν, ἥτις συνέλεγεν τοὺς ἀπὸ τῶν θεριζόντων πίπτοντας ἀστάχυας, ἣ καὶ ἐτελεύτησεν ἐκ τοῦ καύματος καὶ κατεκαύθη μεθ' ὧν συνήγαγεν ἀσταχύων. Ὦ (sic) τῆς πενίας! — « 3. Ἐκ καλάμης parum placet, sequente ἐκ σταχύων. Fortasse : τῇ δ' αἱ καλάμης συνέριθοι, ejus olim in stipula colligenda sociæ et comites. » *Jac.* — 4 πῦρ καὶ ἦν Cod. et Plan. ante Aldinam secundam, unde πυρκαϊήν. « Ἄξυλον. Schol. W. : οὐχ ὕλην, φησίν, ἔκαυσαν, ἀλλ' αὐταῖς ταῖς καλάμαις τῶν σταχύων. Vulgo ἐκ σταχύων (sic Cod. et Plan.), ad quod offendebatur merito. Scripsi ἀσταχύων, scilicet ἐκ καλάμης ἀσταχύων. — 5. Ἀπὸ χθονός. Schol. W. : εἰ καλάμαις αὐτὴν καὶ οὐχὶ ὕλῃ κατέκαυσαν· ἄξιον γὰρ τὴν ἀπὸ γῆς τοῖς γῆς καίεσθαι σπέρμασιν. » *B.* Jacobsius in Del. p. 305 : « Quum hæc caussa, βροτὸν οὖσαν, non solum ad vetulam illam, sed ad omnes mortales spectet, depravatam lectionem esse suspicor et fortasse sic corrigendum : ἀπὸ χθονὸς εἰ βιώσαν. Certe jungenda ἀπὸ χθονὸς βροτόν, e terra progenitam, *terræ progenies,* i. e. infimi loci. Eurip. Ion. 542 : γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρός. Excusatur igitur funeris insolentia, quod terræ filia terræ frugibus combusta fuerit. »

XC. Lemma : εὐχὴ πρὸς τὸν Ποσειδῶ παρά τινων πλεόντων ἀπὸ Συρίας. — 2 εὐβοίδης Cod., recte apogr. Par. « Loquitur poeta de Caphareo, quem præternavigabant qui Italiam e Syria petebant. » *Brunck.* « At ingenti intervallo prætervavigabant. Commemorantur autem in deorum invocationibus loca ubi maxime coluntur et habitare putantur. Jam Neptuni regia circa Eubœam fuit; v. Hom. Il. N, 20 seq. coll. Strab. VIII, p. 386 (331 Did.). Hanc domum in fundo maris significare videtur Alpheus verbis ἀμφικρεμῆ σκόπελον, rupem fluctibus exesam, antrum undique saxis dependentibus circumdatum. » *Jac.* — 3. Ἄρεος πόλις, Roma.

XCI. Lemma : εἰς Ἑρμῆν τὸν ἐν Κωρυκίῳ εὐχή. Nota Corycus Ciliciæ. — 1 κωρύκιον Cod., corr. Brunck. — 2 οσιη Cod., cum scholio : νῦν τῇ θυσίᾳ.

XCII. Lemma : ἐπὶ φιλοξενίᾳ τινὸς σοφοῦ, ὃς τῷ ξενίσαντι ταῦτα προσεῖπε τὰ μέλιτος γλυκερώτερα ἔπη· προοίμιον ὁ τέττιξ. — 3 ὡς καὶ Cod. — 5 πρώτως μὲν ἀμειβομένην δ' ἐθέλωσιν Cod. et Plan. (sed hic ἐθέλουσι), corr. Salmas., quem nunc sequitur Jacobs., σοι servans, pro quo ille σε πρ. Olim dederat ἀμείβομεν cum Scaligero. — 6 κείσεται Cod. et Plan., præter edd. Ascens. et Steph., ubi μου κείσεαι.

XCIII. Lemma : Ἀντ. Σιδωνίου (superposito Θεσσαλονικέως) πρὸς Πείσωνα γενεθλιακὴ βίβλος δῶρον ἐκπονηθὲν ἐν μιᾷ νυκτί. Est *Thessalonicensis*, cui patronus erat L. Calpurnius Piso. « Gallice vertit Boivin. in Mem. Acad. Inscriptt. t. II, p. 290 » *B.* — 3 Ὄλβος Cod. « de more »; ἀοιδὴν Brunckius frustra. — 4 σπεισόμενος Cod., sed recte Plan. Salmas. enotaverat πεισ. et mire conjiciebat « πεισόμενον vel πεισάμενον, quod sine dubio verum est. »

XCIV. Lemma : εἰς πολύπουν καὶ λαγωόν. Προεγράφη ἐν τοῖς πρόσθεν· κεῖται δισσῶς. Fallitur glossator. Isidorus imitatur Antiphilum Byzantium supra ep. 14. — 1 Γύννιχος Plan. Postrema verba εἰς γῆν in Codice deesse testatur Salm. — 2 ἰμαντ. Cod. « ubique » — 3 ὁ δ' ἐφ' et ἐνέδησε Plan. — 5 δ' ἤγρευσεν Plan.; sed particula hic minime necessaria. — 6 ζωῆς λύτρα Plan.

XCV. Lemma : εἰς ὄρνιν τρέφουσαν νεοττοὺς καὶ ἐν χειμῶνι τούτους ταῖς πτέρυξι σκεπάσασαν, ὑπὸ χιόνος (sic) καλυφθεῖσαν, ἀπέθανεν (fort. σκεπάσασαν· ὑπὸ χ. καλυφθεῖσα ἀπέθ. *Boiss.*)· μέμφεται οὖν Πρόκνην καὶ Μήδειαν, ὡς τὰ ἴδια τέκνα ἀπεκταγκυίας (superscripto ἀπεκτονυίας). — 1 χειμερίοις Cod.; χειμερίαις Plan., quod in nostro exemplo recepit Jac. Deinde παλυνομένη τιτθὰς Cod., sec. Salm. « τυτθὰς, et correctum τιτθάς. » Plan. ut editum. — 3 οὐράνιος (superposito ν) κρύος (sic) Cod. Ob adjectivum quod non sine offensione repetitur sequenti versu Peerlkamp. in Bibl. crit. IV, p. 57 conjecit ὀρθρινὸν κρύος, haud paullo probabilius Piccolos p. 44, Υρκάνιον κρύος, i. e. Σκυθικόν. — 4 αἰθέρος οὐρ. Cod. et Plan. Jacobsii correctionem necessariam αἴθριος, i. e. ὑπαίθριος, recepit Boiss. — 5. Schol. Wech. : ἡ μὲν τὸν Ἴτυν σφάξασα τὸν παῖδα, ὀργιζομένη τῷ πατρί· ἡ δὲ Μήδεια τοὺς παῖδας, διὰ Ἰάσονος γάμον.

XCVI. Lemma : εἰς Ἀντιγένην τὸν γελωτοποιόν· παραίνεσις ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ βιωφελής. « Lepido errore lemmatis auctor Γελῷος nomen gentile confudit cum γέλοιος vel γελῷος quod a vocabulo γέλως grammatici finxerunt. » *B.* In Plan. inscriptum Ἀντιπάτρου Θετταλοῦ. — 1 γελῶιος Cod., quod recepit Boiss.; vulgo Γελῷος ex Plan. — 2 νεύματος εἰς ἀΐδαν Cod., recte Plan. — 3. Συνεργὸν ἠλακάτην, ut vidimus συνέριθον ἄτρακτον VII, ep. 726, 3. — 4 ἀρκεῦ Cod. (ἄρκευ Salm.). — 5. Nomen matris.

XCVII. Lemma : εἰς Ὅμηρον τὸν ποιητήν· ὅτι διὰ τὴν εὐμουσίαν αὐτοῦ πᾶσα πόλις ἀντέχεται αὐτοῦ ὡς ἰδίου πολίτου. — 2 ἐκ βαράθρων Cod., lapsu. — 3 στεφάνῃσι π. Plan.; στεφανῇ τε cod. Athous. — 4 ἠδὲ τον ἐξ Cod. et Plan.; ἔκδετον Brunckius « eleganti emendatione. Alpheus sequitur eos qui Hectorem ab Achille circa mœnia urbis tractum dixerunt, ὑπὸ στεφάνῃ, ut Euripidem, Virgilium. Vide Heynium Excurs. XVIII ad Æn. I, 483. » *Jac.* — 6. Κοσμεῖται, ornat ut suum. Ἀμφοτέρη γῆ, Europa et Asia, antiquis totus terrarum orbis; conf. ad VII, ep. 296, 1.

XCVIII. Lemma : εἰς Σοφοκλέα τὸν τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴν ἔπαινος δι' ὅλου τοῦ ἐπιγράμματος. Non est in Plan. — 1 δισσοί τε Cod., corr. Brunck. — 2. De *Atreo* Sophoclis vide p. 336 seqq. ed. Didot., ubi hic locus inprimis commemorandus et expendendus erat. — 4 βύβλα χαροιτυπίης Cod., corr. Heringa. — 5 ἐπεὶ τρ. Cod. corr. Brunck.; κατήνεσαν Cod.; κατήνυσαν conj. Reiskius, qui ταγόν σε τρ.

XCIX. Lemma : εἰς τράγον καταβεβρωκότα ἄμπελον, πρὸς ὃν ἐκείνη ὅτι πάλιν ἡ ῥίζα ἀνήσῃ (sic) ἕτερον κλῆμα βοτρυφόρον, ἵνα σοι θυομένῳ σπείσῃ ἐπιβώμιος. Vide ep. 75 ibique nott. — 3 τῷ δ' Codex, sed haud dubie præstat ἡ δ', quod proposuit Jac. et recepit Benndorfius p. 19. Plan. male τεῖρε, κάκ. — 5 γλυκὺ in Cod. omissum supplevit Plan.

C. Lemma : εἰς Δῆλον τὴν νῆσον ἔπαινος, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐγεννήθη ὅ τε Ἀπόλλων καὶ ἡ Ἄρτεμις. Et in nova pagina : εἰς Δῆλον τὴν νῆσον, τὴν τροφὸν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος. Carmen oppositum epigrammati Antipatri Thessalonicensis quod infra legitur n. 408. — 1 λητοὺς Cod. Jungenda ὡρμίσατο ἀσάλευτον. Res nota. — 3 * Ματέου (cum vitii nota) Cod.; μὰ τεοῦ (eraso ς) apogr. Par.; μὰ τεοὺς Plan.; θεοὺς ed. Steph. « Δέσποινα, numen insulæ quod simul cum ipsa insula intelligendum; v. Bœckh. ad Pindar. Ol. VII, 13, p. 169. » *Jac.* — 4 δαίμονος Cod., alterum Plan. Ἀντιπάτρου, in epigrammate modo citato et ante hoc legendo. — 6 ἄρτεμι...λέγει Cod., utrumque cum ν fini superposito; ἤ σε Plan.

CI. Lemma : εἰς Μυκήνην τὴν Ἀγαμέμνονος καὶ Μενελάου πόλιν, τήν ποτε πολύχρυσον, νυνὶ δὲ ἔρημον οὖσαν καὶ μηδὲ ἴχνος πόλεως σώζουσαν. In Plan. *Antipatro Thessalonicensi* inscriptum. — 1 ἐν * ὀνόματι Cod.; ἐν ὄμμασι Plan., in quibus vocibus non semel erratum. Hecker. conjiciebat ὀλίγαι μένον ὄμματι. In fine αἱ δέ τε Cod. — 2 οὐ πολλῶν Cod. et Plan., correxit Jacobs., Heckerus sine γ' coll. VII, ep. 472, 12; πολλὸν Brunck. et Boiss.; πολλόν γ' Hermannus olim. « Πεδίων. Schol. W. : ὅτι πᾶσαι εἰς ἔδαφος καταβέβληνται. » *B.* — 3 οἴην Cod.; παρερχόμενός τε Cod. et Plan., correxit Stephanus; nec vi sua caret particula, nam εἰσέρχεσθαι ille non poterat urbem solo æquatam. Μυκήνη vocativo Scaliger et Brunck.; μυκήνης e Cod. affert Salm. — 4 αἰπολίου depravatum esse apparet. Probabiliter Jacobsius ἔγνωκα, σκοπέλου vel ἔγνων, φεῦ, σκοπέλου παντὸς ἐρημοτέρην, coll. ep. 29, 2, de iisdem Mycenis : εἰ καὶ ἀμαυροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου. Heckerus malebat οἰοπόλου, ut Hom. Il. N, 473 : χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, sed πεδίου, quod jubebat, ex versu 2 non potest intelligi. — 5 ἢ πολ. Cod. Γέρων, scil. αἰπόλος. Nolim eripi poetæ scitum illud αἰπολικὸν μήνυμα, de urbe quæ adeo evanuit, ut locus indicandus esset a caprario. « qui in desertis ἐσχατιαῖς et saxosis sæpe regionibus greges pascere solent » (*Jac.*). Sed ereptum ivit Piccolos meus, scribendum proponens Ἀργολικὸν μήνιμα, *monument de la colère des Argiens,* qui Mycenas solo æquarunt. — 6 τῇδ Cod. « pro more ». Κυκλώπων. « Schol. Wech. : ἐτετείχιστο γὰρ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ ἐν Τίρυνθι (an addendum ὁρμητηρίῳ) ὑπὸ Κυκλώπων· ὅθεν οὐδ' ὑπ' Ἀργείων ἁλῶναι ἠδυνήθη· ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἐξέλιπον Μυκηναῖοι τὴν πόλιν ἐπιλιπόντων σφᾶς τῶν σιτίων· ὅτι ἄνωθεν τὸ Ἄργος οἱ Κύκλωπες κατῴκησαν, Θρᾳκικὸν γένος ἀπὸ Κύκλωπος βασιλέως λεγόμενον· πλείονες δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Κουρήτιδι· ἦσαν δὲ ἀρι-

στοι τεχνῖται, οἵτινες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας· ἐγχειρογάστορες καλούμενοι Κύκλωπες· συντιθεμένων τῶν περὶ Προῖτον καὶ Ἀκρίσιον, ὥστε τοῦ μὲν Τίρυνθος [Προῖτον], τὸν δὲ Ἀκρίσιον [Ἄργους] ἄρχειν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὑπόπτως ἐχόντων, τειχίζουσι τὰς πόλεις οἱ ἐγχειρογάστορες Κύκλωπες. Ex scholiis ad Eurip. Or. 953 quædam emendavi, in his ἐγχειρογάστορες pro edito ἐγχειροάστορες. Idem Sch. W. : τὸ ἑξῆς· γέρων τις εἶπεν· ἡ πολύχρυσος πόλις Μυκήνη. Καὶ Ὅμηρος δὲ εἶπεν (Il. Ν, 180)· πολυχρύσοιο Μυκήνης. Conf. epigr. 103. » *B.*

CII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν Μυκήνην, καὶ ὅτι πρὸ τῶν Ἀτρειδῶν Περσέως ἐχρημάτιζε. — 1 ἀκρέπτολις Cod. « Conf. ep. 104, 2. Περσῆος. Schol. W. : Περσεὺς ὁ τῆς Δανάης τῆς Ἀκρισίου ἐβασίλευσεν Ἄργει, ἀπωσάμενος Προῖτον τὸν ἀδελφὸν Τίρυνθα κατοικεῖν συγχωρήσας· ἀπὸ τούτου τοῦ Περσέως τοὺς Πέρσας κληθῆναι λέγει (an λέγεται?). Ὅτι τοῦ βαρβάρου τοῖς Ἕλλησιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀργεῖοι μετὰ τῶν βαρβάρων ταχθῆναι ἠξίωσαν, ἅτε ὄντων ἀπογόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν· οἱ μέντοι Ἀργεῖοι ἐπηγγείλαντο συμμαχήσειν τοῖς Ἕλλησιν, ἐάν τι μέρος τῆς ἡγεμονίας αὐτοῖς συγχωρήσωσιν· οἱ μὲν οὖν σύνεδροι διεσάφησαν, εἰ μὲν δεινότερον ἡγοῦνται στρατηγὸν ἔχειν Ἕλληνα ἢ δεσπότην βάρβαρον, καλῶς αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν· εἰ δὲ φιλοτιμοῦνται λαβεῖν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν, ἔφασαν πεπραχότας ἐπιζητεῖν τηλικαύτην δόξαν. In posteriore scholii parte sequutus est auctor Diodorum Sic. XII, 3, unde nonnulla feci correctiora, v. c. διεσάφησαν pro vulgato διεσάφισαν. » *B.* Αἰθερίοιο, quod *aera carpebat tenerum stridentibus alis*, ut loquitur Ovidius. — 3 ἀνεῖσα Cod., sed recte Plan. « De verbo ἀνεῖναι s. ἀνιέναι, *agrum non colere*, quod potissimum fiebat agro aliquo diis consecrato, unde *consecrare*, dixit Valckenar. ad Herodot. II, 65. — 4. Δαίμονες, de Manibus Priami apud inferos. Vide Lennep. ad Phalar. Epist. 20, p. 104, ubi de defuncta muliere : τὸν ἐκείνης δαίμονα. » *Jac.*

CIII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν Μυκήνην, καὶ ὅτι τὴν τύχην ἀλλάξασα μηλόβοτος γέγονε καὶ βούνομος ἡ τὴν πολυθρύλητον Ἴλιον ἐκπορθήσασα (mire literæ η superposito ει). In Plan. eidem cui præcedens poetæ tribuitur, ultimo disticho ob vitiosam scripturam omisso. — 1 τῶν ἀτρείδων Cod. « Conf. schol. ad ep. 101, 6. » *B.* — 2 γενεῆς Cod. A Jove originem habere credebantur Atridæ. — 4 πότ' (sic) ἡμιθ. Cod. — 6 τῶν ἐπ' ἐμοὶ μ. οὔνομ' legebatur; τῶν ἐν ἐμοὶ μ. τοὔνομ' Heckerus I, p. 321, in quibus necessarius articulus, τῶν ἐπ' ἐμοὶ autem, si in marmore legeretur, intelligerem de magnis rebus olim in arbitrio et potestate Mycenarum sitis. Comparat Jac. epigramma in Græciam, Anthol. Lat. III, 1 :

Fama manet, fortuna perit....
Exigua ingentis retinet vestigia famæ.
Et magnum infelix nil nisi nomen habet.

— 7 * ἴλαον (literæ α superposito ι) ἄνα μέσει με μελημένον Cod.; correxit Salmasius, fortasse etiam Grotius, qui noverat hoc distichon. — 8 μὴκ ἔθ' Cod. (calami lapsu Salm. οὐκέτ'). Veteres *ne vestigium quidem* Mycenarum superfuisse tradunt. « Sensus : tu, Ilium, exstas sive superes, nec superes tantum, sed etiam urbs es. De qua re sæpe poetæ latini. Cassandra ap. Propertium IV, el. 1, 55 :

Ilia tellus
Vivet, et huic cineri Juppiter arma dabit. » *Jac.*

CIV. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν καὶ εἰς τὸ Ἄργος καὶ τὴν ὅλην Ἑλλάδα, καὶ ὅτι ἐσβέσθη τὰ τῶν ἡρώων οἵτινες τὴν Τροίαν ἐξεπόρθεισαν (sic). — 1 οὐδας Cod. « Ἑλλάς hoc loco pro urbis nomine accipiendum et Achillis patria; v. Strab. IX, p. 659, C, et schol. Hom. Il. B, 683. — 2. Mycenæ; conf. ep. 102, 1. — 3. Sic Cod. et Plan. Si est ἐσβέσατε, Mycenæ et Argos urbes dicuntur exstinxisse nomen et laudem heroum, qui inde orti Trojam everterunt : quod absurdum. Si est ἐσβέσατο, aoristo medii vis passiva tribui debet, quam vim non habet. Jos. Scaliger emendavit ἔσβεσθ' ἡρ., quod ob elisionem literæ η non potest ferri. Rectius scripseris ἔσβηθ', ab ἔσβην, *exstinctæ estis, periistis;* quo admisso, verba ἡρώων κλέος pro appositione habenda sunt. Illæ urbes enim, Argos et Mycenæ, ut ab heroibus inde ortis splendorem acceperunt, ita vicissim heroibus gloriandi materiam præbuerant. Hoc sensu κλέος ἡρώων bene de his urbibus dicitur. Ἔσβη pro ἐσβέσθη, ut ἀπέσβη pro ἐπαύσατο, illustravit Ruhnk. ad Tim. p. 40. Sic ep. 178, de Rhodo insula : ἤδη σβεννυμέναν με. — 4 ἤριψαν Cod., corr. Plan.; θειοδόμον utcrque, corr. Brunck. — 5 ἐστὶ πτόλις Plan. At δέ, sequente verbi persona secunda, pro ὑμεῖς δέ. Ceterum poetice magis quam vere Alpheus, quum Strabo quidem VIII, p. 578, *Argos* et superesse et primum post Spartam locum obtinere dixerit. » *Jac.* — 6 εὐμήκων αὔλεα (superposito ι) Cod.; εὐμύκων Ascensius.

CV. Lemma : εἰς πίτυν κλασθεῖσαν ὑπ' ἀνέμων ἐν ὄρεσι, μέλλουσαν δὲ κατασκευάζεσθαι ναῦν. Simillimum quod supra vidimus ep. 30. — 2 γευσαμένην Plan.

CVI. Lemma : εἰς ναῦν πυρπποληθεῖσαν ἐν γῇ, ἣν οὐ διέφθειρε θάλασσα. — 1 μ' ἀνέφλεξε Plan. — 2 χειρομένη Cod. « Metaphora ut ap. Catullum IV, 9, de phaselo, qui *antea fuit comata silva*. — 3 ᾐόνα Plan. Ἐπ' ᾐόνος jungendum cum verbis ἐν χθονί. *Jac.* — 4 γεινομένην Cod.

CVII. Lemma : ὁμοίως εἰς μικρὰν ναῦν ἐρίζουσαν ἐπ' εὐπλοίην (recte apogr. [et Salm.] εὐπλοίῃ. *Boiss.*) ταῖς μεγάλαις ναυσίν. In Plan. *Antipatro Thessalonicensi* tribuitur. — 1 ποντοπορεῦσαι Cod. — 3, 4. « Θαλάσσῃ πᾶν ἴσον. Hoc vult : ad mare ejusque casus nihil interest, parva sit navis an magna; non enim a mensura ejus, sed a fortuna pendet utrum servetur nec ne; sæpe fluctus magna frangunt, minoribus parcunt navigiis. — 5. Πηδαλίοις, nam majores naves pluribus interdum clavis instructæ erant; vide Suidam in Πλοῖα. » *Jac.*

CVIII. Lemma : εἰς τὸν Δία τωθαστικὸν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἔρωτος. In Athoo cod. junctum cum ep. 39. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Moschum p. 204 = 460. » *B.* — 2. « Ap. Achillem Tat. I, 1, Amor in tabula picta ἐπέστραπτο ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς. » *Jac.*

CIX. Lemma : εἰς ἀσπίδα στρατιώτου, ἐν ᾗ καὶ ἐν πολέμοις ἐσώθη, καὶ ναυαγήσας ἐπλευσε μετ' αὐτῆς ὡς ἐπὶ σχεδίης νηξάμενος. Argumentum a Zosimo et Theone tractatum supra ep. 40, 41, et aliis. — 1. Meinekius p. 217 requirit conjunctivum, vel futurum λέξω τί σε. — 2 ὅπλισ. Cod. — 3 εἶτε δὲ Cod. et Plan., quod optime correxit Meinek., vel, si malis, εἶτε βέβαιον. Πόντου σκάφος etiam ep. 31, 3. — 4 ὀλλυμένους Cod., ultimis superposito η. — 5 ἐν δὲ θαλ. Plan. — 6. Ὅπλον non raro, ut *arma*, generali notione tutamenti aut instrumenti.

CX. Lemma : παραίνεσις εἰς τὸ βιοῦν (ζῆν ap. Salm.) ἐν αὐταρκείᾳ. Ζήτει τὸ μέτρον τοῦ ἐπιγράμματος. « Quod vult

inquiri metrum est phalæcium. Latinis ac Gallicis versibus reddidit Moneta Opp. Sel. t. I, 179. » *B.* In marg. siglis ὡραῖον, χρήσιμον. — 1. Βαθυλήϊους, ex Hom. Il. Σ, 550. — 2 πολύχρυσος οἷα Γύγης Bentleius ad Horat. Carm. II, od. 17, 14, secundum Archilochi illa : Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει. Recte Brunck. : « Quum ἀρούρας epitheton habeat, substantivo ὄλβον bene jungitur πολύχρυσον et utrumque ad Gygen refertur, qui fuit dives et agri et auri. » — 3. Fabricius Macrinum imperatorem dici putabat, sine idonea causa. — 4. « De sententia μηδὲν ἄγαν vide not. ad V, ep. 299. » *B.*

CXI. Lemma : ἔπαινος Θρᾳκῶν, ὅτι γεννωμένων μὲν ἀνθρώπων ὀδύρονται, τελευτώντων δὲ χαρμόσυνα καὶ τελετὰς ἄγουσιν. — 1 τί; Cod. « Schol. W.: Περὶ τοῦ ἤθους τούτου μέμνηται Πλάτων [Axiocho § 10] καὶ Ἡρόδοτος Ἱστοριῶν ε' (c. 4). Adde Fischer. ad Axioch., et quæ apposui in Anecd. t. I, p. 19; t. V, p. 294 et 492. » *B.* — 4. Μόρος idem qui Θάνατος.

CXII. Lemma : εἰς τινα μαντευσάμενον περὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἕως πόσων ἐκταθήσεται χρόνων (i. e. *annorum*). Ex hoc epigrammate expressum ἄδηλον quod legitur VII, 157. — 1 τρεῖς Cod. — 3 οἱ δ' ἐπὶ τούτους Cod.; οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις Plan. « Ex Jacobsii conjectura ἡ scripsi pro οἱ. Non habet οἱ quo possit referri; ἡ referatur ad βιοτῆς, repetito ὅρος cum Νέστορι. » *B.* Imo : *Nestor sibi habeat*, ut ep. 39, 3 : Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα. Lennepio p. 230 « ἐνιαυτοὶ posse intelligi » videbatur. In Addendis ad Pal. Jacobs. malebat : εἰ δ' ἐπισός τις Νέστορι. De re idem : « Nimirum vitam dicit veram vitam, quæ juvenilis ætatis tempore continetur, sive ἄνθος ἄριστον ἡλικίης quod vocat poeta alterius epigrammatis. »

CXIII. Lemma : εἰς τινα ὑπὸ κορέων τὴν νύκτα κακῶς ἀπαλλάξαντα. Lusus verborum valde jejunus. — 1 με Cod.; μου Plan. Correptionem qualis in κόρις est seri modo poetæ admiserunt, nec tulit Passovius sic hæc scribens, alio quidem admisso vitio, quod ab accentu vix excusatur :

> Ἄχρι κόρου κόριες κορέσαντό μου · ἀλλ' ἐκορέσθην
> ἄχρι κόρου καὐτὸς κόριας ἐκκορίσας.

CXIV. Lemma : εἰς παιδίον μέλλον κρημνίζεσθαι ἀφ' ὑψηλῶν κεράμων, ᾧ ἡ μήτηρ παραστᾶσα καὶ τὸν μαζὸν ἐκ τοῦ ὄπισθεν δείξασα, τοῦ θανάτου ἐῤῥύσατο. Idem argumentum Leonidæ vel Archiæ infra ep. 351. — 2 μοίρα Cod. et Jac.; μοῖραν Plan.; μοῖρα Boiss. et Salm.; μοῖραι Passovius et Friedemannus p. 305. — 3 ἐξόπισθε μ. μετέστρεψε Cod., recte utrumque Plan. — 4 ἐγκεχάριστο Cod. et Plan., compositum sine exemplo et (quod majoris momenti est) sine ratione; egregie L. Dindorfius in Thes. ἔγ κεχαριστο.

CXV. Lemma : εἰς τὴν ἀσπίδα Ἀχιλλέως, ἣν ἔλαβεν Ὀδυσσεὺς παρωσάμενος Αἴαντα. « Historia de Achillis scuto post Ulyssis naufragium fluctibus ad Ajacis tumulum delato. Narrabant novæ Trojæ cives, τῆς ναυαγίας Ὀδυσσεῖ συμβάσης, ἐξενεχθῆναι κατὰ τὸν τάφον τὸν Αἴαντος τὰ ὅπλα, Pausan. I, 35. — 1 ἀσπὶδ' Cod., « ut solet fere ante apostrophum. » Idem ἕκτορος. — 2 ηρε Cod., η duobus punctis notato pro accentu; ἦρε Jac.; εἷλε Plan., Brunck. — 4 ὤμισεν Cod., « vel ὤμασεν » Salm.; ω μισεν (cum spatiolo) apogr. Par.; ὥρμισεν Plan. « Post hunc versum in Cod. legitur primus versus epigr. sequentis, cum lemmate, sigla initiali et numero; post unius versus lacunam initio et fine habentem signum defectus vel depravationis, sequitur ultimum distichon hujus epigr. Post illud tres reliqui versus ep. 116. Hic error ita propagatus in Planudeam, ut ibi postremum nostri epigr. distichon hoc loco omissum sit, versus quintus autem legatur post primum versum epigrammatis 116. » *Jac.* et *Pauls.* Correxerat jam Salmas.

CXVI. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν ἀσπίδα ὁμοίως · ὅτι τοῦ Ὀδυσσέως ναυαγήσαντος ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Αἴαντος ἡ θάλασσα ταύτην ἐξήνεγκε, δείξασα τὸν ταύτης ἄξιον ἀσπιδιώτην. Lemma codicis RS. : εἰς τὰ ὅπλα τοῦ Ἀχιλλέως ἐκριφέντα παρὰ τὸν τοῦ Αἴαντος τάφον ἀπὸ θαλάσσης. Qui distichon totum ep. 115, 5 et 6 habere videtur; in Athoo solus exstat v. 5. — 3 sic Plan.; αὐτόν σε καλέουσα Cod. et RS.

CXVII. Lemma : ἐπὶ τῷ τάφῳ Ἀχιλλέως · ὅτι (ὅτε ap. Salm.) Πύῤῥος τὴν Πολυξένην ἐσφαγίασεν, ἡνίκα ἡ ταλαίπωρος Ἑκάβη ἐπὶ τοῦ ἰδίου κόλπου τὸ αἷμα τῆς θυγατρὸς ὑπεδέξατο. — 3 πολυκλαύστοιο Plan. — 5 εὐξενίοις Cod., recte Plan. — 6 φθιμένης Cod.; φθίμενος Plan., quod merito prælatum est. — 7 ὠδύσαο Cod. Legebatur ἐμὴν ὠδύσσαο νηδύν, sed verbum ubique struitur cum dativo; Schæferi correctionem recepit Jac. Νηδύς, ut *venter*, de sobole.

CXVIII. Lemma : ἐπὶ τὸ ταχὺ τὸν βίον παρέρχεσθαι. « Est inter Theognidea v. 527. Et cum nomine Theognidis in Anthol. Plan. p. 33 Wech.; unde fuit receptum in supplementum Planud. editionis Jacobsii n. 10. » *B.* Besantini nomen etiam in vett. editiones Stobæi ingruit Flor. CXVI, 11. — 2 sic Codex; sed præstat ἀπονισσομένης Plan. et Theogn. Schol. Wech. : γράφεται καὶ ἀπανισταμένης.

CXIX. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ἐπί τινι ἄρχοντι · παραίνεσις φεύγειν τοὺς κόλακας. Παλλαδᾶ. Sic Jac.; sed Paulss. abesse hoc nomen a Codice monet; falso, quum exstet in apographis et Gothano et Parisino. Salmasius autem : « Ad oram Codicis repositum nomen Παλλαδᾶ. » Plan. Βισαντίνου. — 4 ὡς μαλακοὺς corrigit Bothius, perperam.

CXX. Lemma . εἰς φαῦλον καὶ ἀχάριστον τοῦ αὐτοῦ (sic), altero nomine præmisso, quod habet Plan. quoque. — 1. « Πίθος τετρημένος. Theophrastus Char. 20 : τοὺς φίλους αὐτοῦ εἶναι τὸν τετρημένον πίθον · εὖ ποιῶν γὰρ αὐτοὺς οὐ δύνασθαι ἐμπλῆσαι. Quam proverbialem dicendi formulam attigi ad Anecd. t. II, p. 297. Phrynichus Appar. p. 69, inter proverbia quædam ἐπὶ τῶν μάτην τι πραττόντων habet et εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν. Gregorius Naz. t. I, p. 184 :

> Τετρημένῳ χοθεῖς δὲ
> Πίθῳ κακῶς ἐπαντλεῖν
> Τὰς ἡδονὰς ἀπλήστως.

Soror Turcareti de fratre : *il jette tout par les fenêtres, dès qu'il est amoureux; c'est un panier percé.* » *B.* Jac. horum Lucretii meminit, III, 948 :

> Nam si grata fuit tibi vita ante acta priorque,
> Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
> Commoda perfluxere atque ingrata interiere,
> Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?

CXXI. Lemma : ἄδηλον ἐπὶ τίνι ἢ τίνος ἐστίν. Iterum legitur in Codice infra post ep. 339. « Vertit et illustrat Chardo Roch. Miscell. t. I, p. 402 seq. » *B.* Qui de homine hæc accepit, cujus origo inter Spartam et Salaminem disceptabatur. Grotius arborem, Bothius lauream intelligebat. Sed egregie, ut plerumque, Jacobsius : « Ænigmatis speciem habet epigramma. » Quod ænigma facile divinavi. Est *hyacinthus*, cujus originem alii ad magnum Ajacem (πρό-

μαχον), alii ad Hyacinthum Amyclæ filium (ἤϊθεον) referebant. — 1 σπάρτης Cod. hic, σπάρτας altero loco, quod posuit Boiss., et sic voluisse videtur poeta. — 2 κλαίω iterum recte altero loco Codex; respicitur ad αἰαῖ vel ὖ ὖ in illo flore delineatis. Hic scriptum est κλείω, de quo nugatur Bothius.

CXXII. Lemma : ἀδέσποτον εἰς χελιδόνα τέττιγα καταπιοῦσαν τὸν μουσικὸν μέμψις. Διοσῶς κεῖται. Iterum legitur post ep. 339, cum hoc lemmate : Εὐήνου εἰς χελιδόνα τέττιγα κατεσθίουσαν. Hoc loco in nova pagina : μέμφεται τὴν χελιδόνα ὡς καταπιοῦσαν τὸν τέττιγα, δικαίως· ἀμφότεροι γὰρ ᾠδικοί. « Huc facit Plutarch. Mor. p. 727, E, de hirundine : σαρκοφάγος ἐστί, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας ἀποκτίννυσι καὶ σιτεῖται. Clemens Alex. Strom. V, p. 660 : διώκει δὲ καὶ τέττιγας τοὺς μουσικούς, ὅθεν ἀπωθεῖσθαι δίκαιος. — 1. Ἀτθίς, ob notam de Philomela fabulam, ut ab Erichthonio prognata. Μελίθρεπτε, melle nutrita et propterea mellitam vocem fundens. Sic Theocritus I, 146 :

> Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο,
> Πλῆρές τοι σχαδόνων......
> .... τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ᾄδεις.

Probabiliter Wakefieldus καλὸς [καλὰ] καλόν, ob versum 3. — 2 post τεττιγ lacuna est in Codice, sed altero loco versus integer item ut ap. Plan. Epitheto significantur aviculæ pulli, aviculæ ipsæ. Quod ut jejunum non ferens Brunckius τέττιγ' ἀπτῆσιν. [Salmas. adscripserat : « Melius τέττιγ' ἀπτάνοις, pullis inplumibus. »] — 4 ξένον εὔξεινα Cod. hoc loco, recte altero. Conf. variet. ep. 117, 5. Ἀ ξεῖνα, quod per æstatem tantum visa existimatur hirundo ex peregrinis regionibus adventare; nec aliter, ut videtur, de cicada censebant. Sequentia male interpolata in Plan. ἀρινὸν ἦαρινὰ vel ἠερινά, ubi Valck. ἠρινὸν εἰαρινά. [In cod. Reg. 1773, ubi hoc ep. vidi : ἠρινὸν εἰαρινῶ.] — 5 κοὐχὶ Cod. utrobique; minus graviter οὐχὶ Plan. — 6 ὀλλυσθαι Cod. altero loco; στόμασι hic. Æschylus ap. Plut. Mor. p. 286, C :

> Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; » *Jac.*

CXXIII. Lemma : ἀδέσποτον εἰς αἶγα τυφλώττουσαν, ἣν ἐκέντησεν ἀχράδος ἄκανθα καὶ ἀνέβλεψε. Iterum legitur post ep. 353, cum lemmate : τοῦ αὐτοῦ (scil. Λεωνίδου)· ἐπὶ αἰγὶ τετυφλωμένῃ, κεντηθείσῃ ὑπ' ἀχράδος καὶ βλεψάσῃ. « Addidi nomen *Leonidæ Alexandrini* ex apogr. Par. loco posteriore. Addi etiam potest *Antiphili* nomen ex Planudea. » *Boiss.* « Commentarii loco sit Ælian. Hist. anim. VII, 14 : ὅταν αἲξ νοήσῃ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιβολωθέντα αὐτῇ, πρόσεισι βάτῳ, καὶ παραβάλλει τῇ ἀκάνθῃ τὸ ὄμμα νύξαι αὐτό· καὶ ἡ μὲν ἐκέντησε, τὸ δὲ ὑγρὸν ἐξεχώρησεν, μένει δὲ ἀπαθὴς ἡ κόρη, καὶ ὁρᾷ αὖθις. Plinius H. N. VIII, 50 : *oculos suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi.* » *Jac.* — 1 εἰχθονίης hic Cod. a pr. m., deinde correctum ἐκ χθοίνης (sic), omisso sub χ puncto; altero loco ἐκ θοίνης, ut Plan. Quod recte explicuit Henr. Stephanus : « Capella dicitur ex cibo suo seu ex victu lucem oculorum esse consequuta, quod illud ipsum, quo vescebatur, ejus pupillam pupugerit. » — 3. Ἄκανθα quod vocatur ἀχράς, documento est intelligi ἄχερδον spinam, non *pirastrum*, nec proprie loqui poetam versu 1 : quamquam ἄπιον quoque silvestre annotant esse ἀκανθῶδες. — Post v. 4 unius versus lacuna in Cod. Sed mire Chardonis manu hæc adscripta versui *secundo* : « In Palatinis membranis recte lacuna est post primum versum hujus epigr. *Salmas.* »

CXXIV. Lemma : ἄδηλον ὑπὸ τίνος, εἰς δάφνην τὸ φυτόν, Lemma Plan. : εἰς δάφνην ἀξίνῃ κοπτομένην. « Codex πορεύεται et ἀγαμίγνυται, Plan. πεπόρευτο et ὅτ' ἐμίγνυτο. Ex utraque lectione versum concinnavi, hoc sensu : *dum Phœbus abest, Mars cum Daphne rem habuit.* » *Jac.* Qui ἀναμίγνυτο. Sed vel ob sententiam tangendum non erat ἀναμίγνυται. Correptum αι non tam recens quam esse creditur, et de ætate versiculi non constat.

CXXV. Lemma : ὅτι οἱ Κελτοὶ παρὰ τῷ ποταμῷ Ῥήνῳ δοκιμάζουσι τὰ ἑαυτῶν τέκνα γεννώμενα· ἂν γὰρ ἀποπτύσῃ ταῦτα ὕδωρ, ὡς νόθα (sic) ταῦτα καὶ οὐ γνήσια ἀποπέμπουσι. « Lemma in codice 2720 (RS.) : εἰς Ῥῆνον ποταμόν. De illo Celtarum more egi pluribus ad Theophyl. Simoc. Epist 10, p. 236. Adfert Jacobs. [præter Juliani Imp. Or. II, p. 81, D, Epist. 16, p. 383, D] versum Georgii Pisidæ : Γενοῦ δικαστής· Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον Γενοῦ δικαστής, qui versus obversabatur Theodoro Hyrt. scribenti Epist. 37 : γένοιό μοι τοῦ Κελτικοῦ Ῥήνου δικαστὴς ἀῤῥενέστερος. Conf. Walz. ad Arsen. p. 387. » *B.* — 1. « Ζηλήμονι, epitheton hominum ad fluvium translatum; omnis enim ille mos e ζηλοτυπίᾳ Gallorum ortus videtur. » *Jac.* — 3 et 6 παῖν RS. — 4 ὀλισθήσηι διαλωπων, superposito κόλπων Codex; ὀλισθήσας etiam RS.; ὀλισθήσας Plan., quod post Brunckium prætulerunt Boiss., Both. et Schneidewin. — 5 νηπίαχον Cod. et RS.; νηπίαχος Plan.; προχεύει RS.; codex Aldi προχέῃ, Jacobs. πρῶτόν τε χέῃ. — 6 θῆκε νέον Plan. Αὐτός, herus, paterfamilias. — 7 ἐσαθρήσῃ Cod. et Plan.; rarius ἐπαθρήσῃ servavit RS. et alius quem vidi cod. Regius n. 1773. Recepi auctore Schneidewino, qui « Sic tenui interdum discrimine ἐπιδεῖν et ἐσιδεῖν, ἐπακούειν et ἐσακούειν usurpantur. In nostro autem carmine accedit ut præpositio suam sibi vim servet integram : *insuper* videre. » — 8 κεκρυμένον Cod., RS.; ἐλεγχιγάμου omnes, fortasse præter cod. Athoum, corr. Scaliger. Nihil mutavit in græcis Boiss., annotans : « Servavi ἐλεγχιγάμου, etsi sciam quam probum sit ἐλεγξιγάμου, quod fuit e conjectura editum. » — 9 μὴ δὲ μετ' RS.; εἰλείθ. idem, Athous et Gudianus; εἰλήθ. Pal. et Plan. — 11 τί μήσετο Cod.; τιμήσει RS.

CXXVI. Lemma : εἰς Κλ. ταιμνήστραν ὑπὸ Ὀρέστου ἀναιρουμένην. — 1 πῆι Cod. — 2 γ. ἦσ' Codex; ἧς RS.; ἧ σ' Plan. « Scaliger transponebat ἡ γαστήρ σ' ἐλοχ., quod est paulo frigidius, meo quidem judicio. Meinekius [Schneidewinus] legit γαστὴρ μέν σ' ἐλόχ., et id debile; Jacobs. [in Pal.] γαστὴρ ἔκ σ' ἐλόχ., laboriose, ac [ad Anal.] γάστηρ ἧ σ' ἐλόχ., genitivo bene, ipso pessime vocabulo, et ad id tacita ductus Brunckii lectione γαστέρος. Inveni in apographo Codicis Pal. γαστὴρ ἧς ἐλ., quod quidem idem esse videtur edito ἡ σ' ἐλ, literis male in unam syllabam contractis; sed quod, ob similem fere sonum literarum δ et σ, possit etiam legi γαστὴρ ἥδ' ἐλόχευσεν, ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί, aptissima utriusque membri consecutione. [Hoc recepi. Schneidewinus inutilissima cacophonia ἥδ' ἐλόχευσέ σ'.] Ceterum ex præmissis tentaminibus Brunckianum, hodie quidem, mihi plus reliquis placet, in quo nativa est maxime γαστέρος repetitio, tum nativa quoque in tanto motu mutatio syntaxeos, ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί. » *Boiss.* ad Tzetzæ Alleg. p. 296.

CXXVII. Lemma : εἰς πρεσβύτας· διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ὀξυχόλους καὶ πικρούς. Iterum legitur in cap. XI post ep. 441, cum lemmate : εἰς γέροντα ὀξύχολον, idemque est in RS. « Epigramma *Palladæ* ingenium sapit. » *Jac.* Boiss. : « Schol. Wech. : Ἀντιφάνους (Stobæi tit. CXVI, 13) :

> [Σφόδρ'] ἐστὶν ἡμῖν ὁ βίος οἴνῳ προσφερής.
> Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρόν, ὄξος γίνεται.

Quod quum videatur falsum, si ad omnes extendatur senes, præfero alterum lemma : Εἰς γέροντα ὀξύχολον. Neckeria in Miscellaneis : « *les vieillards sont comme les vins; ils se corrompent ou se perfectionnent.* » — 1. « Elumbibus numeris quodammodo medearis voce μικρὸν post ἂν posita. » *Jac.* — 3 sic RS. et Cod. altero loco; hic οὕτως ἀπαντλ., Plan. οὕτως ἀντλ. — 4 γίγνεται Plan.

CXXVIII. Lemma : εἰς δράκοντα ἐκπιόντα ποταμὸν ὅλον. « In apogr. Par. junctum cum epigr. sequenti, ut et in Plan. — 2. Sic dixit Statius *pulverulenta flumina.* Conf. mea ad Philostr. Her. p. 562. » *B.*

CXXIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως. Et in nova pagina ad v. 4 : εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα. Et in marg. : εἰς τὸν αὐτὸν δράκοντα. Lemma Plan. . Νέστορος εἰς τὸν Πύθιον δράκοντα. — 1 τὸ δ' ἦν ἔτι RS. et Plan., ἦν in Codice omissum. — 2 ὁ διψ. omnes; ὃ Boiss. ex ed. Wech.; γένον Cod. superposito ultimis ει. — 3 κηφισσὸς et v. 5 κηφισσὸν Cod.; uno σ RS., Plan., edd.; illud reducebat Boiss.; εἰσώρεεν una voce RS. In marg. Cod. : ἡ αὐτὴ ἔννοια. Numeri impediti. « In Κηφισος ultima vi arseos producitur, nisi forte scribendum : πᾶς δ' ἄρα οἱ Κηφισὸς ἔσω ῥέεν. » *Jac.*

CXXX. Lemma : εἰς ἐλαῖαν (sic) βαστάζουσαν ἄμπελον καὶ θλιβομένην. « Olea, Palladi sacra arbor, vitis complexus deprecatur. — 1. Θλίβω, ambiguum verbum, ut *urgeo*, de quo Mitscherlich. ad Horat. Carm. I, od. 5, 2. » *Jac.* — 2 αἴρετε Plan.

CXXXI. Lemma : εἰς πεύκην ὑπὸ ἀνέμων (ἀνέμου ap. Salm.) κλασθεῖσαν ἐν ὄρεσιν καὶ μετὰ ταῦτα ναῦν γεγονυῖαν. Idem argumentum ep. 376. — 1 υἱέτιος Cod. « Βλωθρὴν πίτυν, vid. ad ep. 233, 6. » *B.* — 2 ἐξεκύλισσε Cod., sed recte codices Plan. ap. Brunck. — 4. Horatius in eadem re : *Audax omnia perpeti gens humana.*

CXXXII. Lemma : εἰς Ἱππόλυτον καὶ Φαίδραν τὴν Θησέως γυναῖκα· καὶ ὅτι ὁ μὲν διὰ σωφροσύνην, ἡ δὲ δι' ἔρωτα ἐτελεύτησεν. « Est in Stobæi Ecl. tit. 5, p. 136 Schow. » *B.* Scriptum fortasse in tabulam pictam, Hippolytum et Phædram exhibentem. *Jac.* — 4 δ' ἀγανὴ πέφνεν σωφροσύνη Cod.; in apogr. Par. est δ' ἁγνή, ap. Salmas. δ' ἀγαυή.

CXXXIII. Lemma : ἀδέσποτον· ἄδηλον, (sic)· εἰς τὸν μέλλοντα δὶς γαμεῖν παραίνεσις. « Gallice vertit Chardo Koch. Miscell. t. III, p. 74, et multis illustrat. — 1. Schol. Wech. : Ἱππώνακτος ὡς Στοβαῖον (an εἰς Στ.? melius παρὰ Στοβαίῳ. Stob. LXVIII, 8; ap. Welcker. fr. 12, p. 41)·

Δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται·
Ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. »

Boiss. Διώκοι cod. Athous.

CXXXIV, CXXXV. Lemma : εἰς τὴν τύχην καὶ τὴν ἐλπίδα· ὅτι ἀβέβαια πράγματα ἀμφότερα, καὶ ὅτι οἱ πρὸς ταῦτα κεχηνότες ἑαυτοὺς διαπαίζουσιν ὥσπερ ὀνειρώσσοντες· ἀποτρέπεται οὖν ἀμφότερα διὰ τῆσδε τῆς παραινέσεως. Ἀδέσποτον· νομίζω δ' ὅτι Παλλαδᾶ ἐστὶ τοῦ Ἀλεξανδρέως. Cui inscribebant Brunck. et Jac., qui in Add. reduci jussit ἄδηλον : « nam meliores versus pangebat Palladas. Sepulcralibus accensendum puto. Defunctus sibi gratulatur quod Fortunæ et Spei ludibriis non amplius expositus sit. » *Jac.* Eadem sententia et partim verba in epigr. 49 et 172, quorum nostrum videtur amplificatio esse. — 2 ἐπιτρέπομαι in apogr. Par. — 3 μεθόπισι Cod. Πολυπλανέες transitiva signif. — 5 ὡς ἐν ὕπνῳ Plan.; οἷα τε ὄντα Cod. — 6 πολυώδινε Cod. Ἔῤῥε, κακὴ γλήνη ex Hom. Il. Θ, 164. — 7 παίζοιτε, ἴετε (f. Salm.) θέλοιτε οὓς Cod.; παίζοιτε, στροφέοιτε ὅσους Plan. Jacobsii correctionem ex Addend. p. LVIII recepit Boiss. — 8 εὕροιτε Cod. « Post hunc versum epigramma 135 inchoavit Jacobsius [cum Brunckio], sed contra Codicis ipsius fidem, in quo continuatur sine divisione undecim versuum series. Sequutus sum Codicem, quum ex ipsa separatione nihil prorsus rediret lucri. Sed servavi numerum, propter receptum morem numeros citandi Jacobsianos. Post decimum versum undecimus sequitur in Codice et editione :

Γράψε τίς; οἶδε θεός· τίνος εἵνεκεν; οἶδε καὶ αὐτός.

Illum delevi; est enim lusus glossatoris qui de auctoris nomine et poematioli scopo hærebat. » *B.* Idem sensit Jac. de versu 11. Versus 9 et 10 absunt a Plan. — 10 οὐδὲ φιλοῦσα hariolatur Bothius : « *ne cupiens quidem* plus esse quam πλάνη. »

CXXXVI. Lemma : Κύρου τοῦ μεγάλου ποιητοῦ, ἡνίκα ἔμελλεν ἐξορίζεσθαι ἐκ τῆς πόλεως, θρῆνος ὃν εἶπε πρὸς αὐτῇ τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως. Consularis et, ut videtur, præfectus urbis Constantinopoleos, inprimis gratus Eudociæ Augustæ, Theodosii junioris conjugi, qua Hierosolyma profecta dignitatem suam amisit et in exilium abire coactus est. In Plan. ἄδηλον. « Tanquam *Moschi* hos versus Theocriteis subjunxit Valckenar. p. 380. Priores versus expressi sunt ex Nonni Dion. XX, 372 :

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε μετὰ χλόνον ἔργα θαλάσσης,
ὥς κεν ἀεθλεύσαιμι καὶ ἰχθυβολεῖν ἐς ἀγῶνα. »

Jac. — 6. Conf. ad VII, ep. 708, 3. — Sequitur in Codice initium idyllii Theocritei XX : Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε, cum hac nota in marg. : τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικόν, ἀλλὰ ἐρωτικόν. Κακῶς οὖν ἐνταῦθα κεῖται.

CXXXVII. Lemma : Ἡμίξηρος (sic Boiss., quasi n. propr.) αἰτήσας Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ (sic, sed recte Plan. Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα) τροφήν. Alterum lemma in marg. — 2 ἡμίτομον Cod.; ἡμίτονον Plan. inde ab Aldina altera. Bilem moverint Imperatori illa μου ridicule repetita et imago non minus ridicula.

CXXXVIII. Lemma : εἰς τινὰ νέον μὲν ὄντα πένητα, γηράσαντα δὲ πλούσιον γενόμενον. — 3 οὐδὲν εἶχον Cod., corr. Plan.

CXXXIX. Lemma : εἰς μιμάδα γηράσασαν καὶ καλλωπιζομένην, ἤτουν (εἴτουν Boiss.) ἀλειφομένην τὰ τῶν γυναικῶν μαγγανεύματα. — 1. Conf. Virgilii Copam init. — 2. Salmas. ex Nonno Dion. XLVI, 122, affert de eodem crotalo : δίζυγι χαλκῷ (al. παλμῷ) οἷα γυνὴ παίζουσα χοροίτυπος. — 3. « Quum verbum desit quo ὑποκλέπτων referatur, dubitari nequit quin unus alterve versus interciderit. Rem minime salvam præstat Gesneri conjectura κτεὶς μὲν ὑπ. » *Jac.* Boiss. : « Forsan, sumta Gesneri et Reiskii conjectura κτεὶς : Κτεὶς μὲν ὑποκλέπτει π. » Bothius tentabat τῇ μὲν ὑποκλέπτειν, *ut hoc modo celaret.* — 4 ὄμματος αὐσῇ Cod., corr. Brunck. « Multa de oculorum stibio pingendorum artificio, quo vividiores fiant ac magis radiantes, congessi ad Philostr. Her. p. 580, ubi de Paride dicitur quod τὸ ὄμμα ἐγέγραπτο. Monui etiam ad Naumachii v. 67. Alia plura videsis ad Philostrati Epist. 40, p. 112 seq. » *B.* — 5. Ἄγροος αἰδώς, i. e. *impudentia*, monente Reiskio; nam

pudori proprium est erubescere. — 6. « Ἀγλαΐῃ νόθῃ de cerussa accipio, qua illa etiam sinum illinebat. Στέφειν pro *ornare* passim obvium. Κεκαλυμμένα, sub strophio condita. » *Jac.*

CXL. Lemma : εἰς δοῦλον τινὰ τυπτηθέντα παρ' αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ ἐπιδοῦναι σέλλιον (σελλίον Boiss.) ἐν ἀκροάσει. Ficta esse a glossatore illa *verbera* videntur ex male intellecto verbo θώρηξε versu 4, neque (quod Jac. observavit) ullo modo apta sunt voci πολύμητις. Scitum aliquid commentus poeta præsentes tum exhilaraverat, quibus causam exponit, rem ipsam scientibus. Ac bene Jac.: « Mutilum esse hoc epigr. Brunckio asseveranti non credo. » — 1 χαλκεόπεζαν Cod., corr. Brunck. (Vide Spitzner. var. lect. ad Il. Λ, 629. *Jac.* nott. mss.) *Heliconis* πρόθυρα Gesnerus interpretabatur de auditorio, in quo acroasis; sic etiam glossator cepisse videtur. « Cui interpretationi licet color conciliari possit ex alio epigr. byzantino, ubi bibliotheca οἶκος Ἑλικῶνος vocatur, Ruhnkenius tamen sine hæsitatione corrigit ἐνὶ προθύροις Στελιχῶνος, *in vestibulo Stilichonis* patroni. Idem Piersono in mentem venerat, et Medenbachio. » *Jac.*, qui in Palat. Gesneri explicationem præfert. Illud haud dubie verum in latinis certe posui. — 2 τίς Cod. Fateor mihi verba ὑπὲρ νώτοιο non satis patere. — 3 ἐπιδίφρον Cod. « Μογέοντι, lasso. » *Both.* « Reiskius ἀοιδῷ. Sed alterum potius, *recitationis fulcimentum*, de sella sua dixerit Claudianus, ut ænigmaticum acumen efficeret. » *Jac.* — 4 θώρηξεν ἰὸν Cod., correxit Reiskius. « Apogr. Par. τοὔνεκα μεθώρηξεν ἰόν. Sed invenisse puto librarium μευ θώρ. nam ep. 142, 2, pro κέχευθε exhibet etiam κέκεσθε. » *B.*

CXLI. Lemma : εἰς ληθαργικὸν καὶ φρενοπλῆγα, ὅτι μαχεσάμενοι ἀλλήλους ἰάσαντο. Lessingii de hoc epigr. judicium v. Opp. t. VIII, p. 437 Lachm. — 1 παρακλισίῃ Cod., corr. Plan. « Sic VII, ep. 680, 2 : ἐνθάδε νῦν μετὰ τέρμα βίου φίλῃ παρὰ πατρίδι κεῖται. De re Plinius H. N. XXVI, 72 : *phreniticos somnus sanat; e diverso lethargicos excitare labor est.* — 2 ἀπεσκέδασεν Cod. — 6. Ὕπνῳ, i. e. εἰς ὕπνον. Sic III, ep. 12, 1 : βάλε γαίῃ. » *Jac.* Plan. ὕπνου.

CXLII. Lemma : εἰς Πᾶνα παρὰ ὁδοιπόρων ἑστῶτα ἔν τινι πηγῇ. Intellige *viatorum verba* ad Panem. — 1 διχέρων apogr. Par.; νυμφέων Brunk. — 2 λέλογχε conj. Brunck.; γέγηθε olim Jac. « Verba nondum sanata ». *Heck.* I, p. 195. — 3 ἄμμι Cod. Λίθα, non *petram*, sed pro λιθάδα. Notus usus accusativi sine præpositione.

CXLIII. Lemma : εἰς Πρίηπον ἢ καὶ Πᾶνα ἑστῶτας ἐπ' αἰγιαλῷ· μᾶλλον δ' εἰς Ἀφροδίτης ἄγαλμα. Hoc verum. Expressum ex sequenti ep., quod conf. Venus marina loquitur. — 1 λιτός μοι Plan. — 4. « Εἰς ἐμέ. Erat igitur sacellum in portu positum, vel ad stationem navigantibus tutam. — 6. Sic vocabula a ventis ad amoris negotia translata et alibi et cap. V, ep. 17, quod conferendum. » *Jac.*

CXLIV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό· εἰς Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἑστὼς ἐπ' αἰγιαλοῦ καὶ ἀποσκοποῦντος πρὸς τὸ πέλαγος. « Pro ἑστὼς est ἑστὸς male in apographo : v. not. 443 ad Zachar. Mytil. Male τὸ ἐνεστὸς pro τὸ ἐνεστὼς proposuit v. d. ad Tatian. 26. » *B.* Ἑστὼς etiam Salm.; ap. Jac. compendium vocis ἑστῶτος, quod tuetur sequens ἀποσκοποῦντος, ut τοῦ ξοάνου vel ναοῦ omissum esse videatur. Benndorfius p. 38 : « Hanc inscriptionem, etsi conjecturæ memores, referre audemus ad Veneris statuam acrolitham (λιπαρὸν ξόανον v. 4), quam Patris ἐν τεμένει Ἀφροδίτης (οὗτος ὁ χῶρος v. 1) prope mare (ἀμφὶ δὲ πόντος v. 3) fuisse tradit Pausanias VII, 21, § 10. » — 1 ὅπεῖ φ. scribendum arbitratur Heck. I, p. 118, sine ulla necessitate. — 2 ὁρᾷν Plan. — 4 δειμαίνῃ Plan. præter tres editt. vetustissimas; λαμπρὸν Cod. et Plan., sed in hoc bis positum epigramma et altero loco legitur λιπαρὸν, « quod cum Brunckio recepi, quum λαμπρὸν ex v. 2 repetitum esse appareat. » *Jac.* In verbis πόντος δερκόμενος ξόανον λιπαρὸν participium referas ad v. 2, ubi vicissim Venus λαμπρὸν ὁρᾷ πέλαγος, minime vero ad verbum δειμαίνει.

CXLV. Lemma : εἰς Διογένην (— γένη Salm.) τὸν κύνα καὶ Κροῖσον τὸν Λυδόν· γνώμη θαυμάσιος. — 4. E Pactolo. — 5 πλείω Cod. « Hoc dicere videtur : Etiam nunc quam tu plus *spatii* occupo, omnes quippe opes meas mecum habens, te nihil prorsus afferente. Corrigebam πλείων πόρος, *opes plures* quam tu. » *Jac.* Sed στρώσας ostendit poetam de τόπῳ πλείονι cogitasse. Hoc vel simile epigr. sic expressit Ausonius, n. 54 :

Effigiem, rex Crœse, tuam, ditissime regum,
  Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit utque procul, solito majore cachinno
  Concussus dixit : « Quid tibi divitiæ
Nunc prosunt, regum rex o ditissime, quum sis
  Sicut ego solus, me quoque pauperior?
Nam quæcumque habui, mecum fero; quum nihil ipse
  Ex tantis tecum, Crœse, feras opibus. »

CXLVI. Lemma : εἰς Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν. — 1. « Brunckius qui scripsit ἔτευξε perdidit operam. Frequenter cum prima persona repetitur proprium loquentis nomen. Demosthenes Orat. 1 in Steph. p. 223 : Στέφανος :... τἀληθῆ ἐμαρτύρησα. Homeri et Hes. Certamen p. 154 : δῶρόν τοι Ὅμηρος καλὸν ἔδωκα. Alia dedi in Class. Diario t. XX, p. 305. Sic Achilles de se in Iliade Ω, 520 : ἀνδρὸς ἐς ὀφθαλμοὺς ὅς τοι πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς υἱέας ἐξενάριξα. Ibi est mala varietas ἐξενάριξε. Posset et capi εὔνους pro adjectivo : « *Quum tibi sim benevolus, Spem et Nemesin in eadem ara collocavi : illam ut speres* (spes enim hominibus jucundum est); *hanc, ut nihil eorum quæ speraveris habeas* » (possessio enim bonorum plerumque malum est quæ homines obcæcat et inani replet tumore). Schol. Wech.: τὴν μετριότητα δεδήλωκεν· εἰ γε ὁ μὲν πενόμενος ἐλπίζει, ὁ δὲ πλουτῶν ἐνθυμεῖται τὴν Νέμεσιν ἐμποδὼν εἶναι τοῖς εὖ πράττουσι. *B.* Buher.: « Carmine latino vertit Vavassor, Epigr. p. 137. » — 2 ἵνα μηδὲν ἄγαν Grævius et Brunck. « Quæ probabilis (?) emendatio, non certa. Nemesis enim secundum vulgarem opinionem, fructum bonorum hominibus invidens, impedire videtur ne, quæ nos adepturos esse speremus, nanciscamur. Conf. Æsopi epigr. X, n. 123. » *Jac.* Imo Εὔνους ille, animo natus benigno, sed plerosque homines cupidos, ingratos et injustos expertus, mente ipsissima illa quam dicit hæc duo numina dedicavit. Scitum distichon et integerrimum.

CXLVII. Lemma : εἰς γέφυραν ἣν ἐποίησε Ξενοκλῆς ὁ Λίνδιος. *Simonidi* tribuitur in Plan. Cereris Eleusiniæ pompa ducebatur per pontem Cephisi, qui ad Eleusinem violentior ruebat, teste Pausania I, 38. Hinc γεφυρισταί et γεφυρισμός. Et ad hunc pontem carmen referebat Casaubonus. Sed in insula Rhodo quoque Cererem et Proserpinem sua habuisse mysteria Jacobsius monuit, ut Atticum illum pontem a Xenocle Lindio fuisse exstructum minime possit affirmari. — 1 ὢ bis Meinek. « Ὢ ἴτε sic Callimachus H. in Lav. 13 : Ὢ ἴτ' Ἀχαιϊάδες. De quo loco obiter animadversionem proferam. Qui Achaiadas excitat

poeta, jam exclamavit v. 4 : Σοῦσθέ νυν, ὦ ξανθαί, σοῦσθε Πελασγιάδες. Et a versu 5° ad 13um de cura Minervæ circa equos quos ipsa sedulo, antequam balneum intret, urgat a sudore et spuma, pulcherrimam digressionem nectit, quæ quum videatur alienissima a poetæ scopo, suspicor esse adscribendam lavatricibus, quas compellabat. Eas urget ut procedant ad Inachum Minervam exspectaturæ. Respondent se perventuras tempore ad flumen, et ita ut deam exspectent, non ab illa exspectentur, quum tantum curæ primum omnium equis impertiat. — 2 μηδ' vulgo. Apogr. μή δ'. Dedi μὴ δ'. » B. — 3 sic Cod.; τοῖον Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Plan., in quibus Ξεινοκλῆς Brodæus et Brunck. « Aut hoc probandum, aut quod malim τοῖον γὰρ Ξενοκλῆς τόδε Λίνδιος. Exemplis brevis syllabæ ante λ productæ, quæ Jac. affert, nihil efficitur, quum brevem syllabam in arsi habeant. » *Meinek.* p. 149. Bothius ὅδε Λίνδιος, quod admittendum esset, si de statua vel monumento τοῦ γεφυροποιοῦ ibi posito constaret. In fine Cod. ἀσφαλῶς ὕμμιν, alterum Plan. — 4 ποταμοῖο Cod.

CXLVIII. Lemma : εἰς Ἡράκλητον (sic) τὸν φιλόσοφον καὶ Δημόκριτον. « Ejus epigrammatis veteres Ursini, Velii ac Luscinii versiones exagitat H. Stephanus suamque proponit Pseudocic. p. 30. » *Boiss.*. « De Heraclito et Democrito Seneca De ira II, 10 : *Heraclitus quoties prodierat, et tantum circa se male viventium, imo male pereuntium viderat, flebat, miserabatur omnium qui sibi læti felicesque occurrebant... Democritum contra ajunt nunquam sine risu in publico fuisse; adeo nihil illi videbatur serium eorum quæ serio gerebantur.* Hodie autem epigrammatis auctor dicit vitam multo largiorem flendi ridendique præbere materiam; seque meditari quomodo *in medio* inter utrumque illorum philosophorum collocatus, ridenda rideat, deploranda fleat. — 2. Brevis syllaba in cæsura facile evitari poterat, si poeta scripsisset ὁ βίος πολλὸν ἐλεινότερος. » *Jac.* — 5 καὶ αὐτοὺς Cod. lapsu, in fine μεριμνων [sine acc.].

CXLIX. Lemma : εἰς Ἀριστείδην πένητα, οὗ βίος ὅλος ἦν ἐπὶ ὄχμαλιν καὶ προβατον (sic) ἅπερ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἀπώλεσεν. Hoc et sequens epigr. de Aristide, unius ovis et vaccæ unius possessore, unde omnis ei victus; quibus perditis vitam suspendio finivit. Scite arbori, ex qua se suspenderat, affixum poemation fingitur v. 6. — 1. Βοκέρριος; quid sit, nemodum explicuit. Improbabiliter Grotius pro patronymico habuit. Gentile potius nomen hic latet, quod Jac. suspicatur. — 2 ἀπορίην Cod. sec. Salm. « Εὐπορίην εἶχεν, in hac sua paupertate tamen nihil amplius requirebat. Genitivi non pendent, quod quis putet, ab ἀπὸ, sed ab εὐπορίην. Sic XI, ep. 365 : ἔσται καὶ σταχύων ἄφθονος εὐπορίη. — 3. Αὐτῷ pro τῷ αὐτῷ. Conf. ad VII, ep. 532, 6. » *Jac.* Φθόνον deorum vel sortis dicit.

CL. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν Ἀριστείδην τὸν ἐλεινότατον. Iterum legitur infra ep. 255, et *Philippi Thessalonicensis* inscribitur, primo tantum disticho ab hoc diversum. Quod distichon : Ἠύθμει πολὺν ὄλβον etc., alteri præferendum et totum epigr. Philippo adscribendum censet Brunck. Conf. Hecker. I, p. 220 seq. Etiam in Plan. bis positum eadem varietate. — 3 sic Cod. altero loco; ἔκτανεν, ὡδὶς τὴν (sic enim distinguendum) hic et Plan. — 5 ὅγ' om. Cod. altero loco; λυγώσας Codex hic cum Plan., altero loco πεδήσας.

CLI. Lemma : εἰς Κόρινθον τὴν πόλιν, ἡνίκα ταύτην οἱ Ῥωμαῖοι ἐπόρθουν. — 4. Σισύφιαι, ab antiquo rege Sisypho genus ducentes, nobiles matronæ. — 5. Senecæ locum adscripsit Jac., Epist. 91 : *Non vides quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium jam fundamenta consumpta sint, nec quidquam exstet ex quo appareat illas saltem fuisse.* — 6 ἐξέφαγε πτόλεμος Plan. — 8 ἀλκ. hic Cod., alibi ἀλκ. Boiss.: « Schol. Wech.: τοῦτο δέ φησι διὰ τὸ χαίρειν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀρνέων ταῖς ἀκταῖς· δοκοῦσι δὲ μάλιστα διατρίβειν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, ὡς καὶ διττοὺς αἰγιαλοὺς ἔχοντι. Ἡγήσανδρος δὲ περὶ αὐτῶν τάδε λέγει· « Ἀλκυονέως τοῦ γίγαντος θυγατέρες ἦσαν Φαεθωνία, « Αἴθη, Μηθώνη, Ἀλκίππη, Παλλήνη, Δριμώ, Ἀστερία· αἳ « μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς ὑφ' Ἡρακλέους, ὡς καὶ Πίν- « δαρος (Nem. IV, 44) μαρτυρεῖ, ἔῤῥιψαν αὑτὰς εἰς τὴν « θάλασσαν καὶ ὑπὸ Ἀφροδίτης ὄρνιθες ἐγένοντο. Vide similia in Arsenii Violeto p. 40. Conf. Darnald. in Misc. Obss. t. IV, p. 446, 1. » *Halcyones* hic translate, quæ querulo cantu aliquid deflent.

CLII. Lemma : εἰς Ἴλιον τὴν πόλιν. Expressum ex Antiphili Byz. epigrammate n. 156. — 2 ζαμενὴς (pro δεκέτης) Plan. edd. antiquissimæ; ἐτάλασεν Cod. — 4. Hoc in mentem vocat homericum ξύλινον δόλον, de muscipula, Batr. 115. — 5 ἀτρείδαν Cod. — 6 ἐριπτόμαν Cod., corr. Plan.

CLIII. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν τὴν πολυθρύλλητον Ἴλιον. — 1 seqq. modo πῆ, modo πῆι Codex. Idem πτόλι sec. Salm. — 2. « In Cod. esse videtur κρααστα. Victimarum crania templis ornandis adhiberi solebant. In nonnullis veterum templis hujusmodi taurorum et ovium crania, veteris consuetudinis symbola, inter metopas conspiciuntur sculpta. — 3. Ἀλάβαστρα, vasa unguentaria; nam in alabastro unguenta optime servari existimabantur. Vocibus ἡ πάγχρυσος ἐφεστρίς respici videtur donum Minervæ ab Hecuba et ceteris matronis oblatum, Iliad. Z, 293. — 4. Hæc de Palladio. — 5. Χρονίη χύσις, temporis lapsus; metaphora ducta a fluminibus. — 7. Τόσον, *in tantum, hactenus.* » *Jac.*

CLIV. Lemma : εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς ἐν Ἰλίῳ. Bis legitur in Plan., semel ἀδέσποτον. — Urbs Troja Minervæ iræ impotentiam exprobrat, quod propter unius Paridis judicium totam urbem everterit. — 1. Χρυσαυγεῖ, ut sunt ap. Euripidem εὐστύλων ναῶν χρυσήρεις θριγκοί, Iph. T. 128. — 2 ἁ τλάμ. Cod.; ἡ τλήμ. Plan. (Quod edebatur. Dorica restituit Boiss.) — 3. Ἀπεδρέψω. *Decerpendi* verbum fortasse cum respectu ad malum ab Agathia usurpatum. — 5 θνήσκειν Plan. et edd.; ἄθεσμον Cod. — 6 τὰς πάτρας Cod.; τῆς πάτρης Plan. et edd. Comparavit hæc Casaubonus ad Strabon. IV, p. 278, B, de providentia disputantem et Paridis item Helenæque exemplis utentem.

CLV. Lemma : εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν, καὶ ὅτι Ῥωμαῖοι ἐκεῖθεν αὐξήσαντες ἀνταπέδωκαν τὴν ὕβριν ταῖς τῶν Ἑλλήνων πόλεσιν. Troja loquitur. — 1 τί; et γελάσῃς Cod. — 2 ταῦτ' ἐτέλεσσα Plan.; τύχα Cod. De ipsa Sparta vide supra VII, ep. 723. — 3 πεύθεο δαρδανικης (superposito οἴ) Cod.; πεύθεο Δαρδανικοῖς Plan. « Scripsi πένθεο. Aliorum πένθει optimum quidem est [et tenui]. Sed πένθεο corrupto vocabulo proprius. Nec mediæ vocis raritas morari debet. » *B.* — 4 αἰνεάδων Cod. « Junge Δαρδανικοῖς σκήπτροις Αἰνεαδῶν. Gloriatur urbs, quod Dardanorum imperium ad Romanos transierit, quibus jam orbis pareat, νένευκεν, quod verbum hoc loco dictum ut de animalibus quæ capite inclinato jugum recipiunt. — 8. Jugum pro illata injuria merito illis impositum. » *Jac.*

CLVI. Lemma : εἰς τὸν δούρειον ἵππον, ὃν Ἐπειὸς κατεσκεύασεν. — 1. Λόχον intelligendum esse de *insidiis*

manifestum est per se et coll. ep. 152; at δεκέτη non durum modo, sed falsum esse recte judicavit Jacobs, qui ex Agathiæ loco pro ξύλινον illatum putat, malit etiam: Δουράτεον Τροίης δέρκευ λόχον. Videndum an in re tam nota et omnibus trita Antiphilus hoc sibi sumpserit ut breviter δεκέτη dixerit eum qui τῷ δεκάτῳ ἔτει structus erat dolus. « Schol. Wech.: Ὅμηρος τοῦτον τὸν πῶλον « δούριον » ἐκάλεσεν (imo δουράτεον dixit Homerus). De equo durio vel durateo vide ep. 152, 4; XI, ep. 259. 3; mea ad Philostr. Her. p. 473; Stanl. ad Agam. 834. » *B.* — 2. « Recte explicat Opsopœus : *silentibus Græcis probe armatis gravidum* sive *plenum*. Ut Philippi de Medenbach emendatio per se minime contemnenda, ἡλικίης, non sit necessaria. » *Brunck.* — 4 ὑπὲρ νώτου Cod. et Plan., corr. Jacobs.; ὅλη Plan. — 5 μάτην Plan. « Ἀπόλοντο τόσος στρατός. Sic Philostratus Her. p. 142 : ὁ στρατὸς ἄθυμοι ἦσαν. Conf. ibi not. p. 450. » *B.*

CLVII. Lemma : εἰς τὸν ἔρωτα, ὅτι οὐ θεός, ἀλλὰ πάθος μανίας ἔμπλεον. Sed pars modo hæc est argumenti, quod ita exponit Jac.: « Cædes fuit commissa, matre una cum puero interempta; vir, hujus cædis auctor, capitis damnatus, lapidibus obrutus est. Suspicari licet causam cædis zelotypiam fuisse. Sed quidquid est, poeta hinc occasionem arripuit Amorem, ut deo indigna patrantem, impetendi. » *Jac.* — 1 θεὸν κ. Cod. teste Salmas., qui addit : « Forte, θεῶν. » — 3. « Gladium poeta Amorem manibus tenere ait respectu habito ad cædem illam. Interrogandi notam recte posuit Brunck. » *Jac.* Boiss.: « Forsan οὐ θεὸς ἐν παλάμαις κατέχει ξίφος. Quod dici potuit, etsi sit Amoris gladio armati exemplum. » — 4 θεοδμήτου Cod., primis superposito ι, ut esset θειοδμήτου, quod recepit Boiss., non explicans. Legebatur ex Plan. θεοδηλήτου, quod HSteph. vertit *deorum noxa illata* cædes. Illud dictum videtur ut a Pindaro θεόδμητον χρέος de hymno. In fine μιαιφονίας Cod., superposito η. — 5 αὐταῖς Plan. — 6 ποιμένος Cod. lapsu. — 7 Ἀΐδεω Hermannus. Jacobsius οὔτ' Ἄρεως οὔτ' Ἀΐδος. « Vide Schæfer. in Thes. Steph. Didotiano sub Ἀΐδης p. 924. » *B.* Ubi nihil ad nostram rem. — 8 λεύσομεν Cod.

CLVIII. Lemma : εἰς κόρας τρεῖς κλήρῳ λαχούσας ποία πρώτη τεθνήξεται. Articulus initio positus intelligi non potest nisi statuas carmen subscriptum fuisse anaglypho, mortuam cum sodalibus duabus repræsentante. Ex v. 5 apparet in tecto plano domus lusisse puellas. — 1 τρισσαὶ ποτὲ et ἀλλήλοισιν Cod.; ἀλλήλησιν Plan. « Diversa fuerunt sortilegii genera. Trahebantur sortes ex arca sive urna, ut ap. Tibull. I, el. 3, 11, ubi v. intt.; vel, ut nostro ep., jactis talis consulebantur. Quo genere qui utebantur, aut qui consultantibus sortes talorum explicabant, appellabantur ἀστραγαλομάντεις. — 3 χρειων Cod., superposito χειρῶν (« recenti manu » *Salm.*), et sic Plan.: *e manibus*. Sed vide an scribendum sit κηρῶν ἔβαλον κύβον, i. e. Μοιρῶν, de supremo quippe fato consulentes. Sic infra ep. 269, 6 χηρῶν est in Cod. pro κηρῶν. » *Jac.* Heckerus docte Θριῶν, « quæ nymphæ τὰς μαντικὰς ψήφους Apollini donarunt; v. Lobeck. Aglaoph. II, p. 815 seq. » Otto Schneider. proxime ad primam scripturam χρείοντ' ἔβαλον κύβον, *oraculum edentem*. In fine Plan. πασέων, initio aliquot edd. καὶ τρεῖς. — 4 δ' ἀγέλα (sic) Cod. — 5 γὰρ (quod testatur etiam Salm.) ἄελπτον (literæ τ superposito ο) ει πώλισθε πέσ. « Verum ι in ει et alterum crus literæ π non sunt librarii. » *Paulss.* Salm.: « Ἀπώλισθε ex correctione. Nam aliud fuit in membranis; ὤλισθε tamen adhuc integrum apparet. » In margine ζήτει. Recepi quod ex his feliciter eruit Heckerus; prætereaque γάρ, ad ὀφειλόμενον referendum. Legebatur δ' ἄρ' ἄελπτον ἀπωλίσθησε ex Plan. De structura Jac. optime contulit Eur. Phœn. 648 : τετρασκελὴς μόσχος ἀδάμαστον πέσημα δίκε, τελεσφόρον διδοῦσα χρησμόν, qui locus, ut alia sæpe ex primis tragœdiis Euripidis, fortasse obversatus est poetæ. — 6 εἰς ἀΐδην δ' Plan.; ἤλυθεν superposito ο (ἤλυθον) Cod. « Correctorem errasse suspicor, quum scribere vellet ἔλαχον, quod certe suavius. — 7 ἀψευδὴς Cod. — 8 θνητοῖσ Cod. (superposito item ο literæ σ, ambiguæ in archetypo). Εὔστοχοι preces, qui ad deos penetrant et quod volunt assequuntur; cum χέρες conjunctum idem epitheton manus significat quæ felici jactu bene ominatas sortes tollunt. » *Jac.*

CLIX. Lemma : εἰς κρανίον ἀνθρώπου. Et in nova pagina : ἐπὶ κρανίῳ ἀνθρώπου ῥιφθέντι παρά τινος, καὶ τὸν ῥίψαντα ἀπό τινος τύχης τυφλώσαντι. « Infra n. 439 Crinagoræ in cranium epigramma legitur, quod condit homo pius; sed hic impii hominis fœda petulantia describitur. — 2. Sensum horum illustrant hi Trimalchionis versus ad larvam argenteam decantati ap. Petron. c. 34 :

Heu heu! nos miseros, quam totus homuncio nil est!
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.

[Antipater VII, ep. 216, 2, de delphino mortuo in litus delato : ξυνῆς καινὸν ὅραμα τύχης.] — 3. Vulgaris locutio fuisset χεῖρα τῇ χθονὶ ἐπέρριψε (ut ep. 84, 3), saxum sublaturus. Scaliger et Eldickius corrigunt δεξιτερῇ probante Hermanno, ut ille cranium dicatur sustulisse, tum iterum in terram abjecisse saxoque petiisse. Verum ad hominis petulantiam significandam postremum horum sufficiebat. [Salmasius καὶς λίθον ἧκε]. — 4 δοκέων Cod., bene correctum a Plan. Cum Hermanno si *existimandi* sensu accipias δοκέων, non conveniunt sequentia. — 6 πήρωσε Plan. — 7 κωλάζετο (sic) Cod. Si sincerum est εἰς ἀΐδην, sic accipi debet, ut dicatur ille pœnam retulisse, cujus usque ad Orcum et in ipso Orco memoriam habiturus erat. Ut autem ille, cujus erat cranium, ἐπλήχθη λίθῳ ἐν ἀΐδῃ, ita hic πάλιν, *vicissim*, puniebatur εἰς ἀΐδην. [Sic etiam O. Schneiderus.] Lobeckius ad Soph. Aj. p. 251 ed. sec., καὶ πάλιν ὡς ἄλιτεν vel ἀλίτησ' ἐκ. Possis etiam εἰς ἀλίτημ'. » *Jac.*, ap. quem p. 487 habes mira Reisigii commenta. Heckerus εἰς ἄρδην, sed omnia sana. — Ausonii interpretationem cum græco carmine per singula comparavit Huschkius Anal. crit. p. 140 seqq. Est autem hujusmodi, ep. 72 :

De Achilla, qui dissecuit calvariam :

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat
Testa hominis, nudum jam cute calvitium.
Fleverunt alii : fletu non motus Achillas
Insuper et silicis verbere dissecuit.
Eminus ergo icto rediit lapis ultor ab osse,
Actorisque sui frontem oculosque petit.
Sic utinam certos manus impia dirigat ictus,
Actorem ut feriant tela retorta suum.

CLX. Lemma : εἰς Ἡρόδοτον τὸν ἱστορικόν. — 1 ἀρ' (sic plerumque in apostropho) ἑκάστη Cod.

CLXI. Lemma : εἰς Ἡσίοδον τὸν ποιητήν. In Plan. est ἀδέσποτον. — 1 et 3 βύβλον Cod. « Apogr. Par. βίβλον. Nimirum Ἔργα Hesiodi. — 2. Πύρρην. Schol. W. : τὴν ἐρωμένην. » *B.* — 3 τοῦτ' Codex, non ταῦτ', quod edebatur. Illud etiam Plan. Bothius corrigendum putabat ῥίψασ' (Pyrrha) ... ἐβόησεν. — 4. « Ἔργα et πράγματα παρέχειν dicuntur qui aliis impedimento sunt et molestias creant. » *Jac.*

CLXII. Lemma : εἰς κάλαμον γραφέα. « Bonæ notæ epigramma et satis antiquum. » *Jac.* « Latine vertit Vavass. Epigr. p. 136. » *Bouhier.* — 2 οὐ σύκον οὐ Cod., recte Plan. — 3. « Ἐμύησ' Ἑλικωνίδα. Schol. W.. Ἑλικὼν, ὄρος Βοιωτίας, ἐν ᾧ αἱ Μοῦσαι διάγουσι. Νόει δὲ ἔκτοθεν τὸ φωνῶν, τουτέστι μοῦσαν καὶ σοφίαν ἐδίδαξέ με Ἑλικωνίδα. Pro φωνῶν an φωνήν? De verbo μυεῖσθαι egi ad Theoph. Simoc. p. 189, ad Anecd. t. IV, p. 266. » *B.* Μυεῖν hic struitur ut alibi παιδεύειν, διδάσκειν. — 5 ἔνθεον οἷα Cod.; ἔνθεος Plan. — 6 εὐφθέγγῳ cod. Athous; τῷδε λέγω Plan., quod non enotavi ex Ath.

CLXIII. Lemma : εἰς Αἰνείαν τὸν ἥρωα, ὅτι τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐβάστασεν. Item antiquum. — 1 ἥρων Cod. superposito σ. — 4 τῶνδε Cod.

CLXIV. Lemma : εἰς δικαιοσύνης ἄγαλμα. In marg. : ὡραῖον. « In statuam Justitiæ, cujus tristem vultum poeta interpretatur. — 1. Οὗτος ,.. respondet dea. Intellige magistratum rapacem, qui re malis artibus aucta Justitiæ statuam ponere ausus est. » *Jac.*

Sequitur in Codice epigramma Antipatri, supra exhibitum VI, n. 291.

CLXV. Lemma : εἰς τὰς γυναῖκας ψόγος θαυμάσιος· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Ἥρας τῆς τοῦ Διὸς γαμετῆς. — 1 ἐστι Cod. « An ὀργῇ τοῦ Διός ἐστι γυνὴ ... πυρὸς ἀντίδ. » *B.* Sanum esse editum ostendit vel Clementis Al. locus a Jac. collatus, Pædag. II, p. 186, 37 : ὀργὴ δὲ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, οἱονεὶ χόλος θεοῦ οἰνομάχλη γυνή (sunt Ecclesiastici XXVI, 11). Ipsius Palladæ est XI, ep. 381 : Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν. Poetæ ἔννοια explicanda ex pulcherrima fabula quam narrat Hesiodus Op. 50 seqq., de Prometheo. Conf. ep. 167. — 3 ἠὲ μαρ Cod. Hoc quoque derivatum ex Hesiodo v. 704, ubi de mala muliere:

ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
αὔει ἄτερ δαλοῦ καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν.

— 5 ἀμέριμνον Cod., sed superposito σ. — 6. « Palladas, quod in grammatico mireris, pœnam Vulcano inflictam (Il. A, 590) confudit cum ea qua Junonem affecit maritus Il. O, 18, suspendens eam ὑψόθεν, ita ut ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν hæreret, quæ verba tamen respexit Palladas. » *Jac.* — 7 μετήορον Cod. — 8 χολόιον (sic) enotavit Salm. — 10 μιγνυμένη Cod. Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ ex Il. Δ, 2.

CLXVI. Lemma : ὁμοίως εἰς τὰς αὐτὰς γυναῖκας ψόγος. — 3 μοιχευομένης cod. Athous. — 4. Cædes procorum. — 5. « Ἰλιὰς breviter de multis illis malis quibus Ilias referta est; unde proverbium Ἰλιὰς κακῶν. — 6. Ὀδυσσείῃ, τῇ μνηστηροφονίᾳ inprimis. « *Jac.* Cod. ὀδυσσειη (literæ η superposito α) πηνελόπις (-πης apogr. Par., ambiguus ductus ap. Salm.).

CLXVII. Lemma : ὁμοίως εἰς τὰς αὐτὰς γυναῖκας ψόγος. Conf. ad ep. 165, 1. — 1 γυναικος Cod., superposito ας. Qui, ni fallor, α debuit potius, γυναῖκα. — 4 πάντοθ' malit Brunck., *ex quavis materia.*

CLXVIII. Lemma : ψόγος εἰς τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Ἀνδρομάχην. Nomen uxoris Palladæ glossator sumpsisse videtur ex XI, ep. 378, 5, ubi poeta : ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης, sed appellative. — 1. « Codex 2551 : μῆνιν τ' οὐλομ. Credebat librarius metrum fulcro carere. » *B.* Et Plan., inepte. — 2. « Etiam ars grammatica me ab *ira* initium facere cogit, Iliadem interpretantem. [Conf. ep. 173; 174, 2.] Hinc Græcos libenter audire narrationes malorum suorum dicit Themistius Or. XXII, p. 264, D : ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς μήνιδος τῆς Ἀχιλλέως, ὡς ταύτην οὖσαν ἱκανὴν παιδεύειν. » *Jac.* — 3 πολύμηνος et τριχόλωτον Codex; διχόλωτον Plan. « Quod cum Brunckio recepi pro τριχόλωτον. » *Boiss.* Etiam Salm. : « τριχ., male. » — 4 καὶ γυναικὸς Cod., lapsu. — Notatum aliquid et infra p. 643.

CLXIX. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν· νομίζω ὅτι κερατᾶ· ἣν παράξενος (παρὰ ξένου Huschkius Anal. crit. p. 169). Vanum commentum et falsum lemma. « Artem grammaticam, ut famis et inopiæ causam, vituperat. » *Jac.* — 2. « Forsan οὐλομένη, ne notum initium μῆνις οὐλομένη immutetur. » *B.* — 3 δὲ accessit a Plan. — 4 ὀλέσῃ Plan. — 5. « An Βρισηΐδ' ὁ πρὶν Ἀγαμέμνων? » *B.* Quod verum esse videtur. — 6 τὴν δ' Ἑλ. ὁ Plan.

CLXX. Lemma : εἰς τὴν γαστέρα παραίνεσις ἀρίστη. Correxi quod ap. Grotium Boschius edidit *Venerem.* — 1. « Ἥσχυνα. Schol. W. : ἀντὶ τοῦ ἐνίκησα· οἱ γὰρ νικώμενοι αἰσχύνῃ βυθίζονται. — 2 ἀργεναον Cod., superposito αλέον, et ἀργαλέον in marg. Schol. W. : ἔντερον ἀντὶ τοῦ ἔγκατα, ἤγουν λαιμαργίαν καὶ τὴν πολυειδίαν τῶν ἐδεσμάτων κατατολμήσω. Quod ultimum vocabulum litura corrigendum. — 3. Idem : γαστρὸς ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ· τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν τὸ λογικὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχειν διώρισαν (vide not. 301 ad Æn. Gaz.), τὸ δὲ ἄλογον ἐν τῇ καρδίᾳ, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ἐν γαστέρι. » *B.*

CLXXI. Lemma : διὰ τὸ καταφρονεῖσθαι τὴν παιδείαν. Libris suis venditis, grammaticæ valedicit, ad aliam artem transiturus. — 2. τέχνας Cod. (etiam teste Salm.), sed apogr. Par. τέχνης, quod posuit Boiss. — 3. « Verbum συντάσσομαι, *valedico*, illustravi ad Planud. Metamorph. p. 692, hoc ipso ep. non neglecto. — 4. In nomine σύνταξις ludet et in ep. 175, 3. » *B.* Noli præterire scitum lusum Grotii.

CLXXII. Lemma : ἐπὶ τῷ (sic Salm. et Boiss.; τὸ ap. Jac.) ἐλευθέρως ζῆν μετ' ὀλιγαρχίας. Conf. ep. 49 et Hecker. I, p. 221. Rectissime autem Jacobsius in nott. mss. : « Duo sunt epigrammata et sejungenda. » Conjunctis in distichis Grotius non, *Sum pauper,* sed *ero* dicendum esse sensit. — 1 μέλλει Cod. — 3 συνοικῶν malit Jac., cum sequentibus jungendum.

CLXXIII. Lemma : τωθαστικὸν εἰς τοὺς γραμματικοὺς διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ κατάρας ἄρχεσθαι. « Fieri non posse quin grammaticæ professio plena sit malorum et ærumnarum, quum Ilias, in qua explicanda grammaticorum industria potissimum continebatur, a diris et imprecationibus ordiatur. — 2. Πρῶτος, scil. στίχος. — 3 πάλιν accessit ex Plan. — 5 ἐλώρ. Cod. — 8. Technica quoque artis vocabula male ominata, unum præcipue, *Casus.* Similiter ludit in ep. 175. In πένθος autem alludere videtur ad πέντε. » *Jac.*

CLXXIV. Lemma : τωθαστικὸν ὁμοίως εἰς τοὺς γραμματικοὺς, ὅτι πένονται καὶ μισθὸν ὀλίγον ὑπὸ τῶν παίδων λαμβάνουσιν. Tria tantum priora disticha in Plan. leguntur. Salse Palladas quasi inscriptionem scholæ hæc composuit. — 1 κεχόλωται Cod. « Sarapis pro summo numine ponitur; conf. Tacit. Hist. IV, 84. Nota formula de miseris, deos iis iratos esse. » *Jac.* — 2. Conf. ad ep. 168, 2. — 3. Τροφὸν intelligerem contemptim dictum de matre puerorum, quæ semel mense invita affert mercedem, puerulis non committens ferendam, si constaret interpre-

tatio versuum 7 et 8. Mirabile est σάνταγμα Bothii : « Ridicule describitur schola grammaticorum, in qua primas agit τροφός, *nutrix*, quæ rem cibariam curat magistris et discipulis parva mercede, qua contenta esse cogitur, par pari autem referens, non ipsum affert κάπνισμα, sed parvorum et velut fortuitorum cibariorum chartam affert, quam argento mutans numis admiscet plumbum, et inde usitatum accipit pro officio. Compares Eurycleam Homeri in Odyssea. » — 4 βίβλῳ Plan. et apogr. Par. Πενίην, pauperculam et miseram illam mercedem. Bene Wyttenbachius : « Ne minuta mercedula palam agnoscatur, sed occultata major quam est credatur, eam in librum includit, quam chartacea fascia circumligat. » — 5. θρόνος, sella magistri, cathedra. — 7. Dicere videtur : illam ex illa parva mercede sibi quoque suffurari mercedem, permutatis æreis numis plumbeos admiscendo, de quibus Both. : « Plautus *plumbeos* (sc. numos) dixit Mostell. 893, et *numum plumbeum* Trin. IV, 2, 17. Martial. X, 74 : *Centum merebor plumbeos die toto.* » — 8. Brunckius τὸ ἔτος, de annua mercede, ut nobis quoque *l'année;* ita per hyperbolen tota merces fraude absumpta diceretur. Jacobs. : « Acceperis de munusculo pædagogis et nutricibus a ludimagistris tribui solito. » Et Boiss. : « Si sana sunt verba, intellexerim mercedulam quam de more accipit a magistro nutrix ob stipendium adlatum, cujus quamvis parvi particulam tamen mala fraude detraxit. » — 9 ἦν δὲ Cod., corr. Jacobs. Ἄγει, pendat. — 10. Πρὶν προφέρειν Jac. exponit « priusquam bene profecerit ». Sed est quod in latinis posui. De re optime comparantur Theophrastus Char. XXII (ἀνελευθερίας) : Καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδασκάλου, ὅταν ᾖ τὰ παιδομουσεῖα, ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν, ἵνα μὴ συμβάλλωνται. Et eloquentiam Romæ docens Augustinus Confess. V, 12 : *subito, ne mercedem magistro reddant, conspirant multi adolescentes et transferunt se ad alium, desertores fidei, et quibus præ pecuniæ caritate justitia vilis est.* — 11 δὲ φανείς apogr. Par. — 12. « Forsan στέρεσεν. » *B.*

CLXXV. Lemma : ὁμοίως τωθαστικόν. Hoc loco nonnisi primum distichon exhibetur; integrum epigramma infra post epigr. 481, ubi in fine adscriptum : ἀγαθόν. « Poeta grammaticæ et Dorotheo, cui suam adhuc operam addixerat, se renunciare dicit, ad alium patronum transiturus. » *Meinek.* p. 181. — 1. « Callimachum et Pindarum ut difficiles et propterea grammaticis inprimis caros de pluribus nominat. Ille etiam quasi tutelaris hujusmodi hominum videbatur deus. Hinc grammatici Καλλιμάχου πρόκυνες Antiphani Mac. XI, ep. 322, 4. » *Jac.* — 2. Conf. ad ep. 173, 8, et ejusdem ep. 182, 4. — 3. « Lusus in nomine σύνταξις. Conf. ep. 171, 3. » *B.* — 4. Versus omissus in cod. Medic. et in vett. edd. Plan., ubi inde ab Aldina tertia legitur

ὥστε με τοῦ τε πιεῖν τοῦ τε φαγεῖν ἀπορεῖν,

pessima interpolatio quam imprudens ex Analectis servavit Meinek. « Πρεσβεία a Dorotheo missa Palladæ nuntius fuisse videtur quo illum dimisit, ἀσεβής illa, ut discipuli parum pii in magistrum nec hominem a diis nominatum decens. » *Jac.* — 5 σύ μοι Cod. « Pro Θεῷ φίλε recte Brunckius ipsum viri nomen desiderabat, sed male scripsit Θεόφιλε [quod perperam Hermannus tuebatur hisce : « Necessaria erat productio in quadrisyllabo. »]. Legendum potius Θέων φίλε. Dicit autem celeberrimum illum geometram et philosophum Alexandrinum, cujus filiam Hypatiam, nobilissimam et eruditissimam feminam, Palladas celebrat infra ep. 400. » *Meinek.*

CLXXVI. Lemma : τοῦ αὐτοῦ κληθέντι ἐπ' ἄριστον καὶ ὑστερήσαντι. « Genitivi reponendi. — 1 ἐκλήθην. Schol. Wech. : ἐκλήθην, φησί, ὡς δαιτυμὼν· σὺ δὲ μὴ νομίσῃς με οὐκ ἐλθεῖν ὡς ὑπερφρονοῦντα τῶν σῶν· οὐ γὰρ τὸ σῶτρον τῷ δείπνῳ, ἀλλὰ τῇ τιμῇ τοῦ κληθῆναι κρίνεται· ἀγαπῶ γοῦν κἀγὼ τῇ τιμῇ, εἰ καὶ μὴ ὑπήκουσα. — 2. Ἀπέχω. Grammaticus in meis Anecd. t. II, p. 352 : τὸν δὲ μισθὸν ἀπέχω· ἀπολαμβάνω γὰρ δηλοῖ. Ubi v. notam. » *B.* Poeta comicus : ἀπέχω παρὰ σοῦ τὴν χάριν, et alia ap. Jac. — 4 αἰσθομένη γέγηθεν Cod. lapsu, quem ipse Plan. videtur correxisse. Malit Jac. : ἀλλὰ μόνον τιμῆς τέρπεται αἰσθομένη.

CLXXVII. Lemma : εἰς τὸν τάφον Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου. Rem narrat Philostratus Her. II, 9, p. 681 (p. 66 Boiss.) : ἔστι δέ τις λόγος ὡς Τρῶες ποτε ποιμένες εἰς τὸν Αἴαντα ὕβριζον, νενοσηκότων αὐτοῖς τῶν προβάτων, καὶ περιστάντες τὸ σῆμα, πολέμιον μὲν Ἕκτορος τὸν ἥρωα ἐκάλουν, πολέμιον δὲ Τροίας τε καὶ ποιμνίων· καὶ ὁ μὲν μανῆναι αὐτὸν, ὁ δὲ μαίνεσθαι· ὁ δὲ ἀσελγέστατος τῶν ποιμένων· Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε (Iliad. O. 717)· μέχρι τούτου τὸ ἔπος αὐτῷ ἐρραψῴδει ὡς δειλῷ. Ὁ δὲ, Ἀλλὰ ἔμιμνον, εἶπε, βοήσας ἐκ τοῦ τάφου φρικῶδές τε καὶ ὄρθιον. — 2 φρὺξ (sic) ἐπέων κακῆς Cod. et Plan.; ἐπ. χαλεπῆς Ruhnkenius; λαιδρῆς (i. e. ἰταμοῦς) conj. Jac. « Sed non placet ἐπέων ἐπεσβολίη, quare posui ἐπέων δεδαώς, Phryx *versuum non rudis.* Ludit in etymo vocis ἐπεσβολίη, scilicet ἔβαλεν αὐτὸν Ὁμηρείοις ἔπεσιν, ut plebeio sermone diceremus : *un Phrygien qui avait mis le nez dans les poëtes, se mit à lui lâcher des vers.* » *Brunck.* Boissonadius : « Olim ad Philostratum hoc epigramma adposui, secutus Brunckii conjecturam. Sed patet corruptum esse ἐπέων, quum non possit dici ἐπέων ἐπεσβολίη. Dum melius quid vel codex vel conjectura subministret, scripsi quod legis. » Nimirum Φρὺξ ἄϊοντι κακῆς, quod nequit admitti. Præstaret ἥρωι, nam ΗΡΩ in evanida scriptura pro ΠΕΩ accepto, poterat oriri ἐπέων. — 3 οὐκέτι μίμν. Plan. (sed illud duo codd. ap. Brunck.) et ἀντιγεγωνὲν. « Schol. Wech. : φωνῶ· τροπῇ τοῦ φ εἰς γ γωνῶ, γωνήσω, γεγώνηκα, ὁ μέσος γέγωνα· ὅθεν τὸ ἀντιγέγωνεν τοῦτο. » *B* — 4. μίμνειν δ' οὐκέτ' ἔτλη Cod. (reposuit Boiss.); μίμνειν δ' οὐκ ἔτλη Plan. (et Brunck.). « Non dubitavi reponere μίμνεν· ὁ δ' etc. Nam et per se probabile est, quid Ajax responderit, ab auctore fuisse commemoratum, et id plane docet Philostratus l. c. Non minus bene haberet μίμνον, sed illud membranarum lectioni propius. » *Jac.*

CCCXIX. Lemma : εἰς Ἑρμοῦ ἄγαλμα ὅπερ ἀνέθηκε Τληπόλεμος Μυρεύς. « Salmasius (Exerc. Plin. p. 648), qui ad repagulum, quo stadium claudebatur, duos hermulas exstitisse arbitrabatur, qui fune demisso repagulum solverent, ex hoc carmine censebat effici, ut Tlepolemus hermularum in carceribus ponendarum auctor fuerit. Hunc vero Tlepolemum eundem esse suspicatur, qui ap. Pausan. V, 8, Lycius fuisse dicitur. » *Jac*. Opportune huic epigr. Heckerus I, p. 115, admovet VI, ep. 259. — 1. « *Myra* urbs fuit Lyciæ. Vid. XV, ep. 2. Ejus rudera invisit nuper ac descripsit Bellofortus, peregrinator Anglus. » *B*. — 3. Ἀπὸ σταδίων, *ad viginti stadiorum spatium* exp. Reiskius et Schæfer. ad Longum p. 329. Heckerus δὶς δέκα πρὸ σταδ., quomodo vix credibile loqui poetam.

CCCXX. Lemma : εἰς Ἀφροδίτην, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Εὐρώτα τοῦ ἐν Σπάρτῃ. *Nugari* Leonidam recte dixit Benndorfius p. 42. « Nam (Jacobsii verba sunt) de armata Venere Spartanorum omnia sunt plena. Eleganter Plutarchus Mor. p. 317, B : ὥσπερ οἱ Σπαρτιᾶται τὴν Ἀφροδίτην λέγουσι, διαβαίνουσαν τὸν Εὐρώταν, τὰ μὲν ἔσοπτρα καὶ τοὺς χλιδῶνας καὶ τὸν κεστὸν ἀποθέσθαι, δόρυ δὲ καὶ ἀσπίδα λαβεῖν κοσμουμένην τῷ Λυκούργῳ. Adde eund. p. 232, C; 239, A. Vide et Themist. Or. XIII, p. 177, A. Quare hujus carminis acumen non magis perspicio quam Heynius Comment. Gott. t. X, p. 108. » *Jac* — 1. εἶπε πόκ' Cod., εἶπε ποτ' Plan.; ποτὰν (superposito τι) κυπριν Cod.; ποτὶ τὰν K. Plan.; ποττὰν Salmasius. — 2 ἤξιθι τὰς σπ. Cod. — 3. Ἁπαλὸν γελάσασα homericum Od. Ξ, 465. — 4 εἶπεν Cod. « Malim aut τὰν Λακεδαιμονίων aut γὰν Λακεδαιμονίαν. Nam Λακεδαιμονία ab hujus ætatis poeta d · Sparta dictum fuisse vix credo. » *Meinek*. p. 122. Quorum γὰν repudiat Benndorf., quum sermo sit de urbe, non de terra Lacedæmonia. Verum videtur Schneidewini τὰν Λακεδαίμον' ἀεί. Boiss. : « Οἰκήσω. Schol. W. : λέγειν δὲ βούλεται· ἀποδοκιμάζω τὸν προπηλακισμὸν καὶ τὴν ἐπήρειαν ταύτην· γυμνὴ γὰρ νικᾶν λέγεσθαι θέλει· καὶ ἀλλαχῶς εἴρηται (in Plan. ep. 174) « Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω; » — 5 χάμιν Hermannus et eum ignorans Benndorfius; legebatur χὰ μὲν Κύπρις. Mox Cod. et Plan. ἀναιδέες; οἱ δὲ λέγουσιν, quod tolerari non posse ostendit Hermannus; οὐδὲ Jacobsius. Dictum hoc est, verbo trajecto : ἀναιδέες λέγουσιν, ἀλλ' οὐ (λέγουσιν) οἱ ἵστορες, ὡς etc. Benndorfius ἀναιδέες οἵ γε λέγουσιν, in quo ἵστορες incommodum.

CCCXXI. Lemma : εἰς Ἀφροδίτην ὁπλοφοροῦσαν. « Exstat inter Antimachea Schellenbergii p. 115 » *B*. Et in Collect. Didot (post Hesiodum etc.) p 51. In Planud. est ἀδέσποτον. Erratum esse in lemmate et Καλλιμάχου scribendum censebat Ruhnkenius; sed Meinek. Call. p. 117 : « Non habet characterem Callimachium, quamvis affirmante Ruhnkenio. » Firmis rationibus non esse Antimachi de-

monstravit Benndorfius p. 19 seq., qui Ἀντιπάτρου esse putat, « nempe ejus, qui in idem argumentum procudit Plan. ep. 175, 176, cujusque aliud epigramma infra legitur n. 323. » — 2 ματαν Plan., post quam vocem distinguebatur; correxit Jac., et sic Mein., Bennd. Ὁ ψεύστης, qui falsa tibi affinxit. — 3 ἅ (sic) τε Cod.; αἴτε Plan. « Obversabantur poetæ homerica Il. E, 428, 429. » *Jac.* — 4 τέρψεις Plan. — 5 καθεστρωνίδι Cod., literis ιτ mediæ voci superpositis; μέθες Τριτ. Plan., quod vulgo edebatur. « Καθες Pal. prætuli planudeo μέθες. » *B.* Prætulit etiam Hecker. p. 53. Meinekius πάρες coll. Callim. Jov. 72, quod rei convenit magis. — 6 εὔχεται ἂν Cod., εὐχέταιαν sive εὐχεταίαν ap. Salm.; εὐχέταν ed. princ. Flor. « cui αι superpositum ad ε corrigendum peperit illud. » *Heck.*; εὐχαίταν ceteræ Plan. Ingeniose Meinekius : « ταῦτα sine emphasi in fine sententiæ positum vide num ex πότνα corruptum sit hoc modo : πάρες Τριτωνίδι δίᾳ. Πότνα, σὺ δ' εὐχ. » Sed δεικτικὸν pronomen minime caret emphasi.

CCCXXII. Lemma : εἰς Ἄρεως ναὸν ἐν ᾧ τις ἀνέθηκε λάφυρα ἀνάρμοστα. Idem argumentum epigrammatis Meleagri VI, 163. — 3 ἄκλαστοι κλωνοὶ Cod.; ἄκλαστοι κῶνοι Plan. « Displicet in poeta elegantiæ studiosissimo repetitum sequente versu epitheton. Suspicabar ἀθλαστοι κῶνοι, *galeæ nullis ictibus percussæ, quassatæ.* Nec ἄθραυστοι male haberet. » *Jac.* Recepi probatum Meinekio et Bothio. — 4 αἱ κλαμαραὶ Cod., recte Plan. — 5 πᾶν τὸ πρόσωπον ἐρεύθομαι poscebat Cobet. — 6. Poetam ap. Gell. XIX, 9 : *per pectus miserum manat subito mihi sudor*, comparat Jac. — 7 τίς et ἀνδρείωνα Cod. — 8 νυμφάδιον Cod. — 9 διοξίππ. Cod. Junge Ἄρευς (pro Ἄρεος) νηόν.

CCXXIII. Lemma : ὁμοίως εἰς ὅπλα ἀνατεθέντα τῷ Ἄρει ἀναίμακτα. E præcedente expressum. — 1. Ἀφόρυκτα. Schol. W. : ἀμόλυντα· ἐκ τοῦ φορύνω, τὸ μολύνω. — 3 ἀνκρεμ. Cod. — 5 legebatur οἰνοπλῆξι. « Non mutavi Codicis accentum οἰνόπληξι. » *B.* Et Jac. in nott. mss. — 6 πλάθειν Cod. (sine acc. Salm.). « Sed πλάθειν est codicum lectio et Florentinæ, unde Ald. in prima; sed in secunda nescio unde κεῖσθαι, quod in reliquas propagatum est. Cum verbo conjungenda est præpositio per tmesin divulsa : ἐμπλάθειν, i. e. ἐμπελάζειν οἰνοπλῆξι τεράμνοις » *Brunck.* Boiss. : « Θριγκοὺς idem esse quod γεῖσσα adnotat schol. Wech. ex Eur. Orest. 1585, ubi v. schol. Conf. not. ad VI, ep. 163, ubi vide etiam de nomine λύθρος vel λῦθρον. » — 7 ὅδε λ. Cod.; ἅδε Plan.; ἆδε Draco De metris p. 82, 26. Bothius σκῦλ' ἐμοί.

CCCXXIV. Lemma : εἰς σύριγγα κειμένην ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ. — 1 σύριξ τί τοι ὧδε Cod.; τοι etiam Plan.; correxerunt Hermannus et Meinek. ad Theocr. p. 203. — 2 πάρη Cod. — 3 ὧδε οὔτ' Cod.; ὧδ' οὐδ' Plan. Meinek. p. 92, qui injuria offendi videtur voce ὧδε ter repetita, conj. οὗτοι πρῶνες; ἔνθ' οὔτ' ἄγκ., Geistius πρῶνες ἔτ' ἔνθ', quum ἔτι ægre desideretur. — 4 νέμεται Plan.; μένεται Cod.; μενέτω Brunck., a Salmasio acceptum.

CCCXXV. Lemma : ἄδηλον ἐπί τινι (sic) ἁρμόττει τὸ ἐπίγραμμα. « Est scriptum in concham marinam, cui fuerat inserta Amoris dormientis imaguncula. » *B.* — 1 ἀλικλαύστου Cod., corr. Guyetus vel Salmas.; ἐν βένθ. Cod.; ἐνὶ β. Brunck. et Jac. « ob rhythmum bucolicum. » — 2 ἀναινομένα Salmas. : *recusans*, i. e. vitans. « Sed concha algis circumdata et involuta dici poterat τὸ φῦκος ἀπαινύσθαι, *sibi sumpsisse et decerpsisse.* Similiter ap Apoll. Rh. IV, 679, terra dicitur βολαῖς ἠελίοιο ἰκμάδας αἰνυμένη. » *Jac.* Reiskius ἐπεννυμένα, *vestita.* — 3 κόλποις Cod., corr. Salm. — 4 ἁβρὸς Cod.

CCCXXVI. Lemma : εἰς πηγὴν καὶ νύμφας τὰς Ὑδριάδας. — 1 λισσῆς Heringa, probantibus Meinekio p. 123 et Ungero *Beitr.* p. 5 seqq., ubi hoc epigr. docte tractat. Sed bene habet δισσῆς, ut mox ep. 337, 2 (ubi v.) idem Leonidas δισσὸν ὄρος. Deinde legebatur καταπάλμενον, correctum a G. Dindorf. in Thes. v. Κατεξάλλομαι, quem sequuntur Piccolos p. 48 et Ungerus. — 2. Ποιμενικά, fabricata et dedicata a pastoribus, quorum gregibus Nymphæ potum præstiterant. — 3 πέτραι τε κρηναίων Cod.; κρηνέων Brunck. Jacobs. malebat singulari πέτρη τε κρηνέων, « ut illa ipsa rupes intelligatur, unde aqua desiliebat »; sed Meinekio πέτραι κρηνέων esse videntur « saxa in medio rivi alveo prominentia. » Neutrum plane satisfacit; quare Ungerus scripsit π ί σ τ ρ α ι τε κρηνέων, quam vocem grammatici abunde testantur ap. Blomfield. Gloss. Prom. 488, p. 162 (125 Lips.), etiamsi ap. Eur. Cycl. 29 πίστραις falso legi dicas pro πίστροις. Hoc verum censeo et recepi. Heckerus p. 118 distinguebat πέτραι τε, κρηνέων καὶ ἐν ὕδασι, ut jungantur ὕδατα κρηνῶν. De sequentibus Meinek. : « Non videntur κόσμια nisi de ligneis Nympharum sigillis intelligi posse, quæ vulgo κοροκόσμια dicebantur; v. Antiattic. Bekk. p. 102, 5. [Cui Ungerus p. 7 et alia addit et hæc scholiastæ Clem. Alex. p. 117 : κοροκόσμια καλεῖται πλάσματά τινα ἐκ κηροῦ ἢ γύψου νυμφῶν ἢ παρθένων τινῶν ἀναπλαττόμενα, ἅπερ Δωριεῖς μὲν δαγῦδας, Ἀθηναῖοι δὲ κοροκόσμια καλοῦσιν. Confert etiam Plat. Phædr. p. 230, B et citata a Valcken. ad Theocrit. II, 110.] Quæ si vera est explicatio, pro ἐν ὕδασι scribendum est ἐφ' ὕδασι, ut sententia emergat hæc : *et vestra, o Nymphæ, sigilla in ripis posita et aquarum adspergine identidem madefacta.* Nisi forte κοροκόσμια illa in ipsis rivi saxis posita fuerunt, quemadmodum etiam nostris temporibus Divæ virginis vel Sanctorum imagunculas in rivorum saxis prætereuntium venerationi expositas videmus. » Ταῦτα fortasse τυκτά fuisse suspicatur Piccolos. Hermannus scribebat : καὶ ἐν ὕδασι κ ο σ μ ί α ταῦτα ὑμέων (ad ὕδασι referendum). — 4 κοῦραι μυρία τεγγ. Codex. Quod quæ incommoda habeat et attulerit interpretibus, docet Ungerus, palmari conjectura scribens κούρια. Sunt κόσμια κούρια illa ipsa κοροκόσμια. Addit autem : « In verbis ἐν ὕδασιν non magis offendimus quam in his Euripidis, ἐν αἵματι στάζουσαν χέρα Bacch. 116, νεοφόνοις ἐν αἵμασιν πεφυρμένοι El. 1176, etc. » Piccolos quoque ἐν ὕδασι tenet, hæc addens : *Il me semble que* τεγγόμενα *ne doit pas être entendu au propre, mais au figuré, dans un sens plus large et plus poétique. Car, pour parler le langage de Bernardin de Saint-Pierre, il y a ici une consonnance. D'après cette idée, le passage pourrait se traduire à peu près ainsi : Vos images, ô Nymphes! reflétées dans le sein des eaux sous mille aspects divers.* » — 5 ἀριστοκλέη σὲ δ' ὁδοιπ. Codex; Ἀριστοκλέης δ' ἰδ' ὁδοιπ. Jacobs.; Ἀρ. δ' ὅδ' ὁδοιπ. Meinekius, mutatione fere nulla. Ungerus malebat Ἀρ. δ' ἔθ' ὁδ., ut respiciatur ad dona ab aliis ante dedicata. — 6 τουτὶ δίδ. γέρας Cod., corr. Salmasius; τουτὶ tenebat Boiss. Κέρας, poculum e bovis capreæve cornu.

CCCXXVII. Lemma : ὁμοίως εἰς πηγὴν κα. νύμφας τὰς Ὑδριάδας. Fieri posse ut poetæ nomen ex ipso epigr. temere fictum fuerit observat Schneidewin. Progymn. p. 21. Jam olim Salmasius : « Ἑρμοχρέοντος ad oram vetusti codicis, sed recenti manu positum. Puto esse Leonidæ hoc epigramma, Ἑρμοχρέοντος autem ἀνάθημα. » — 2 εἴσατο (marg. Wech. : ἀντὶ τοῦ ἀνέθηκεν) et in fine ἀντιάσας Plan. « Illa δῶρα fuisse videntur ξόανα Nympharum, de quibus εἴσατο est verbum proprium. » *Jac.*

CCCXXVIII. Lemma : Δαμοστράτου ἀνάθημα ταῖς Νύμ-

φαις. Non constat an poeta fuerit Damostratus. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 200. » *Boiss.* — 3 ὕμμιν Cod. fere semper. — 4 καπρωναλάσια Cod., corr. Heringa. Ξέσματα sunt ξόανα, ut explicat Hesych.

Sequitur in Codice epigr. Leonidæ Tarentini supra exhibitum VI, n. 334.

CCCXXIX. Lemma : τοῦ αὐτοῦ (scil. Λεωνίδου) εἰς τὰς Νύμφας παρὰ Τιμοκλέους κηπουροῦ. — 1. « Δώρου nomen ignotum. Vide Niclas. in Wolfii Analect. t. II, p. 94 vel in Classico Valpyi Diario t. XIX, p. 189. » *B.* Meinekius p. 138 : « Δώρου γένος Nymphæ vocari potuerunt Phœniciæ a Doro, Neptuni filio, Dori urbis conditore; v. Steph. Byz. v. Δῶρος. At fortasse Δώτου scribendum, ut Nymphæ compellentur Thessalicæ ; v. Steph. Byz. v. Δώτιον. » Ungerus *Beitr.* p 34 : « Sunt Nymphæ Echedori in Thessalia, quem simpliciter Δῶρον vocari in duabus inscriptionibus Thessalonicensibus testatur Tafel. De Thess. p. 282, not. 98. » Vanas hariolationes prætereo. — 2 ἐπεσσόμεναι Cod., in cujus apographo aliquo vir d. annotaverat : « ἐποσσόμεναι sive ἐπεσσύμεναι. » Initio τούτον testatur Paulss., addens : « an τούτου leg.? » — 3 ὕμμι Cod , corr. Jac. — 4 ὥρια Cod. « ubique. »

CCCXXX. Lemma : εἰς Πανὸς ἄγαλμα ἱστάμενον ἐπὶ πηγῇ. Πόλη (πολλὴ Jac.) δ' ἔνεστι φλυαρία ἐν τῷ γράμματι. Dialogus viatoris cum Pane ad fontem collocato. « Basi imaginis Panos epigramma et dei et poetæ ingenio accommodatum, ludicrum adeo et lascivum inscriptum fuisse » putat Hecker. I, p. 81. — 3. Ante ἀπὸ inserui δ', quod necessarium esse videbatur. — 4 ἐλὼν Cod.; χάλπιν ἔχων Heckerus, ἐλὼν « ineptum » esse pronuncians Imo sanissimum est, sed locus ex eorum numero in quibus καὶ... καὶ ponitur pro ἢ... ἤ, ubi nihil prorsus refert utrum malis ex diversis duobus. — 5 ποτι (sine acc.) νῆπτρα φ. χρυσταλινα (sine acc.) νύμφαν Cod. — 7 ὦ σεμνοῦ Cod., corr. Salmas. — 8 πᾶν Cod. — 9 δὲ πίνῃς Cod., pariter refragantibus metro et sententia: ποιῇς Reiskius, « verissime », inquit Jac., sic explicans . « Si forte, ait Pan, minæ illæ te, quia cinædus es, non tam absterrent quam invitant ut aquam inquines, alia etiam pœna est qua te afficere possim » Et conferri jubet appositissima Catulli XX, 16, et in Lusibus Priap. LI et LXV. Hærebat Heckerus, « inceptam emendationem perfecturus scribendo ἢν δὲ ποιῇς ἐπὶ τοῖσιν, hac sententia : *si ut pathicus vel his legibus aquis fontis te abluis, alia* etc. Sive ita : ἐπὶ τοῖσδ' ἅτ' ἔχων π. »

CCCXXXI. Lemma : εἰς [τοὺς] ἐφ' ὕδατι καὶ οἴνῳ κιρναμένους « Addidi τούς. Apogr. κριναμένους. [Ap. Jac. κιρναμένοις. Salm. vero hæc : ἐφ' ὕδατι καὶ οἴνῳ κεχραμένοις.] De Baccho ac Nymphis paredris vid. Darnaud. De diis παρέδροις c. 17. » *B.* — 1 ἥλατ' ὁ κοῦρος Cod., in apogr. Par. correctum ἥλαθ' ὁ, ut habet Plan. Recepit Boiss.: ἥλατο κ. malebat Jac., qui hæc Nonni confert VIII, 397 :

κόλπου δ' αἰθομένοιο διαθρώσκοντα τεκούσης
Βάκχον ἐπουρανίη μαιώσατο φειδομένη φλόξ.

— 3. Intellige σὺν Νύμφαις ὧν φίλος σοι ἐστί. Sententiam multis exposuit Græfius p. 131 seqq , breviter Jac. : « Hanc ob causam Bacchus cum Nymphis conjunctus, i. e. aqua temperatus, bibentibus gratus et utilis; a Nymphis sejunctus, idem merus ignis et infestus. » Ap. Barthium ad Stat. Theb. IX, 428, hoc ep. citantem, video τοὔνεκα νῦν Νύμφαις Βρ. φίλος. Ibi explodit ut recens epigr. latinum Anth. Burm. I, 22, n. 1545 Meyeri, quod diligenter tamen tractarunt Jac. et Græf., ex nostro versum :

Infantem Nymphæ Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inventum sub cinere abluerunt.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,
Sejunctus quod ab his ignis ut urat adhuc.

CCCXXXII. Lemma : εἰς χρυσοῦν ἄγαλμα Ἀφροδίτης, ὅπερ ἀνέθηκε Πολύαρχος (sic). In Plan. est ἄδηλον. Pro Λεσβίας oportebat Λοκρίδος. « Gallice reddidit Larcher. Dissert. de Venere p. 286. » *B.* — 1 ἐλθοιμεν Plan.; ἱδοίμεθα Cod. et Plan., corr. Jacobs.; recepit Meinek. — 2 ωχρύσῶι an ωσχρ. Cod., incertum. — 3 πολυαρχὶς Cod.; Πολύαρχις Plan., ut in lemmate. « Sic in insula Samo fanum erat Veneris, quod ἑταῖραι condiderant, ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς ὥρας, Athen. XII, p. 572, qui alia exempla hujus moris ibidem collegit. » *Jac*. Conf. Hecker. I, p. 16.

CCCXXXIII. Lemma : εἰς τὸν Ἀφροδίτης ναὸν τὸν ἐν Κνίδῳ. Cnidi mentio, non ex epigr. petita, incertum documentis an opinioni glossatoris debeatur. — 1 sic Cod. et Plan., nisi quod χθαμαλὸν ille; χθαμαλὰν etiam codex Paris. Crameri Anecd. t. IV, p. 370, qui in ceteris cum Palatino prorsus conspirat. Nihil annotavit Meinekius; ego unam vocem πόντου vitium contraxisse et emendandam esse existimo. Heckero I, p. 115, post alia, « arridet emendatio quæ audacior dici possit » :

Στῶμεν ἁλιρροθίου χθαμαλὰν παρὰ θῖνα θαλάσσης.

coll. (p. 349) XIV, ep. 72, 4 : παρὰ θῖνας ἁλιρράντους τε παρ' ἀκτάς. — 3 αἰγείροισι legebatur ex Plan.; αἰγείροιο Cod. et liber Crameri. « Repone αἰγείροιο. Conf. Schæfer. Meletem. p. 138. » *Jacobs*. nott. mss. Deinde ἧς iidem; ἅς Plan. — 4 ἀλκύονες Cram.

CCCXXXIV. Lemma : εἰς Σατύρου ἢ Πανὸς ἄγαλμα, ἢ καὶ Πριήπου. Imo *Tychonis*, quasi boni casus dei, parvi Mercurii; v. locos in Thes. s. v., et Lobeck. Aglaoph. p. 1235. — 1 ἐπιβώσῃ Plan. — 2 μεγάλωι Cod. — 3 ὡς ὅτε δημογέρων Cod. et Plan., quod egregie correxit Hecker. I, p. 116, ὅ τι Meinek. Del. p. 181, cui pluralem (τούτων) subjici posse notissimum est; vulgo ἅ γε, cum Brunckio. In fine πένητι Plan. — 4 τυχων Cod., corr. Reiskius, qui primus rem perspexit; τυχὸν Plan.

CCCXXXV. Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἑρμοῦ. A Miccalione calone vel lignatore positum. — 1 τὤγαλμαθ' (sic) ὁδ. Cod.: τόδ' ἄγαλμα ὁδ. Plan. « Si sincera est lectio membr., duo ille *simulacra* posuisse putandus est. Sed scriptum fuisse suspicor τὤγαλμ' ἀπ', ὁδοιπόρε, Μικκαλίωνος· ubi præpositionis a casu suo sejunctio corruptelæ occasionem dare potuit. » *Jac*. Qui recepit in nostro exemplo. Cod. μικαλλίωνος, Plan. Μικαλίωνος. — 2 ἑρμῆς δ' ἀλίδετον Cod., alterum Plan. In quo deletum prius δ' in nott. mss. restituit Jac. : « Particulam δέ cum ἀλλὰ sic junctam illustravi ad Philostr. Imagg. p. 393. » Etiam Boiss. : « Nolui perire δ' quod est in Codice. Non rara junctura δ' ἀλλά. » Meinekius Ἑρμῆς, ἀλλ' ἴδε, « ut Mercurium poeta precetur, Miccalionem benignis oculis adspiciat. Sic ἴδοις VI, ep. 356. » Explicabatur *novit*, sed est imperativus. — 3 ὀϊζυρῇ Cod.; οἰζ. Plan.; ἠπίσταπο Cod., lapsu. — 4 αἰεὶ Hermann. ad Orph. p. 723. Hoc dicit : vir bonus, in quacumque demum vitæ conditione constitutus, semper se bonum præstat.

CCCXXXVI. Lemma : εἰς ἀγαλμάτιον μικρὸν ἐπὶ προθύρῳ

ἱστάμενον. De obscuro carmine diligenter egerunt Hecker. I, p. 116, Gœttlingius in libello academico Jenensi a. 1860, denique Meinekius diatribe in epigr. 24 Callimachi p. 275 seqq. Celebratur parva statua herois ante fores posita Æetionis Amphipolitani. — 1 αἰετίωνος ἐπίσταθμος Cod.; Ἠετίωνος ἐπὶ σταθμὸν Plan.; Ἠετίωνος ἐπὶ σταθμῷ Hecker.; pro quo poetice ipsum adjectivum poni poterat, sed proprium nomen herois requiri et Gœttl. et Mein. observaverunt, hic Ἐπίσταθμος ponens, ille Μικρὸς sive Μικκὸς esse putans, ἐπίσταθμος de ædium custode interpretatus. Vulgo Ἠετίωνος, sed Codicis scripturam Meinek. tuetur argumentis. « Conferenda fabula inter Babrianas LXIII, in qua rusticus sacra facere fingitur heroi, cui sacellum in impluvio dedicaverat. — 3 γυμνὸν ἔχων ξίφος Brunckius, sed recte Nakius Hecales p. 72 tuetur μοῦνον et explicat : *nihil nisi anguem et gladium.* Heroum enim imagines, quæ plerumque equestres erant, ut patet ex v. 4, armis indui solebant. V. Aristoph. Vesp. 823, et schol. : εἶχον γὰρ οἱ ἥρωες πανοπλίαν καὶ ὅπλον ἐκ τῶν Δαιταλέων. [Præter ensem eos ἀσπίδα quoque gestasse addit Meinek. ex Zenob. Prov. I, 64 : παρόσον οἱ ἥρωες τὸ παλαιὸν ἔνοπλοι ἐξενίζοντο. In versu autem Comici alicujus quem restituit :

ἀλλ' ὥσπερεὶ
ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σε βούλομαι.

annon ἥρω' scribendum?] Anguis autem cum heroum cultu conjunctissimus erat [ut immortalitatis symbolum]. Vide quæ narrat Plutarch. Cleomene c. 39. Ex hoc more serpentes heroïbus sacrandi explicanda mihi videtur fabula de Cadmo et Harmonia in draconum formam mutatis. » *Hecker.* Quæ sequuntur fere desperata sunt. « Planudeæ lectioni ἀνδρὶ δὲ ἱππεῖ nihil tribuo, etsi eam servaverim, ne scriptura Palatina ἱππεῖοι (sic apographum Par.) lectores nimium moraretur. » *B.* Bentleius ἀνδρὶ δ' ἐφ' ἵππεῖ, Jacobs. ἀνέρι δ' ἱππεῖ (sic Blomf.) vel, quod præfert, ἀνδρὶ δὲ πεζῷ. Hoc Meinekio quoque probabile videtur, pro θυμωθεὶς conjicienti συσσωθεὶς, « ut sententia utcumque salva præstetur, ejusmodi : Æetion duorum hominum, fortasse filiorum, sigilla in atrio posuit, quorum alter pedes, alter eques meruerat; a pedite olim ex præsenti mortis discrimine servatus, hujus statuam erexerat, ac ne alteri plus honoris haberetur, vel ob aliam ignotam nobis causam, hujus quoque non equestrem, ut decebat, sed pedestrem statuam juxta illum posuit. Συσσώζειν fere idem, præsertim in seriori, quod σώζειν, ut lat. *conservare.* Medium παρῳκίσατο pro παρῴκισε contra consuetudinem Callimachi. Sic μετῳκίσατο extremæ ætatis poeta ap. Welcker. p. 52. » Recens aliud exemplum Append. ep. 258, 2, citat Heck.

CCCXXXVII. Lemma : ἐπ' ἰξευτῇ παρὰ τοῦ Πανός. — 1 λαθόγηρα Cod., corr. Salmas. — 2 λισσὸν Heringa, non improbante Meinekio. « Significatur *media convallis duorum montium.* Glabros autem montium apices non quærunt aucupes, ubi calamos suos struant. » *Brunck.* — 3 ὑλειωρὸν Cod., corr. Salm. — 4 συναγεύω Cod., corr Jac.; frustra συναγρεύσω Salm. « Hoc epigramma Propertius ante oculos habuit lib. III, el. XI, 41 :

Dique deæque omnes, quibus est tutela per agros,
  Præbebunt vestris verba benigna focis.
Et leporem, quicumque venis, venaberis, hospes,
  Et si forte meo tramite quæris avem.
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,
  Sive petas calamo præmia, sive cane. » *Jac.*

CCCXXXVIII. Lemma : εἰς Δάφνιν τὸν αἰπόλον, ὃν ἐν τοῖς βουκολικοῖς ᾄδει ποιήμασιν. Ahrens. inter Spuria et dubia posuit p. 169. « Daphnis, quem pastorem venatoremque fuisse constat ex Id. I, 116, plagis in silva relictis, in antrum concesserat, ubi somnum caperet. Huc eum Pan et Priapus, formosi pastoris amore inflammati, sequuntur. » *Jac.* — 1 φυλλοστρῶτι et κεκμακὼς Cod., altera jam ap. Callierg. — 2 ἀμπαύω, supersito ου literæ ω, Cod ; ἀμπαύων libri Theocritei, ut videtur, omnes et sequentia ut eduntur; ἀρτιπαγῆ δ' ἂν ὄρη Cod. Mire Ungerus *Beitr.* p. 33 : εὕδεις... σῶμα κεκμακώς; Ἀμπαύου· στάλικές γ' ἀρτιπ. — 3 δ' ὅτε πᾶν Cod., δέ τυ Πὰν ap. Ahrens. sine var. ex vett., et Meinek. « Olim scripsi, nec me pœnitet, δέ τε. Et alibi τε pro σε dixit Theocritus. » *B.* Heck. et Ung. δ' ὅ τε. « Rectius scribas ὁ τὲ Πάν, de qua collocatione accusativi objecti inter articulum et nominativum subjecti conferendus Schæfer. ad Gnomic. p. 56. » *O. Schneider.* Quod debebam recipere. — 5 ἄντρου εἴσω Cod., alterum in vett. — 6 καταγόμενον Cod., quem ρ post γ omittere modo vidimus ep. 337, 4, et multis locis observavit Jac., ut καταγρόμενον, quod est in vett., pro ipsius Cod. scriptura haberi possit. A multis tentatum felici Minerva sanavisse videtur Ahrens, καὶ ἀγρεμόνας, scilicet τοὺς θηρευτάς. Quod recepi. Heckerus cum Hermanno κατανόμενον, *ad finem properans*, sive cum μεθεὶς jungendum προληπτικῷ more; Boiss. καταντόμενον, « quæ nunc vera est visa correctio. [Sic judicabat et Jacobs. in nott. mss.] Olim scripsi post Toupium κατεγρόμενος, male, quum jam sit μεθεὶς κῶμα. » O. Schneider. καταδόμενον, quem cantus avium et cicadarum personat, coll. Fritsch. ad Aristoph. Thesm. p. 407 seq. Ante Ahrensium τῶν ἀγρεμόνων meminerat Ungerus l. c., sed in nequiorem ille sensum accipiens quod posuit : φεῦγε μεθεὶς ὕπνου σῶμα καὶ ἀγρεμόνων. « Qui Hesychium viderit ἀγρεμόνα exponentem δόρυ et hunc Diogenis L. locum VI, 53 : μειράκιον εὔμορφον ἀφυλάκτως ἰδὼν κοιμώμενον, νύξας, Ἐπέγειραι, ἔφη,

Μή τις σοὶ εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ,

facile intelliget ἀγρεμόνας illos esse τὰ δόρατα Panos et Priapi. » In tertia edit. Meinekius cum Toupio καταργόμενον, coll. Philodemo V, ep. 131 : πῦρ ἄρτι καταργόμενον. « Fugere jubetur Daphnis antequam alto sopore sepultum Pan et Priapus oppresserint. » Quod præferendum τοῖς ἀγρεμόσι, nunc stereotypis intuli.

CCCXXXIX. Lemma : εἰς κόρακα καὶ σκορπίον, ὃν ὁ κόραξ μέλλων ἐσθίειν, ὑπ' αὐτοῦ πληγεὶς ἀνῃρέθη. — 1 μελάντερον Cod., quod male correxit Plan. μελάντερος, recte Brunck. μέλαν πτερόν. — 4 ἐνκέντρωι πεξαν Cod., « literæ ε superposito ι an accentu, dubium » *Paulss.*; ἐυκέντρῳ πέζαν Plan., i. e. πόδα. At num ille *pede* tantum percusso corvum privavit vita? ut dubitem de correctione. Salm. nihil ad πέζαν. — 5 ζωᾶς μὲν Cod.; ἴδ' ὅσσον ἐτ. Cod. et Plan., corr. Scaliger.

Sequitur in Codice distichon supra exhibitum ep. 122, et ipsum Eveni epigramma ibid.

CCCXL. Lemma : εἰς τοὺς αὐλοὺς τοῦ Φρυγὸς Ὑάγνιδος. « De Hyagnide v. ad ep. 266. » *B.* Simile argumentum nostri epigr. — 1 ὑαγνίδος fort. Codex. « Pro αὐλοὶ fortasse αὐλὸς scribendum propter v. 3, πρὸς ἐμὸν φώνημα. » *Meineck.* p. 162. — 3 πρὸς ἑὸν φ. Bothius; ἐνεδύσατο Cod., superposito ανε (ἀνεδύσατο), corr. Reiskius. Heringa ἀνεδήσατο, *hedera vinxit*; Salmas. ἀνεσείσατο. — 5 πάρος οὔπερ ἀείσας Cod., sententia aperta ex ep. 266, verbis incertissimis. Post vana commenta Heringæ, Reiskii, Brunc-

kii, Jacobsius liberrime : εἰ δὲ Κ. π. πατρὸς εὗρεμ' Ἀθήνης ἔργον ἔφη, Φοίβου κεῖνον ἔλεγξεν ἔρις. Postea autem, etiam in nott. mss., πατρὸς οὕνεκ' ἀείσας ἐγνώσθη. « cum ironia non ineleganti, quam explicant Schæfer. ad Long. p. 421, Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 671. » Boissonadii textus lituris turbatus ut nihil dignoscas; nota hæc est : « Cod. πάρος οὕπερ ἀείσας ἐγνώθη. Multa sunt virorum doct. conamina. Quod scripsi facillimum quidem est, vix tamen mihi placet. Sensus hic fuerit : « *si vero Celenites pastor* (Midas Hyagnidis filius) *plus quam pater suus canens innotuit* ». Larcher. ad Xenoph. Exp. t. I, p. 15, hoc disticho usus Brunckianam scripturam sequebatur. » Ut voluerit fere quod O. Schneiderus conjecit, πατρὸς οὗ πέρι ᾄσας. Hoc recepi, dubitans de eo quod Meinekius posuit ab Hermanno admonitus (præeunte partim Reiskio) : πατρὸς οὐ παραείσας, *si Marsyas patre deterius tibiis cecinit*. — 6 ἐγνώθη Cod., ἐγνώσθη Reisk.; deinde Cod. κεῖνον ἔδειξε, pro quo Jac. probante Hermanno malebat ἔλεγξεν. O. Schneiderus κεινὸν, *vanum*, idemque ingeniose ὀγκώθη sive ὠγκώθη, quæ recepi; nam ἐγνωσμένον τι non facile dici potest κενόν.

CCCXLI. Lemma : εἰς Δάφνιν τὸν αἰπόλον. Et in nova pag. : γλαφυρὸν τὸ γράμμα. Pan cum Nymphis de Daphnide, amasio suo, colloquium. Simile aliud in ep. 556 Diodori Zonæ. — 2 ἐρίφως cod. Reg. 1773, ed. princeps et Aldina prima; in nostro exemplo recepit Jac. — 3 πᾶν Cod. « ubicunque dialectus Dorum prævalet. » *Paulss.*, penes quem esto fides rei; in dorico epigr. 433, 6, ipse annotat Πάνα. — 4. Λέγειν intelligo ὥστε λέγειν σοι, idem quod λέξον. Sed Meinek. ad Theocr. p. 327 : « Scrib. videtur νέμειν. » — 5 ψωφήδιον Cod. et Plan. « Sunt verba a Daphnide arboris cortici insculpta. Μαλέα est urbs Arcadiæ, vulgo Μαλαία [male] scripta; ac prope eam montem fuisse ejusdem nominis ex hoc loco fortasse conjici debet. Circa Psophidem plures montes erant Pani sacrati; v. Pausan. VIII, 24. » *Jac.* — 6 ἰξ. Cod.

CCCXLII. Lemma : Παρμ. Μακεδόνος περὶ τῆς τάξεως τῶν ἐπιγραμμάτων. In marg. : σημείωσαι. « Illustratum a Buretto in Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 313. Confer ep. 369. » *B.* — 1 φαμὶ πολυστιχίην Cod. — 2 legebatur δολιχόν. *Dolichus* erat, secundum plerosque, stadiorum viginti. — 3 ἀνακυκλεῖται Plan. — 4. Ἐλαυνόμενος, scil. δρόμος. Is est unius respirationis intentæ opus.

CCCXLIII. Lemma : εἰς κόττυφον δίκτυον ὑπαλύξαντα. Expressum ex Antipatri ep. 76. Denuo tractat Paulus Sil. infra ep. 396. — 1 κίχλησιν Plan. Αὐταῖς σὺν...., majore vi, ut *una cum*, jam ap. Hom. — 3 sic libri; vulgo θώμιξ. « Schol. Wech. : ἐργαλεῖον καὶ ὄργανον ἰξευτῶν. Ὀππιανός (Cyn. I, 65) :

Καὶ δολιχαὶ θώμιγγες ὑγρός τε μελίχροος ἰξός.

Comparanda Oppiani verba Hal. V, 135 : θωμίγγων ξυνοχῇσι· ubi schol. σχοινίων συνδέσεσι. » *B.* — 4 πλεκτῶν αὖθι Cod. — 5 ἱερὸν et ἔτυμον et πολλὴ Cod.; ἐτύμως Steph.; ἐτύμων Both. — 6 πτηνῶν Plan. Πτανῶν, scil. ἀοιδοπόλων.

CCCXLIV. Lemma : Λεωνίδα ἰσόψηφον· οὗτος Ἀλεξανδρεὺς ἦν· εἰς ἑαυτὸν διὰ τὸ ποιεῖν ἐπιδεξίως τὰ ἐπιγράμματα. — 1. Γραμμαί hoc loco de *geometria* et astrologia dictum, cujus usus exempla habes in Thes. s. v. et ap. Bud Commentt. L. Gr. p. 252. — 4 Οὐρανίην Καλλιόπη προφέρει « contra græcæ linguæ usum dicitur. Non desunt tamen similium constructionum exempla apud auctores qui ex Romanorum commercio latinas loquendi formas duxerunt, ut est *Uraniam superat* Calliope. » *Brunck.* Satis lepide respicitur ad hæc Hesiodi Theog. 78 : Οὐρανίη τε, Καλλιόπη θ'· ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. « Pro οὐρανίην Brunckius e Scaligeri conjectura scripsit οὐρανίης [quod nota ejus retractat]. In carmine ἰσοψήφῳ cujus summa in notula Codicis, quæ abest ab apographo, cifris [etiam a Salm. relatis] ϛχ indicata fuit, calculum utriusque distichi institui, et inveni infinito cum tædio summam uniuscujusque esse 6600. Scripto Οὐρανίης turbatur numerorum paritas. Syntaxis cum accusativo est quidem parum usitata; sed valde mirabile est potuisse Leonidam talibus constrictum vinculis tam libera ac facili vena versus quattuor fundere. » *Boiss.*

CCCXLV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδα εἰς Μήδειαν τὴν Κολχίδα. In Plan. *Archiæ* tribuitur, « cujus ingenium refert, neque est ἰσόψηφον. » *Jac.* — 1 οὐ τόσον Ἀθ. Codex, quattuor libri planudei ap. Br. et edd. ante Stephanum, qui οὐ τόσον οὐδ' Ἀθ. « quod edidi probante Maltbyo in Thes. prosod.; οὐ τόσσον γ' Ἀθ. Weichert., quod probat Passovius. » *Jac.* nott. mss. Et Bothius. Boiss. τόσσον sine γ'. — 2 ἐτεκνοφόνα malebat Wakefield. : *liberorum cædem meditabatur*. — 3 ἐπὶ Cod. sec. Salm. — 4 φονεύοι libri, quod reduxit Boiss., εὖ ποιῶν. Jacobs. : « Agitur de re certa, non supposita; quare φονεύει dedi auctore Schæfero. » Immo de supposita, quia μήτηρ non est Medea, sed emblematice dicitur pro αἱ μητέρες.

CCCXLVI. Lemma : ὁμοίως ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει. « *Archiæ* est in Planudea. Dicuntur hoc et præcedens epigramma esse ἰσόψηφα. Computatione instituta ἰσοψηφίαν non reperi. Unde potius Archiæ, ut et sequentia duo, cum Planude tribuerim. Imitatus est epigramma versibus latinis Berthelotus, quos protulit Dreux a Radierio Recreat. Histor. t. I, p. 346, et aliorum versionibus præstare putabat, nequicquam. — 2 γραπτῆς νουσοτροφεῖς πυκτίδι Cod.; γραπτῇ πυκτίδι νοσσοτρ. Plan. Schol. W. : πυκτίς, πυνθουρομάχαιρα κρεωκόπος· ἐνταῦθα δὲ εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·

Τὴν γραῦν ἐρωτᾷς ἢ φέρει τὰς πυκτίδας.

Quod scholium ad nomen πηκτὶς pertinet, estque e Suidæ Lexico descriptum, ubi nunc recte legitur : πηκτὶς, πανδοῦρα, μάχαιρα κρεωκόπος. Scholiasta male usus Cangius monstrum vocabuli πυνθουρομάχαιρα in Glossarium invexit. Editiones Thesm. recte πηκτίδας exhibent v. 1220. Πυκτίδι nunc intelligendum de tabula picta. » *B.* Conf. idem argumentum tractantem Philippum Plan. ep. 141.

CCCXLVII. Lemma : εἰς βόας ἕλκοντας ναῦν ἐν ποταμῷ. *Archiæ* in Plan. Idem argumentum tractat Philippus ep. 299. — 2 χὴν πόντου Cod.; κὰκ π. Plan., qui male ἀφελκόμεθα. — 3 ἔργα γὰρ εἰρήνης Cod. et Plan. « Quod sententiæ non respondet, quæ cum præcedentibus cohærens aliquid continere debet quod negotio jam recens bobus injuncto proprium sit; εἰρήνης autem ἔργα et aratorum sunt et nautarum. Quare εἰρεσίης scripsi. Peerlkampius malit ἔργ' ἄρα Νηρῆος. » *Jac.* Boiss. : « Lectionem codicum εἰρήνης revocavi, in cujus locum successerat e conjectura, probabili quidem, εἰρεσίης Aiunt boves ... » Reliqua folioli manu avulsa. — 4 δελφῖνας γαίης Cod.

CCCXLVIII. Lemma : ἐπὶ σταφυλοκλέπτῃ *Archiæ* in Plan. — 1. « Bene monuit Brodæus, Hecatonymum illum militem videri fuisse gregarium; qui vite cædebantur; v.

intt. ad Tacit. Annal I, 23, et al. Ceterum Draconis et Solonis leges uvarum furibus mortem destinabant; v. Alciphr. III, ep. 40, et Bergl. » *Jac.*

CCCXLIX. Lemma : ἐπὶ τοῖς γενεθλίοις Νέρωνος Καίσαρος. Et in summa pagina : ζήτει· ὅτι πάντα τὰ ἐπιγράμματα Λεωνίδου ἰσόψηφα. ζήτει· οἱ δύο στίχοι ἕνα ἀποτελοῦσιν ἀριθμὸν, καὶ οἱ δύο ὁμοίως, i. e. distichon utrumque ἰσόψηφον. — 1. Celebrabantur aquæ frigidæ *Cutiliæ* in agro Sabinorum. Probabiliter Heringa hoc carmen ad Vespasianum imperatorem retulit, qui Suetonio teste c. 24 *Cutilias ac Reatina rura quotannis petebat ibique æstivare solebat,* eodemque loco exstinctus est a. U. 832 (μετήλλαξεν, Dio Cassius ait, ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων, τοῖς Κουτιλίαις ὠνομασμένοις). — 2 σωρὸν ἀκεσφορίης Cod.; ζωρὸν ἀκεστορίην Brunck. cum Ruhnk. et Toupio; δῶρον ἀκεστορίης Græfius, sed σωρὸν defendit Jac. « Revocavi scripturam codicis ἀκεσφορίης, temere mutatam in ἀκεστορίης. In disticho isopsepho nihil mutandum nisi jubentibus numeris, nunc vix restituendis ob lacunam tertii versus. » *B.* — 3 πάππον αὐγ. Cod.: versus duabus syllabis brevibus mancus : inserebant Toupius τρισίν, Heringa πάλιν, Reiskius τρὶς ἑσαυγ., Wesseling. πάππον περιαυγ., quod Boiss. posuit, sed in nota : « Inserui πάλιν. Alii aliter. » Joculare inventum Bothii : παππίστατον αὐγάζηται· « quo cognito, ait, ut fruge reperta, jam nemo glandibus vesci volet. » Verum est πάλιν, quod sine uncis posui, quippe certum ex numeris, quorum summam collegi, quæ pariter est 6623 in utroque disticho. — 4. « Si hoc carmen ad Vespasianum pertinet, τρισσῇ εὐτοκίῃ, i. e. τρισσὰ τέκνα, de Tito, Domitiano et Domitilla interpretanda sunt. Spanhem. hoc disticho utens De usu et præst. num. p. 359 εὐτυχίης exhibet. » *Jac.*

CCCL. Lemma : ἐπὶ δώροις σταλεῖσιν αὐτῷ παρὰ Διονυσίου, ἤγουν καλάμοις καὶ χάρτισιν. « Forsan χαρτίοις. Nec hujus epigr., ut nunc scriptum est, reperire potui ἰσοψηφίαν. In primo præsertim versu poetæ manus desideratur. » *B.* — 1 ιτρια Cod., corr. Heringa. Ἤτριον grammatici exponunt ὕφος sive ὕφασμα λεπτόν, quod apprime convenit papyro textæ. Deinde Codex βύβλων ἀτονώδεα, de qua voce nubem habes conjecturarum ap. Jac. t. IX, p. 99; ipse ἀτομώδεα, *atomis similia*, tam tenuia ut dividi nequeant. Sed neque hanc correctionem neque ceterarum unam ullam admittit ἰσοψηφία, quæ negari non potest, nam (nisi calculus me fefellit) prioris distichi (cum ἀτονώδεα) numerorum summa est 7756, alterius est 7755. — 2 πέμπει Cod., corr. Salm. — 3 ἀτελῆ Cod.

CCCLI. Lemma : εἰς παιδίον μέλλον κρημνίζεσθαι, ὅπερ ἡ μήτηρ τὸν μαστὸν δείξασα τοῦ κρημνοῦ ἐλυτρώσατο. *Archiæ* est in Plan. Idem argumentum in Parmenonis ep. 114. — 1 ἐπὶ κρημνοῦ Plan.; ἕρπων Cod. — 2 « Ἀστυαναχτείης. Schol. W.: Εὐριπίδης Ἀνδρομάχῃ (v. 8)·

Ἥτις πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως
πεσόντ' ἐσεῖδον παῖδά θ' ὃν τίκτω πόσει
ῥιφέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων.

Λεσχέως (editum Αἰσχύλος) λέγει Ἀστυάνακτα ἀπὸ πύργων ῥιφῆναι, οὐ μὲν ὑπὸ δόγματος τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' ἰδίᾳ Νεοπτολέμου αὐτοχειρίᾳ ἐθελῆσαι [ἐθελήσαντος?] τοῦτο γενέσθαι· Παυσανίας (X, 25, 4 [qui Νεοπτόλεμον αὐτόχειρα ἐθ. γεν.]). » *B.* — 4 λύτρα Plan. et Draco De metris p. 63, 21.

CCCLII. Lemma : εἰς Νέρωνα τὸν Καίσαρα. Festum hoc de *Nerone servato* illud esse conjicit Jac., quod celebrabatur Agrippina interfecta, quam Nero insidias sibi struxisse dixit; v. Tacit. Annal. XIV, 2. — 1. Νεῖλος, nam Alexandrinus poeta loquitur. — 3. Ἑκούσιον, nam tranquillitas victimarum inter immolandum pro bono omine habebatur. « De nomine ἑκούσιον vide not. ad Append. ep. 7. » *B*

CCCLIII. Lemma : εἰς Πάππον τινὰ σοφὸν, ἐν τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις. — 2 βεβαιότατον Reiskius; βεβαιοτάτῃ Ruhnken « Junge cum ἐν φιλίῃ. Bene autem dicitur καὶ λόγον ἀκριβοῦν καὶ βίον qui et orationem diligenter efformat et vitam ad elegantiam expolire studet. — 4 ἀοιδοπόλος Heringa; sed est εἷς τῶν ἀοιδοπόλων. » *Jac.* At iterum vere Heringa, prope attingens isopsephiam, quæ respuit genitivum : summa distichi est 5286, prioris (si Reiskium sequaris) 5161.

Sequitur in Codice epigr. jam supra exhibitum n. 124.

CCCLIV. Lemma : ἐπὶ νόσῳ θλιβομένῳ καὶ ἀσχάλλοντι. *Archiæ* est in Planud. « Miles fortissimus, gravi morbo laborans, ensem sibi in pectus adigit. Quam historiam de Ælio Romano vidimus cap. VII, ep. 233 et 234. » *Jac.* Benndorfio p. 70 hoc epigr. in Timomachi artificis *Ajacem* compositum esse videtur. Non est isopsephum. — 2 θλίβομ' ἐν Cod.; ὅλως apogr. Par., ut vett. edd. Plan. ante Ascens.

CCCLV. Lemma : ἐπὶ ὀργάνῳ τινὶ μαθηματικῷ δῶρον σταλέντι Πάππῳ τῷ Νέρωνος. Imo Ποππαίᾳ τῇ Νέρωνος. — 1. « Dicit globum cœlestem, mundi imitamentum. Sic Lucian. Nigrino c. 2 : προὔκειτο δ' ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον, καὶ σφαῖρα καλάμου πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἐδόκει, πεποιημένη. — 2 σεβασμίας Cod. Nero quum Poppæam, Octavia repudiata, duxerit a. U. 815, ea autem perierit a. U. 818, tenemus tempus intra quod epigr. scriptum fuit. — 4. Poppæa elegantis ingenii mulier fuit, teste Tacito Annal. XIII, 45. » *Jac.*

CCCLVI. Lemma : ἐπὶ τῇ μεταβολῇ τῶν ποιημάτων. Et in marg.: ἕως ὧδε τὰ ἰσόψηφα Λεωνίδου Ἀλεξανδρέως. In Plan. est ἄδηλον, errore ex sequentibus nato. Est præfatio collectionis ἰσοψήφων. « Experimento facto ἰσοψηφίαν non reperi. » *B.* Neque ego in præcedenti epigr. — 2 μουσοπόλον in vulgatis Plan.

CCCLVII. Lemma : εἰς τοὺς δ' ἀγῶνας τοὺς ἐπιτελουμένους ἐν τῇ Ἑλλάδι. *Archiæ* est in Plan. « Latinis versibus reddidit Ferrand. Explic. II, p. 191. » *B.* — 1 τέσσαρες εἰσὶν Cod. — 4 ἆθλα Cod. « Schol. Wech.: σέλινα πρὸς τὸν Παλαίμονα, τουτέστι πρὸς τὰ Ἴσθμια· πίτυς πρὸς τὸν Ἀρχέμορον· οἱ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἔθαψαν τὸν Ὀφέλτην ὑπὸ δράκοντος ἀποπνιγέντα, ἐπιτάφιον τὸν Νεμεαῖον ἀγῶνα τιθέντες καὶ πίτυϊ τὸν νικῶντα στεφανώσαντες, ἐπεὶ καὶ τὸν παῖδ' ἐπέθηκαν πίτυος θαλλοῖς, ὡς Εὐφορίων μαρτυρεῖ (v. Plutarch. Symp. V, 3 § 3)· Παυσανίας ἐν Ἀρκαδικοῖς (c. 48, 2) περὶ στεφάνων οὕτως· « Ἐν μὲν τῇ Ὀλυμπίᾳ κοτίνου τῷ νικῶντι « δίδοται στέφανος, καὶ ἐν Δελφοῖς δάφνη, ἐν Ἰσθμῷ δὲ ἡ πίτυς « καὶ ἐν Νεμέᾳ σέλινα ἐπὶ τοῦ Παλαίμονος καὶ τοῦ Ἀρχεμό- « ρου πάθεσιν ἐνομίσθησαν· οἱ δὲ ἀγῶνες φοίνικος ἔχουσιν οἱ « πολλοὶ στέφανον, ἐς δὲ τὴν δεξιὰν ἔστι καὶ πανταχοῦ τῷ « νικῶντι ἐστιθέμενος φοῖνιξ, Θησέως πρῶτον, ὅτε ἐκ Κρή- « της ἀνεκομίζετο, ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιησαμένου τῷ Ἀπόλ- « λωνι καὶ τοὺς νικῶντας τῷ φοίνικι στεφανώσαντος· τοῦ δὲ « φοίνικος τοῦ ἐν Δήλῳ μνήμην ἐποιήσατο καὶ Ὅμηρος ἐν « Ὀδυσσέως ἱκεσίᾳ πρὸς τὴν Ἀλκινόου θυγατέρα ». Δάφνῃ δὲ ἐστέφοντο οἱ Πύθια νικῶντες, ὅτι τῆς Λάδωνος θυγατρὸς

Ἀπόλλωνα ἐρασθῆναι ἐκράτησεν ἡ φήμη (conf. Pausan. X, 7, 4). Λέγεται δὲ ὅτι Πίνδαρος τὰ ἐν Σικυῶνι Πύθια ποιητικῇ ἀδείᾳ τὸν Ἄδραστον θεῖναί φησι (Nem. X, 52), καὶ ὅτι ἐν Πελλήνῃ τοῖς νικήσασιν ἀθληταῖς χλαῖνα ἐδίδοτο (conf. schol. Pind. Nem. X, 82)· ἐτελεῖτο δὲ ἐν αὐτοῖς (forsan ἐν αὐτῇ) Θεοξένια (schol. Pind. ibid.). » *B*. — Latine vertit Ausonius Eclog. p. 235 ed. Bip.:

Quattuor antiquos celebravit Achaia ludos :
  Cœlicolum duo sunt, et duo festa hominum.
Sacra Jovis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique :
  Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

CCCLVIII. Lemma : ἐπὶ (sic Boiss.; ἐν ap. Salm., Chard. ex apogr. Par. et Jac.) τῷ Φαίδονι (sic) τῷ διαλόγῳ Πλάτωνος νοθευομένῳ ὑπὸ Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου. In marg. (recentiore manu, item ut modo verba ὑπὸ Π. τ. Ρ., teste Salm.) : ἄδηλον· ὅτι ὁ Πλάτωνος διάλογος (λόγοι ap. Salm. et Chard.) ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι νοθεύεται ὑπὸ Παναιτίου τοῦ φιλοσόφου· ἦν δὲ ὁ Παναίτιος Ῥόδιος. « Leonidæ Alexandrino tribuitur in codice quodam [« commemorato ap. Fabric. Bibl. Gr. t. III, p. 73. » *Jac.*], Syriano a Davide philosopho Aristotelico apud Neumannum Dissert. de Davide Armeno p. 62. Gallice vertit et illustrat Chardo Roch. Misc. t. I, p 366. Vide et Lyndeni de Panætio dissertationem p. 64; Wyttenb. ad Phædon. p. 109. » *B*. « Mihi epigramma Diogenis Laertii ingenium sapit. » *Jac.* — 1 Πλάτωνος Cod. lapsu; Πλάτωνε Plan. et cod. Athous. — 3 με τέλεσσε παραίτιος Cod. « In fine Plan. [et Athous] ἐτάλασσε, quod post Lyndenum ac Chardonem prætuli Palatinæ scripturæ ἐτέλεσσε. » *B*. Quibus non sum obsecutus, qui planudeum inventum hic agnoscam et ἐτέλεσσε rectissime defensum videam a Jacobsio p. 541. Exhibet etiam Hecker. I, p. 194, et Platonis codex n. 1808, sæc. XI. — 4 τελέσει Cod., quod de conjectura dederat Jac.; τελέσαι Plan. et cod. Platonis. Salm. : « Lege τέλεσεν. » Cicero Tusc. I, 32 : *Credamus igitur Panætio, a Platone suo dissentienti; quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, hujus hanc unam sententiam* de immortalitate animorum *non probat*, etc.

CCCLIX. Lemma : παραίνεσις εἰς τὸν βίον χρήσιμον (sive χρήσιμος) ἀποτρεπτική (apogr. Par. ἀποτρεπτικόν). In Plan.: Ποσειδίππου, οἱ δὲ Κράτητος τοῦ κυνικοῦ. Huic soli tribuit cod. Reg. 1773, *Posidippo* soli Stob. Flor. XCVIII, 57. Ex Athoo non enotavi lemma. « Codex 1630 *Heraclito* philosopho tribuit. Gallicis versibus reddidit Ronsard. p. 1325. » *B*. Poeta exponit in omni vitæ conditione tantum esse mali, quantum boni. ita ut quænam vivendi ratio præferenda sit non appareat. Quare optimum esse aut omnino non nasci, aut quam primum mori. — 1 τάμῃ Stob. et nunc Jacobs. coll. Hermann. Opusc. t. IV. p. 163; ceteri τάμοι. Cod. 1630 (bombycinus optimæ notæ sæc. XIII, mihi B) εἰν ἀγοραῖς. — 4 ἔχεις τί Cod. Pro δέος B φόβος. — 5 ἀνιαρόν Stob — 6 ἔσῃ B; ζήσει ἐρ. Stob.; ἐρημότερον ed. princ., Ald. 1 et Steph. — 8 ἀτραδέες· πολιαὶ δ' αὖ πάλιν ἀδρ. B « utique non male. » *Boiss.* — 9 τοῖν δυοῖν Cod. et Plan.; corr. Salmasius ex Metrodori responso; legebatur τοῖνδε δυοῖν e conj. Brunckii; ἦν ἄρα τῶν πάντων ἑνὸς B; ἦν ἄρα τῶν πάντων τόδε λώιον, ἢ ε γ. Stob., ut etiam hinc appareat Palatini Codicis interpolatio. Qui ἢ τὸ γεν., Plan. ἢ τὸ γ. — 10 μὴ δέποτ' ἢ τὸ θανέειν Cod., teste Paulssenio, qui haud dubie hoc ad sequentis epigr. versum 10 annotare volebat; nam μήποτε (non μηδέποτε) tam ap. Salmas. et Jac. est, nihil annotante Boissonadio ex apographo, quam apud ceteros antiquos : Stob. μήποτε ἠὲ θανεῖν, B μήποτε ἢ τὸ θανέειν (sic) αὐτίκα γενομένῳ, suprascripto γεννωμένῳ. « Sapientiæ Sileni dictum : *non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori*, Cic. Tusc. I, 48. » *Jac.* Schol. Wech.: ὅμοια τούτοις εἴρηται καὶ Πλάτωνι καὶ Θεόγνιδι καὶ Ἀθηναίῳ. — Imitatus est et amplificavit Ausonius Eidyllio XV, inscripto : *ex Græco, Pythagoricum de ambiguitate eligendæ vitæ*, quod apud ipsum legas p. 217 ed. Bip.

CCCLX. Lemma : ἐκ τοῦ ἐναντίου προτρεπτικὸν εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. In cod. Reg. 1773 : ἐκ τοῦ ἐναντίου πιθανά, ut in Plan. Cod. B Δημοκρίτου φιλοσόφου τοὐναντίον. Quod plane byzantini est captus et eruditionis byzantinæ, in his cernere plorantem Heraclitum et Democritum ridentem. Ad Metrodorum grammaticum referendum videtur, Constantini M. æqualem, qui plura de geometria et astronomia scripsit. Cum hac parodia præcedentis carminis comparandum Juliani Æg. epigr. 446. — 2 κήδεα Plan. inde a Steph.; καὶ πυνητὸν S (cod. 352 Supplementi Reg., ap. Cram. Anecd. Par. t. IV, p. 366); καὶ ἀγαθαὶ et δόμοισιν B. — 3 φυσιοχάρις Cod. sec. Salmas.; ἐν δ' ἀγοραῖς χαμάτων ἅλις B in alterum ep. aberrans. — 4 θαύματ' B, pro κέρδος. — 5 οἶκος ἀρεστὸς Bothius. — 6 ἐλαφρότερος S et B consensu; restitui, jubente Posidippo v. 4. Edd. cum Cod. et Plan. ἐλαφρότερον. Margo B : γρ. ζῇς δι' ἐλευ .... (ἐλευθερίης). — 7 τέκνα φάος B; κάρρονες Bothius. — 8 πολιαὶ δ' ἐς νόον εὐφυέες B. — 9 ἑνὸς præter Cod. et Plan., etiam B et Reg. 2511 a Millero inspectus; sed S μόνων, Cramer. μόνον, quod mirum est Salmasium tanquam ex Codice adscribere. Boissonadius ad Choricium p. 162 corrigit μόνον. « Nimirum in antiquo libro puto fuisse α, quæ sigla potest significare pro re nata πρῶτος vel εἷς vel μόνος per casus omnes. » — 10 μήποτε B et in fine εὔδια σοι. Codex βίω (sic), Plan. βίου, ut S et Athous.

CCCLXI Lemma : εἰς παρθένον φθαρεῖσαν ὁμηρόκεντρα. — 1. Od. Ψ, 97. — 2. Il. E, 361. « Schol. in RS : ἕλκος, τὸ τραῦμα. Οὐτάζω, τὸ δορατίζω. — 3. Il. K, 83. Schol. ib. : ὀρφναίην, σκοτεινήν. » *B*. — 4. Il. Φ, 50. — 5 Il. Π, 333. — 6 προέθηκεν RS. Od. E, 268. « Ubi recte οὖρον δὲ προέηκεν, sed hoc loco neque δέ neque τε ferri potest. Scribe οὖρον δὴ πρ. vel οὖρον ἐμοὶ πρ. » *Schneidewin*. Minime tali hæc sunt lance expendenda. Lusus in οὖρος, *ventus secundus*, et οὐρός sive ὀῤῥός, *liquor*.

CCCLXII. Lemma : εἰς Ἀλφειὸν ποταμὸν διὰ τὸ περὶ αὐτοῦ μυθολογούμενον καὶ τῆς πηγῆς Ἀρεθούσης τῆς ἐν Σικελίᾳ. « Non majoris poematis fragmentum, sed μελέτημα esse crediderim, qualia recentioris ævi poetæ stili exercendi causa componebant. Versus ad Nonni exemplum esse factos monuit Hermannus ad Orph. p. 690. Optime H. Grotius : *Facit Nicetas Choniates ut putem morientis Græciæ esse fœtum, quum Balduini circa tempora nostrates homines Elidem bello vastarunt*. Est locus Nicetæ in Hist. Byz. p. 322 seq., ubi, deploratis cladibus Græciæ a Latinorum copiis illatis, ad Alpheum convertitur, eumque, ne patriæ luctum ad Arethusam conjugem perferat, precatur. Pluribus hæc cum nostro carmine comparat Boscha t. IV, p. 160 seq. » *Jac.* — 1. Ἀλφειέ. « Schol. Wech.: παρόδσον ποταμὸς ἐστιν Ἠλείας, οὐ μέντοι ἐν Ἠλείᾳ, ἀλλ' ἐν Ἀρκαδίᾳ αἱ πηγαί εἰσιν· λέγεται δὲ ὡς εἴη ἀνὴρ θηρευτής, ἐρασθῆναι δὲ αὐτὸν Ἀρεθούσης, κυνηγετεῖν δὲ αὐτήν, καὶ Ἀρέθουσαν δὲ μὴ βουλομένην γήμασθαι εἰς τὴν τῶν Συρακουσῶν νῆσον Ὀρτυγίαν καλουμένην περαιωθεῖσαν· ἐντεῦθεν καὶ εἰς πηγὴν μεταβληθῆναι· συμβῆναι δὲ καὶ τῷ Ἀλφειῷ τὴν ἀλλαγὴν εἰς τὸν ποταμόν· ὅτι δὲ διὰ θαλάσσης ῥεῖ

ὁ ποταμὸς εἰς τὸ ῥεῦμα τῆς Ἀρεθούσης δηλοῖ καὶ τὸ λόγιον τῆς Πυθίας·

Ὀρτυγία τις κεῖται ἐν ἠεροειδεῖ πόντῳ
Τρινακρίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει
μισγόμενον πηγαῖσιν ἐϋῤῥείτης Ἀρεθούσης.

Παυσανίας δὲ πάμπολλα περὶ Ἀλφειοῦ γράφει ἐν τοῖς Ἀχαϊκοῖς (imo Eliacis V, c. 7, 2). » *B.* — 2. Πισσαίων Plan., et v. 23. — 3 ἐκ (pro ἐπὴν) δ' Cod. — 4 ἀμετρήτοις Cod. — 6 ἀγρὸς οἰκέτης Cod.; ὑγρὸς ἀκοίτης Plan., « quod est Musæi v. 207, quocum etiam sequentia multum habent similitudinis. » *Jac.* Boiss.: « De Alphei et Arethusæ amoribus nonnulla notavi ad Nicet. Eugen. p. 207, ad Philostr. Epist. p. 119 seq.; multa Schneidewin. ad Ibyc. p. 186. Conf. ep. 536. » *B.* — 8 ἀποτμήξασα Cod. Conf. Od. Z, 226. Ἄνθος de spuma maris dictum. — 11. Post hunc v. aliquid deesse monuit Brunck. — 12 φονίη Cod., ut non raro. — 14. Sunt epigrammata in quibus sanguine infectus fons præ pudore exaruisse dicitur. — 15 καὶ πότμον Cod.; μιγῆναι Cod. et Plan., corr. Salmas. — 18 εἰστήκεις Wernick. ad Triphiod. p. 93. — 21 εὐειδεῖς Cod. — 22. « De dolore Arethusæ accipiendum, quæ intus, ut ros in rosis, contabuit. Similis comparatio ap. Apoll. Rh. III, 1018. » *Jac.* — 23 προσεμοίρετο Cod. Post hunc versum aliqua excidisse notavit Brunckius, et est vacuum spatium in codice Jani Lascaris. — 24 πανδερκέα omnes, etiam cod. Reg. 1773. Errori debetur quod ap. Brunck. et Jac. legebatur πολυδερκέα. — 25 ἀγάμων Cod. et Plan., corr. Scaliger. « Sunt juvenes innupti, quos *metendo stravit,* ut loquitur Horatius, manus hostilis. — 26. Μινυώρια sunt quæ Homero μινυνθάδια. » *Jac.* — 27 ὠδίνας Cod.

CCCLXIII. Lemma : εἰς τὸ ἔαρ, χειμῶνος λήγοντος. Et iterum : εἰς τὸ ἔαρ, χειμῶνος λήξαντος· ὑπόθεσις ἀρίστη, ἔαρ ὅλον μιμουμένη καὶ κάλλος λειμώνων ζωγραφοῦσα τοῖς ἔπεσιν· ᾄδουσιν χελιδόνες καὶ τέττιγες τερετίζουσιν· ἀηδὼν ἡδύτερον λύρας καὶ μουσικώτερον φθέγγεται χέλυος· καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. « Ut ineditum, quamvis in Planudea pridem vulgatum, e codice Vaticano protulit Zenobettus a. 1759; cujus hallucinationem non parum ridiculam monstravit annotator in Diario Peregrino a. 1760 febr. p. 236. » *Boiss.* In Plan. est ἄδηλον, item in codice S (Supplementi n. 352 ap. Cram. Anecd. Paris. t. IV, p. 372). « Plura in hoc idyllio conspirant cum Ἠθοποιίᾳ Προκοπίου, quam e cod. edidit Boissonad. ad Marinum p. 76. — 2. Sic Tibullus III, el. 5, 4 : *Quum se purpureo vere remittit humus.* » *Jac.* — 4 ἐκόμησε πετήλοις cod. S; ἐκόμισσε Cod. et Plan., cujus cod. Regius ap. Br. ἐκόμασε a pr. m.; πετίλοις Cod. — 5 ἀξιφώτου S. — 8. « Αἰπόλος αἰγῶν. Schol. W. : ἐκ περισσοῦ. « Τοὺς δ' ὡς αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες (Il. B, 474). » *B.* — 10 ζεφύρωι Cod.; κολπώσαντος Heckerus I, p. 213. Legebatur κολπώσαντες. In S hic versus et sequens omissi. — 13 τευχήεντα et μελίσαις Cod. « De βοηγενέεσσι conf. not. ad XII, ep. 249. » *B.* — 14 μέλη Cod. et S. — 15 πολυτρήτοισι S. « Rarior dicendi modus νεόῤῥυτα κάλλεα κηροῦ firmari poterit loco Æschyli Ag. 916, ubi ποικίλα κάλλεα de pictis tapetibus dixit. » *Graf.* — 16 λιγύφωνος Plan. — 17 χελιδόνες δ' Cod. et S. — 18. κύκνος δ' ἐπ' ὄχθεσι Cod. et S, in quo αι superpositum. In fine ἀηδὼν Cod. — 19 ἐκ δὲ Cod., S. — 20 εὔκολα Plan. — 21 ναῦται δὲ πλώουσιν (— σι S) διόνυσος Cod., S. — 22 ποτεεινὰ S; πετεηνὰ Plan.

CCCLXIV. Lemma : εἰς τὰς Μούσας. « Majoris carminis particula esse videtur. » *Jac.* Non est in Plan., sed in RS (Reg. 2720). — 1 ἀτερπέα RS, qui v. 2 omittit Ἑλικ. vacuo spatio relicto. — 3 γὰρ ποθέουσιν Reiskius, quod necessarium videtur; posui in latinis.

CCCLXV. Lemma : Ἰουλ. Καίσ. τοῦ παραβάτου εἰς ὄργανον μουσικόν· τοῦτο δὲ παρὰ πολλῶν ἐπαινεῖται τὸ ἐπίγραμμα. Unum fere ex antiquis carminibus legitur in Codice byzantinorum fœtuum fœcundissimo, membranaceo XII vel XIII sæculi, qui a Minoide Μηνᾷ e Græcia allatus, Imperiali thesauro nuper illatus est, cum hoc lemmate : τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ εἰς τὰ ὄργανα, ὁπόταν ἐξήρχετο ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῇ προελεύσει. Στίχοι ἡρῷοι ἐξαίρετοι. « Elegans descriptio organi pneumatici, quod ex fistulis æneis constabat, quæ vento ex folle immisso sonum reddebant : instrumentum vix diversum ab eo quod hodie eximie *organum* vocatur. Cum Juliano conspirat Theodoretus Orat. III de Providentia : ὀργάνῳ γὰρ τὸ στόμα ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐκφυσουμένῳ καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῶν τοῦ τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἐναρμόνιον ἐκείνην ἠχήν. » *Jac.* De organo pneumatico vide Wernsdorf. ad Optatiani Organon Poetarum minorum t. II, p. 395 (t. I, p. 704 seq. ed. Paris). *Boiss.* — 1. Δόνακες diversi ab iis quibus componitur ἡ σῦριγξ, quæ sonos edit ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις, v. 3. — 3 ἐφ' ἡμ. cod. Byz. — 4 ὑπὸ ταυρ. Cod. et Plan., etiam Byz.; corr. Brunck. Σπήλυγγος, respectu habito ad Æoli antrum — 6 δάκτυλα χειρὸς Plan., sed Byz. χειρῶν. « Ἀγέρωχος *peritum* vertit Gesner. Est potius *vir audax*, qui, alter Cadmus vel Iason, portentosam hanc æneorum calamorum messem tractare audeat. » *Jac.* Boiss.: « De ἀνὴρ ἀγέρωχος vide Wernsdorf. ibid. ad v. 44, p. 411. » — 7. Qui nobis sunt *les touches.* — 8 οἱ δ' Plan.; οἵδ' Byz., idemque σκιρτεῦντες. Ceterum hæc omnia, eximio verborum delectu elata, peritum et exercitatum poetam ostendunt, ut ab Juliano Cæsare hoc carmen compositum esse mihi non persuadeam.

Sequitur in Codice Antipatri Thessalonicensis epigr. supra exhibitum VI, n. 208.

CCCLXVI. Lemma : ἀποφθέγματα τῶν ζ' σοφῶν. Κλεόβουλος· μέτρον ἄριστον. Χίλων· γνῶθι σαυτόν. Περίανδρος· ὀργῆς κρατεῖν. Πιττακός· μηδὲν ἄγαν. Σόλων· τέλος ὁρᾶν βίου. Βίας· τοὺς πλέονας κακούς. Θαλῆς· ἐγγύην φεύγειν. « De his Sapientum effatis vide quæ protuli ad Marin. Vit. Procli p. 99, et præsertim mea Anecdota t. I, pp. 135-144. Versibus septem non malis septem eas sententias inclusit Sidonius Carm. XV, 45. Conf. et cap. VII, ep. 81. — 2. Μέτρον ἄριστον. Conf. not. ad XII, ep. 193. — 3 σαυτόν Cod. Regius cod. 1630 (B) Χίλων ἐν sine δ'. — 4 ἔναιεν Cod. Schol. Wech.: χ ο λ ο υ κ ρ. Πλάτων δὲ ἀντὶ Περιάνδρου Μύσωνα κατειλοχὼς τὸν Χηνέα εἰρηκέναι τοῦτο φησί· κώμη δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει ᾠκοῦντο αἱ Χῆναι. Ex Pausania X, 24, 1, refinxi corruptissimum scholium. Locus Platonis est in Protag. § 82. Sed cod. B et cod. 2720 (RS) præbent ἔναιεν θυμοῦ. Et hic alio versuum ordine : ὃς δὲ κ... Χίλων... — 5 Μυτιλίνης Cod., Μιτυλήνης Plan. RS sic : Μηδὲν ἄγαν Πιττακὸς ὃς ἦν γ. B : μ. ἄ. Π. ὃς γένος ἦν. — 7 Οἱ πλείους κακοὶ Βίας RS. Cod. Venetus 183, p. 2, quem olim Parisiis inspexi : τοὺς πλείονας κακίους δὲ B. — 8 ἠῦδα Cod.; ἐγγύη οὐ καλὸν Θ. ὁ M. εἶπεν RS; eodemque modo B, nisi quod ἐγγύα. » *B.* Prorsus cum Palatino consentit cod. Reg. Platonis sæc. XI, n. 1808, fol. 213 v. — Latinis versibus reddidit Ausonius p. 150 ed. Bip., sed ante illum poeta anonymus ap. Hyginum Fab. CCXXI :

Optimus est, Cleobulus ait, *modus,* incola Lindi.
Ex Ephyra Periandre, doces *cuncta ut meditanda.*

Tempus nosce, inquit Mitylenis Pittacus ortus.
Plures esse malos, Bias autumat ille Prieneus.
Milesiusque Thales *sponsori damna* minatur.
CDXXVIII. Lemma : εἰς τὴν κατάπτωσιν τῶν Βεσσῶν. « *Bessi* sunt Thraciæ populi, de quibus v. interprr. ad Sueton. Aug. c. 3; Harduin. ad Plin. IV, 11. Gallice vertit Boivin. in Memor. Acad. Inscrr. t. II, p. 288. Poema loquitur. » B. Missum Lucio Calpurnio Pisoni, Thracum victori a. U. 743, sicuti aliud VI, ep. 335, observavit Reiskius. — 2. *Mater* sive metropolis *Macedoniæ* recte dicitur Thessalonica, quod Cassander ejus conditor τὰ πέριξ πολίχνια μετῴκισεν εἰς αὐτήν (Strabo). — 3, 4. Apparet hoc epigramma velut epistolam missum fuisse Pisoni cum epico poemate de rebus in illo bello gestis. — 6. Quis tam occupatus est, ut Musis aurem non præbeat ?

CDXXIX. Lemma : εἰς τὸν ἐν Ναυπλίῳ (compendio Cod.) σκοπόν. « Apogr. ἐνναύπλιον. Forsan ἐκ Ναυπλίου. » B. « In puellam Aristo, quæ Nauplium face Græcorum naves perdentem egregie cecinerat. Nauplii autem fabulam [de qua v. ep. 289, et not.] mimorum illius temporis argumentum fuisse apparet ex Sueton. Neron. c. 39. Crinagoras imitatus est Dioscoridis epigramma, V, n. 138. » *Jac.* Nimirum in extremo versu 1 Codex ἀρίστωι (sic), quod ab editoribus Ἀριστώ scriptum. At puellam prodiisse in pantomimo et *cecinisse Nauplium* incredibile esse docte et eleganter demonstrat Geistius p. 9 seqq., et Ἀρίστων scribit, quo nomine saltator sub Nerone a Lucillio ridetur XI, ep. 258, « fortasse idem, tum senex. Jam a *mimo* poetam tantum in modum incensum fuisse amore ne mireris, cogita Mæcenatem *effusum in amorem Bathylli* (Tacit. Ann. I, 54), *juvenes nobilissimos mancipia pantomimorum* (Senec. Epist. 47) et multa in παιδικῇ Μούσῃ, velut ep. 193 et 233. De vocibus ᾄδειν, *canere*, et μολπή altior quæstio restat, an de *saltatione ad cantum chori peracta* aliquando dictæ fuerint; an circa initia illius imperatoriæ artis (quod non probabile) verba et cantus *prorsus* exclusa fuerint a partibus pantomimi. » Quo auctore Ἀρίστων recepimus. — 3 ὑπὲρ νύκτα ταρχηθείης Codex. Quibus Geistius hæc admovit Bassi, ep. 289, 3 : πυρσὸς ὅτε ψεύστας χθονίης δνοφερώτερα νυκτὸς ἦψε σέλα, et corrigit νύκτα δ' ὕπερ ψεύστης ὁ Καφ. etc., quæ non sunt hujus loci. Verissime legitur ὑπὸ νύκτα, *ante* Καφ. ἀπὸ πέτρης positum : *sub noctem* exortus *a Caph. petra*. Quod munitur Propertii versu (IV, el. 1, 115), a Jac. cit. :

Nauplius ultores *sub noctem* porrigit ignes.

Sequitur in Codice repetitum epigr. Duridis paullo ante exhibitum n. 424.

CDXXX. Lemma : εἰς πρόβατον τριτόχον. Καὶ νῦν εἰσὶ τοιαῦτα πρόβατα οὐκ ἐν Ἀρμενίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Σκυθίᾳ. In fine marg. : θαυμαστόν. « Musmones describi existimat Belin de Ballu ad Oppian. Cyneg. II, 377, quem vide p. 292 seq. Carmen ad Armeniacam Tiberii expeditionem (conf. Plan. ep. 61) refert Schneiderus, quem v. ad Oppian. Cyneg. p. 361. » *Jac.* — 1. « Ἀγαῤῥική. Est in Armenia circa montem Ararat et Araxem vicus *Agorrhi*. Hinc forsan epitheton repetendum. » B. Deinde Cod. ἐντὸς ἀράξεο, quod plurimis modis correctum est : ἔνθα γ' Pierson. et Boiss.; ἔνθα τ' O. Schneider.; οὗ (vel ᾗ) τό γ' Jacobs., quod poterat certe in ἐντός abire; οὗ μέγ' Ἀρ' Piccolos p. 54. Geistius p. 34, quum Ἀγάῤῥα urbs in Susiana, non in Armenia memoretur, conj. τῆς ὅτος γενεή, ἵν' ἀγαῤῥόου ἐντὸς Ἀράξεω, sive γενεὴ μὲν, ἵν' ἀφριόεντος Ἀράξεω. — 3 χεῖται (sic) δ' οὐ μήλοις ἅτε ποῦ μαλακοῖς ἐπὶ μαλλοῖς Cod.; χαῖται δ' οὐ μήλων ἅτε που Salmas. et Brunck., sed χαῖται μήλων non dicuntur. Quas O. Schneiderus intellexit hic opponi propriis ovium μαλλοῖς et locum mutatione vix ulla restituit : χαῖται δ', οὐ μήλοις ἅτε που μαλακοὶ ἔπι (ἔπεισιν) μαλλοί, Ψεδναὶ δ', etc. Quæ et poetice et perspicue dicta sunt. Postpositum ἅτε, ut in pindarico ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε νυκτὶ διαπρέπει. Boiss. : « Sumpto μήλων a Salmasio et που mutato in κοῦ, videbatur versus non inepte correctus : χαῖται δ' οὐ μήλων ἅτε κοῦ μαλακοῖς ἐπὶ μαλλοῖς. » Jacobs. in nott. mss. : « Fort. δ' οὐ μῆλ' οἷα τρέφει. » Multa prætereo. Ceterum alibi quoque memorantur oves quarum vestis *pilo propior quam lanæ*. — 3 τριτόκει' Hermannus. — 8 γέαι Cod.; γύαι O. Schneiderus et Boiss., qui hæc annotat : « Pro γέαι forsan γύαι. Gregor. Naz. t. II, p. 32 : οὐ γῆς πυροφόρου γυῖαι καὶ ἄλσεα καλά. Codex 993 πυροφόροιο γυῖαι.

Scribendum videtur γύαι. Est tamen dubitandi locus de feminina forma γύα. » Apud Atticos quidem.

CDXXXI. Lemma Plan. : εἰς κλέπτην δειλὸν εὑρόντα ξίφος χρυσοῦν. — ἀνέρα. Cod.

CDXXXII. Lemma : εἰς Θύρσιν τὸν αἰπόλον ὀδυρόμενον αἶγα ἣν λύκος κατέφαγεν. Et paullo post : οὗτος ὁ Θεόκριτος ὁ τὰ Βουκολικὰ γράψας. Ap. Ahrens. p. 169 inter *dubia*. — 1 ἃ Cod., non ὦ. Qui τί τοι πλ. etiam in margine. Vulgo τί τὸ πλ. — 2 διγλήνους vulgo. — 5 κλαγγεῦντι vulgo; καλεῦντι Cod. vitiose; λακεῦντι Heckerus, quod verum putat Meinek. coll. Hymn. Hom. in Merc. 145 : οὐδὲ κύνες λελάκοντο. Vulgo τί τὸ πλ. Cod. τῆνας. — 6 ὀστίον Cod. et recentes libri ap. Ahr., qui ὄστιον. Legebatur ὀστέον. Vulgo λείπεται οἰχομένας. « De negatione in primo membro supplenda v. Stanl. ad Æsch. Ag. 541=515, Hermann. ad Hecub. 371. » *B.*

Sequuntur in Codice versus 7-12 epigrammatis 437, tum spatio relicto ejusdem versus 13-18 cum novo lemmate.

CDXXXIII. Lemma : τοῦ αὐτοῦ Θεοκρίτου παίγνιον εἰς Δάφνιν τοῦ αὐτοῦ (sic). Δωρικὰ ὥσπερ καὶ τὰ Βουκολικά· ὁ αὐτὸς γὰρ κἀκεῖνα ἔγραψεν. Ap. Ahrens ibid. inter *dubia*. Et est haud dubie imitatoris. — 1 λῆς π. τὰν μοισᾶν Cod.; τᾶν Νυμφᾶν vulgo, « quod ipse tuetur Theocritus I, 12. » *Meinek.* — 2 κηγῶ et ἀειρόμενος Cod., « cui simile præsentis participium in ep. 338, 4, item Theocriti. » *Mein.* Tenet Bothius. — 3 ταξεῦμαι et βουκόλος (superposito ω) Cod. In fine apogr. Par. ἀυσεῖ pro ἀισεῖ. Vulgo ἄμμιγα θελξεῖ. Alterum ap. Theocr. VII, 72. — 4 κηροδέτῳ Cod. « Audacissime autem κηρόδετον πνεῦμα dictum est de flamine syringis cera junctæ, quod vix in dithyrambico poeta ferendum. Scribam κηροχύτῳ coll. Castorione ap. Athen. X, p 454, F : κηρόχυτον μείλιγμ' ἱεῖς, carmen e cerata fistula fusum. » *Mein.* Quod vix melius; et in artificiario (si sic loqui licet) versamur, non in poeta, qui etiam λασιαύχενος ἄντρου dixit, quam jure Hermannus vocavit « prodigiosam (*abentheuerliche*) metaphoram ». Meinekius non tetigit. — 5 ἐγγύθεν ἄντρου Cod., quod post ἐγγύς ferri non potest; ἔνδοθεν Hermannus et O. Schneiderus, qui : « Sic ἔνδοθεν post Homerum (ut Il. Z, 247) ipse dicit Theocritus XXVII, 48. » Vulgo λασίας δρυὸς ἄντρου ὄπισθεν. Meinek. λασιαύχενος ἄντρου ὄπισθεν. Heckerus λ. ἐκχύτου ἄντρου, coll. V, ep. 275, 1, Plan. ep. 229, 1, item de Pane dormiente. — 6 πάνα et ὀρανίσουε; Cod. In quo huic epigr. adjunguntur versus 3—6 epigrammatis VI, n. 340.

CDXXXIV. Lemma : εἰς ἑαυτόν, ὅτι Θεόκριτος Συρακούσιος ἦν. *Artemidoro grammatico* (vide ep. 205) tribuitur in edit. Ald. Theocriti, de qua re accuratiora vide ap. Ahrensium p. 171, in cujus libris recentibus unus inscribit : ὡς ἀπὸ Θεοκρίτου. Codici Theocriteorum genuinorum præfixum, « fortasse ipsius poetæ ibi delineatæ imagini subscriptum » fuisse exponit Heckerus I, p. 193 seq, comparans similia. Conf. etiam Benndorf. p. 31 seq. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 51. » *B.* — 1 τάδ' ἐγρ. Toupius; τάδε γράψα vel γράψας vulgo; τόδ' ἔγραψα Cod., quod revocat Boiss. — 2 Συρηκοσίων vulgo. — 3 Φιλίνης vulgo. — 4 ὀθνείην οὔτιν' ἐφελκυσάμην vulgo, οὔποτ' ap. Callierg., quod, nisi errori debeatur, οὐ ποτεφελκυσάμην ostendere annotat Meinek. « Laudatur hic diligentia grammatici, qui Theocritea illa recensuit et edidit. » *Heck.*

CDXXXV. Lemma : εἰς τραπεζίτην Κάϊκον, διασυρτικόν, ἢ μᾶλλον τωθαστικόν. (Immo est ἐγκωμιαστικόν. *Boiss.*) Et paullo post : ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα ἐν Συρακούσαις ἐγράφησαν. In Plan. tribuitur *Leonidæ Tarentino*, cum hoc scholio Wech.: Θεοκρίτου ἐπίγραμμα, ὡς εὕρηται ἔν τινι ἀρχαιοτάτῳ ἀντιγράφῳ Παύλου τοῦ Βουκάρου ἐν Παταβίῳ. « Vide Chardon. Roch. Miscell. t I, p. 284. » *B.* Inter *dubia* Ahr. p. 170. Caicus loquitur, cujus mensæ inscriptum fuit. — 2 * ἀνελε; (cum corruptelæ indicio super ες) et ἀρχομένης Cod., recte Plan.; ἑλκομένης duo libri recc. « Hinc illa trapezitarum descriptio ap. Athen. VII, p. 503, F : εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ. » *Jac.* — 3. Πρόφασιν, depositi non statim restituendi. — 4. In Codice cohæret cum hoc epigrammate sequens 436, nec spatio relicto, nec lemmate apposito.

CDXXXVI. « Sensus et argumentum obscurum. » *Jac.* In monumento aliquo lectam fuisse inscriptionem manifestum est, fortasse Syracusano, ut adscripta initio epigrammatis præcedentis et cum hoc cohærentis a glossatore, ob Theocritea, temere in pluralem mutata videri possint, quum fuerit : τοῦτο (ep. 436) ἐν Συρακούσαις ἐγράφη. Non recte Heckerus I, p. 91. — 1 τῶ 'πόλλωνος et τἀναθήματα ταῦτα, Cod., quod Jac. et Boiss. deleverunt, perperam tuetur Hecker. Qui malit τἀγάλματα (jam versu nullo) et « inscriptum fuisse putat basi, in qua collocatæ fuerint statuæ ad minimum decem, Apollinis ut videtur, in templo olim dedicatæ. » Quæ ipso carmine sunt αἰνιγματωδέστερα. Nimirum (quod verbo jam significaverat Jacobs.) vetera donaria in novis basibus posita fuerant, per quas poeta non absurde indicat ipsorum donariorum variam antiquitatem. — 4 ἦδ' Codex; ἦν Jacobs., qua emendatione nihil certius. — 5. Νιν, scil. αὐτάς (τὰς βάσεις), pendens ab ἐξέβη : *tantum enim tempus eas*, i.e. earum ætatem, *excessit* et superavit. Nam « in fine deest unus versus, in quo χρόνος lectum fuit. » *Heck.* Sed ob hanc stropharum rationem primus versus non iambicus, sed hexameter dactylicus fuisse videatur. « Forsan, τοσσοῖσδε γάρ νιν ἐξέβη μετρουμένη. Sed satius non tentare tam obscurum carmen. » *B.*

CDXXXVII. Lemma hic : εἰς ψάλτην παίγνιον. Ad v. 7. εἰς ἄμπελον ἀναδενδράδα (sic Boiss. ex apogr. Par.; Cod. ἀμπέλονα δενδράδα) καὶ ἄλσος. Ad v. 13 : εὐχὴ εἰς Πρίηπον ἐπὶ ἐρωτικῇ ὑποθέσει διὰ τοὺς Δάφνιδος ἔρωτας· ὡς ἀπὸ τοῦ Πανός. Ad v. 17 in nova pag.: παίγνιον εἰς Δάφνιν. In marg. v. 18 : σαπρὸν καὶ μυσαρόν. « Quum per partes librarius secuisset epigramma, unicuique parti datum fuit lemma, nec id quod conveniret multum. » *B.* Nimirum sex priores versus hic leguntur, reliqui ut duo epigrammata supra post ep. 432. In Plan. versus 7-12 modo exstant, ut ἄδηλον. Editiones Theocriti etiam antiquissimæ carmen integrum exhibent. Inter *dubia* Ahrens. p. 171. Amator Daphnidis rogat caprarium ut antrum Priapi, quod pulchre describitur, intret et sacrificium ibi peragat. — 1 ὅθι ταὶ δρ. Meinekius; τόθι καὶ δρ. Cod.; τῶς αἱ vulgo. — 2 εὑρήσεις Cod. — 3. « Τρισκελὲς olim intellexi de cruribus statuæ et mentula, quæ ipsa ad crassitudinem cruris formata tertium esse crus videretur. [Sic et Brodæus.] Sed v. meam n. ad Theocr. ep. 4 edit. sec. » *B.* Ubi non posuit quæ sibi proposuerat. Meinek. : « Priapi signa e recto stipite rudique artificio edolata fuisse constat, ut deus ἄπους et μονοστόρθυγξ dictus sit X, ep. 8, et VI, ep. 22. Itaque hic τρισκελής nihil differre arbitror a περισκελής, *prædurus*. » — 4 παιδογόνοι ... Κύπριδος Valckenar. — 5 ἔρκος δ' εὐθ' ἱερὸν Cod.; σακὸς vel κᾶπος δ' εὖ ἱερὸς vulgo et libri recentes; κᾶπος δὲ σκιερὸς ed. Iunt., unde Jac. ἔρκος δὲ σκιερὸν, Boiss. δ' εὖ ἱερὸν, Toupius δ' εὔιερὸν,

quod dedi. Meinek. δέ σφ' ἱερόν. Qui addit : « Loci amœnissimi descriptionem pereleganti imitatione expressit Alciphron Epist. fragm. 6, p. 80. » Idem ἀενάων. — 6. « Sensus postulat ὑπὸ σπιλάδων. » *Hermann.* — 11 ξουθαι (sic) δ' ἀηδονίδε: Cod., corr. Meinekius. Jacobs. in nott. mss. : « Sed cur non ξουθὰ δ' ἀηδονίδες? Vide supra ep. 373, 4 : ξουθὰ λαλεῦντα (τέττιγα). » In fine Cod. et ceteri ἀντιαχεῦσι, alterum (ut v. 10) Ahrens. et Meinek., auctore Scaligero. — 13 τηνεὶ Cod. altero loco. — 14 ἀποστέρξαι vulgo, quod necessarium est. Conf. Id. XIV, 50 : κεὶ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν ἐς δέον ἕρποι. — 15 ἐπιρρέξειν vulgo; ἀπορρέξειν Meinek. Conf. Jac. p. 566. In fine Cod. et apogr. ἀνανεύοι, unde Boiss. ἀνανεύῃ. Vulgo ἀνανεύσῃ. Id est : si a pueri amore me liberare noluerit. Contrario sensu minus argute Valckenarius ἦν δ' ἐπινεύσῃ. Ahrensius ἦν δ' ἄρα νεύσῃ, ut duo recentes libri. — 16 τεισσοθύην vulgo. — 17 τάρνα Cod.; ἄρνα θ' ὃν ἴσχω Both. — 18 σακίτὰν (duplici acc.) Cod.; ἀόοι vel ἀτοι vulgo. — Versus 7-12 bis vertit Grotius, semel ita redditis versibus 9, 10 :

At circum tremulis mulcentes cantibus auras
Ingeminant merulæ murmura, veris aves.

CDXXXVIII. Lemma : εἰς μύρμηκας διαπλεύσαντας ὕδωρ μετὰ ἀχύρων ἕνεκα τοῦ φαγεῖν μέλι. — 1. « Βωλοτόμοι. Sic Apollonius Rh. IV, 1453 : γειοτόμοι μύρμηκες, loco inde firmando. In fine Codex ἡνίκα τῆνδε [quo referri videtur quod in marg. scriptum : σφάλμα]. Recepi Jacobsii correctionem ἡνίκ' ἔτενδον. Planudeum ἡνίκ' ἐσύλων, quod et profectum e conjectura videtur, placuit magis doctiss. Thesauri Didotiani editori, quem vide sub Γειομόρος. » *B.* Illud etiam Lennepio probatum p. 229, et Bothio. Sed posui ἔτενδε, ut Jac. in nott. mss. et Delectu : « nam accommodatur non raro verbi numerus numero appositionis, ut propioris. » Hesychius : τένδει· ἐσθίει· ἢ λιχνεύει. Hesiod. Op. 524. — 2. Male nonnulli Σμηνοδόκου, ut n. pr. Salmas. enotavit σμηνοδόχου et hic posuit σφάλμα. — 3 κροσσὸν Cod. et Plan. — 5 νέας ἀχυρτίδας Cod., manco versu ; νέας κούφας ἀχυρτίδας Plan., vitiosa mensura; κάρφας Brunckius; ἀχυρίτιδας Schneiderus. « Festucas aridas, paleas ex agro, ut videtur, et hinc νέας, afferebant, ut senis consilium vanum redderent : hanc enim vim habet præpositio in ἀντιφέροντες. » *Jac.* in Del. p. 406, ubi νέας κάρφ. Nescio tamen annon rectius in Palat. κάρφ. ἀχ. pro appositione sit substantivi νέας, *naves*, ut Brunck. explicaverat. Hanc distinctionem servavit Boiss., qui : « Schol. W.: ἀντιμηχανῶντες, ἢ ἰσοστάσιοι, μήτε ἄλλην ἄλλης ἐλάττω. Prior interpretatio vera est. — 6. Αὐτοκυβερνῆται. Idem : μὴ δεόμενοι κυβερνητῶν, ἀλλὰ τὸ τῶν κυβερνητῶν ἔργον αὐτοὶ ἐπιτηδεύοντες. » Apud Plan. αὐτοκυβερνητὶ πρὸς τάχος, « fortasse ortum ex glossa τεῦχος. — 7. Ἀναπείθω cum duplici accusativo ad analogiam verborum διδάσκω et παιδεύω : διδάσκω σε ῥήτορα, γυναῖκας παιδεύω σώφρονας. » *Jac.* Boiss.: « Persius .

Magister artis ingenique largitor
Venter. »

CDXXXIX. Lemma : εἰς κρανίον ἀνθρώπου κείμενον ἀτημελήτως. « Sic legere malui compendium in codice quam ἀτημέλητα, ut apogr. Par. ». *B.* Salm. ἀτημέλητον. In Plan. *Antiphilo* inscriptum. — 2 ἁρμονίην Cod. Sic dici de corporis structura vidimus VII, 383, ubi not. — 3. « Ἀσθενὲς ἕρκος. Schol. W.: οὐ γὰρ δύναται κατέχειν καὶ εἴργειν τὴν ψυχὴν τοῦ ἀναπτῆναι καὶ ἐξελθεῖν τοῦ σκήνους. Ex Hom. Il. I, 408 seq. [Θάνατος, *cadaver*, ut μόρος VII, ep. 404, 4, ubi v] — 4. Schol. W.: οἱ γὰρ ὁδοιπόροι θεωροῦντες, καὶ λογιζόμενοι ἑαυτοὺς οὕτως ἔσεσθαι, βαρέως φέροντες ἀναδακρύουσι. » *B.* — 5 κεῖσο πέλας καταπρέμνοιο παρ' ἀτραπὸν ὄφρα Cod., imperfecto versu; κεῖσο πέλας σὺ (hoc in Ascens. insertum) καταπρέμνοιο παρὰ τρόπον ὄφρα Plan. Feliciter versum sanavit et supplevit Jacobs. — 6 ἀθρήσαις Plan.; ἀθρήσαι (scil. τις) Bothius, qui σὺ κατὰ πρέμν. servat.

CDXL. Lemma : Μόσχου Συρακουσίου Ἔρως δραπέτης. Οὗτος ὁ Μόσχος ποιητής ἐστι τῶν καλουμένων βουκολικῶν ποιημάτων· ὧν πρῶτος Θεόκριτος, δεύτερος αὐτὸς ὁ Μόσχος, τρίτος Βίων Σμυρναῖος. Et paullo post : οὔτε τὸν χρόνον καθ' ὃν ἦν ὁ Μόσχος, οὔτε ποιήμασιν αὐτοῦ ἑτέροις ἐνέτυχον. In nova pag.: ὁ Μόσχος καὶ αὐτὸς Συρακούσιος ἦν, ὡς λόγος. Est etiam in cod. Athoo, ex Plan. « Parum notas et oblivione qua premuntur fere dignas indicabo hujus Idyllii versiones Bocagiæ et anonymi, hanc reperiendam in Bellomarchæi Ludicris literariis t. III, p. 64. Non sine voluptate conferetur Bernardi epigramma : *Le dieu d'Amour* ....; aptius etiam Meleager V, ep. 177. — 1. Τὸν υἱέα. Schol. W.: οὗτος, τοῖς πλείοσι τῶν ποιητῶν ὁμολογῶν, Ἀφροδίτης παῖδα φησὶν εἶναι τὸν Ἔρωτα. Λύκιος δὲ (Ὠλὴν) ὕμνους ποιήσας Ἕλλησιν Εἰληθυίας αὐτὸν παῖδα εἶναί φησιν, ὥς φησι Παυσανίας ἔν τε Ἀττικοῖς (c. 18, 5) καὶ Βοιωτικοῖς (c. 27, 2). » *B.* — 3 ἐστι ὁ μανυτᾶ; Cod. — 4 μισθόν τοι Cod.; μισθὸ; τοι ed. Flor.; μισθός οἱ Hermannus. — 5 τοι δ' ὦ Cod. et RS (Reg 2720, cujus aliquot varietates enotavit Boiss.); τὸ δ' ὦ ed. Iunt. et Callierg; τί δ' cod. Athous; τὶ δ' ὦ aliæ edd. vett. « Hinc profecit Fontanius Psyche II, p. 139 : *Quiconque enseignera sa retraite à Vénus Aura trois baisers de sa bouche; Qui la lui livrera, quelque chose de plus.* » *B.* — 6 ἐστὶ et μάθεις Cod.; μάθοις κεν Hermannus; μαθῇ (fut.) νιν Meinekius. « Repetatur mente παισὶ ad εἴκοσι ex præcedente παῖς. De hoc usu v. meam notulam ad Odyss. Γ, 422. » *B.* — 7 αὐτῷ Stob. Flor. LXIV, 20, et Boiss.; αὐτῶ Gesnerus. — 10 ἐν δὲ χολᾷ Stob., χολὰ Valckenarius; φρὴν δὲ χολα Eldikius. — 11 παίσδων Ahrens. et Meinek., et sic liber unus. — 13 μη * κύλλα Cod.; τήνω Plan. et cod. Ath. — 14 βάλλει κεὶς Ἀχ. cod. Ath.; ἀΐδαο superposito εω Cod. — 16 ὡς ὄρνις ἐφ' ἄλλον Stob.; ἐπ' ἄλλως idem et Cod.; ἄλλους vulgo; ἄλλῳ Jacobs. Etiam RS ὅσον et ἄλλῳ. — 17 σπλάγχνοισι Cod. et RS. — 18 τόξω cod. Ath. — 19 τυτθὸν ἐεὶ Cod., corr. Brunck.; τ. αἰὲν RS; τυτθόν οἱ Hermannus; τυτθὸν μὲν Ahrens., Meinek. et libri duo. — 20 ἔνδοθε RS. — 21 χαμὲ Cod. et edd.; χημὲ RS; idemque τοὶ ποικίλοι χάλ. — 22 πολὺ πλέονα δ' ἀεὶ unus librorum, unde Ahrensius πολὺ πλέον ἃ δ' ἀεὶ αὐτῷ, quo sententia et structura restituitur. — 23 ἐνοῖσα et ἐναίθει Cod. « In apogr. Par. post αὐτὸν versus est lacunosus, et e regione quasi supplementum ἐναίθει ad scriptum. » *B.* Cod. Ath. et alii ἀναίθει. — 24 κεῖνον cod. Ath., superscripto : γρ. τῆνον. Deinde Cod. δάσας, corr. Meinek.; δαμάσας ed. Flor. et cod. Ath. — 25 κὴν ποτίδῃς Wakefield.; κλάοντα Cod., « ut videtur »; apogr. Par. κλαίοντα, quod bis in marg. Cod. — 26 sic vulg.; γελάα Cod. — 27 φαρμακόεντα Cod., superpositis ν ἐντί, i. e. φάρμακον ἐντί, quod et in marg scriptum; sic cod. Ath., Ahr. et Meinek. Legebatur φαρμακόεντα. — 29 μή τυ Cod. et RS; μὴ τὸ Jac., Ahr., Mein.; μή τι vulgo et cod. Ath., quod probant Schæfer. et Both.; πλανᾶι Cod.; πλανᾷ RS Distinctionem post θίγῃς sustulit Meinek.

CDXLI. Lemma : εἰς Ἡρακλέα. « In Herculis statuam, Christianis, ut videtur, eversam. — 1. In triviis Herculi coli solebat. — 2. Ἐν εὐχωλαῖς (ὄντα), ut dicitur ἐν τ εἶναι. — 3. Τρισέληνος, et alibi τριέσπερος, trium noct

concubitu genitus. — 4 ποτ' ἡττηθ. Cod. et ed. princ. — 5. In somnis. » *Jac.*

CDXLII Lemma : εἰς ἁλιέα πένητα, οὗτινος ἠράσθη κόρη πλουσία. — 3. « Causa non erat cur poeta augmentum omitteret; ἔθηκε videtur scripsisse. » *Jac.*, probatus Bothio. Imo manifesta causa in numerorum modulatione, quæ alia est *ridente* Fortuna v. 5. — 4 ὄγκον Cod.

CDXLIII. Lemma : Παυλ. Σιλ. τοῦ κυροῦ εἰς Ἔρωτα ὡς πρὸς Ἀφροδίτην. « Legebatur scilicet Παφίη vocative, ac male. » *B.* Est epigramma παραινετικόν. — 1 παφίη Cod., correctum in Plan. Per errorem H. Steph. in Thes. v. Κοιλαίνω hunc versum a Phocylide affert, sic explicans : cavum alicui in mente facere, in cavo aliquo mentis aliquem admittere et recipere. Aliter Boschius exponit p. 260 : *cavando aperire, denudare mentem*, de metaphora comparans Virgil. Æn. I, 106 : *unda dehiscens Terram inter fluctus aperit*. Sed recte HSteph. et Grotius. Ceterum mihi quidem nec sententia aprica neque nexus distichorum. — 4 φλογέου Plan. — 5 μαχαδι· γυιοκόρον Cod. (et apogr. Par.), recte Plan. « Videndus L. Dindorf. in Thes. v. Γυιοβόρος. — 6 ὑπὸ ῥηπίζει Cod. Schol. W.: λέγει· μὴ ἐλπίδι κουφίζου· ἀνάπτει γὰρ ἡ ἐλπὶς τὸν θυμόν. » *B.* Hoc distichon a reliquis separabat Grotius, ut novum epigramma, neque injuria, puto.

CDXLIV. Lemma : εἰς παρθενίαν. In Plan. *Paulo Silentiario* tribuitur. « Ad justum matrimonium exhortatur poeta. Vide quomodo idem argumentum exornaverit Libanius t. IV, p. 1060. » *Jac.* — 2 ὤλεσσ' ἐν Cod.; ὤλεσεν ἂν Plan., quod fortasse recipiendum erat. — 3 ἐνθέσμως Plan.

CDXLV. Lemma : εἰς Τατιανόν τινα θαυμάσιον ἄνθρωπον. Incertum nomen viri ignoti; nam v. 3 τητιανὲ Cod.; τηταvὲ apogr.; Τιτιανὲ Plan.; Τατιανὲ Brunck. cum lemmate. Ibid. Cod. βιόιο (sic, ut notetur producendum βι) γαλήνη Cod. — 5 αὐξῶν Cod., qui in fine πρίν, in marg. πλήν, Plan. γάρ, sed aliud quid latere ne dubita. — 6 πλοῦτος Cod., superposito v. Σύνθρονος, « quæ tibi jus reddenti non secus ac Jovi assidet. » *Jac.*, qui pluribus hoc illustrat.

CDXLVI. Lemma : εἰς τὸν βίον παραινετικόν· εἰς τὸν βίον ὅτι καλός (καλόν apogr. Par.; illud Salm.). Expressum ex Metrodori parodia carminis Posidippi, supra ep. 360. — 2. Εὐχος, quod κῦδεα ap. Metrodorum. In fino Plan. ἄχη. — 7 ὀπάζειν Plan. « Salomon : πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις. Gregorius Naz. Or. XXII, p. 398 : πρεσβύτης πολιὸς τὴν τρίχα, πολιὸς τὴν φρόνησιν. Quem confer et Oratione XX, p. 332. Adde Menandri fragm. incert. 92; mea in Anecd. t. I, p. 75, n. 4. » *B.*

CDXLVII. Lemma : εἰς Λάκαιναν γυναῖκα τὸν ἴδιον υἱὸν ἀποκτείνασαν. Iterum legitur supra in margine epigrammatis Erycii VII, n. 230, cujus idem argumentum, et ab aliis multis tractatum. — 1, 2, ap. Suid. v. Μνῆστις sine var.

CDXLVIII. De re nota conf. not ad VII, ep. 1, 2. « Interpretationem quære in Hesiodi et Homeri certamine p. 159 [p. 74 seq. ed. Didot]. Vide et Larcher. ad Herodoti Vit. Hom. n. 52. » *B.* Et Plutarcheam Vit. Hom. I, 4, p. 101 ed. Didot., unde varietas lectionis petatur. — 2 λιπόμεθα ὅσσ' Cod.

CDXLIX. Lemma in RS : Ἔρως; Ἔρωτι — 2 omissus in cod. Athoo. — 3 ἴσοφ. Cod. In Grotianis cusum *Orbus* correxi.

CDL. Lemma : στίχοι οὓς εἶπεν Φιλήμων εἰς Εὐριπίδην. In marg. θαυμαστόν. « Schol. W.: Φιλήμων Συρακούσιος υἱὸς Δάμωνος, καὶ αὐτὸς κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας· ἤκμασεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, βραχὺ Μενάνδρου πρότερον. Hæc ex Suida, unde rescripsi Μενάνδρου pro vulgato μὲν δή. — 1. Pluralem numerum ἀληθείαισιν tractavi ad Babrium p. 142, ad Aristænet. p. 543, ad Eurip. t. I, p. 305, ubi etiam locutionem εἰ αἴσθησιν ἔσχον οἱ τεθνηκότες. Conf. Append. ep. 228. Addere quæ possum plurima negligo. — 2 αἴσθησιν et φασί τινὲς Cod. Distinxi ut Meinek. fecit, et sic jam feceram ad Eurip. t. I, p. 8. Vulgo εἶχον ἄνδρες, ὥς φ. τ. » *B.* Est in Philem. fr. inc. p. 40, 124.

CDLI. Φιλομήλα RS. « Fabulam multis narrat schol. Wech., Pausaniæ verbis usus ex Atticis c. 41, 8, Phocicis c. 4. 6 » *B.* — 2 μαννώσας RS. — 3 στέγνα RS, et cum Codice ἔδνα.

CDLII. — 2 γ' ἐστὶν Cod. « De locutione v. not. ad V, ep. 9. » *B.* — 3 ἀπαγγέλλειε et ὤπασε Cod. — 4 ἐρξας (sine acc.) et ἔρκεσι Cod.; ἔρξας Plan. — 5 δ' ἐνόσφησε Cod.; δὲ νόσφισε Plan.

CDLIII. Lemma : τίνας ἂν εἴποι λόγους Μελέαγρος μέλλοντος βοὸς θύεσθαι τῷ Διὶ καὶ μυκωμένου. « Idem lemma in Plan. Meleagro *poetæ* tribuit Brunck., quod probabile. Nihil hic est quod Meleagrum Althææ filium loqui fidem faciat. » *Jac.* Boiss.: « Mihi quoque visum est Brunckium imitari, qui, rejecta illa ethopœia, Meleagro poetæ epigramma tribuit. » Cod. in marg.: θαυμαστον. — 4. Idem acumen in epigr. Moschi, Plan. 200.

CDLIV. « Lemmati adscriptum esse ait Jacobs., Paulssonio non dissentiente, ὡραῖον. Est in apogr. ὦρα (scilicet ὅρα) νόον. Quod quidem non absurdum foret; quærente scilicet glossatore quæ versiculi mens, quis significetur Georgius. Cogitat Jac. de Georgio Piside, nec improbabiliter. » *B.*

CDLV. « Ap. Synesium in Dione p. 59, D, Homerus Apollinis carmina literis consignasse dicitur. Vide et Philostr. Heroic. c. 16, p. 726. » *Jac.* — ἐγὼ Cod. « Hinc Boileaüs in clausula epigrammatis : *Je chantois; Homèr écrivoit*. Est etiam metrica Monetæ versio, in Opp. Se. t. I, p. 181. » *B.*

CDLVI. « Lemma mihi novum feci. Longius erat Planudeum, τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς Ἔρωτα Πασιφάη ἐρῶσα τοῦ ταύρου. Malum Palatinum : Πασιφάης διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ ταύρου. [In RS : Πασιφάη Ἔρωτι.] Gallicis versibus reddidit Moneta Opp. Sel. t. I, p. 180. » *B.* — 2 ὅπως Cod., Plan.; melius ὅτῳ RS, Regius alius n. 1773, et cod. Florent.

CDLVII. « Conf. declamationem Achillis, quum Græcos victos viderat, ap. Liban. t. IV, p. 1036 sq. » *Jac.* — 1 ἐὸν φθ. Draco De metris p. 96, 25. — 2 σταδίοισι Cod., alterum Plan. « De pugna stataria vide Lindenbrog. ad Ammian. XIV, p. 9. » *B.* — 3 fine βλάβη Cod., et iterum in marg.; recte Plan. — 4 πῆμα φανει Cod., τ superposito; πῆμ' ἥκει Plan. — 5 πήματα πάσχεις Plan. — 6 « Ἐτύχθης, conf. ep. 459, 474, 529. » *B.*

CDLVIII. — 2 οὐδας ἰκάνομαι Cod., sed αι punctis de-

letum, ut esset ἱκάνομ'. — 5 γλύκιόν γ' ἧς Plan.; sed conf. ad ep. 395, 1.

CDLIX. Ducta ex Odyss. Λ, 472 seqq. — 2 ἅμη Cod., sed apogr. Par. ἃ μὴ θ.

CDLX. Refertur ad Iliad. Τ, 12 seqq. — 3 οἶδα νῦν ὅτι πόλλα (sic) τ' ἐφ' ἐκτ. Codex, corr. Jacobs. — 4 ἡμετέρης Cod., corr. Huschk. Codex in marg.: ἕως ὧδε ἀντεβλήθη.

CDLXI. « Vulgata fabula; v. Quintum Sm. VI, 57 seqq. coll. Odyss. Λ, 507. » *Jac.* — 5 ὀλεῦσαι Cod., alterum Plan. — 7 ἀνήσει Plan.

CDLXII. In nova pag. alterum lemma: ὡς ἐκ προσώπου Δηιανείρας (διανείρας Paulss. vidit in utroque lemm., non Salm.) τὸ ὅλον. — 2 ἀχιλλέως Cod.

CDLXIII. « In lemmate antiquissimæ editiones Planudeæ Ἕλενος exhibent, non Ἕκτωρ. Videtur mutatio facta propter Ἕκτορι v. 3. Sed se potuit Hector nominare. » *B.* Jacobs. scripserat Ἕλενος. — 2 ἀθανάτοισι. τί ῥήγιον Cod.; τί ῥίγιον Plan.; τί ῥίγ. edebatur; ἀθανάτοις· ἦ ῥίγ. Jacobsius, quod sine mora recipiendum erat. Cod. ἄλγος. — 4 ὅς (in marg. ὡς) ποτ' ἂν Cod.; ὁππόταν Plan.; ὅσσομ', ὅτ' ἔντεα Hermannus, inutili in profligata syntaxi acumine. Θεός, Thetis.

CDLXIV. « Conf. Iliad. Δ, 104. Quod hic Paris gloriatur, id ad universi belli exitum referri potest. Sed verisimilius in lemmate librarium per errorem scripsisse Πάρις pro Πάνδαρος. — 1 fort. ἔρρετε δή. Ducta ex Il. Δ, 242; Ω, 239. Hesychius: Αἰγιαλεῖς· οἱ μετὰ Ἀγαμέμνονος στρατευσάμενοι, νῦν δὲ Ἀχαιοὶ ἐν Σικυῶνι. » *Jac.*

CDLXV. Nota res Iliad. Ι, 580. — 1 ἀλεγίζηι Cod.; ἀλεγίζεις Jac. « Revocavi scriptum ἀλεγίζῃ, etsi aliud medii ἀλεγίζομαι exemplum non sit cognitum. » *B*

CDLXVI. « De re vide Meziriac. ad Ovid. Her. t. I, 454; Clavier. ad Apollod. p. 150. » *B.* — 1 ἔστρεψαν Cod., corr. Jacobs. — 2. « Sic Eurip. Hel. 1449: πᾶσαν δὲ χρῆν γαῖαν βοᾶσθαι μακαρίαις ὑμνῳδίαις ὑμέναιον Ἑλένης. » *Huschk.*

CDLXVII. — 2. Ἀριστεύειν ductum ex Il. Λ, 782. — — 3. Conf. Il. Π, 281.

CDLXVIII. — 1. « Hesiodus loco nobili: τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. » *B.* — 2 πόνον Cod., alterum Plan.

CDLXIX. — 1 ἐτέλεσσε Cod., alterum Plan.

CDLXX. « In lemmate post φιλιωθῆναι excidit τῷ Ὀδυσσεῖ, quod saltem est mente supplendum. » *B.* Ductum ex Odyss. Λ, 543-556. — 3 ἤλιτεν Cod. — 4 ζεὺς δὲ Cod., corr. Jac. Est Il. Τ, 87. — 5 αἴθε Cod.

CDLXXI. — 1 μετὰ μόχθου Cod. et Jac. « Apogr. Par. μόχθον, quod prætuli edito μόχθου. — 2 ἀφίκανε Cod. — 3 ἔθνεα Cod.; ἔνθεα apogr. Par. Qui conjecit ἤθεα mecum facit. » *B.* Idem recepit Bothius.

CDLXXII. — « Hic nexus esse videtur: Multa quidem mala Ulysses pertulit, at tamen gloriam inde præmium retulit. » *Jac.*

CDLXXIII. — 1. Ἰλ. ὀρρ. ex Il. Χ, 411. — 3. Recte distinxit Jac.

CDLXXIV. « Lemma Codicis: τίνας ἂν εἴποι λόγους Εἰδοθέα ὁρῶσα τὴν Ἑλένην εἰς τὴν Φάρον. In marg.: θαυμαστόν. Sumpsi lemma Planudeum. Illius Idotheæ Protei filiæ meminit Homerus Od. Δ, 366, ubi v. schol. » *B.* Hanc fabulam sequitur Euripides in Helena. — 1 σέο et γενέθλης Plan., « ut ap. Coluth. 246. — 2 ἀτρεκέως γὰρ Cod. et Plan.; δὲ Brunckius. Qua correctione carere possumus, si hæc enunciatio interrogative accipitur. Vide Coluth. 306 seq. ed. Bekk. Ἔννοια ex Il. Γ, 156. » *Jac.* Mihi ἐτύχθη necessarium esse videtur.

CDLXXV. In marg.: θαυμαστόν. Vide Il. Γ, 324 sqq — 1 δορισθενὲς Cod. (sed Salm. — νέες); δορυσθενέες Plan. — 2 ἀκμὴ Plan. « Schol. W.: ὅμοια καὶ Ὁμήρῳ Ἰλ. Κ (173 καὶ Θεόγνιδι (v. 557) εἴρηται. Vide not. ad VII, ep. 250. Milton Parad. Recup. I, 93: *we see our danger on the utmost edge Of hasard.* » *B.* — 3 ἔλη Cod.

CDLXXVI. « In lemmate addidi ἄν. Addidi et in quattuor quæ sequuntur lemmatis. Hic Plan τίνας ἂν Ἕκτωρ. — 1 οὐ σθένων Plan. — 3. Responsum Patrocli sumpsi ex Planudea. — 4. Alterum responsum ex scholio Wecheli-anæ, unde et distichon Arsenii recepi. De quibus additamentis monuit Chardo Roch. Miscell. t. I, p. 284. » *B.*

CDLXXVII. « Cecidisse Telephum in pugna vitis trunco præpeditum, et sic fuisse ab Achille Thetidis filio, percussum, narrat Dictys II, 8, ad quem vid. Dederich. Adde Meziriac. ad Ovid. Her. t. I, p. 233. » *B.* — 1 πράξομεν Cod.; πρήξωμεν Plan. — 2 κλίνῃ ἐξ ἀλ. Cod.; κλίνῃ ἐν Ἀλ. βελέμνοις Plan. « In Ἀλεξάνδρου prima producitur, propter λ, ut in Αἰόλου Hom. Od. Κ, 36, 60 » *Jac* Respicitur mors Achillis ex Apolline et Paride, Il. Χ, 359 seq.

CDLXXVIII. In marg.: θαυμαστόν. « Apogr. Par. θαυμαστῶς. Et in lemmate βουλὰς pro βουλήν. » *B.*

CDLXXIX. « Andromedam a Perseo liberatam liberatori suo nubere noluisse, ab aliis non traditur. In epico carmine aliquo aut tragœdia aliqua hoc lectum fuisse verisimile est. » *Jac.*

CDLXXX. « Hippodamiam post Œnomai cædem a Penelope repudiatam esse, aliunde non constat. » *Jac.* — 2 ταύτῃ Cod.

CDLXXXI. Lemma: Ἰουλ. σχολ. τοῦ μετεώρου (quo epitheto ornatur etiam Palladas ep. 529) βραδύτερον παρελθόντος. Ultimo versui adscriptum: ὡραῖον. In Plan. est ἄδηλον. « Julianus prodiit foras tardius et se hoc epigrammate excusat. — 1. Hesperius servus, qui herum non excitaverat, a Planude nominatur Εὐστέφιος. » *B.* Temere: lusum non ineptum poeta quæsivit in nomine *Hesperius.* Ceterum Jacobs. t. XIII, p. 131 lemma et rem ipsam accuratius explicuit: « παρέρχεσθαι dicuntur rhetores, qui prodeunt dicendi declamandique causa. Hinc apparet Julianum aliquando ab auditoribus, quos ad declamationem quandam audiendam invitaverat, paulo diutius exspectatum, hac excusatione fuisse usum. » Mire Brunckius esse « fragmentum elegiæ amatoriæ » pronuntiat. — 3 ὁ δὲ π. Cod Est ὕπνος.

Sequitur in Codice epigr. Palladæ supra exhibitum n. 178 In fine adscriptum: ἀγαθόν.

CDLXXXII. Lemma : εἰς τὰ λυτὰ (ταλυτὰ ap. Salm.) Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Idem lemma in Plan. mendosum judicantes Scaliger, Salmasius et Huetius epigramma inscripserunt εἰς ταῦλαν vel τάβλαν, ex ipso carmine v. 27. « Epigramma difficillimum nemo adhuc bene est interpretatus. Ipse, qui *trictracum* et similes aleas nunquam qua arte ludantur didici, nil prorsus afferre valeo. » *B.* Et Jacobs : « Tractarunt hoc epigr. Salmasius ad Hist. Aug. scriptt. t. II, p. 741 seqq, Corn. de Pauw. Diatriba de alea veterum ad epigr. Agathiæ, Traj. ad Rh. 1726, et Dorvillius Vanno crit. p. 252. Hos in eo interpretando sequor, sensum grammaticum explicuisse contentus; nam me ipsum nihil de hoc ludo, quem *trictraccum* fuisse affirmat Salmasius, intelligere fateor. » Cujus excerpta t. XI, p. 99-104 quum longe absint ut rem in aprico ponant, vel abaco picto adjuta, in paucissimis me continebo, cum duumviris præstantissimis ludi adumbrati ignarus. Est carmen παραινετικόν. — 1 ῥέξομεν Plan. — 2 ἐς Plan. — 3 ἀναπνεύσουσι (sed in marg. correctum) δὲ μόνον Cod. Ἀγαθοί, nobiles, potentes. — 4. Λίβυς (sic Cod.), incertum Eratosthenes an Callimachus. — 5 « Nexus : Quod Zenonis Imperatoris exemplo patet. Huic enim quid acciderit quondam ludenti, memoriæ mandatum est. » *Jac.* — 6 κύβον Cod. — 7 θέτις Cod. lapsu. Scil. calculorum discolorium positio. Hæc adscripserat Salm. : « Unusquisque lusorum XV calculos habebat. Sic erant XV nigri et XV albi : in summa XXX. Vetus poeta in centone de Alea : *Triginta magnos adversosque orbibus orbes.* Vide Euripid. Iphig. in Aul. p. 79. » — 8 ὀπισθιδίκην εἴσοδον Cod. — 11 ὃς δὲ π. Plan ; μονάδα Cod. — 12 πομάτην Cod. lapsu; δίχος apogr. Par. Est latina vox *divus*, ut v. 9 *summus*. — 13 ἐν in Cod. omissum supplet Plan. In fine Cod. χώρην, superposito ωι. — 14 ἐνδεκάτης Plan. — 17. *Antigoni* Macedonici nomen inditum putant loco opposito ei qui *divus* ab imperatore Romano vocabatur. — 18 πέντ' ἐπὶ καὶ δεκάτῳ Cod. — 19 παρουαίῳ Plan., cui debetur δ' in Cod. omissum. — 21 * σημήια Cod., cum nota corruptelæ. — 23 ψηφάδα γὰρ ἰσθμοῦ Cod.; ψηφῖδας ἀριθμοῦ Plan., ἀπ' ἠθμοῦ Salmasius verissime. — 24 κευθομένη Cod. et Plan. usque ad Steph., qui κευθομένην. Salmas. κευθομένας, nostrum Dorvill. — 26. « Sensus poscere videtur πρόσθεν ὁριζομένας, vel πρόσθ' ὁμῇ ἰζομένας. Octo disjunctæ sunt continuo, quæ ante junctæ erant. » *Jac.* Bothius tentat πρός γε μεριζ. — 27 καὶ in Cod. omissum dedit Plan. — Vide infra p. 643.

CDLXXXIII. Lemma : εἰς τινα ἀπὸ περσέας πεσόντα. Planudeum lemma : εἰς τινα θανόντα ὑπὸ πλησμονῆς περσικῶν μήλων. « Schol. Wech. : ἡ περσέα λέγεται μεταφυτευθῆναι ἀπὸ Αἰθιοπίας εἰς Αἴγυπτον· ἄλλοι δὲ φασιν Πέρσας ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν διαβιβάσειν εἰς Αἴγυπτον ὡς ἀναιρῆσον τοὺς γευσαμένους· τὸ δὲ μεταβληθῆναι εἰς καρπὸν χρήσιμον· φησὶ δὲ Νίκανδρος (Ther. 759-769) ἐν τούτῳ τῷ δένδρῳ τὸν κρανοκολάπτην τῇ φαλαίνῃ ὅμοιον, εἶναι δὲ τὸ δῆγμα τούτου θανατηφόρον. De persea arbore quæ tradit schol., conferenda cum schol. Nicandri l. l. 764. Ceterum de persica potius agi videtur quam de arbore rarissima Persea, Arabibus dicta *Lebach*, de cujus synonymia multus fuit Sacyus ad Abdallatifium, et quæ esse videtur Ximeniæ species; conf. Diarium Classic. Valpyi t. XIX, p. 362; Diarium Erudit. a. 1836, p. 434. » *B.*

CDLXXXIV. Lemma : εἰς τινα αὐτῷ πέμψαντα σιτεύσιμον (σιτεύσιμα Plan.; Boiss., ex apogr. ut videtur, σίτευσμα). Conf. lemma ep 486, quod similis argumenti. In missam ei avem, vento pro farto inflatam. — 1 ἔλαβεν ποτὲ Cod. et Plan. — 2 πόντου ἐπιπλείων Cod. « Apogr. πόντου ἐπὶ πλείων, quod servavi mutatum leviter. » *B.* Malis πόντον cum Jacobs. et Planude qui πόντον ἐπιπλώων. Deinde Cod. γὰρ ἤιτει, Plan. ἦν τι. — 3 ἔχων ἀνέμων πλέον ἦτρον Plan., ἦτρον corrigebat Salmasius, « id est ventriculum fartum. Sed recte V. C. » Postrema non viderat Brunckius, in altero latere posita. « Significatur *stolida superbia* hominis. — 5 καὶ πνεύμ. Scaliger. Fortasse scrib. κενὰ πνεύματα, pro καί. » *Jac.* Quod in latinis posui. Boiss. : « Etiam apogr. καί. Si sincera lectio edita, sensus erit : *mittis ventos alatos, et ventos quidem, et, si sit in alis miraculum, idcirco non alimentum.* »

CDLXXXV. Lemma : ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν (III, c. 2, p. 571 ed. Didot. Eroticorum). Boiss. nescio unde addit : τὸ μέτρον ἐλεγεῖον πεντάμετρον. In Codice carmen ita scriptum ut trini versus efficiant binos. Omitto varietatem codicum Heliodori. — 1 fine legebatur Θέτι. Codex θέτιν, et similiter nonnulli Heliodori, quod cum Corae recipiendum erat. Vide Thes. v. Χρυσοέθειρ. — 2 * νιρέος Cod — 4 Παφίαν et v. 12 θυηπολίαν Jacobs. — 5 τόν τ' Ἄρεα πτολέμων recte ap. Heliod. — 8 ὑπὸ codd. — 9 ῥυσίπτολιν Cod. — 11 Πυθιάδη Cod., sed puncto posito super η, ut uno ductu deleto jam esset ι. — 12 δ' ὑμναίων vel ὑμεναίων codd. Heliodori. — 14 θέτιν Cod. Legebatur Θέτι, ut v. 1, ubi v.

CDLXXXVI. Lemma : εἰς τὸ σιτεύσιμον. Planudeum : εἰς τινα πέμψαντα αὐτῷ σιτεύσιμα. Vide ep. 484. — 1 τὰν λιπαρὰν Cod., corr. Salmasius; male Plan. τὰν πήραν. « Ventriculus consutus describitur, quem carnibus minutatim sectis fartum appellabant *isicium*, σιτεύσιμον, unde lemma. » *Jac.* Unde necessarium, quod sequitur, ἀποσφίγξας (cui respondet et φύσας v. 2) ex Plan. In Codice ἀποσφάξας, de quo, aliud agens, hæc scripsit Boiss. : « Prætuli Palatinum ἀποσφάξας. Scilicet qui miserat amicus significaverat a se ipso fuisse cæsum animal. » — 2 φύσαν Cod.

CDLXXXVII. Lemma : εἰς τινα πέμψαντα αὐτῷ ἰσχάδας. « Iterum legitur cum falso hoc lemmate infra c. XI, post ep. 316. Non miserat amicus, sed apposuerat Palladæ non ficus, sed aridos salsosque cibos, quales porcellis ficubus saginandis objici solent. — 1 σηκαζομένων Cod. hic, recte altero loco et Plan.; προὔθηκας Cod. altero loco. — 2 γυψαλέων hic; διψ. altero loco et Plan. Ad augenda ἥπατα σεσυκασμένα vel συκωτὰ, quæ in deliciis erant, porcis aridum pabulum objiciebatur, quo frequentius potare cogerentur. Hinc ejusmodi χοῖροι hic appellantur ξηροὶ et διψαλέοι, quod cave de cibis intelligas. In insula Cypro autem porci frequentes pascebantur et saginabantur in Veneris honorem, cui hac victima litabant. De qua re lepidus locus Antiphanis ap. Athen. III, p. 95, F. » *Jac.* Dissentit Boiss., qui γυψαλέων, cum hac nota : « Est in Cod. altero loco quod prætuli γυψαλέων· videturque posse intelligi de ficubus (si lemma verum est) siccis et quas crusta subalbida ac quasi gypsata tegit et indurat. Placuit magis aliis varietas διψαλέων. » — 3 σηκωθέντα veteres aliquot planudeæ. Perperam Brunckius Μάθων, ut n. pr. — 4. Nota quæsite dictum σβέσον με ἐκ δίψης pro τὴν ἐμὴν δίψαν. Bothius finxit σβέσον ἐκδίψην, quod ἔκδιψον dicitur.

CDLXXXVIII. Lemma : Τρύφονος (sic) εἰς Τέρπην τὴν κιθαρῳδὸν τελευτήσασαν ὑπὸ πληγῆς σύκου. « Melius lemma Plan. : Τρύφωνος τοῦ Ἑρμοῦ εἰς Τέρπην κιθαρῳδὸν ἐν Σκιάδι τῇ Λακωνικῇ σύκῳ βληθέντα καὶ ἀποθανόντα. Fuit Spartæ locus dictus Σκιάς ἡ καλουμένη Σκιάς, ἔνθα καὶ νῦν ἔτι ἐκ-

κλησιάζουσι, Pausanias ait III, c. 12, 8, a Jacobsio laudatus; qui tamen σκιάδεσσι intelligit de umbraculis quæ in Carneis Lacedæmonii exstruebant. » *B.* Mire librarium Palat. inter masculinas et femininas formas fluctuasse videbimus. Commode autem Jacobs. meminit Suidæ v. Γλυκὺ μέλι, ubi : Τερπάνδρου ᾄδοντος καὶ κεχηνότος πρὸς τὴν ᾠδήν, ἐμβαλών τις εἰς τὸν φάρυγγα σῦκον ἀπέπνιξε. Quæ res manifesto tractatur in nostro epigr., « sive idem fuerit nomen Τέρπου et Τερπάνδρου, sive librariorum errore ap. Suid. illustrius *Terpandri* nomen pro Τέρπου temere scriptum sit. » — 1 τέρπην Cod. Quo Jac. retulit οὐσ' in marg. positum, ut librarius cogitasse putetur de τέρπουσ'. Paulssenius autem : « In marg. ζτ οὐσ' pertinet probabiliter ad ultimam syllabam vocis Λακεδαιμονίοις, ut proponatur eo modo scriptura ἐν Λακεδαίμονι οὐσ'. » Utroque femininum desideratum esse a librario indicatur. Deinde Cod. κρέκων (duobus acc.) σκιάδεσσιν ἀείδων (« vel ἀοιδῶν » addit Salm.). Plan. σκιάδησιν ἀοιδὸς, Salmasius ἀοιδὰν, quod posuit Jac. et verum puto. Boiss. recepit hanc Jacobsii conj. : Τέρπης εὖ φόρμιγγα κρέκων, σκ. ἀείδων. — 2 κάτθανεν (addita apostropho priori ν, ead. m., quasi κάτθαν' εννοστ.) νοστησασ' (duobus punctis super η, ut esset ι) Cod.; κάτθανεν ἐξαπίνης Plan., suo arbitrio; κάτθανεν ὀχθήσας (i. e. στενάξας) conj. Jacobs. Boissonadius : « Scripsi κάτθαν' ἀνοστήσας. Lacedæmonem petiverat unde non rediit. » Ob scitam sententiam e græcis efferre nolui verbum inauditum, ex ἀνόστητος fictum. — 3 πληγεισ' Codex. An ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ?

CDLXXXIX. Lemma : ἐπὶ βρέφεσι δύο ἅμα τεχθεῖσι καὶ παραχρῆμα ἀποθανοῦσι. Ita Grotius. In RS : εἰς θυγατέρα γραμματικοῦ. Brunck. fuisse putabat « infantem cum utroque sexu, et statim post mortuum. » Sed probabiliter Jac. : « Poeta nihil aliud quæsivisse videtur quam jocum ἐκ τοῦ παραδόξου. Cujus generis sunt vota a Rufo grammatico ad nuptias vocato dicta ap. Auson. ep. XLIX :

Et masculini et feminini gignite
Generisque neutri filios. »

CDXC. Lemma : τῆς Χαρίκλης Ἡλιοδώρου Ex Æthiopicis VIII, c. 11, p. 365 Did. « De pantarba lapide vide quæ collegi ad Pselli Opusc. p. 337. » *B.* — 2 τὰ δόκητα Cod.; τἀδόκητα ap. Heliod. Ubi miror Boissonadium non fuisse « securum » de mensura, qui scripserit καὶ τ' ἀδόκητα. Sic etiam Bothius.

CDXCI. « In lemmate apogr. Par. μονοστίχιον. Conf. ep. 547. » *B.* Eodem ordine hæc nomina ponuntur etiam ap. Manethonem V, 34. *Jac.*

CDXCII-CDXCIV. « Lemma in apogr. : στρατοῦ. An στρατιωτικά? an εἰς στρατιώτην? [Jac. conj. στρατιώτου.] — 4 Post ἔγχος inserui ἄκων, ne versus claudicaret. » *B.*

CDXCV. Lemma : εἰς Ἀγαμέμνονα. « Esse deberet, ὡς Ἀγαμέμνονος. — 2 sic Codex, γυναιξὶ δολοφρονεούσαις Plan. » Quod prætuli. Tales solœcismi vix ferendi. Sunt tamen exempla quæ emendaturientem calamum retardent. Conf. Append. ep. 51, 50. » *B.* Et « solœcismus » in ejus ætatis versificatore cum Jac. servandus erat; de melioribus v. Hermann. ad Orph. p. 346, et alios a Matthiæo indicatos Gramm. § 436, n. 2. In codicibus talia persæpe offendi; a quorum nonnullis error in compendio commissus (quæ erat Schæferi sententia ad schol. Apollon. p. 306) plane alienus est.

CDXCVI. « Est ἄδηλον in Planudea; et sic in Codice cum hoc lemmate : εἰς αἵρεσιν [Cod. ἀναίρεσιν, Salm. tacite τὴν αἵρεσιν] τῶν στοϊκῶν (sic) καὶ τῶν Ἐπικουρείων [hæc tria verba « recentiori m. addita » testatur Salm.]. τίνος δὲ τὸ ἐπίγραμμα ζητητέον. *Athenæo* dedi, cui vindicat Diogenes Laert. qui bis apponit ex Ἀθηναίῳ τῷ ἐπιγραμματοποιῷ VI, 14; VII, 30. » *Boiss.* In marg. adscriptum ὡραῖον. — 1 Στωϊκ. ap. Diog., illud Codex, et πανάριστοι superposito α. — 3 τὰν ἀρίσταν ἀσετὰν ψ. Cod ex διττογραφίᾳ. — 4 βιότου Cod.; βίοτον Plan.; βιοτὰν Diog. recte; πόλιος Cod. solus. — 5 ἀδυπαθ. Diog. loco altero; ἡδυπ. Cod. « Ἀνδράσιν ἄλλοις. Schol. W. : οἱ Ἐπικούρειοι τέλος τοῦ ἀγαθοῦ εἶναι φασὶ τὴν ἡδονὴν καὶ ἀγαθὸν μέγιστον, εἰς τὴν ἡδονὴν τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζοντες. » *B.* — 6 ἡ μία τῆς Cod.; τῶν Plan.; ἁ μία τῶν Diog. « Ἤνυσε sic intellige : doctrinam de voluptate una Musarum sibi sumpsit elaborandam et perficiendam. Est Erato, quam invocat Athenæus XIII, p. 555, B, τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον μέλλων κατατάττειν, et Apollonius Rh. initio libri III Argonauticorum. » *Jac.*

CDXCVII. Lemma : εἰς ἔρωτα. In Plan. ἄδηλον, ut Cratetis ponit Diog. L. VI, 86, hoc modo

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος·
ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος,

et sic memoria tenebat Julianus Imp. Or. VI, p. 198, D. Et in Codice tres versus palatini tanquam duo exarati sunt. — 2 μὴ ταῦτα Cod., sed δὲ inter lin. — 3 θεραπεῖα σοι (ut vult versus) et ἠρτείσθω Cod.

CDXCVIII. Lemma : εἰς Πέρσην μητροφθόρον. Planudeum : εἰς τὸν φθείραντα τὴν ἑαυτοῦ μητρυιάν. « Spectari videtur fabula de Persarum cum matribus conjugio, unde liberos procreatos nobilissimos censeri tradit Philo De specc. legg. p. 778. Conf. Brissonius II, 155 seq., p. 493. — 1 μὴ θάπτε Cod., renitente metro; μὴ θάψῃς Plan.; μὴ θάπτειν scribendum suspicor. » *Jac.* Quod recepi cum Bothio. — 2 μήτηρ πάντων Plan.

CDXCIX. Lemma : εἰς τὸν χρόνον. In Plan. cum duobus sequentibus epp. conjunctum. — 1 πατέρπων Cod., lapsu; recte scriptum in apogr. Par. — 2. « Hoc accipiendum videtur de fama rerum memorabilium, quæ temporis progressu obscuratur sensim ac deletur. — 5 ἄριστος Cod. lapsu. Hoc distichon non male Scaliger et Grotius pro peculiari epigrammate habent. » *Jac.* — 6 ἀεὶ om. Cod.; accessit ex Plan.; ἄρα addebat Bothius. Ἐρχομένων, scil. ἀνθρώπων.

D. Lemma : εἰς τὴν κατάπτωσιν Βηρυτοῦ. Vide supra ep. 425 et 426 Juliani Ægyptii, cum not. — 1. Hoc vult : nolite *beatos* dicere, quales existimantur esse κληρονόμοι.

DI. Lemma : εἰς τὴν πόλιν Βηρυτόν (compendio; apogr. Βηρύτου). Iterum legitur infra c. XI, post ep. 316, tanquam *Palladæ*. « Hoc si verum est (nam Beryti casum Palladas videre non potuit), est lemma falsum. Distichum in aliam quamvis urbem scribi potuit. » *B.* — 1 οἱ πρότεροι νέκυες Cod. altero loco. — 2 δ' οἱ ζῶντες Cod. ibidem.

DII. Lemma : πρός τινα φίλον, περὶ κονδίτου. « De *condito* notavi ad Hierophilum in Notitt. Mss. t. XI, part. 2, p. 195. Symposii ænigma LXXX est *de condito.* » *B.* Conf. Foes. Œc. et Ducang. — 1 in utraque voce κονδιτ.. librarius ι posuit super ι, quo ne puta eum *productum* ι voluisse indicare, neque tamen credibile est eum de

verbo *condere* cogitasse, quod Paulss. sibi persuasit. — 2. Ad ἀλλότριον refert Paulss. in marg. scriptam gl. ξένον. — 5 μοι οὖν μοι Cod. — 6 χρῄζειν Plan. « Theophanes Nonnus c. 156 fastidio laborantibus dari jubet οἶνον παλαιὸν καὶ κονδῖτον καὶ ὑδρόγαρον. » *Jac.*

DIII. — 1, 2 sic Cod. et Plan. consensu, nisi quod ille δύναμιν τινὰ θεῖαν. « Quid sit δίζυφον ignoratur. Corruptum esse vocabulum fere arguit in primo versu et secundo differentia quantitatis. Toupius correxit ζωΰφίοις et ζωΰφι' ἐν, probante viro doctiss. in Stephani Thes. Didot. Malim ζωΰφιον χρονίῳ : malim etiam aliud nescio quod vocabulum. » *B.* Scaliger et Bodæus ad Theophrast. p. 326 de *zizypho* arbore cogitarunt. Si sana vox est, v. 1 scribi oportet διζυφίοις. Dioscorides III, 13 περίαπτον ex σκώληξιν εἰς κυστίδα ἐνδεδεμένοις memorat sanare febres τεταρταίους, quod valde favet Toupii conjecturæ; sed quomodo ζωΰφια in δίζυφα abierint, non potest intelligi. Conf. Lennep. ad v. huic epigr. subjectum. — 3. Non congruunt ἠπίαλος χρόνιος et τεταρταῖος, quod artis ignorantiæ tribui possit, sed Salmasius testatur ἠπιάλῳ κάμνων et περιῆψα sola esse antiquæ manus, reliqua interpolata, silentibus Spaletto et Paulssenio. — 4 γέγονα Cod., et in marg. καὶ γέγονεν, quod editum ex Plan. « Schol. Wech. : Σικελόν (Μύσκελλόν) φασί τινα οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς Κρότωνος, ὃς ἐν Δελφοῖς συγχρηστηριαζόμενος τῷ τὰς Συρακούσας κτίσαντι Ἀρχίᾳ, καὶ συνερωτηθεὶς πότερον αἱρεῖται πλοῦτον ἢ ὑγείαν, εἵλετο ὑγείαν, Ἀρχίου ἑλομένου πλοῦτον· ὅθεν Κροτωνιᾶται μὲν ὑγιεινότεροι, Συρακούσιοι δὲ πλούσιοι· καὶ τὸ Κρότωνος δὲ ὑγιέστερος ὡς ὁ Γεωγράφος φησίν (VI, p. 353) ἐντεῦθεν εἴληπται, ὡς τῶν Κροτωνιατῶν εὐρώστων ὄντων (quæ sumsit ex scholiis Eustathii in Dionys. 369).... Κρότων ζῶον ἐν κυσὶ καὶ βουσὶ γιγνόμενον καὶ μηδεμίαν ἔχον διακαμπὴν (potius διακοπὴν, ut est ap. Suid.), λίαν δὲ ὅμοιον καὶ πάντοθεν ὅμοιον (imo priore loco ὁμαλὸν ex Suida)· ὅθεν καὶ κρότωνος ὑγιέστερος ἐν παροιμίᾳ λέγεται. » *B.*

DIII *. Sequitur hic versus in Codice, sine auctoris nomine aliove lemmate. Est Nicandri Ther. 741, et legitur etiam in Plan., Νικάνδρου inscriptus ap Steph., sed in vett. edd. Παλλαδᾶ, etiam in codice ap. Bandin. Bibl. Laur. t. I, p. 100. « Consulto omissum a Jac. revocavi. De vespis ex equo putrescente nascentibus vide meam not. ad Pselli Opusc. p 297 seq.; et de apibus ibid. Monebitur etiam ad XII, ep. 249. » *B.* Illud περίαπτον ἐκ σκωλήκων aliisve ex ζωΰφίοις et vim animalium putrescentium in mentem revocasse Cephalæ videri verba Nicandri recte observat Lennep. p. 230.

DIV. Lemma Plan. : ὅσαι Μοῦσαι καὶ οἷαι. « Latina carmina duo nostro similia vide in Anthol. Lat. I, 73 et 74. » *Jac.* Schol. W. : ἐν ἄλλῳ οὕτως· Κλειὼ ἱστορίαν, Θάλεια φυτουργίαν, Εὐτέρπη αὐλούς, Τερψιχόρη χορείαν, Καλλιόπη ποίησιν, Ἐρατὼ γάμον καὶ ὄρχησιν, Μελπομένη ᾠδάς, Πολύμνια γεωργίαν, Οὐρανίη ἀστρολογίαν. *B.* — 4 ηὗρε Cod. (ηὗρε Salm.) in margine; ἧρε Plan. et Athous cum gl. : ὕψωσε. — 8. Hunc versum Grotius recte omisit, Jac. uncis inclusit, quos delevit Boiss. Bothius vero : « Non est supervacaneus, sed de cantatricibus dicit, v. 7 autem de saltatricibus. » Imo est expellendus. — 10 βίον τε καὶ Plan.

DV. « De Musarum imaginibus earumque attributis consule Viscontium Museo Pio-Clem. t. 1, p. 39 seqq. » *B.* — 1 τέχνης Plan. — 2 εἴκελον ἀτρεκίη Cod.; εἴκελος ἀτρεκίῃ Plan., corr. Brunckius. — 3 ἀκούσης Cod.; ἀκούσεις Plan. — 4 ἐριτήμονα Cod.: εὑρήτορα Plan.; εὑρήμονα Salmas.; εἰδήμονα Jacobs. Cogitabam de ἐριαίμονα vel εὐαίμονα, quod exstitisse nomina propria ostendunt, i. e. ἐμπειροτάτην. — 5 λιγαίνει Cod., ultimæ superposito ω. — 6 ἐπὶ σπειρουσά με λύσσης Cod. « Conf. Christodor. Ecphr. 109. Ἐπισπείσουσα, scil. δονάκεσσι. » *Jac.* — 7 Θαλίη Steph. In altero diphthongus correpta et α productum sequente μ — 8 θηλυτέρῃσι Cod. pro θυμ. Οὐχ ὁσίων. Schol. W. : ἡ γὰρ κωμῳδία τοὺς πονηροὺς διαβάλλει. Conf. Horat. initio Satiræ IV. — 9 σῆς σοφ. Cod. et primæ edd. Plan. Schol. W. : οὕτω λέγει ὅτι Καλλιόπη καὶ σοφίη ταὐτόν ἐστιν· ἢ σ ῆ ς σ ο φ ί η ς νοητέον ὅτι τοῦτο λέγει πρός τινα σοφὸν ἄνδρα, etc., quæ non probabilia. — 11 κελεύω non videtur sanum. — — 14. Conf. Claudian. I, ep. 19, 2. — 15 σκέπτο Cod. — 17 φθεγγομένης Plan., quod mihi æque ac Bothio verum videtur. « Φθέγγομαι παλμὸν argute dictum ut φθέγγομαι φθογγήν, *vocis loco jucundo manuum motu utor*. Pantomimos intelligit, ubi sunt *orchestrarum loquacissimæ manus, linguosi digiti, clamosum silentium*, Cassiodor. Var. IV, 51. » *Jac.* Cui assentitur Boiss., addens : « Cassiodori locum et alia huc facientia dedi in not. ad Aristæn. I, 26, p. 573. Ibi pantomima laudatur verbis nunc apprime opportunis : Πολύμνιαν, Ἀφροδίτην ἔχουσιν οἱ θεοί· ἐκείνας ἡμῖν ὡς ἐφικτὸν ὑποκρίνῃ παρ' αὐτῶν κοσμουμένη. Adde Barth. ad Claudianea : *Qui nutu manibusque loquax*, Cons. Mall. Theod. 313, p. 177. Conf. VII, ep. 563; Append. ep. 217. »

DVI Lemma : εἰς τὰς Μούσας. « Melius Plan. : εἰς Σαπφώ. Schol. Wech. non inepte comparat Musæum v. 63. » *B.* — 2 ἠνὶ δὲ Plan. Hinc Boissonadianorum foliolum unum periit, usque ad ep. 511.

DVII. Lemma : εἰς τὸν Ἄρατον. In fine adscriptum : ὡραῖον. Legitur etiam ap. auctorem Vitæ Arati p. 432 Buhl., qui in laudem Arati scriptum esse testatur; alii ψόγον putarunt, de qua multorum dissensione v. collecta a Jacobsio Anal. t. VII, p. 287. — 1 τόδ' ἄεισμα Cod.; τὸ ἄ. Vita : unde falso nonnulli statuebant in Hesiodum, non in Aratum, scriptum esse carmen; τό τ' ἄ. Blomfieldus et Meinek. In fine ἀοιδῶν Scaliger; ἀοιδὸν uterque liber. — 2 οκναιω (sic) Vita; ἀλλ' ὄχ' ἄκρον Ernestius et Brunck.; μὴ οὐ τὸ μελ. Toupius, quod rectius dicitur. Aratus expressit Ἔργων καὶ Ἡμερῶν partem quæ incipit : Πληϊάδων Ἀτλαγενέων (383), qua plurima in Hesiodo sunt μελιχρότερα. Quare, post ea quæ universe dixerat v. 1, nihil in his vituperii inest. — 4 ἀρρήτου Cod.; in marg. : ἀρήτου, ἀντὶ ἀράτου. Quod prima producta in hac poesi nunquam dici plene docuit Meinek. Diatr. p. 280. Deinde Cod. σύντονος ἀγρυπνίη, *opus indefesso studio evigilatum*, interprete Jacobsio; σύγγονος ἀγρυπνίης Vita. Quod Ruhnkenius in Epist. ad Ernestum (Opusc. p. 639 ed. Friedem.) ingeniose correxit : σ ύ μ β ο λ ο ν ἀγρυπνίης, coll. Leonida Alex. VI, ep. 328, 2 :

Λάμβανε βίβλον,
Καῖσαρ, ἰσηρίθμου σύμβολον εὐεπίης·

et infra ep. 689, 2 : Στῆσε τρόπαιον, ἑῆς σύμβολον ἀγρυπνίης. Correctionis elegantiam perfecit Meinekius, ἀ χ ρ ή τ ο υ scribens, ut sit : ἀχρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης, *intentissimæ et nunquam interruptæ signum vigiliæ*, quæ docte firmavit l. c. Atqui proprium nomen Arati nolim equidem in his desiderari.

DVIII. Lemma : εἴς τινα φίλον. In fine adscriptum : ἀστεῖον. In Plan. est ἄδηλον. — 2 γίγνεται Plan. — 3 θέλοι Cod.; « sed θέλει videtur corrigendum. » *Jac.* Sic Both.

Plan. εἰ μέλλει. — 4 γίγνεται καχήμερος Plan. Quo non opus.

DIX. Lemma: ἐν τῷ Ἡροδότῳ. Scil. VIII, c. 96, ubi v. Oraculum *Lysistrati* vatis, cujus nomen inscripsit Boiss., eventum habuit post Salaminiam pugnam, naufragiis a Zephyro vento in Attici littoris partem Colias dictam delatis. — κολ. et φρίξ. Cod.

DX. Subscriptum statuæ vel anaglypho Meltinæ, Solonis filiæ, quam maritus Critonianus sculptor effinxerat. — 1 σόλον Cod., in quo cetera ut correxerat Jacobs.

DXI. « Argumentum obscurum. » *Jac.* Item opus ab ipso artifice dedicatum in templo Apollinis aut Æsculapii, nivea cæsaries auro efficta, fortasse ob medicam operam dei, qui in somnis apparuerit sanato.

DXII. Auctor librum dedicat præceptori Imperatoris alicujus Romani. — 1 εὐμενὲς Cod., corr. Jacobs., qui : « Depravatum videtur πρώτοιο ex nomine proprio, velut Πρόκλοιο. — 2 δεδογμένα Cod. Scrib. δεδειγμένα, quod cum ὄργια bene conspirat. » Recepit Boiss. E cujus nota hæc supersunt : « Librarius vel alius quidam homo exemplar libri a Philopono compositi offert magnati cuidam eique præceptori imperatoris, Psello forsitan. » Sed versu 2 reliquit φιλοπόνου.

DXIII. « Pars epigrammatis in comœdum, cujus nomen cum priore disticho periit. » *Jac.* Aut cum titulo imagini pictæ fictæve inscripto. Etiam sequens epigr. de *comico*.

DXIV. Hymenæus loquitur. Non credibiliter Heckerus I. p. 194 : « Menis comœdiarum poeta in fronte hymeni Procillæ scripti collocari jussit hoc epigr. » — 1 ἐξεύξε (superposito ν extremæ literæ) με Cod.; ἐζεύξενε νεοζ. apogr. Par. Ludere videatur in verbis ἔζευξε et νεόζευκτος, sed non intelligitur hic ludus: corruptum esse verbum credibilius est. — 2 θαλάμους Cod., superposito ι.

DXV. Lemma in RS : εἰς γυναῖκα λεγομένην Χάριτα. — 1 τρεῖς εἰσιν αἱ (αι Cod.) χάριτες Cod. et RS, corr. Schneidewinus, coll. V, ep. 146 : Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ ταύταις Ἄρτι ποτεπλάσθη. Plan. : Αἱ Χάριτες τρεῖς εἰσι· σὺ δὲ μία, quod recepit Boiss.; δὲ Cod., RS et duo planudei ap. Brunck., δὴ vulgo; δὲ δὴ Jacobsius — 2 ἔχωσιν RS. Intelligi vult χάριτα, nam de muliere Χάρις dicta somnium esse grammatici ne dubita.

DXVI. Lemma : ἀδιανόητον παντελῶς. « Attamen illustravit et gallice converiit Chardo Roch. Miscell. t. I, p. 279-282. » *B.* Nonnisi ultimum distichon habet Plan. Narratur artificium, quo Ligures latrones ad canes fallendos utebantur. « Anno U. 727 Crinagoras erat in comitatu Augusti Galliam et Hispaniam visentis. Via ducebat per Ligures capillatos, Λίγυας τοὺς κομήτας, in Alpium maritimarum tractu. » *Geist.* — 1. Proverbium ap. Aristoph. Vesp. 1431 : ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, et alibi. — 4 πῖαρ ἄπεστι νόσου Codex. Cum Bothio recepi correctionem Heynii, duas modo literas mutantis : « adipe illo quo renes obducuntur, quod vulgo est λίπος ἐπινεφρίδιον. » Scaligeri conjecturam, a Chardone probatam : πῖαρ ἄπιστον ὅσον, exhibet Boiss., sed hoc « pro rei, de qua agitur, natura nimium esse » recte judicabat Jacobs, qui in marg. nostri exempli : « Lennepius p. 232 ἀλεξίμορον. Lenius fort. ἀκεσσίπονον vel ἀκεσσίνοσον. » — 5 ὦ καλὸν Cod., recte Plan. Famosi Ligures ob malas artes, memoratas etiam Virgilio Æn. XI, 701, 715 seq. — 6 ῥητεροι λ. μήτιες ἀγαθῶν Cod., et in marg. : ἢ ἀγαθόν. « Ultimo disticho, quod unum noverat nec poterat intelligere, usus est Longopetr. ad Theocr. p. 364. » *B.*

DXVII. In Glaphyrum tibicinem. De quo v. interpretes Juvenalis VI, 77. — 2 σὺ δ' ηχει (sic) μελκομένα Cod., recte Plan., qui male γλαφύρα. Τὸν Φρύγα, Marsyam. — 3 οὐχ ἐν ἀθήνῃ Cod. — 4 * λωτοὺς Cod., in marg. : γρ. αὐλούς. — 5 ποικιλότερπε σάφ' ὕπνωσα (superposito altero σ) κεν Cod.; ποικιλότερπε· σάφ' ὑπνῶσαι κεν Plan.; egregie correxit Eldikius, qui hæc de sententia : « Ex Homeri loco, Il. Ξ, 267 seqq., patet Junonem Somno dedisse conjugem pulcherrimam Nympharum et trium Gratiarum unam, Pasitheam; quacum cubans, ipsius amoris summis deliciis delectatus Somnus somnum non videbat; nunc vero, quum suavissimos Glaphyri sonos exaudiret, his ita delinitus erat, ut in Pasitheæ sinu, in quo fere semper vigilare solebat, placide dormiret. Sic etiam Grotius. Quæ explicatio nonnihil etiam inde confirmatur, quod dulcis et tenuis tibiæ sonus magis valeat, ut est ap. Ovid. Metam. I, 708, ad homines sopiendos quam eos e somno excitandos, quod potius fit clangore tubarum. » Bothius vertebat : « *desomnis* foret ipse *Somnus* etc. » — 6. « Claverius ad Apollod. p. 26 de Gratiis agens, Pasitheam ex Il. l. c. notam, non neglexit. » *B.*

DXVIII. Iterum legitur in Codice post ep. 520, distichorum ordine permutato. In Macyni urbis expugnationem (ab aliis scriptoribus non memoratam), tam difficilem et periculosam, ut Philippo (Demetrii filio) jam nihil insuperabile videri possit. « Schol. Wech. : Μακύνιον καὶ Μάκυνον, ὄνομα κύριον, οὗ μέμνηται Στράβων. Hodie Strabo meminit tantum Μακυνίας πολεως Ætoliæ l. X, p. 239, 240, 253; sed olim p. 240 Μακύνιον fuit scriptum. Vide versionem gall. t IV, p. 33. Macyniæ sedem asserit Leakius Itin. per Græc. septentrion. t. I, p. 111. » *B.* — 1 τειχίζευ Cod. utroque loco; recte Plan., qui ῥέξε (pro πάντα) Φιλίππου. — 3 καὶ γὰρ χθὼν et σκάπτροισι Plan. — 4 δέδμανται Plan.

DXIX. Lemma : εἰς τὸν αὐτὸν, ὅτε ἠναγκάζετο πιεῖν κώνιον (κώνειον). Legitur iterum cap. XI, post epigr. 12, inscriptum Ἀλκαίου εἰς Φίλιππον, cum lemmate τοῦ αὐτοῦ, quod hoc loco abest. Alcæus loquitur in convivio et bibens Philippi regis (Demetrii filii) abominandam crudelitatem exsecratur. De qua Pausanias VII, 7, § 5 : Φίλιππος ὁ Δημητρίου.... τά τε ἄλλα Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου μιμούμενος..... προπίνειν δὲ παρὰ τὰ συμπόσια ἐπὶ δεξιότητι καὶ φιλίᾳ κύλικας οὐκ οἴνου, φαρμάκων δὲ ἐς ὄλεθρον ἀνθρώποις, ἃ δὴ ὁ μὲν τοῦ Ἀμύντου Φίλιππος οὐδ' ἐνόησεν ἐμοὶ δοκεῖν ἀρχὴν, Φιλίππῳ δὲ τῷ Δημητρίου τὰ φάρμακα τόλμημα ἦν ἐλαφρότατον. — 1 sic Plan. et Cod. altero loco; hic πίομαι Ἕλληνες, quod recte Jac. librariis tribuit. Dorvillius autem, qui hoc epigr. diligenter tractavit ad Charit. p. 621, duplicem a poeta recensionem hujus carminis editam fuisse putabat, primam ante Epicratis et Calliæ cædem, de qua XI, ep. 12, cum Ἕλληνες, πουλὺ πλέον, et sine disticho ultimo, quod hic non exhibet Codex. In fine πίε κ. Cod. — 2 ἀνδρομέων νηδὺν Græfius. Conf. Od. I, 373. — 3 sic Plan. et Cod. altero loco; hic ἔνκαρον, et in marg. ἔχεκρον. Conf. Thes. v. Ἔγκαρ. Structuram verbi ὄφελον jam aliquoties vidimus. — 5, 6 absunt hoc loco a Codice. Ac sine hac cauda acrius simul et venustius exit epigramma.

DXX. Ignotus hic Alcæus. « Alcæi sepulcro incisum fuisse putem. » *Hecker.* I, p. 14. Imo σκωπτικὸν est in ἐπιτυμβίου formam compositum, qualia vidimus aliquot

in cap. VII. Sequitur in Codice repetitum epigr. 518.

DXXI. Lemma : εἰς Σαπφῶ παρὰ τῶν Μουσῶν, κημωμένης (κοιμωμένης, scil. αὐτῆς). De quo somno nihil in ipso carmine, quare Boiss. hanc vocem delevit, sed grammaticus etiam *expergefactæ* poetriæ verba finxerat; v. in fine. Piccolos p. 58 proponebat : εἰς Σαπφῶ παρὰ τῶν Μουσῶν κατὰ θεὸν τιμωμένην vel θεουμένην. Nam Sapphonem ut decimam Musam Olympo receptam celebrari putat; alioqui prorsus ταὐτολογον esse carmen. Musas loqui negat Heckerus, cujus in hoc poemate immemorabiles sunt conjecturæ. — 1 γε δλιζον Cod., recte, non ὀλίζον, quod omnes ediderunt. Hiatum poeta admisisse videtur. — 3 σαμπτοί Cod. Deinde σοι (sic) γὰρ κρίσιν ἐνοῦμεν ἄφθ., a quibus quæ minimum distat et sententiam non ineptam præbet Dorvillii correctionem recepi, et veteris κόμματος est ἐνεύσαμεν, σὺν δ' ἔνευσε πατήρ. Sed ῥῆσις ambiguum de famane an de voce poetriæ capi debeat; priori rationi favet distichon sequens. Male Toupius χρυσὸν intulit. Melius Jacobsius : σοὶ γὰρ κισσὸν ἐνείμαμεν (hoc Reiskii), quod servavit Boiss.; sed κισσόν non satis esse hujus loci facile sentitur. Piccolos : σοὶ γὰρ κῦρσεν ἐν ἀμῖν ἄφθιτον εἶμεν, in quibus κῦρσεν velim aptis exemplis esset tuitus. — 5 μέλψαι δ' Cod.; correxit Reiskius, vere, ut vidit Heckerus. Editur μέλψῃ δ'. — 6 κλυτὰς φ. et ἠπεδανά Cod. Quo poetam usum videri pro ἐνδεής, *mancus*, probabiliter observat Jacobs. Brunckius : ἔσσεται ἠπανία. Heckerus conj. φάμα; ἔξεαι ἠπεδανά. — « Post epigramma absurdum sequitur in Codice additamentum, quod in editione conspici nolui, huc inserere satis habens : ἐγερθεῖσα (in apogr. ἐγέρθη) δὲ Σαπφὼ εἶπεν τάδε·

M..... μάθες ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

Jacobs. supplet μαῖα [imo μᾶτερ] ἐμά, θεῖός μοι... coll. Homero H. B, 55 et Od. Ξ, 495. Si quid quærendum in talibus ineptiis, fere malim, Μαῖα φίλη, θεῖός μοι..., ut omnia sint Homerica. » *B*.

DXXII. Lemma : εἰς Ὅμηρον. Homerus alloquitur carmina duo tanquam filias suas (v. supra ep. 192), et se immortalitatem eis debere significat. — 2. Ἴσην, æque illustrem. — 3 γέροντα αὔξοιτε ἀεὶ ν. Cod., corr. Reiskius. Male ἄξοιτ' Bothius, cujus opera in caput IX impensa hic substitit. — 4. « Metaphora nominis σειρὴν multis fuit illustrata ad Zachar. Mityl. p. 253. » *B*.

DXXIII. Lemma : εἰς τὴν Μοῦσαν. « Potius nominandus fuit heros ad quem canendum a Musa poscitur alter Homerus. *Dionysio* adscripsit Planudes distichon. » *B*. Erratum videtur ob sequens εἰς Διόνυσον carmen. — 2 τίκτέ μοι Cod.

DXXIV. « In hoc hymno ac proximo versus, exceptis primo et ultimo, ex literarum alphabetica serie dispositi sunt. Similia carmina alphabetaria edidi inter Anecd. t. I, p. 161 seqq.; t. IV. p. 436 Aliud simile Ignatii insertum est a Bandinio Catalogo Med. t. I, p. 316 et Fasciculo rerum Græcarum p. 127; quod ineditum esse putabat, sed fuerat editum in Hœscheliana Rulandi Synonymia græca p. 583; aliud receptum a Walzio in Arsenianam Appendicem p. 514; aliud indicatum a Gaisfordio in Catal. Clark. p. 22, XXXVIII; alius finem inveni in codice 993. Similiter lusit græcis versibus Ioninus Jesuita, si schedulæ cuidam meæ fidem habebo, quam, ob rem tantillam, ad ipsum Ionini volumen exigere supersedebo. Utilius fuerit, si quid est in frivolis *id* genus literis utile, finem inediti carminis e codice illo 993 promere :

Μνήμης δὲ αὐτοῦ μηδαμῶς λάθῃ ποτέ.
Νήφων προσεύχου τῷ θεῷ καθ' ἡμέραν.
Ξένους ξένιζε, μὴ ξένος γένῃ θεοῦ.
Ὁρμὰς χαλίνου τῶν παθῶν ψυχοφθόρους.
Πέδαις τὸ σῶμα ἀσφαλίζου σωφρόνως.
Ῥάβδῳ σεαυτοῦ τὴν συνείδησιν φέρε.
Σοφῷ σχόλαζε ἐν γραφαῖς ταῖς ἐνθέοις.
Τὰς τῶν πενήτων ψυχαγώγησον λύπας.
Ὑπὲρ σεαυτὸν τοὺς πέλας καλῶς θέλε.
Φίλους ἔχειν σπούδαζε ἢ [l. μὴ] πλοῦτον πολύν·
Χρυσοῦ γὰρ αὐτοὶ εὐκλεέστεροι λίαν.
Ψεῦδος μίσησον· τὴν δ' ἀλήθειαν φίλει.
Ὦ παῖ, φύλαξον τὰ προγραφέντα πάντα.

Versu 7 an σοφῶς? » *B*. Legitur in Eudociæ Violar. p. 123. « Hymnus hic sæpius a choris decantatus et haud dubie lapidi inscriptus in ipso templo repositus erat. Fragmenta enim ex lapide descripta leguntur in Inscrr. Bœckh. n. 38. » *Hecker*. I, p. 195. — 1. Hic versus in marg. scriptus cum lemmate et sine sigla, « ut argumento indicando positus esse videatur. » *Paulss*. Et εἰραφιότην est v. 10. « Φιλεύϊον. Hoc epithetum et omnia quæ hymnographus congessit interpretatus est Fr. Gailius in Catalogo Bacchi epithetorum. » *B*. — 6 ἐγερσίκ. Cod., altero ρ super γ posito. — 7. « Ζηλαῖος eum significare videtur, qui, quodcumque animo destinaverit, magno cum ardore exsequitur. » *Jac*. — 8 ἠπεροπ. Cod. — 9 θρήϊκα, θυρσ. Eudoc. In θιασώτην liquescere ι annotant Jac. et Hecker p. 60. — 10 * ἰραφ. Cod.; εἰραφ. Plan. — 12 λήναιον Cod. — 13. Μαινόλιος, qui alibi μαινόλης. Cod. in marg. : μεθυδοότην. — 14 νεβρόδεα Cod. Schol. Wech. : Παυσανίᾳ (I, c. 40, 5) Νυκτελίου Διονύσου τέμενός ἐστιν ἐν Μεγαρίδι ἐλθοῦσιν εἰς ἀκρόπολιν Καρίαν καλουμένην ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως. — 15 ξενοδότην Cod., ι superposito et in marg. ξενιδότην. — 16 ὀρέσκοον Lobeckius. — 18 ῥηκνώδεα ῥηνοχοσῆα Cod., superposito φ et in marg. ῥηνοφορῆα, probante Salmas. Quod ῥινοφορῆα esse disputat Hecker. p. 141 seq. Plan. ῥηνοχορῆα. Scaliger ῥινοτορῆα. Illud explicat schol. W. : τὸν ἐν μέσῳ τῶν ποιμένων (ποιμνίων?) χορεύοντα· τὰ γὰρ ῥῆνα (sic) σημαίνει τὰ πρόβατα. — 19 σεμελιγεν. Cod. — 20 τυρηνολ. Cod. — 21. Ὑπνοφόβην, qui somnum pellit, ob sacra nocturna. — 22 φωρομανῆ Cod. in marg. — 23 χαλήφρονα, χρυσομίτρην Cod. — 24 ψυχοπλάνην Eudocia. — Ψοφομήδεα, qui clamorem meditatur, clamosum; propter strepitum bacchantium. — 25 ὠρινομιστήν, ὠρεσσίτροφον, ὠρεσσίλοιπον Cod.; ὤριον, ὠμηστήν, ὀρεσίτροφον (edd. vett. ὠρ.), ὠρεσίλοιπον Plan. et Eud.; ὠρείτροφον, ὠρεσίδουπον Scaliger, qui etiam ὠσερίκοιτον et ὠρεσιφοίτην proposuerat. — 26. Hic ultimus versus ter repetitus in Codice, « aut mystico quodam usu, aut librario ludente. » *Jac*. Apud Salm. ἰραφ.

DXXV. Lemma : ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα κατὰ στοιχεῖον ἀπὸ τοῦ AB μέχρι τοῦ Ω. ἡρωϊκὸν τὸ μέτρον. — 1 ὑμνέομεν Cod., ο ead. m. haud distincte in ω mutato. Versus legitur ante initialem siglam versui 2 præfixam (quare eum abesse putabat Salm.). Citari eum a schol. Soph. Œd. T. 159 scribit Heckerus, ubi non vidi. — 2 ἀβροχ. Cod. — 7. Ζηνόφρονα, ut Jovis ὑποφήτην in oraculis. Deinde legebatur ζηνοδοτῆρα Alterum Brodæus et Boiss., coll. ep. 524, 7. — 8 ἡδύθροον Plan. — 11 καρπογενέθλην Cod. teste Salm. — 12 λυροθηγέα Cod.; alterum Plan. « Æque convenit λυροθελγέα. » *Lobeck*. Pathol. elem. p. 537. Quod melius esse videtur. — 13 μυστοπόλον Plan. — 14 νεβροχαρῆ Cod.; νηφαλέον τε Plan. — 17 πρηών Cod. sec. Paulss. — 18. Ῥηξικέλευθον de sole oriente interpretatur Brodæus. — 21 in fine ὑψοεντα Cod., superposito ω tertiæ literæ; ὑψώεντα Sal-

mas., ὑψήεντα Brunckius, quod posui, « nisi quis malit ὑψιμέδοντα. » Legebatur ὑετόεντα ex Plan., cujus codd. inter hoc et ὑετόωντα variant. — 23 χρημαγ. et χρυσόχροον Cod. — 25 ὠκύπορον Cod., alterum Plan. In fine ὠρεσικοίτην Scaliger, de νομίῳ Apolline. — 26 om. Plan.; ὑμνέομεν e Cod. Salm.

DXXVI. Lemma : εἰς τὴν τύχην 'Ρωμαίων. Simile est ep. 518, unde hoc manifesto expressum. — 4 δ' ὅμως Cod., sed in marg. : οὐρανίη δ' οἶμος, et sic Plan.

DXXVII. Lemma : ἐκ τοῦ (τῶν Jac.) 'Ηροδότου. Scil. V, c. 26. Oraculum Hipparcho per somnium datum. « Lemma in Codice 1630 : εἰς τοὺς ἀδίκως πλουτοῦντας. — 1 τετληκότι cod. 1630. [Et eodem modo Regius alius ap. Cramerum.] — 2 ἀδίκων κτίσιν idem cod. » B. Cod., Plan. et liber Cram. ἀδίκων τ., ap. Herod. ἀδικῶν. In fine ἀποτίση Cod.

DXXVIII. In lemmate repetito Παλλαδᾶ τοῦ μετεώρου, quo titulo ornatur etiam in lemm. ep. 481. Conf. XI, ep. 269. De statuis deorum dearumque ad Christianorum cultum translatis, et sic servatis. Ignota Jacobsio hæc *Marina*. — 3 φόλλην Cod., corr. Reisk.

DXXIX. — λέγος πολλοῖσιν ἐτύχθην Plan., quod valde placet. Λέκτρον Jacobs. non est ausus mutare ob correptionem in voce 'Ηλεκτρυῶνος ap. Hesiod. Scut. 3, Apoll. Rh. I, 748.

DXXX. Lemma Plan. : εἰς ἄρχοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύτης προαγωγῆς. — 2 ὅτι μέχρι σοῦ Cod ; ὅτι καὶ μέχρι σοῦ Plan., quod cum Brunckio recepit Boiss., præferendum Jacobsiano ὡς ὅτι μέχρις σοῦ.

DXXXI. Lemma : εἰς Ἰσαύρου διὰ τὸ τάχος. Lusus.

DXXXII. « Scriptum, ut videtur, in penuria cucurbitacearum plantarum. — 1 κολόκυντε Cod., sed in apogr. κολόκυνθε, quod posui. — 2 οὐ σικύων γένος Cod., sed punctis subnotatum; idem κολοκυντῶν, θ posito super τ. Apogr. κολοκυνθῶν, in lemmate etiam habens εἰς κολόκυνθόν duplici accentu, sed mox κολόκυνθος. » B.

DXXXIII. De bestiario qui in amphitheatro per sollertiam imminens a leone aliave bellua vitæ periculum effugerat. — 1 δ' ἐς Cod., corr. Reisk. — 2 ἀνεγρομένοιο δ' ὕπερθεν Cod., corr. Jacobs. — 4 οὐδὲ λάβεν (sc. ὁ θὴρ τὸν ἄνδρα) Jac. ut ex Codice; οὐδ' ἔλαβεν (sic) apogr. Par., quod posuit Boiss. Deinde Cod. δὲ μετίαχον, corr Reisk.

DXXXIV. — Plurimæ sunt in historiis veterum narrationes de simulacris deorum sudantibus, ardui belli aut rerum novarum aut exitii omine. Boiss. : « Itinerar. Alexandri c. 17 : *ter in Asiam auspicanti nuntiatur Orpheos musici statuam plurimum sudavisse, idque laboris fore ingentis indicium literatis laudes ejus cantantibus dictum.* » Quod alius generis et hinc alienum est prodigium.

DXXXV. « Lemma ad v. 1 : εἰς Διόνυσον. Ad v. 2 : εἰς ὁδοιπόρους. Hoc malum minus. Scriptum est epigr. in laudem urbis ignotæ. » B. In Codice scriptum ut duo epigrammata; in Plan. est unum. — 2 ξείνους et ναέτας Cod., cujus in marg. : ὡραῖον. « Dictum fere ut illud Niciæ ap. Thucyd. VII, 77 extr. : ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. Cui prævivit Sophocles Œd. T. 56, huic fortasse Themistocles, cujus verba servavit Justinus II, c. 12. » *Jac.*

DXXXVI. In Plan. *Nestori* inscribitur, errore ex sequenti epigr. orto. « Conf. ep. 362. » B.

DXXXVII. Lemma : εἰς ἡνιόχους. « Male. Est scriptum in obtrectatores. » B. — 1 θρυλλήσ Plan.; ἐπεπαύσατ' Cod. — 3 καὶ δέ τις Cod.; ἢν δέ τις Plan.; κἂν Brunck; ἐθέλησιν Cod. « Ad nostrum carmen respicit Gregor. Naz. Epist. XXXVI : ἱπποσύνην διδαχῶτα μὴ φθεῖν ἐθέλει ἢ ποίησις· μή τί γένηται; μὴ καὶ τῆς ἱπποσύνης διαμάρτῃς καὶ τῆς ᾠδῆς. Hinc etiam profecta videtur paromia hæc ap. Erasmum : *Equitandi peritus ne canas.* » *Jac.*

DXXXVIII. « Lemma Planudeum : στίχοι ἔχοντες τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα. Forsan describitur auriga molli ac delicata veste ornatus. Villoisonus qui Diatr. p. 8 hunc versum e codice Math. Chrysococephali post Lequienium recitat non meminerat pridem editum esse in Anthologia Planudea. Alium ibidem versum describit eodem artificio compositum ut quatuor et viginti literas alphabeti complectatur, ac iambico metro :

Ζευχθεὶς πτεροῖς ἔκλαγξε βομβῶδη ψόφον.

Utrumque versum reperi olim in cod. Veneto 83, p. 1; reperi et in cod. Paris. 3058, sub nomine Ἰω. τοῦ Τζέτζου. Latinos versus similes, etiam gallicum unum quæras, si tanti esse videbitur, in Tabouroti Miscellaneis, cui index « *Les bigarrures du seigneur Des Accords* », c. 20, p. 279. » B.

DXXXIX. Ad hunc quoque versum refertur lemma Plan. « Nihil est in hoc versu præter verba et voces. » B. — φθογγάζεται Cod., superposito ο.

DXL. Lemma : εἰς 'Ηράκλειτον τὸν 'Εφέσιον (sic). Legitur etiam ap. Diog. Laert. IX, 16 et Hesych. Miles. p. 21. — 1 εἴλυε Plan. — 2 τυ δ. ἀτραπητός Cod., sed η puncti: in ι verso. — 3. « De accentu vocis ὄρφνη conf. Lobeck. Paralip. p. 358, not. 71. Μύστης, interpres illis tanquam mysteriis philosophiæ initiatus. Socrates quum illum librum legisset, dixisse fertur : Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. » *Jac.*

DXLI. Lemma : εἰς ποτήριον. « Gallice convertit Boivin Memor. Acad. Inscriptt. t. II, p. 290. » B. Loquuntur pocula, in sphæræ dimidiatæ formam efficta, alterum borealis, australis alterum sphæræ stellas ostendentia. Pocula enim fuisse planiora et patula, pateris similia, in quorum *interiore parte* (ἐντοσθεν Theocr. I, 32) sidera sculpta erant, exponit Hermannus ap. Meinek. ad Theocr. p. 181. — 1 διογένης Cod., sed primæ syll. superposito θει. Probabiliter Brunckius intelligit Theogenem Apolloniatam mathematicum, de quo Sueton. Aug. c. 94. De Pisone v. ad VI, ep. 335. — 3 σφαίρη Cod., superposito σ. — 4 τὰ β. Cod.; τὰν Plan. — 5 μηκέτ' ἐς ἄρκτον Plan. male. Idem δοιὰ δ' ἐν ἀμφοῖν. — 6 ἀθρεῖς Jacobs. in nott. mss. Legebatur ἄθρει. Τὰ φαινόμενα respicit titulum Aratei carminis.

DXLII. Crinagoras hortatur Philonidem ut mimum scribat quattuor vel plurium adeo personarum, et scribat confidenter : nam ipsum et Bathyllum ei agendo pares esse ut qui maxime. Manifesto Philonides, aliunde ignotus, erat cantor idem et μιμογράφος aut μιμοποιός. Notum est Ba-

thyllum comica, ut tragica saltatione Pyladem, excelluisse. Apposite citatur Lucianus De saltat. c. 66, ubi barbarus quidam [illegible] [illegible]. — 1 [illegible] Porsonus Advers. p. 274. — 2 [illegible] Cod., corr. Reisk.: [illegible] Codex: [illegible] Porsonus, quod a [illegible] pendet; [illegible] Reiskius. Porson. malebat etiam [illegible]. — 3 [illegible] Cod., corr. Schneiderus: [illegible] Reisk. et Brunck., qui et [illegible] ... [illegible] versu seq. — 4 [illegible] Codex: [illegible] Reiskius: [illegible] Jacobs.; [illegible] Schneid. et Pors., improbabiliter.

DXLIII. Lemma: [illegible]. « Difficile, praesertim versu quinto, non tamen [illegible]. » *B.* « Agitur de Thessalorum in ferocissimis tauris capiendis artificio. Plinius H. N. VIII. 45: *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice, necare tauros.* Rem disertissime descripsit Heliodorus Æth. X. 29 et 30. Romæ ejusmodi certamina ad Thessalorum morem primum a Julio Cæsare, deinde a Claudio aliisque exhibita sunt: v. Dion. Cass. LXI. 9, ibique Reimar. Ex veteribus monumentis hunc ludum [illegible] dictum illustraverunt Bœttigerus in Calendario aulæ Goth. a. 1804, p. 52, et Millinus in *Magas. encyclop.* a. 1808, t. IV, p. 3[illegible] seqq. — 2. Junge [illegible] et [illegible] accipe ut [illegible]. Est oxymori species: *manibus inermibus armatis.* — 3 [illegible] Cod., quod Grotius vertit quasi legisset [illegible]. Verum existimo quod Schneiderus conjecit, et Reiskii [illegible] postulat proximum verbum in v. 4. Ex Heliodoro apparet intelligendos esse equos calcaribus excitatos ad ferocientem taurum tam prope adactos, ut utrque juxta currant non aliter ac jugo juncti, [illegible]. — 4. Apud eundem Heliodorum Theagenes [illegible] ... [illegible] ... [illegible]. Unde apparet [illegible] in versu seq. idem esse quod [illegible], et manus junctas *summisque* cornibus significare inhærentes, quo fit ut tauri cervix *facili negotio* unde [illegible] deprimatur. Suetonius Claud. c. 21, in horum [illegible] descriptione: *Thessali equites, qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt.* Apud Heliodorum autem cornua tauri [illegible]. Comparari meretur Theocritus, qui pedestre cum tauro certamen descriptum dedit XXV. 145 seqq. » *Jac.* — 6 [illegible] Cod., corr. Salmas.

DXLIV. Lemma: [illegible] In Galenen nympham a Tryphone scalptore præclare cælatam in beryllo. Alia Tryphonis gemma pulcherrima, Amoris et Psyches nuptias repræsentans, etiamnum exstat. [illegible] simulacrum commemorat etiam Pausanias II. 1, § 9. — 1 [illegible] Cod. « [illegible]. Vid. Chardon Roch. Miscell. t. II, p. 294. » *B.* — 2 Promissus capillis ficta nympha. — 3 [illegible] Cod. « *Labia* per mare *navigantia* aut *natantia* mihi nunquam non offensioni fuerunt. Quare jam olim proposui [illegible]. Galene undas ventis excitatas sedat, unde nomen habet, et ipsum mare tranquillum reddit [illegible]. » *Jac.* Probabilissimam emendationem in latinis certe reddidi. — 4 Vellem his explicationis aliquid adjecisset Jacobs. a t Boiss. An est metaphora petita a nutricibus, quæ uberibus [illegible] infantes, ut tranquilli maneant et obdormiscant? — 5 [illegible] Cod. et apogr. Par., nec [illegible] idem [illegible].

corr. Brunck. In his quoque sententiæ Addæi non sum certus.

DXLV. Poeta M. Claudio Marcello, Octaviæ Augusti sororis filio, Callimachi poema Hecalen dono mittit, pares Theseo vires et famam ut puer assequatur optans. — 1. « [illegible]. Schol. Wech.: [illegible] Aristoph. Thesm. 5[illegible] [illegible]. — [illegible] et [illegible] Cod.: [illegible] Plan. Illud ap. Homerum et antiquiores alios. Proverbialem locutionem [illegible] tractavi in Anecdot. t. I, p. 98, n. 2, t. II, p. 434, n. 2, ad Pachymeris Declam. II, p. 29. » *B.* — 3 [illegible] punctis deletum [illegible] Cod. Alterum hemistichium sumptum ex ipso Callimachi poemate, ubi hospitale Hecales tugurium relinquens Theseus hæc dicebat:

[illegible]
[illegible]

— 4 [illegible] Plan. De re v. Plutarch. c. 14. — 5 [illegible] Cod.: [illegible] Plan., et fort. Cod. a pr. m.: nam Salmas. « [illegible] correctum. » In marg. Cod. [illegible]. Antiquis in libris sæpe dubiæ literæ H et N.

DXLVI. Navigantium modesta oblectamenta describuntur. — 1 [illegible] Cod., corr. Salmas. « [illegible] intellige navis tabulatum vel [illegible] quod est in puppi. Ibi vulgus navigantium cubare solebat: v. Casaub. ad Theophr. Char. XXII, p. 216. Delicatiores sub tabulato cubilia habebant. — 2 [illegible] Cod., corr. Reiskius. Quis hic non meminerit loci Ciceronis Ep. ad Attic. II 7.: *cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles,*

[illegible]
[illegible]

— 3 [illegible] sunt saxa in subitaneum focum structa: unde per interstitia passim ignis luctatur et prorumpit, [illegible]. Reiskius intelligebat ignem ob corrasilem et ineptam materiam [illegible] urentem. » *Jac.* Huschkius [illegible]. — 5 [illegible] superposito [illegible] Paulss.; ap. Jac. [illegible] punctis subnotatum, [illegible] Cod. In marg. [illegible] et in infima pag. [illegible]. Sic et ap. pr. Par. Huschkius ex aliis apographis [illegible] Jacobs. [illegible] quod edebatur. Sed Meinekius p. 215 et O. Schneiderus particulam [illegible] hic locum non habere docuerunt: [illegible] prope scriptam in Codice, postere quæ præcedunt et sequuntur, viderat etiam Heckerus, qui eruebat [illegible]. Quod operosius Antiphilus meminisse videtur Homericorum Il. A. 776: [illegible]. Simplici uti poterat pro [illegible], ut in [illegible] Il. *E.* 31[illegible] [illegible]. Hiatum autem ante [illegible] nihil offensionis habere, jam Meinekius observavit, proponens [illegible] tribus syllabis efferendum. [illegible] O. Schneider. Cujus emendationem recepi, non ab omni parte securus. Deinde [illegible] edebatur cum Jacobs; sed [illegible] scribendum erat auctore Reiskio. — [illegible] sic [illegible] Cod., qui in marg. [illegible], sed apogr. Par. [illegible]. Alterum correxit Jacobsius. Boiss.: « [illegible] pro [illegible], ut nobis *la prière* [illegible] valde dubito. Scripsi [illegible], *tabula qua-*

ris vel rudior tabulato navis imposita. » Confertur hoc Persii V, 146 : *tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtro?* — 7 εἰ καὶ τύχῃ Cod., corr. Reiskius. « Δὸς λάβε est ludi genus, memoratum Stratoni XII, ep. 204, 1 : δὸς λάβε παίζει Σωσιάδας, qui ad nequitiam detorquet. — 8. Τὸν φιλοκοινον, qui non exquisitas voluptates, sed communia et vulgaria capto. » *Jac.*

DXLVII. Lemmati additum : μονόστιχον. « In apogr. Par. μονοστίχιον. Conf. ep. 491. Similes versus sunt supra ep. 538, 539, ubi vid. » *B.* Sensus obscurus.

DXLVIII. De puerulo apum stimulis confecto. Eandem historiam narrat Antiphilus supra ep. 302. — 1. Ἀποπλανίην, vide ep. 240, 1. — 2. Βουγενέες, apes, ex nota fabula: « Vid. not. ad XII, ep. 249. » *B.* — 3 ὁ δείλαιος et μελίσσαις Plan., sed Ascens. et Steph. μελίσσας. — 4 ἐχέων Cod. Quod ante pro depravato habebat αἱ δέ, Jacobsius recte tuetur in Del. p. 401, pro ὑμεῖς δέ dici exemplis ostendens; tamen in nostri exempli margine scripsit: « Fort. ἀλλ' ἔχ. » Boiss.: « Apogr. Par. αἶδ'. Scripsi αἶτ', relatum ad ὑμέας. » — 5 ἐναιμάξατε Cod. et tres libri Planud. ap. Brunck.; corr. Salmas.; ἐσιμάξατε edd. Plan. — 6. Γλυκερὴ χάρις. mel.

DXLIX. In Plan. bis legitur, primum *Antiphilo*, deinde *Antipatro* inscriptum, sed vett. edd. et cod. Mediceus etiam altero loco Ἀντιφίλου. De fonte, cujus aqua post mortem Agricolæ cujusdam exaruerat. — 2 ἀελίου Plan. — 3 ἀγρικόλαε τετεύχμεθα Cod., corr. Brunck.; Ἀγρικόλα τετύμμεθα vel τετρίμμεθα Plan.; δάκρυσ' ἐπ' Ἀγρικόλᾳ Salmas. Est genitivus qui dicitur passivus. — 4. « Nihil hac ἐννοίᾳ frigidius. » *Jac.*

DL. Adscriptum in Cod.: ὡραῖον. « Gallice reddidit Villoison. Mem. Acad. Inscriptt. t. XLVII, p. 301. » *B.* In Tenum, parvam insulam ex Cycladibus, nunc Delo florentiorem; sed ob incerta fata ei non esse superbiendum de hac conditione poeta significat. — 1 κείνην Cod. et Plan. usque ad Ascens., quæ κλείνειν, Stephanus κλεινήν. — 2 πτηνοὶ δῆλε Cod., sed in marg. πτ. τῆνε, ut Plan., quæ male Βορηϊάδα. Boreæ filios Zeten et Calaïn Hercules occidit Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ibique sepelivit, Apoll. Rhod. I, 1304, quem locum totum ponit schol. Wech. — 3. Ὀρτυγίῃ, vetus nomen Deli. — 3. Celeberrima primitiarum ex Hyperboreis in Delum delatio annua cum magna festivitate, Herodot. IV, 33, etc. — 5 ζωης Cod., superposito ει. — 6. Conf. ad ep. 408.

DLI. Poeta explicat quare ἐρωδιὸς sive ardea avis a Chalcedoniis *proditoris* nomine afficiatur et tanquam hostis pœnas det; ipse quoque hortatur cives ut lapidibus eum impetant. Urbem, cujus nomen depravatum in Codice, Καλχηδόνα esse consentiunt Heckerus, Meinekius p. 216 et Ungerus *Beitr.* p. 22. Quod ut ex ἀντιπέρηθεν v. 5 suspicari licebat, ita certum redditur versibus Demosthenis Bithyni ex libro IV Βιθυνιακῶν servatis a Stephano Byz. v. Ἡραία, quos Heck. indicavit : Alluit Heræam, Chalcedonis promontorium,

κόλπος ἁλός· χαίης κεν ἰδὼν βαθυδινέα πάντα
ἔμμεναι, εἰαμενὴ δὲ καὶ οὐ βάθος ἐστὶ θαλάσσης.

Inter Byzantinos autem et Chalcedonios, quamquam numi concordiam celebrant harum urbium, bella nonnunquam intercessisse, ostendit Polyæn. VI, 25, a Meinek. cit. Denique Ungerus numum commemorat delineatum in Polluce Hemsterhusiano post p. 1026, in quo canis alla trare videtur « seu struthionem seu ciconiam », ait Hemsterh. p. 1053 : quem ipsum esse ἐρωδιὸν nostrum statuit vir doctissimus. — 1 Κολχάδων Cod.; Καλχαδὼν posui, quod multis numis inscriptum, quia propria propriorum nominum dialectus non raro servatur; ut Καλχηδὼν non videatur esse necessarium. Boiss. conjiciebat Κόλχων τὸν δύστ. Legebatur ἔχθρα κολ., quod correxit Reiskius. — 2 τεῦ δὲ χάριν προδότης Jacobsius, ob juncturam, probantibus Meinekio et Hermanno; articulum tamen recte tuentur O. Schneider. et Unger. collatis illis ap. Xenoph. Anab. VI, 6, § 7 : ἔβαλλον τὸν Δέξιππον, ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην (ubi v. Krüger.), neque οὔρνις necessarium esse observant. Pro ἀεί « languidissimo » Hermannus scribit ἐκεῖ. Conf. ad sequentem versum dicenda. — 3 Φοῖβος ἐρῶ Meinekius : *veridicus vates dicam.* At vere Hermannus, nihil quicquam hic fuisse *vaticinandum*, sed narrandum. Ipse confidenter Φοινὸς ἐρεῖ, i. e. *Pœnus*, Φοίνιξ dicendus, « nisi Φοῖβος viri nomen est », et initio Καρχηδών, de Carthagine inaniter disputans. Schneidewinus : τοῦτο; ἐρεῖ. Deinde Codex : τ' ἐναγειτονοτ' εἰς, corr. Ruhnkenius. Hinc quæ sequuntur bene procedunt, sed prægressis non apte juncta, adeo ut lacunam post ἐρεῖ statuerit Reiskius. Mihi versus 2 interrogative efferendus videtur, quod prope postulat τοῦ χάριν sine particula positum. Tertio versu respondetur : φοινὸς ἐκεῖ τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἅλα etc., sive aliud malis pro Φοῖβος, sed Hermanni ἐκεῖ huic loco eximie aptum est. Φοινὸς intelligo de colore sanguineo, quo est apud Buffonem *le héron pourpré du Danube* (in quibus regionibus res agitur), cujus hanc lego descriptionem : *Le cou, l'estomac, et une partie du dos sont d'un beau roux pourpré; de longues plumes affilées de cette même belle couleur partent des côtés du dos et s'étendent jusqu'au bout des ailes et en retombant sur la queue.* — 4 ψαμμείτην Cod. Verbum Jacobsius olim derivavit « ab ἔθημος, unde ἐθημοσύνη », *pro more colligebat*, quod probare videtur L. Dindorf. in Thes. In Pal. depravatum judicat et conj. ἐθοινολόγει. Bernardus ἐθυννολόγει, Lobeckius ad Ajac. p. 161 ἐθινολόγει, *in littore colligebat;* Meinekius ἐχημολόγει, probatus Ungero : Hermannus ψαμμίτης δόρπον ἐρημολόγει. — 6 πεζοβατεῖ aut πεζοβατεῖ Cod., corr. Reisk. Dictum ut πεζεύω τὴν θάλασσαν. — 8 κόλχους καὶ βρύων Cod. a pr. m., radendo in βρίον versum; βριον apogr. Par., correcta in apogr. Vossiano. « Sed forma κόλχος quoque in usu fuisse videtur Schæfero ad schol. Apollon. p. 249. » *Jac.* Ælian. N. A. X, 5 : οἱ κοχλίαι ἴσασιν εἶναί σφιν πολεμίους ... τοὺς ἐρωδιούς, καὶ αὐτοὺς ἀποδιδράσκουσιν. De sententia distichi vehementer dubitatur. Quæ scripta sunt intelligi non possunt nisi post ἐκ δηίων statuas ironice παρὰ προσδοκίαν adjici κόχλους καὶ βρύον. Pro mercede hostes proditorem sinebant conchis et alga frui. Βαρὺν in βραχὺν mutans Hermannus sine ironia dictum ita accipit : *Lapidibus petite avem, quia nimis tenuem mercedem tulit ab hostibus*, qui tranquillam piscationem concesserant avi aquæ modum et vada ipsis utiliter indicanti. Meinekius : « Nullo pacto intelligitur quo jure ardea algam et conchas, quibus colligendis illa hostibus viam expugnandæ urbis monstraverat, gravis mercedis loco ab hostibus accepisse dici possit. Ex mea sententia poeta hoc dicere debuit : abigite infelicem avem, quæ conchis colligendis perniciem nobis attulit. » Proponit autem μόχθον pro μισθόν, et ἐχθρῶν (*excidens*) κόχλους, correctionem non perficiens. Ungerus : ἐπεὶ βαρὺν εὕρατο μισθὸν Ἐχδηλῶν κόχλους etc., de βάλλειν sine λίθοις posito afferens Themist. Or. XX, p. 293 et Boiss. ad Philostr. p. 510, 436 et ad Anecd. t. V, p. 179.

Denique Schneidewin.: ἐπεὶ βυθὸν εἰργάσατ' ἰσθμὸν ἐκζητῶν κόχλου; etc., efficacius verbum desiderans pro εἰργάσατο. — Videsis Add. p. 643.

DLII. « Loquitur gladius Alexandri Pisoni traditus. » *B.* — 2. Διώασκόμενος ἀπὸ τῆς Ἀλ. χειρὸς exponit Jac. — 3 φωνέω Brunck.

DLIII. In Cod. sine auctoris nomine nec alio lemmate. In marg.: ὡραῖον. *Antipatro Thessal.* tribuit Brunck., « recte, ut videtur; nam ejusdem auctoris epigrammatis se excipientibus, in Codice interdum nomen ejus nonnisi semel adscribitur. » *Jac.* Boiss. tamen ἄδηλον inscripsit, cum hac nota : « Multa sunt quibus id epigr. illustretur in Gosselini Dissert. de sinu Ambracio in Memor. Acad. Inscriptt. t. XXXII, p. 519; Leakii Itin. per Græc. septentr. t. I, p. 185. » Retinui ἄλλο. « In urbem Nicopolin, ab Augusto in memoriam victoriæ Actiacæ conditam. Sueton. Aug. c. 18. Plinius H. N. IV, 1, de Epiro : *in ore ipso colonia Augusti Actium cum Apollinis templo nobili et civitate libera Nicopolitana.* De Ambracia aliisque hujus oræ urbibus agens Strabo VII, p. 325 : Μακεδόνες, ait, καὶ Ῥωμαῖοι καὶ ταύτας καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν τοῖς συνεχέσι πολέμοις... ὥστε τὸ τελευταῖον ὁ Σεβαστὸς, ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ· ἐκάλεσε δὲ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχησεν Ἀντώνιον ... Ἡ μὲν οὖν Νικόπολις εὐανδρεῖ καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν. Quibus verbis totum epigr. egregie illustratur. — 1. Ἐρίβωλος vocatur Ambracia ob pristinas divitias : quare poetæ magnam inter deos de hac urbe contentionem fuisse finxerunt, ut ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις narrat Antonin. Lib. c. 4. — 6. Δέχνυται, tanquam ἀνάθημα. Apollinis enim ibi templum in promontorio et ludi Actiaci in ejusdem dei, cui Augustus victoriam ibi de hostibus reportatam tribuebat, honorem instituti. Quæ omnia Propertius his significat : *Actius hinc traxit Phœbus monumenta* (IV, el. 6, 67). » *Jac.*

DLIV. « Ἀντιπάτρου inscriptum in apogr. Par. » *B.* In fellatricem mulierem Heracleam, ἥβην, ut Hercules, amantem. — 1 καλῶς Cod., corr. Jacobs. « Quam correctionem firmat nomen ἠϊθέων v. 6. » *B.* — 2. Κεῖνο de parte obscœna, ut ap. Aristoph. τὸ δεῖνα. — 3 bis legitur in Cod., primum omisso αἶσχος et cancellatus. — 5 ησοι Cod. sine acc.

DLV. In insulam Corcyræ propinquam, parvam quidem illam, sed fertilem. « Quæ quum *ridendum* habere nomen dicatur, Σύβοτα intelligenda vidit Reisleus. Cui quod objicit Jacobs., *tres* νησῖδας eo nomine comprehendi, refellitur locis Thucyd. I, 54, Cic. Ad Att. V, 9, ubi una harum insularum κατ' ἐξοχὴν audit Σύβοτα. » *Geist.* p. 35. — 1 τὴν εἰ καί με π. ἔχουσιν Codex ; τήνδ' Emperius ; ἐροῦσιν Reiskius, necessaria emendatione, ut consensu judicarunt Meinek. p. 203 et Geistius ; aliud agens Hermannus « solitam esse periphrasin pro περιέγραψαν » scripsit. Præterea Reiskius εἰ χοἰ με, quod percommodum, ac receperunt Brunck., Jacobs. et Hermann.; sed alterum quoque posse dici apparet. — 2 σταδίους Cod. superposito ι (σταδίοις). — 3 ἐπ' αὔλακα Cod., corr. Jac.; πῖαρ ἀρότρου Cod., corr. Toupius. Homerica locutio. — 5 ὑπ' ἴχθυσι Cod., corr. Toup. Hesychius : Μαῖρα· κύων τὸ ἄστρον, ἢ ἀκμαιότατον καῦμα. « De μαίρῃ vide Heyn. Obss. ad Apollodor. p. 331. » *B.* Ob hiatum Jac. ἠδ', Meinek. καί ῥ' ὑπὸ μ., « ut ap. Homerum ». Quem hoc καί ῥα uti *verbis* sequentibus animadvertit Hermannus, et scribit κἂν ὑπὸ μ., quod haud dubie verum, si tolerari non potest hiatus. — 8. « Hæc est scriptura Codicis, forsan sincera ; forsan enim dictum fuit ἐωρίσθην ut ἑώρων, ut ξυνέηκα, ut alia. Sed quod nomen risui movendo aptum vicina Corcyræ insula habuerit nondum est in comperto. » *Boiss.* Depravata esse nemo negavit. Meinekius verum habet Reiskianum : γελᾶσθαι τῷ ἔπι ὠρίσθην, i. e. ἐφ' ᾧ γελᾶσθαι ὠρίσθην, *nomen accepi, unde mihi fatale erat rideri* ; « ὡρίσθην idem quod ἔμελλον. » Cui longe longeque præferendum videtur quod Jacobs. dedit in Add. p. LXXII : ἀλλὰ γελαστὸν, Τῷ μετεωρίσθην, τοῦτ' ἔθ. ὄν., *ab illa ipsa re, qua me jactabam, ridiculum accepi nomen.*

DLVI. In marg. Cod.: ὡραῖον. Pan Nereidas nymphas percontatur, quæ Daphnidem in aquis suis exceperant, quid de forma ejus judicent. Simile epigramma Glauci supra n. 341. — 1 * νηρηΐδες Cod., et in marg. διvηΐδες, quod ex præcedenti syllaba διαι ortum putat Jac., in πιδακίτιδες commutat Brunck. — 2 κόμην Cod.; in marg.: κόνιν. « Ἐπαχνιδία κόνις est pulvis, ceu ἄχνη, corpori inspersus et inhærens. Cogitandum de lanugine pomorum, ut mali cydonii ; conf. VI, ep. 102, 3. — 4 ἠρέμα et μάλα παρηΐδα Cod., superposito ι, ut esset—ΐδια. Brunckius μᾶλα παρηϊάδων, sed hæremus in μᾶλα de *genis*, quæ significatio certam auctoritatem non habet. » *Jac.* Boiss.: « Non erat mutanda lectio Codicis. Est adjectivum παρηΐδιος. » Eadem sententia Heckeri p. 378, conferentis Lobeck. ad Phryn. p. 556, et addentis : » Si tamen est substantivum, facilior est correctio μᾶλα παρηΐδίων. » — 5 οὐχάρα Cod. Jacobs. in nott. mss.: « Fort. οὐ κατὰ κν. » Præstare opinor si hæc non interrogative accipiantur. — 6 ἐγνώθην apogr. Par., sed alterum in Cod., et κραδίην, corr. Brunck. Γυιόω i. q. πηρόω, hic de *deformibus* in Pane cruribus dictum.

DLVII. « Gallice vertit Burett. Memor. Acad. Inscriptt. t. III, p. 317. » *B.* Ariæ Tarsensis stadiodromi pernicitas celebratur. — 1 Ἀρίας cod. Reg. 1773. « Κατελέγχει. Schol. W.: ὀνειδίζει, ἀντὶ τοῦ καταισχύνει· οὕτω καὶ Πίνδαρος εἰς Ἀριστομένην ἐχρήσατο (Pyth. VIII, 50). — 2 τὸν κτ. Cod.; σόν Plan. Schol. W.: ἀντὶ τοῦ οἰκιστήν ... » *Boiss.*, sequentia quoque satis nota aut aliena exscribens omnia. Conf. Vales. ad Ammian. Marc. XIV, p. 39. — 4. Νῶτον ἔδειξε, quod est ejus qui cursu aliquem prævertit. — 5 ὑσπλήγγων Plan. « Similiter Plutus deus ap. Lucian. Tim. c. 20, celeritatem suam in aufugiendo describens : ἅμα γοῦν, ait, ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. » *Jac.* Addit Boiss.: « Hyperbolæ ejus distichi simillimam memini legere in Neckeræ Notitia de Staela p. 29 : *une sagacité singulière la portait au but, sans qu'on la vît jamais sur la route.* »

DLVIII. De hirco qui, lupo appropinquante noctu, gregem ab hoste imminente servavit. — 1 πάννυχοσ Cod., superposito ν. Pleonasmi hujusmodi, qualis ὅλαν πάννυχον, non admodum rara in poetis exempla collegit Passov. ad Theognin v. 441, p. 94 Bekk., aucta a Jacobsio Add. p. LXXII. — 2. Φριμάσσεσθαι de hircorum balatu etiam Theocr. V, 141. — 3 χιμαρόσφακτος Cod., corr. Brunck. — 4 τηλόθι Cod., superposito ε, ac nescio an non præferendum sit τηλόθε. Parentheseos signa allevit Boiss. — 5. Ἀνεγρόμενες, poetica vox pro vulgari ἀνεγρόμενοι. — 6 τραγίνου Cod.; τραγίνους Heckerus p. 109, nam in his adj. non rara communis hæc declinatio. Vulgo τραγίνου auctore Brunckio.

DLIX. Lemma : διὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπ' Ἰταλίας. Ex Græcia in Italiam renavigaturus, Menippum amicum rogat ut sibi itineris data descriptione dux fiat. Scripserat autem Menippus τῆς ἐντὸς θαλάσσης (Maris interioris) περίπλουν tribus libris comprehensum, situs locorum et historias enarrantem. Quem librum Crinagoras ἵστορα κύκλον vocat v. 5. — 3 δηγέω Cod. — 4. *Scheria*, antiquum nomen Corcyræ. — 5 λάβεν Cod. « Apogr. Par. λάβες. De locutione συλλαμβάνομαί τινι egi ad Philostr. Her. p. 385. Tmesi utitur Plato in loco nobili : ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου. Exempla tmeseos præpositionis σὺν collegit Blomf. Gloss. Agam. 569. » *B.*

DLX. « Edidit et vertit gallice Chardo Roch. Miscell. l. II, p. 313, sed facta mala correctione. » *B.* Poeta, nova sibi domo constructa, terræ motum deprecatur. — 1 ἐνοσίχθονος Cod., corr. Jacobs., qui annotat : « Veteres philosophos terræ motus modo a ventis terræ visceribus inclusis, modo ab undis derivasse satis constat; v. Plutarch. Plac. philos. III, 15; Seneca Quæst. nat. II, 1, etc. » — 2 ἔρρει Cod., corr. Chardo. Deinde Cod. primum τιναssομένων, eadem ut videtur manu mutatum in τιναssόμενον. — 3 οἰκεῖα Cod., superposito ι. In fine Jac. malit οὔ τι. — 4 εἶδ' Cod., corr. Chardo.

DLXI. Lemma : εἰς ἄμπελον· σκωπτικόν. In vitem invehitur, acerbarum parentem uvarum, et ut exstirpetur optat.— 2 ἢ βορέου Σκ. Plan.— 3 ἢ Passovius Scriptt. misc. p. 206 et Jac. in nott. mss. Sed ἢ rectius est, ni fallor : nam τίς σε πάγος Σκυθίης idem valet atque ἤ σέ τις πάγος Σκυθίης, illo modo vividius elatum. Deinde Cod. νιφόβλητος (sic, et ε notato super ο) et κρυμώδεας superposito ε. — 4. Ob σιδηροτόκου intelligendam esse Iberiam inter Pontum Euxinum et Caspium mare sitam annotat Jac., ferri feracem, ut vicinam regionem Chalybum. — 5 ὀμφακοραγας (sine acc., et ρω superposito) ἐγείνατο Cod. Vulgo ὀμφακορᾶγας, quod Jac. nott. mss. mutat collato Lobeck. Paralipom. p. 282. In fine Cod. τοὺς ἐπὶ πάντους (ἐπιπάντους Salm.), correctum inter lin. et in margine. Intelliguntur non anni tempore, sed natura sua immaturæ uvæ, maturis aliis non unquam similes. — 7. Lycurgus, Dryantis filius, rex Thraciæ, de quo Hom. Il. Z, 130 seqq. — 8 θερίσεις (ap Salm. θερίσας) Cod., superposito ηι.

DLXII. Lemma : εἰς τὸν Καίσαρος ψιττακόν. In Plan. *Philippo* male tribuitur. — 1. « Κύρτος, vulgo de nassa, hic de cavea viminibus contexta. — 3. Martialis XIV, 73 :

Psittacus a vobis aliorum nomina discam;
Hoc didici per me dicere : *Cæsar ave.*

Alia veterum loca congessit Burmann. ad Anthol. Lat. t. II, p. 428. — 5. Id est προσέδραμε. [Quod aptum haberi non posse recte observat Geistius p. 38, nisi de τρέχω ἀγῶνα cogitetur, sive legendum esse ἔκραγε, quorum neutrum probabile.] — 6 καίσαρι Cod. in margine sive ut varians lectio sive ut glossa. Δαίμονι sic nude positum pro Cæsare mihi valde videtur insolens. Primus Caligula *heros deusque* salutatus est; deinde Domitianus instituit ut nec in sermone nec scripto aliter quam *dominus ac deus noster* appellaretur, Sueton. c. 13. Malim etiam nunc : δέσποτα χαῖρ' ἐνέπ. » *Jac.* Boiss. : « Persius prol. : *Quis expedivit psittaco suum* χαῖρε? » — 7 οὔρεσιν· αἶσαι (αἴσαι apogr. Par.) δὲ κ. Cod.; ἐς δέ σε K. Plan.; εἰς δὲ σὲ Jac., nisi malis εἰς σὲ δὲ, explicans *in tuam gratiam, tua causa.* Emperius οὔρεσι· καὶ δὲ σὲ, quod recepi. Salmasius ἀλλὰ σὲ, K. Boiss. : « Scripsi οὔρεσι· ναὶ δὲ σὲ, quod Codicis ipsam scripturam exhibet. » Sed prorsus sine exemplo est. Geistius ᾆσαι tenendum esse putat et admissa transpositione ex literarum (κ)αισα et ᾆισα similitudine orta, proponit οὔρεσι· Καίσαρα δ' ᾆσαι.... ἅπας ὄρνις ἀνακρέκεται, « expressum (ut opinatur) ad imitationem homerici ἐνεβάλλετ' ἀείδειν. » — 8 ἀκέλευτος Cod.

DLXIII. Lemma : εἰς Δημόκριτον φυτοκόμον. In Planudea est *Philippi*. Loquitur ficus arbor. — 1. « Φιλοπωριστὴς dubito utrum de hortulano accipiendum sit an de homine delicato pomorum amante. Hoc potius. — 2. Κοῦφον, non molestum ferenti, pauca verba. — 3 λευκοπρωος [an λευκόπρωρος? *Boiss.*] et ἐφώδιο; Cod. Intelligenda videtur λευκερινεὸς arbor, fici species ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα, Athen. III, p. 76, C. — 4. Arboreos fœtus appellat panes sive offas *ignis expertes*, cibum sine arte ignisque ope paratum. [De genere vocis conf. VI, ep. 176, 4; Heck. p. 148.] — 5 ἔχυρῆν Plan. Versus in infima pagina iterum scriptus, quia in serie ineleganter exaratus. — 6 ἀκρήτου Cod. et Plan.; ἀχράντου Salmasius, quod et Grotius expressit : *intactæ*, ἧς μήποτε χεὶρ ἥψατο, ut grammatici ex falsa etymologia (quasi ἀχεράντου), sed vim vocis bene illustrantes. » *Jac.* Quod etiam Meinek. edidit p. 35. Boiss. : « Servavi ἀκρήτου, *puri, non furum manibus contacti*, etsi sic posse ἄκρητος adhiberi dubitem valde. » Plan. ἀχρέμονος.

DLXIV. Lemma : εἰς τὸ ἔαρ. Apem ad opus strenue agendum hortatur. — 1 ἡμεροθαλὲς Plan.; ἡμεροθαλλὲς S (cod. Par. suppl. 352). Conf. ep. 374, 3. « Αἰόλον de vere vario et floribus picto interpretantur, i. q. ποικίλον. Fortasse recte, quamquam multo aptius mihi videtur αἰόλα... μέλισσα, aptissimum *agilis* apis epitheton. Jam Brunck. αἰόλε, quod hiatus damnat. » *Meinek.* p. 139. — 2 ξουθὴ S; ἐσφορέουσ Cod., et in marg. φωραιοίσ' (sic Paulss.), quod haud dubie est (ἐ)φ' ὡραίοις, ut legitur etiam in S. Salmas. sic : « V. C. ἐφ' ὀρέουσ', ad oram recenti manu ἐφ' ὡραίοις. » — 3 ἀδύπν. malit Jac.; τιθεύσω Cod., quod correxit O. Schneiderus; τίθεσο S; τίθεσσο Plan.; quod edebatur.

DLXV. Theætetus nova via ad scenicæ poeseos præmia tendebat, cum totius Græciæ plausu, ait Callimachus, etsi judices ludorum alios forte sint prælaturi. « Hic Theætetus fortasse non diversus fuit ab eo quem Photio teste Lex. p. 615, 9, fuerunt qui nobilissimi in Cratinum epigrammatis auctorem perhiberent; v. Athen. II, p. 39, C. » *Meinek.* — 1 ἐπικισσοῦ Cod., alterum Plan. Καθαρὴν ὁδὸν esse *nullius ante tritam pede*, *intactam*, copiose docuit Jacobs., qui argumentum quoque carminis primus in clara luce posuit t. VII, p. 292—4. — 4 σοφίην Meinek.

DLXVI. Argutum epigramma. Quibus prospere res cedunt, hi uno verbo dicunt : *vici;* sed ambagibus utuntur qui non successisse sibi fatentur. Itaque a deo multa verba injustis, sibi precatur βραχυσυλλαβίαν, i. e. victoriam. Bacchus quod invocatur, videri potest hoc quoque epigr. ad rem Theæteti pertinuisse. — 2 νικέω Meinek. — 3 ὡς δὲ planudeæ ante Steph. — 4. ἔβαλες, a talorum jactu ducta metaphora. Schol. W. : ὁμηρικὸν τοῦτο πάνυ· ἐκεῖνος γάρ φησι (Il. Θ, 282)· Βάλλ' οὕτως. — 6 δὲ ὦναξ Cod.

DLXVII. In Antiodemidem, mimam egregiam, delicatissimæ mollitiæ mulierem, Græcia relicta in Italiam abeuntem. « De hac mima disputatur in *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* t. III, p. 245. » *Jac.* — 1 ἀντιόδημις

Cod. ap. Jac.. sed Salm. : « Ἀντιόδημο; in membranis, perperam. » — 2 κροκίδων Plan. — 3 λουσουσα (sic) Cod. Conf. Theocr. V, 51; XV, 125. Virgil. : *somno mollior herba*. — 4 ἀλκυὼν Cod. et Plan. « Recepi Bothii conjecturam ἀλκυονίς, ob metrum. Antipatri loco secure usi sunt editores renovati Thesauri Stephaniani, qui tamen monuerunt esse penultimam brevem nominis ἀλκυών. » *B.* Ἀλκυονὶς etiam Jac. in nostro exemplo, qui de re : « Ἀλκυὼν vocari videtur ob mollem, suavem et jucundam vocem quæ huic avi a poetis tribuitur. Quare Λύσιδος ἀλκυὼν idem esse quod λυσιῳδὸς vix dubitaverim. Dicti sunt λυσιῳδοὶ a Lyside, obscœnorum carminum auctore, qui primus in lyricam poesin τὸ κιναιδολογεῖν invexisse perhibetur. (V. Thes. v. Λυσιῳδός.) — 5 ὑδατινοῦς Cod. Quod frequentius effertur voce ὑγρός. — 6. Ovid. Metam. XIII, 796 : *mollior et cygni plumis et lacte coacto*. Conf. Martial. VIII, 64. » *Jac.* Boiss. de hoc disticho : « Ὀστοῦν οὐ λάχεν. Memini Geoffroi, qui de theatris et actoribus per plures annos in diario publico retulit, de Gosselina egregia saltatrice ac mima dicentis « *qu'elle était désossée* ». Aristænetus I, 1, p. 6 : οὕτω.... τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν· τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦ γε ὁμοίως δι' ἁπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκὶ καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἀγκάλαις ὑπείκει. Quæ sunt nimia ac ridicula. » — 8 μαλθακινῇ Cod. sec. Salm.

DLXVIII. De Aristagora, Ægyptio agricola, quem Nilus exundans casa et opibus omnibus privaverat. — 2. Εἰκαίη, temeraria et vaga via, non certa ut in alveo. — 5 ἐπαύλιον Plan. — 7 πᾶν ἐγένεσθε Cod. et planudeæ ante Steph., qui πάντ', quod edebatur. « Revocavi πᾶν mutatum a doctis criticis in πάντ'. Sed πᾶν non est ineptum. » *B.* In fine Cod. γεωγος (sic). Fœcundissima aqua Nili nil jucundius agricolis Ægyptiis.

DLXIX. Empedoclis versuum, quos retulit et Plan., priores duo ex prooemio carminis Περὶ φύσεως petiti, sequentes ex Καθαρμοῖς. — 1, 2 afferunt Diog. L. VIII, 77, et plurimi alii, quos indicat Mullach. ad Emp. v. 11, p. 17 seq. Agitur de anima in mundo una, sed diversissimas formas speciesque induente. « Schol. W. : τὸν γὰρ Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ τὴν ὁδὸν Πυθαγόρου. Vide Barth. ad Æneam Gaz. n. 99. » *B.* — 2 ἰχθὺς Cod. « constanter. » In voce ἔμπυρος (quam agnoscunt Diog. et Athen. VIII, p. 365, E) maxima et scripturæ et sententiarum varietas; v. Mullach. p. 18. Menagius explicabat hoc allato Aristotelis testimonio De respir. c. 14 : Ἐμπεδοκλῆς.... φάσκων τὰ θερμότητα καὶ πῦρ ἔχοντα πλεῖστον τῶν ζῴων ἔνυδρα εἶναι. — 3 et seqq. Lemma Plan. : εἰς τὸν αὐτόν. Diog. VIII, 62 affert ut initium carminis Καθαρμοί inscripti, de quo v. Mullach. p. XXV, et ad v. 397 seqq., p. 93, ubi ceteros qui afferunt memorat. A flumine Acragante urbs nomen duxit. Junge καταναίετε. — 4 ἀνακεαπολῆος Cod.; ἀν' ἄκρα πόλιος Plan.; πόλευς Stephanus, recte. — 5 ὑμῖν Cod. — 7 περίστρεπτος Cod., lapsu. Schol. W. : γράφεται καὶ θαλείαις (sic ed. princ. Flor.) καὶ θαλῆαις. Ap. Diog. vulgo θαλείης. Sequuntur in Plan. alii versus quinque hujus fragmenti. Vide infra p. 250.

DLXX. « Critice tractavit hoc epigr. et gallice vertit Chardo Roch. Miscell. t. I, p. 210-220. Equidem in carmine obscuro sequi malui Jacobsii recensionem. » *B.* Tractavit etiam Huschkius Anal. crit. p. 145-153. Ardua quæstio est, apimne alloquatur poeta, an Xanthonem psaltriam. Hoc si statuas, eximium habebis poemation; sed ut primi versus epitheta apta sunt puellæ Ξανθοῖ, ita fateor me vehementer hærere in Πόθων epitheto ὀπτε[illegible]γων, quod api summopere favet. At huic si te addicas, tenebris te involvi senties usque augescentibus, quod Bastio accidisse videtur Epist. crit. p. 76, qui utrumque legerat, Chardonem et Huschkium. Jacobsius quoque in psaltriæ partes concessit. Quam poeta jubet dulci se carmine mulcere : nam fatale esse ut serius ocius solus cubet in saxeo cubili et in æternum, *Audin'* (addit), *fœnerator avare? μονόκλινον saxum habitabis in æternum!* Quam horatianorum carminum philosophiam familiarem fuisse Philodemo jam aliquoties vidimus. — 1 ξανθοκηροπλαστε Cod., correxit Huschkius, adspirante voce Ξανθάριον v. 6. Sic enim Philodemus Δημώ et Δημάριον in eodem carmine XII, ep. 173; Meleager Τιμὼ et Τιμάριον, et alia quæ collegit Boissonadius ad V, ep. 198, p. 142. Male Chardo ξάνθ' ὦ κηρόπλαστα, quasi hoc pro κηροπλάστι esse posset. Μυρόῤῥοε malebant plures, quod versus 3 perprobabile reddit. — 3 ψιλον μοι Cod. sine acc.; ψιλὸν apogr. Par., in quo sicut in Codice η annotatum in margine, unde Jac. ψῆλον. G. Dindorf. in Thes. μύρον jungit cum δροσιναῖς (sine acc. in Cod.), *manibus unguentum rorantibus sive stillantibus*; quod multo malis quam cum Jacobsio μύρον referre ad ψῆλον, de jucunditate cantus et suavitate τοῦ γλυκέος μέλους, v. 6. Nimis dubium quod confert μύρον εὔδεις, V, ep. 118, 1, ubi vide. Schneiderus et alii μόρον, ob sequentia. — 4 δὲ ποτι πετρ. Cod.; δή ποτε Huschkius; δέσποτι Schneider. In λιθοδμήτῳ πετριδίῳ non offendet qui tragicam illam abundantiam, μελάμπεπλοι στολαί, etc. meminerit. — 5. Brunckius comparat Lucret. III, 882 : *mortalem vitam mors quoi immortalis ademit*. Ἀθανάτως cum ironia dictum ab Epicureo poeta. — 7 οὐ καὶ εἰς ωνθρωφοτοκονλυφος Cod., correxerunt Salmasius et Chardo. — 8 δεῖ σε βίου ἀεὶ Cod.; Chardonis correctionem receperunt Boiss. et Jac. in nott. mss., de qua minime sum securus; δεῖ σ' ἄδιον ναίειν Salmasius et Huschk.

DLXXI. « In novem lyricos in unum volumen conjunctos, ut supra ep. 184 (ubi v. not.). » *Heck.* — 1. « Ἔκλαγεν, ut aquila, cui, ut majoribus avibus, κλάζειν proprium. Comparationis proprietatem ipse docet Pindarus Ol. II, 97. » *Jac.* — 2 ἡδὺ μέλι φθόγγου Cod. (μελιφθ. Salm.); ἡδυμελιφθόγγου Plan., quod in omnibus legitur, « Ptochoprodromo quidem et Niceta dignius compositum quam sobrio poeta antiqui κόμματος », ut rectissime judicavit Piccolos p. 58, cujus emendationem recepimus. — 3 λάμποι apogr. Par.; γλυκὺς ἄλκαρ Cod. — 5 ἀνακρέοντι Cod.; συνήσπετο cod. Athous. — 6 κυκνω (sic)... αἰολίδι Cod.; κύκνῳ Plan. et, teste Brunckio, « in codicibus plerisque Αἰολίδης aut Αἰολίδη ». Quæ minime niti auctoritate antiquiore, ostendit cod. Athous, in quo κύκνος Λέσβιος Αἰολίσιν. Unde apparet non de suo dedisse Stephanum κύκνος. Ego exhibendam putavi Jacobsii conjecturam κώμῳ, « ut Δωριεῖ κώμῳ (ait) est ap. Pindarum Pyth. VIII, 21, et μελιγαρύων τέκτονες κώμων Nem. III, 5, quæ omnia referri debent ad carmina in pompa solemni cantari solita. » Boiss. : « Recepi planudeum κύκνος. Schol. W. legebat κύκνῳ et explicavit non nitide : κύκνῳ, ᾠδῇ ἢ μᾶλλον ποιητῇ· κύκνους γὰρ λέγομεν τοὺς ποιητὰς διὰ τὸ ποικίλον τῆς ᾠδῆς. » Heckerus p. 333 jungit κύκνῳ Αἰολίδι, de Sapphone, « quam Alcæus amavit; cf. Hermesianact. Eleg. 47 seq. ». Piccolos conj. κύκνος Λέσβῳ ἐν Αἰολίδι. — 7 ἄνδρα superposito ων, et ἐνάτα Cod. « Non fas est Sappho simul cum viris numerari eamque novenarium numerum Lyricorum complere, quippe quæ Musarum potius choro annumeranda sit. » *Jac.*

DLXXII. In Plan. est ἄδηλον, sed in cod. Medic. Λουκιλλίου, quod nomen in vulgatis sequenti epigr. adhæsit. Carminum suorum librum secundum auspicaturus stipem a Nerone acceptam celebrat. — 1. Theogoniæ initium. — 5 καί με δὲ Cod.

DLXXIII. In Plan. *Lucillio* tribuitur per errorem. « Schol. Wech. *Palladæ* tribuit. » *B.* In parasitos. — 1 ὤνθρωπε ἴζ. Cod.; ἄνθρωπε apogr. Par.; ἀνὴρ S (Supplem. n. 352). — 2 μῶμον S. — 3 ἐστυγωμ. Cod. et S. — 4 συγγελοῶντι Cod. et Plan.; σὺ γ. S. — 5 κλαυθμοῖο Plan., quod Jac. recepit in nostro exemplo; οὐδὲ γελ. Cod. et S. — 6 κλαιώμιλίη καὶ γελόωμιλίη Codex sic, duplici accentu. Vulgo dativis, sed nominativos revocat Jac. in nott. mss. post Lennepium p. 229 : *nihil ipse fletu vel risu indigens, tamen domino ad fletum vel risum societas*, i. e. socius. Plan. καὶ κλαίω Μιλίη καὶ γελόω Μιλίη. Pejus etiam S : καὶ κλαίω μὴ λίην καὶ γελόω μὴ λίην.

DLXXIV. « Nomine auctoris caret in Codice. Fortasse *Ammiani* est. » *Jac. Lucillii* fertur in Plan. Anaxis loquitur qui post vitam miseriarum plenam voluntariam mortem oppetiit. — 1 τρισδυσηνος (πρισδυστηνος ap. Salm.) ἄναξ Cod.; τριδύστηνος Ἀγάναξ Plan., de quo L. Dindorfius in Supplemento Thesauri : « Ἀγάναξ, cum Ἀγηάναξ comparandum, contractum est ex Ἀγηάναξ, quo usus est Theocr. VII, 52, 61, 69. Scribi poterat Ἀνάξων, pro Ἀναξίων, ut habentur Ἀλεξίων et Ἀλέξων, Αἰσίων et Αἴσων, similiaque. » Dedi Ἄναξις cum Heckero I, p. 194. Boiss. : « Scripsi Ἀνάκτωρ pro ἄναξ. » In ἡμάξευσα notanda metaphora a vectura petita, quum a navigatione plerumque ducatur imago vitæ quæ agitur. — 2 κάδιστον Plan. — 3 ἔτι χρ. Cod.

DLXXV. Lemma : εἰς τὸν Ὅμηρον. — 1 οὐρανὸν Cod. (sec. Salm. οὐρανοῦ); recte Plan. — 3 ἀροτήσιμον Cod. et Plan.: corr. Dorvill. — 5 βαθὺ κλέος Cod. et Plan. ante Stephanum, qui βαθυκλεές.

DLXXVI. In Minervæ imaginem pomum manu tenentis. Venus loquitur. — 2 τοὐμὸν ἁρπάξασα δῶρον Cod.; ἁρπάξασα δ' ἐμὸν δ. Plan., quod tacite reduxit Boiss., quum τοὐμὸν de primo loco non esset movendum. Jacobsius optima correctione ἀρπαλέα. — 4 οὔ σε Cod., quod recto accentu instruxit Jac.; οὔ σε Plan. — 6. Novum de pomo bellum excitare noli.

DLXXVII. Lemma : εἰς ἑαυτόν. Stephanus in ipso titulo scribendum esse εἰς Πτολεμαῖον putat, annotans epigramma afferri a Synesio Ad Pæon. p. 311, D, ut ἔχον ἀστρονομίας ἐγκώμιον. Astrorum contemplatione mentem supra terrena attolli. — 1 θνητὸς Cod.; θνητὸς ἔφυν καὶ ἐφήμ. cod. Mediceus. — 3 ποσὶ γαίης Cod. et Plan.; γαίης ποσὶν cod. Medic. et Synes., « quod merito præfert Hermann. ad Orph. p. 730. Mira in hoc tetrasticho commistio dialectorum. » *Jac.* — 4 θεοτροφίης Cod.; Ζηνὶ θεοτροφέος Medic.; διοτροφέος Synes.; διοτρεφέος Plan. Recte G. Dindorf. θεοτρεφέος, in Thes. s. v.

DLXXVIII. Liber ipse loquitur. — 3. « Arsenius Violar. p. 179 : Δηλίου κολυμβητοῦ· ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων [quæ sunt Suidæ, quem v. et Diog. L. II, 22]. Ibi Walz. — 7. Servavi εἰσκριθήσεται Codicis. Alii divisim, εἰς κριθ. » *B.* — 8. Notum Platonis μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.

DLXXIX. Lemma : εἰς κηρύκιον. « De origine et forma *caducei* v. Bœttiger. *Vasengemælde* I, 2, p. 107. » *Jac.* — 2 θριδακίης Cod., corr. Dorvill. « De Syracusis Corinthi colonia v. Rad. Rochett. Hist. colon. t. III, p. 178. » *B.*

DLXXX. Lemma : εἰς τοὺς μῆνας, τί αὐτῶν ἕκαστος ἔλαχεν· ἤγουν ὁ μὲν α' ὑπάτων, ὁ β' ἐπίσπορον, ὁ γ' ἐπὶ πόλεμον, ὁ δ' ἐπὶ τὸ ἔαρ, καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως. Conf. ep. 384. Salmasius inscripsit : « Leonis Philosophi. » — 1. Πρῶτος distinctionis vi alteram producere videtur. Brunck. ὁ πρῶτος· ὁ δεύτ. — 3. « Quædam editiones et cod. Lasc. exhibent ῥοδοδάκτυλος, quod non foret *genitivus insolentior*, ut Brunckio videbatur, sed nominativus de more : τέτρατος ῥοδοδάκτυλος ὤν. » *B.* — 4. Malus et Junius, itemque bini sequenti versu. — 6 ἀριστας. Plan. — 8. « In ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου credo esse periphrasim, sed malam, pro ἐς φῶτα ἕκαστον. Nonnunquam nomen ὄνομα inservit periphrasi, non tali tamen modo. » *B.* — 9. Saturnalium festivitas respici videtur.

DLXXXI. Lemma : εἰς τὸ μονημέριον, ἤτ' οὖν (εἴτουν Boiss., ἤγουν Salm.) κυνηγέσιον, ἐν ᾧ ἀγωνίζονται ἄνδρες πρὸς θῆρας. *Leoni* tribuit Plan. « Μονημέριον venationis spectaculum vocabant, quod ultra unum diem non extendebatur; v. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. t. II, p. 79 seq. Optat Leo Imperator (nam hunc loqui, versus 5 ostendit) ut Diana excitet feras quantum satis sit ad invadendos homines, non ad occidendos. » *Jac.* — 2 κασιγνήτη Cod., omisso ι, quod non semper memoramus.

DLXXXII. Lemma : εἰς τοὺς Ἴβηρας καὶ Ἀρμενίους, ὅτε ὑπετάγησαν τῷ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖ. « Constantinum intellige. Armenios ad fidem Christianam conversos memorat Lebeavius Hist. Infim. Imp. l. V, c. 22, t. I, p. 333 edit. Sanmart. » *B.* — 1. Τάδε φῦλα. « Ex his verbis suspiceris versus hos tabulæ pictæ fuisse adscriptos, Armeniorum et Iberorum ad Constantinum legationem repræsentanti, de qua narrat Socrat. Hist. Eccl. II, 8, p. 370. » *Jac.*

DLXXXIII. Lemma : εἰς Θουκυδίδου βιβλίον. Et in marg.: εἰς Θουκυδίδην τὸν γράψαντα τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον. Legitur et in Thucydidis cod. Mediceo ap. Bandin. t. II, p. 622. Similia in Heraclitum epigrammata sunt VI, ep. 128; IX, ep. 540. — 1, 2 εἰ δὲ πέφυκας Νῆις Μουσάων cod. Medic., quod recte prætulit Brunck. Si sententiam spectes, ineptum esse πάμπαν observavit Jac.; ζήλῳ quodam homerico fusum videri annotat Bosschius, cui addit Lennep. p. 231 : « Multa in his carminibus inepta, non tamen sollicitanda. » — 2 νοέεις Plan., Medic. et Athous, quod verum videtur.

DLXXXIV. Lemma : εἰς τὸ ἄγαλμα Εὐνόμου τοῦ κιθαρῳδοῦ ἑστῶτος ἐν Δελφοῖς, ἔχοντος πρὸς τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν μουσικὸν τέττιγα. In eandem rem scriptum epigramma 54 capitis VI, ubi v. not. Addit Jac. : « Eunomi statuam, quam Locris monstrari narrat Strabo, quod *Delphis* positam tradit auctor lemmatis, utrumque verum videri observat Kannius, quia victoribus domi, et ubi certamina habita erant, iidem honores haberi solebant. » Eunomus loquitur. — 1 ποτενικῶ Cod.; alterum Plan. — 2 σπάρτην ὁ λωκρὸς sive λωβρὸς Cod., ω postea in ο mutato. Πάρθις est VI, ep. 54, 3, sed non sine varietate. — 3. Initialis sigla adscripta erat, dein deleta. In fine Cod. μεσούσα. — 4 πλᾶκτρον ἐκερμάτισεν conj. Hecker. I, p. 121, coll. Hesych.: Κατεκερμάτισεν, συνέθραυσεν. Quod ad alia pertinere apricum est. — 6 ῥυθμὸν Cod.: οὐχ ἔμενεν legebatur, οὐχ ἔνεμεν (scil. ὁ καιρὸς vel ἡ χορδή) Jacobsius, qui etiam nostro

id exemplo adscripsit et tacite in seriem recepit Boiss. Etiam Heckerus probabat, initio versus 5 ἅ μοι scribens pro καί, non recte. — 7 αὐτομάτου Cod.; ἐπ' αὐτομάτῳ ed. princ. Flor.; ἐπιστὰς Cod. et Plan., corr. Schæferus. — 8 τώτρεκὲς Cod et Plan., librarii oculis in v. 6 aberrantibus; τοὐλλιπὲς Brunckius, ex Clemente qui : τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν, et similiter alii ap. Jac. « Equidem cogitavi an forte scribi posset τὠκρεκές, quod adj. a verbo κρέκειν (v. 3) eadem ratione formatum sit qua ἀπρεπής a πρέπειν. » *Heck.* — 9 ἐξετίνασσον Cod. et Plan., corr. Jacobs. Deinde Cod. ὅτ' ἐδδ. δέ μ' ἐλοίμαν. — 10 τὰν (πὰν Salm.) τούτων Cod.; τὰν τούτῳ Plan. edd. ante Steph. qui κἂν τούτῳ. Brunck. τούτῳ, Jac. τούτου. — 11 μεσσαμβρ. Cod. « De μεσαμβρινὸς vide not. ad ep. 264. » *B.* — 13 δκα φθ. Plan. — 15 συμφωνῶν Cod ; συμφώνων Plan., corr. Huetius; ἐγὼ χάριν in utroque, sed ἔχω jam Grotius et Brodæus.

DLXXXV. « Lemma Plan. : εἰς μινσώριον .... Et μινσώριον ep. 816 in Codice scriptum est, ep. 822 in Codice et in Plan. Hinc in Glossarium μινσώριον intulit Cangius. Propius ad latinum *missorium* accedit μισσώριον. Significat *discum* vel *lancem*. Ex hoc epigr. Venerem ære expressisse Bartolozzium putat vir d. in Diario Classico t. XII, p. 262. » *B.* — 4 ἀφροδίτας Cod.

DLXXXVI. Lemma : ἀμοιβαῖον. In agrum amœnum, vitibus et oleis consitum. — 4 Ἥρης Plan.; Ἶρις Cod. — 5 παμφίλε Cod., superposito ν. « Panos imaginem in eodem agro positam intelligi vult Cometas. Πηκτὶς autem ea ætate pro *syringe* sumebatur et Pani tribuitur ab Arabio, Agathia. » *Jac.* — 6. « Pan enim amabat valde Echo nympham; v. not. ad Plan. ep. 154. » *B.*

DLXXXVII. Lemma : εἰς θερμοχύτην. « Lemmate caret in apogr. Par. De calidæ potu vide not. ad XI, ep. 64. » *B.* In Plan. est ἄδηλον. « Θερμοχύτης formatum ut προχύτης, nec fortasse ad calidam tantum adhibebatur : nam in talibus etymologia non nimis urgenda est. Dicitur vinum ex thermochyta temperari, modo calida, cujus natura Baccho propior, modo frigida, quæ tota Nympharum est. — 2. *Id quod deest* : scil. nimis calidam potionem frigida, frigidiorem calida tempero. » *Jac.*

DLXXXVIII. « Gallice vertit Burettus in Memor. Acad. Inscriptt. t. I, p. 269. » *B.* Inscriptum statuæ Clitomachi Thebani, Hermocratis filii, victoris in triplici certamine. De quo videndus Pausan. VI, 15, qui victorias ejus narrat. — 1 τὸν χ. Cod.; λῆμμα Plan. edd. ante Steph. — 3 ἄρτι παρ' Cod. et Plan.; corr. Brunckius. Deinde ἀπελύσατο requiri pro imperfecto observat Hecker. I, p. 68. — 5 ἐκόνισσεν legebatur, corr. Jac.; παλεύσας Cod., male. — 6. Pausanias l. c.: ἐν Ἰσθμῷ παλαιστὰς κατεπάλαισεν ἄνδρας, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε τὴν πυγμὴν καὶ τοὺς εἰς τὸ παγκράτιον εἰσελθόντας ἐκράτει τῇ μάχῃ. — 8. Notum coronas victorum in ludis sollemnibus ad patriam quoque et parentes pertinuisse.

DLXXXIX. « Apographum caret lemmate. Schol. Wech.: Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς (c. 25, 2)· « Ἔν τινι Θηβῶν χωρίῳ Ἀντιγόνης Σύρματι καλουμένῳ Θηβαῖοί φασιν Ἥραν « Ἡρακλεῖ παιδὶ ἔτι ἐπισχεῖν γάλα, κατὰ δή τινα ἀπάτην ἐκ « Διός ». *B.* Nota fabula, unde viæ lacteæ origo explicabatur. Statuam Junonis cum Hercule infante declineatam habes ap. Winkelm. Monum. ined. tab. 14. *Jac.* — 1 μητρυὴν Cod.

DXC. « In lemmate *Brechtheus* vocatur qui vulgo est Erichthonius. Neque de una statua intelligi potest epigr., sed de plegmate (*groupe*). — 1. Parum acute hæc dicta. Nam quæ ut a naturæ legibus aliena proferuntur, non a sculptore conjuncta erant, sed ab eo qui primus mythum de Erichthonii natalibus concepit. » *Jac.*

DXCI. « De hoc epigr. vide quæ monuit Rad. Rochett. in Diario erudit. a. 1835, p. 726, vel in Picturis antiquis ined. p. 261. Gallice versum est a Larchero De Venere p. 122. » *B.* — 1 ἐς μ. Plan. — 2. *Quod bene consertis hæserunt artibus artus*, Reposian. in Connubio Martis et Ven. 108, cujus et alia his contulit Jac. — 3 μολῶν Cod. — 4 σκοπήσας Cod. lapsu. — 5 οὐδ' ἐπικηρη (sic) Cod., recte emendatum a Plan. « Conf. ep. 594, et ad Plan. ep. 137; Larcher. ibid. p. 123. » *B.*

DXCII. — 1 ὦ Boiss. Edebatur ὢ. — 2. Ut Herculem infantem ap. Theocr. XXIV.

DXCIII. — 2. Bene comparavit Jac. epigr. Plan. 612, ubi Philoctetes ab artifice fictus : ἐχθρὸς ὑπὲρ Δαναοὺς πλάστης ἐμός ...., ὅς μ' ἐμνησε κακῆς οὐλομένης τε νόσου.

DXCIV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Imo in Socratis imaginem. « *Joanni Barbucallæ* tribuit Plan., ubi præcedit illius in Socratem distichon. Quod in Palatinæ quoque nostræ archetypo præcessisse, ex hoc lemmate fit probabile. » *Jac.* — 1 ἐνὶ Plan. male

DXCV. — « Ἄριστος in marg. legitur cum signo referente ad eum locum quo posuimus. Sed non dubito quin fuerit : αὐτὸς ἑαυτὸν ἄριστος ἐν εἰκ. γρ. Ἀπ. » *Jac.* — Sequitur in Codice distichon in Solonem supra exhibitum VII, ep. 86.

DXCVI. Habet etiam Diog. L. I, 73 — 1 Χείλων' ἐςὐτ. Diog.

DXCVII. Lemma : Κομ. σχολ. ἐν Ἀζαρβῷ, Plan. ἐν Ἀναζαρβῷ. Anazarbi igitur, satis nota urbe Ciliciæ Campestris, posita erat votiva tabula Antonini et picta imago Philippi medici, qui illum a paralytico morbo liberaverat. — 3. Μεταίχμιον, i. q. μέσον, abstractum pro μέσος. — 6 ζώγρησε Plan. Sic dictum ap. Hom. Il. E, 696. — 8 ὅλῳ Cod.

DXCVIII. Lemma : εἰς ἀνδριάντα Πεισάνδρου. Addunt edd. vett. Theocr. : τοῦ τὴν Ἡράκλειαν ποιήσαντος. « Inscriptionem basi statuæ publice Camiri in honorem Pisandri positæ fuisse incisam ipsis verbis epigrammatis edocemur. » *Heck.* I, p. 119. De Pisandro ejusque Heracleа v. in calce voluminis Hesiodum, Apollon. etc. comprehendentis Collect. Didot. p. 5 seqq. Recentium librorum varietatem in his Theocriteis habes ap. Ahrensium. — 1 τῶι ζηνὸς Cod.; Ζηνὸς Boiss.; ὑμῖν Cod.; ὑμίν Boiss. el Meinek., qui : « vel potius ἀμίν. » Vulgo ὔμμιν. Cod. ὠνήρ. — 2 λεοντομ. Cod. — 3 πρατος τᾶν ἔτ' ἄνωθεν Cod. Vulgo πρῶτος. Theocr. Id. VII, 5 : παῶν τῶν ἐπάνωθεν. — 4 ὠκαμίρου Cod. Verbo συνέγραψεν bene admovit Schneiderus locum Strabonis XV, p. 688, τὴν τοῦ Ἡρακλέους στολὴν qualis ferebatur ad Pisandrum referentis vel alium Ἡρακλείας poetam : τὰ δ' ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται. — 5 ἐξεπόνησεν Hecker. — 6. « Ὠ. σάφ' εἰδῇς. De hac formula vide quæ congessi ad Theocr XV, 91, p. 233 ed. sec. » *B.* — 7 ἔστασεν ἐνθάδε Cod., ex quo ποήσας, vulgo ποιήσ. De locutionis integritate

merito dubitavit Hecker., quum ποιησάμενος certe requiratur, et correxit ἕστασ' ἐνθάδε χάλκεον ποιητάν, postremum cum τοῦτον αὐτὸν jungendum. Nullam vim habet quod Meinek. contulit Leonidæ VII, ep. 425, 10. — 8. Post hunc in Codice additur versus : ὅτι δεξιος ης επεα ποιησαι, sic accentibus nullis, quod indicio est ab ipso librario fuisse rejectum. Suo loco talia leguntur de Archilocho VII, ep. 664, 5.

DXCIX. Lemma : εἰς Ἀνακρέοντος ἀνδριάντα. Hoc epigramma Venetiis (*dans la cour de la maison Brizzo*) marmori insculptum vidit et descriptum inde edidit Sponius Itin. t. I, p. 280 ; ex Ligorio duxit Welckerus Mus. Rhen. 1845, p. 467. « Sed de ejus marmoris antiquitate valde dubito. » *Boiss.* — 2 ἐπὴν Ahr. et Mein.; σπουδαῖε et ἔλθῃς marmor. — 4 τῶν προσθέντι περ. ωδοποιοῦ Cod., correctum in libris recentibus, quorum nonnulli περισσῶν. Heckerus conjiciebat :

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐκ Τέω
τοῦ πρόσθεν τι περισσὸν ᾠδοποιοῦ,

in simulacri laudem dictum accipiens τι περισσόν. Quæ Meinek. refutavit Th. p. 405. De locutione confer Id. VII, 4. — 5 δέχ' ωτι καὶ τοῖς νέουσιν ἦδετο Cod.; recentes et marm. ut editur. — 6 ἀτρεκέων marm.

DC. Lemma : εἰς Ἐπιχάρμου ἀνδριάντα. « In hoc carmine primo disticho quintum, secundo quartum respondet, tertio disticho μεσῳδοῦ instar interposito. » *Meinek.* — 1 ἁ τε Cod. — 3. Hermannus conjecit : Κράστιοι δ', ὦ Βάκχε, χάλκεον etc., ut cives Epicharmi nominentur; gentile tuetur Κραστίη Minerva. — 4 τιν' Cod. — 5 οἱ συρακούσσαις Cod.; τὸν vett. edd.; τοὶ Scaliger, quod plerique receperunt; ἐνιδρυνται (sic) πελωρισται (sic Paulss.; πελωρὶ σταὶ ap. Jac.) π. Cod.; πεδωριστᾷ πόλει e Tyrwhitti conjectura legebatur : « recte fortasse, si pro μετεωριστή accipitur, id est μετέωρος. » *Lobeck.* Paralip. p. 268. Πελωρεῖς τᾷ πόλει scribebat Boiss.; πελωριστᾷ π. Ahrens. « Πεδωρισταὶ Hermanno sunt μετουρισταί, *civilium jurium participes*, auctore Hesychio : Μεθορίζει, μετέχει. Fortasse rectius hos quam μεθομιλητaί, quod a πεδαορίζω ducebam, contract. πεδωρίζω, ut ap. Hom. ὤρεσσι pro ἀόρεσσι » *Meinek.* Etiam Συρακοσσᾶν conjecit Hermann., jungendum cum πόλει. — 6 ὅσσ' Cod.; ὡς cum Salmasio legebatur; οἱ vel similiter ceteri libri. — 7 γὰρ vulgatorum ignorat Codex, qui μεμναμένοις ut vulgati; μεμναμένοι cum Scaligero legebatur. Pro ῥημάτων edd. vett. χρημάτων vel χρημένων. Locum difficillimum sic constituunt Ahrensius : ὧν ἀνδρὶ πολίτᾳ Σωρὸν παρεῖχες (tu, Bacche) ῥημάτων, μεμναμένοι... Hermannus : χρῆν γὰρ ὧν σωρηδὸν εἶχε ῥημάτων μεμναμένους... Meinekius : οὓς ἀνδρὶ πολίτᾳ Δώρων ἔδει κεχρημένων μεμναμένους ... *quos decebat civi suo acceptorum munerum memores gratiam rependere.* Δῶρον repperit Wordsworthius. — 9 ζωὰν codd., quod revocat Boiss.; ζοαν vulgarium correxit Schæferus. Male vulgares τοῖς παισίν.

DCI. Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης. — 1 Ἀλεξιμένης Brunckius; ἀφροδιτα Cod., corr. Valcken. — 2 εἴσατο τῆς π. ναυτηλίης φύλαχα Cod., postremum rectissime ab Jac. correctum, « nisi malis Ἀφροδίτας (ut Brunck.)... φύλακος. » Marinam Venerem jam sæpe vidimus. — 3 χαίρω πότνια Cod., corr. Jac. — 4. « Sententia hæc esse videtur : Si mihi naviganti lucrum et inde divitias concesseris idoneas, videbis navem non mihi tantum, sed tibi quoque fructuosam fore. Alia igitur munera deæ faventi et propitiæ pollicetur. Κοινὸν dicitur quod ad plures pertinet, cujus fructus pluribus conceditur. » *Jac.*

DCII. « Historia de virgine quæ viro jam matura, virilitatem subito sibi provenire videns, in marem mutata muliebrem vestitum deposuit. Hujusmodi miracula narrat Plinius H. N. VII, 4, 3. Conf. Gellius IX, 4. — 1 ἁ ποτε Cod. — 2 καὶ γάμον Cod. In nuptiarum pompa faces prælatas esse constat, ut γάμον σὺν πεύκαις jungenda videri possint. Sed nec verborum positio huic explicationi favet et part. καὶ quodammodo adversatur. » *Jac.* Piccolos p. 59 restituit rem, γόνον scribens, et hinc v. 4 verbum ἐξελόχευσα delectum fuisse animadvertit. Antipater VI, ep. 276, 5 :

Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη
τῇ Λυκομηδείδου παιδί.

— 3 θαλάμων Cod. — 4. Junge ἀνδρὸς τύπους. Sic in Orphei fr. 16, ab Jac. collato : πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξέ τε Σώματος οὔτε πρέποντα τύπον. — 5 Ἀφροδίτης in Codice omissum supplevit Brunck. — 6. « Herculem juvenes venerabantur palæstrarum præsidem. — 7 δέ με χαλκος (sic) Cod. Χαλκὶς La-Crozius ap. Brunck., ut res in urbe Eubœæ insulæ gesta fuerit, quæ jam Thebis opponitur. De Tiresia narrant Antonin. Lib. Metam. c. 17, Ovid. Met. III, 322 seqq., Lucianus Dial. mort. 28. — 8. Μίτρα mulierum vestitus, ut χλαμὺς epheborum gestamen. » *Jac.*

DCIII. *Sidonii* Antipatri esse observarunt Jac. et Benndorfius p. 68. Qui in celebres *Thespiadas Praxitelis* scriptum esse ingeniose disputat, quas L. Mummius Thespiis Romam asportatas L. Licinio Lucullo tradidit, qui eas ante ædem Felicitatis a se ædificatam dedicavit (v. Plin. H. N. XXXIV, 69; Cic. In Verr. IV, 2, 4; Strab. VIII, p. 381.) « *Musas* intelligendas esse putarunt, sed multo nobis verisimilius videtur has *Thespiadas* feminas Thespienses fuisse, cærimonia aliqua conjunctas, nimirum saltantes. Jam quum, ut apud Trœzenios (Pausan. II, 31, 5) et prope Amymonem flumen Argolidis (Paus. II, 37, 2), ita Thespiis quoque Διονύσου Σαώτου simulacrum fuisse Heckerus I, p. 180, jure conjecerit, quid verisimilius, quam ad Thespiadas illas spectare hoc epigr.? Thespiis alia quoque Praxitelis opera erant, Amoris statua, Phrynæ, Veneris. Thespiis igitur Antipater, aut is quem imitabatur, Praxitelis signa vidit atque epigrammate descripsit, ex quo quum a Pasitele in volumina nobilium operum (Plin. XXXVI, 39) receptum esset, Plinius nullum acumen elicuit, quia nullum in eo erat. » *Bennd.* — 1 διονύσοιο θεράπνιδες αιδε σαω τεω Cod. « Epithetum Σαώτης non neglexit Gailius in Catalogo Bacchi epithetorum. » *B.* — 2 ἐντίνουσι θεᾶς Cod., correxerunt prius Schneider., alterum Jac., qui et χοροστασίας. — 3 ἀεργάζουσα Cod., corr. Brunck. — 4. Immerito Heckerus offendit in Λυκαονιον, de Asiatica regione intelligens, quum haud dubie dicatur *Arcadicus* cervus, ex vetere nomine Arcadiæ. Conjecit Λυκάστειον (coll. Plan. ep. 253, 2), *Creticum*, a Lycasto urbe Cretæ. — 5 εὔπτερον Cod. — 6 ἁ δὲ πεμπτα Cod., corr. Jac. — 7 παρηόριον δε ὄνομα Cod., corr. Brunck. Triphiod. v. 371 confert Jac. — 8 ἐκπλαγέως λύσσαι Cod., corr. Brunck.

DCIV. In Plan. est ἄδηλον. In tabulam mulieris. — 1 θαῦμ' ἀρετᾶς Cod., et Plan.; Θαυμαρέτας Meinek. p. 19 Θυμαρέτας legebatur ex Scaligeri conj. Recte observat Heckerus I, p. 179 τὸ γαῦρον vix convenire matronæ ἀγα-

κοβιεφάρῳ, sed felicius inventum exspectamus quam τὸ ζωίζον. — 2 τὸ δ' ὡς. Cod. et Plan., corr. Brunck. — 3 ἐπιδοῦσα Plan. Animalium judicia de veritate fictorum operum minime neglexisse veteres ostendit Benndorf. p. 36. — 4 ποθ' ὀργὴν Cod.

DCV. Item in tabulam mulieris Veneri dedicatam. — 2 ἶσα Cod. — 4. Heckerus I, p. 16, probabiliter ita interpretatur ut statuat denario honestissimæ matrisfamiliæ ab utroque fortasse latere aj posita fuisse munera oblata a meretricibus.. — Alia vide infra p. 643.

DCVI. Lemma : εἰς τόπους. (Sectionis titulus.) Εἰς λουτρόν. — 1 Κυθείρην Cod locis pluribus; Κυθήρην Plan. Legebatur ἡ ... φιλέεσκες Ἄρες, quod correxit Jacobsius in nott. mss., ut poeta lectorem vel spectatorem alloquatur, non Martem. Nam quod est v. 3 μὴ δείδιθι, in eo de Martis sorte cogitari non posse ostendunt sequentia. Quare necessaria erat correctio egregii viri. — 4 εἰ ὁρᾷς Cod. Fabulam narrat Callimachus in Lav. Palladis v. 71 seqq. « Vide not. ad V, ep. 73. » *B.* — Sequuntur exercitationes grammaticorum idem argumentum variare studentium.

DCVII. Lemma : εἰς λουτρόν. — 1. In hiatu nulla offensio, propter distinctionem. — 2. « Sic fons quidam limpidissimus inter Euphratem et Tigridem a Junone, post nuptias ibi cum Jove lavante, suavissimum odorem accepisse dicebatur; Ælian. V. H. XII, 30. » *Jac.*

DCVIII. Lemma : εἰς αὐτό. Plan. hic et seqq.: εἰς τὸ αὐτό. — 1 ἡ τοῖον ... ἡ κυθ. Cod.; ἢ ... ἢ Plan. et S (Suppl. n. 352); ἔτεκεν S. — 2 ἔτευξεν Plan., sed S τεῦξεν.

DCIX. Lemma : εἰς αὐτό. — 1 ἐκεῖνο Brunck. Ἀθύρματα, *ludus, oblectamentum*, rarius de loco dictum. — 2 μούνας εἴσω Cod.; μούνα; Plan. ante Ascens. et Steph., qui μοῦνον. Brunck. μούνας, desinentia correpta dorice.

DCIX *. Cum præcedente epigr. cohæret in Codice, sed recte separatum in Plan. « Conf. ep. 638. » *B.*

DCX. Lemma : εἰς αὐτό. Dubitari potest an in balneum hæc scripta. — 1 ὀδωδὴν etiam S; ὀπωπὴν Plan. Sed hoc, non illud, in Codice vidit Salmas., qui annotet : « Supra correctum ὀδωδήν. » Boissonadius : « Forsan distinguendum : ὀδωδήν. Ὡς ῥόδον ἐν κ., ὡς ἴον ἐν τ. » — 2. Hujus versus loco S habet pentametrum distichi n. 612 : οὕτω λουτρὰ etc. — Simillima est inscriptio in monte Casino, a Mommseno ex schedis Cassiti ducta, Corp. Inscrr III, n. 5875 g. ·

Μικρὰ μὲν λίθος ἐστίν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀπωπὴν
ἔνδον τῶν μορφῶν, ὡς ἴον ἐν ταλάροις.

DCXI. Lemma : εἰς αὐτό. — 1 λουτροῦ Cod. — 2 « Huetius p. 34 cogitavit de Cupidinis simulacro, qualia veteres in balneis collocasse constat ex Theocr. XXIII, 59. Fortasse ipsi balneo nomen erat Ἔρως. » *Jac.* Ut erat ei balneo de quo scriptum epigr. 626.

DCXII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 1. « Certum quoddam arborum fruticumve genus commemorandum erat brevibus foliis suavique odore. Fortasse : Ῥοῦ; δένδρον, coll. Plinio XXIV, 11, s. 54. Friedemannus . Ὡς μὲν ἴον βραχύφ. Grotius ὀπώρην legisse pro ὀδωδὴν annotat Lennepius. » *Jac.* Plan. ὀπωπήν, ut ep. 610. — 2 μικρὰ etiam S; σμικρὰ Jacobs.

DCXIII. « Lemmati edito addita verba ἐν Βυζαντίῳ delevi, quod absunt a Codice et Planudea. Versionem metricam et illustrationem distichi vide in Cangii Cpoli Christ. l. I, p. 93. » *B.* Intelligitur Maria Stilichonis filia, Honorii Augusti conjux. *Thermæ Honorianæ* in pluribus regionibus Urbis memorantur. — 1 ὑπελάκουσε Cod., quod legebatur; ὑπελάκουε cum Plan. Jac. in Add. et Boiss.

DCXIV. Lemma : Λεοντ. σχολ. τοῦ μηνοταύρου (μιν.). Quod cognomen viri aliquoties habetur in his lemmatis. « Vide Cangium Cpol. Christ. l. I, p. 91. Zeuxippus fuit balneum; conf. ep. 650, et not. ad cap. II init. (p. 37) — 2. Forsan est ἑωσφόρος nomen stellæ in vicinia Ursæ. » *B.* Quæ est conjectura probabilis Lennepii p. 245.

DCXV Ἐν Σμύρνῃ non omni dubio vacat; v. Jacobs. ad epigr. seq. — 1. Χῶρος in his serioris ætatis scriptoribus universe significare ædificium qualecumque, ut templum etc., exemplis ostendit Huschk. Anal. crit. p. 275. Qui, ut olim Jac., post χῶρος incidit, ut sit pro vocativo. Neque potest aliter, nisi χῶρον scribas, quod nemo facile probabit. — 4. Ἔδειξε pro frequentiori ἀπέδειξε. — 5 φρηνοο φηος πᾶσι θεοδωρίας: Codex; φρὴν σοφὴ ὡς πᾶσιν Θεόδωρ ... Jacobsius « nomine incerto; πᾶσι autem pro ἐν πᾶσι, præpositione ex altero membro orationis assumenda. » Quod Boiss. servavit, nomine correcto : « Scripsi Θεοδώριχος pro Codicis lectione θεοδωρίας. » In desperato fere loco etiam hoc Jacobsii addo ex Add. p. LXXIII : « Fortasse φρὴν σοφὴ Ἀσπασίου Θεοδωρίδα, ὡς ἐτεὸν δὴ, κἂν ..: ut ὡς ἐτεὸν ad utriusque nominis significationem spectet : *vere* ille ἀσπάσιος et Dei munus. » Nostro autem exemplo ascripsit : « Fort. ὡς ἐν πᾶσι Θεωρίδα. Hoc nomen est Θεαρίδας ap. Polyb. XXXII, 17; Θεωρίδας ap. Clem. Alex. Strom. V, p. 673. » — 6 δεικνυμένου Jacobsius. — 10. « Αὐτὸν incommodum est post φιλόπατριν. Malis αἰὲν vel ejusmodi quid. » *Jac.*

DCXVI. Lemma : εἰς ἕτερον λουτρόν. Lemma Plan.: εἰς ἕτερον ἐν Σμύρνῃ, ad quæ Jac. : « Smyrnæ Gratiæ colebantur in templo Nemesios; Pausan. IX, 35. Aristides t. I, p. 522 laudat Μουσῶν καὶ Χαρίτων χορούς τοὺς δι' αἰῶνος τὴν πόλιν (Smyrnam) ἐμβατεύοντας. Idem λουτρῶν multitudinem in eadem urbe celebrat p. 232. » *Jac.* — 1. Πέπλα. Schol. W.: ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι αἱ Χάριτες οὐ γυμναί, ἐπεὶ καὶ οἱ πλάσται καὶ ζωγράφοι ἐχούσας ἐσθῆτα ἐποίουν, ὡς μαρτυρεῖ Παυσανίας ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς (c. 35, 2)· « οἱ δὲ « ὕστερον οὐκ οἶδα », φησίν, « ἐφ' ὅτῳ μεταβεβλήκασι τὸ « σχῆμα αὐταῖς. Χάριτας γοῦν οἱ κατ' ἐμὲ ἔπλασσόν τε « καὶ ἔγραφον γυμνάς. » — 2 τάσδ' S.

DCXVII. De *balneo* falso appellato jocatur poeta — 1 βασιλεῦ viderat Grotius. — 2 τῆνδε Cod. — 3 θεοῖο Cod. Versus homericus, Odyss. K, 2. Hoc accentu Αἰόλος Cod. et Plan. etiam alibi. — 4 μετοικίσας Cod. Et μετοικίσσας admitti possit. — 5 αἶδ' Cod. — 6. Non quod pavimentum ferveat. — 7. « Φρίξος et Νάρκη, novi dii accommodate tali frigidario ficti, cognatique *Pallori* et *Pavori*, quos Tullus Hostilius in re trepida primus consecravit. » *Jac.* — 8 μεσωρὶ Cod. « Schol. Wech.: ἀντὶ τοῦ τῷ αὐγούστῳ μηνὶ κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους· εἶπε δὲ μᾶλλον τὸν αὔγουστον διὰ τὸ πνῖγος· ἔδει γὰρ εἶναι τὸ λουτρὸν θερμόν, δι' ὃ καὶ ἐπάγει « πνεῖ γὰρ ἔσω βορέας ». *B.*

DCXVIII. — 1. « Ὁ προτέρων μῦθος, Homeri scilicet Odyss. I, 94. » *B*

DCXIX. Lemma plenius : εἰς ἕτερον λουτρὸν ἔχον Ἀφρο-

δίτην λουομένην ἐν Βυζαντίῳ. » Quod vix verum esse putaverim. Conf. ad ep. 629. Sententia parilis ep. 630. » *B.* Haud dubie lemmatis scriptor a mente poetæ aberravit. — 2 πρὶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ ed. princ. Flor.; ὑπαρπαμένη Cod., sed apogr. Par. ὑφαρπ., ut Plan. — 4. Ἰναχίοις, Inachi fluvii, Argis, sede Junonis, unde ad certamen profecta erat. — 5 βοώσῃ, et versu 6 παφίῃ Cod.

DCXX. « Latinis versibus redditum in Cangii Cpoli Christ. I, 27, p. 94, § 23. » *B.* « Iisdem plerumque balneis et viros et mulieres usos fuisse apparet ex Clemente Al. Protr. III, 5, p. 272, ubi de intemperantia utrorumque graviter conqueritur. Non multum itaque Hadriani lex, quæ λούεσθαι χωρὶς ἀλλήλων προσέταξεν (Dio Cass. LXIX, 8) valuisse videtur ad tollendam illam consuetudinem. » *Jac.* — 2 ἦρξε Cod.

DCXXI. Balneum loquitur, omnis ordinis mulieres ad se invitans et pulchritudinem se illis aucturum pollicens. — 2 τευξόμενοι Cod. Quod ad πόθος supplendum : πόθος scil. τοῦ τυχεῖν κάλλους μείζονος. Quam vocem Grotius perperam accepit sensu absoluto. — 4. Conf. Il. Π, 178. — 5 « Ἐσμὸν ... ποθούσης. Conf. VI, ep. 1, de Laide. » *B.* — 6 ἥξει Cod.

DCXXII. « Præcedentis carminis imitatio; nisi forte hæc iisdem thermis inscripta fuerunt. — 1 et 3 εἰτέ σε Cod. — 4 λήψῃ Cod. Scil. μισθόν, ex voce μισθοφόρους assumendum. » *Jac.*

DCXXIII. Κύπρου in Cod. pro Κύρου. Plan. Κυροῦ. Lemma in S : εἰς λουτρὸν εὔμορφον. Erat haud dubie proprium nomen hujus balnei. — 2. Χάριν, gratiam loci. Conf. ep. 607.

DCXXIV. « Epigramma Cangius Cpoli Christ. I, 27, p. 91, § 31, ad illud balneum refert quod laudavit supra Leontius ep. 614, ac metricam apponit versionem. » *B.* — 2 οὕνεκα Plan. Contendere noluit cum Zeuxippo balneo. — 3 ἐκεῖνο Cod. — 4. « Χάριτας intelligo de omnibus iis rebus, quæ ad luxum faciunt. Sic Lucianus in balneo Hippiæ commemorat ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένα οἰκήματα, χαριέσσας ὑποχωρήσεις, etc. » *Jac.*

DCXXV. Lemma : εἰς ἕτερον λουτρὸν ἐν Αυχίῳ. Sic apogr. Par. et Plan. Sed lineola ω indicans in Codice non recta, sed a capite curvata est (qualem effingit Salm.), quare Paulss. Αυχίοις legit. Brunck. ἐν Αυχίῳ. Male Brodæus ἐν Αυχείῳ. Laudat ut Naiadum et Gratiarum balneum consuetum. — 1 πυλωρὸς Cod., adversante metro. — 3 ἐπὶ χεύμασι Plan. — 4 ἴδῃ Plan. — 5. « Οὐκ ἐθέλων expressum e Callimacho Lavacr. Pall. 78. Ad sequentia verba Homeri Il. Υ, 131, respexit etiam Pausanias X, 32 : τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. » *Jac.*

DCXXVI. Etiam in S lemma : εἰς λουτρὸν λεγόμενον Ἔρωτα. — 2 λαμπάσι S. « Simillime Regianus in Anthol. Lat. III, 28, de Bajis olim gelidis. — 3 ἀμβροσίου S. — 4. Πνοιῆς ἔαρ, odorem *suavissimum*, qui est translatus voc. ἔαρ usus. Plinio narrante H. N. XXXI, 3, §, 22, *unus in toto orbe traditur fons aquæ jucunde olentis in Mesopotamia, Chabura. Fabulæ rationem afferunt, quoniam eo Juno perfusa sit,* « post nuptias cum Jove », addit Ælian. N. A. XII, 30. » *Jac.*

DCXXVII. Earundem thermarum originem alia ratione explicat poeta. — 1 τάσδ' Plan.; τετυμμένος Cod. (sic semel Salm., iterum τετρυμμ.), quod revocavit Boiss., quam a Brunckio inde legeretur τετρυμμένος, *fessus,* « ut Tibullus I, el. 3, 88 : *puella paulatim somno fessa remittit opus.* Verbum τετυμμένος cum ἁπαλῷ non bene coire videtur. In talibus quidem non satis diligentes fuerunt sequioris ætatis poetæ, quos orationis variandæ et ab recepto usu abducendæ studium sæpe in errores abduxit. Hoc quidem loco Marianus, si meliores poeta sequi quam nova fingere maluisset, scribere poterat : ἁπαλῷ δεδμημένος ὕπνῳ, ut Hom. Il. Κ, 2 : μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. Plan. πεπεδημένος. — 3 δὲ τοῦτο Cod. Junge τούτῳ ὁμοῦ, *simul cum hac face.* — 6 λωτροχευσιν Cod.; ἐρωτίδες nonnullæ edd. Plan. Derivatum a nomine thermarum Ἔρως. » *Jac.* Conferendus Crinagoras VII, ep. 628

DCXXVIII. — Codex ter omissis ι adscriptis. « Ἵππος ipsa aqua est; χαλινὸν autem intellige parietes auro coruscos, ædiumque, quibus balneum illud circumdabatur, splendorem, quo illud, per longum tempus neglectum (χρονίῃ μάστιγι δαμέντα), denuo exsurgere videbatur. » *Jac.*

DCXXIX. Lemma : εἰς ἕτερον λουτρὸν ἔχον Πίνδαρον. Sic ap. Jac.; sed postrema verba duo hic non agnoscit Boiss. Iterum legitur post ep. 680, cum hoc lemmate : Ἰωάννου ποιητοῦ τοῦ Βαρβουκάλου εἰς λουτρὸν ἔχον Πίνδαρον. « Non fuit hic Pindari statua, ut nec Veneris in alio balneo ep. 619. De hoc epigr. vide Chardon. Roch. Miscell. t. I, p. 232. » *B.* — 1 αἰθέ σε Cod.

DCXXX. « Latinis versibus redditum in Cangii Cpoli Christ. I, 27, p. 94, § 20. » *B.* Ducangio aliunde non innotuerunt hæ *regiæ* thermæ, ut a magnificentia aut præstantia hoc nomen iis inditum fuisse videatur. — 1 τάδ' Cod., ut solet ante apostrophum. — 5 ποτιδεύεται Cod. et Plan., corr. Brunck. Deinde ἀμφιλόετρα sec. Salm. Ad ψυχροῦ schol. Wech.: εὑρίσκεται καὶ ψυχρόν.

DCXXXI. « In lemmate Cod. ἀγαμεμνόνια. Prætuli Planudeam scripturam. Thermarum harumce meminit Philostratus Heroic. 18, p. 94 (691 Ol.), ubi videatur mea nota p. 462. Adde Chandler. Itin. t. I, c. 23, p. 186. » *B.* — 1 μολοῦντες Cod., quod Boiss. reducebat. — 2. Ἐξελάθοντο, oblivioni dabant, neque amplius desiderabant opem supervacaneam. — 3. Pugnam cum Mysis, de qua Philostr. l. c. — 4. « Ἰὸς aut virus dicitur in vulnere collectum, aut ærugo ferri, vulneribus maxime perniciosa. » *Jac.* — 5 ὀρηφηφόρος Cod. lapsu.

DCXXXII. In lemm. ἄδηλα pro ἄδηλον. Lemma RS : ἄδηλον εἰς θέρμα (sic). — 2 ἐστ' ἂν RS et alius cod. Reg. n. 1773. Legebatur εὖτ'. RS περιξείῃ. — 4 περιθαλπὲς RS; ἐρεύεται Cod. sec. Salm.

DCXXXIII. — 1 τοῦτο τὸ λοετρὸν Cod.; λουτρὸν Plan.; τοῦτο λοετρὸν Salmasius. — 2 τὸν χρ. Cod. — 3 seq. « Obscurum acumen et, ut mihi quidem videtur, subabsurdum. » *Jac.* Non absurda brevitate dicitur κρίσις ἐστὶ Πάρις judex ab illis advocatus, pro ἐπὶ Πάριδι ἐστίν, sed nimiâ ipsa εἰκὼν fit κρίσις τριῶν μορφῶν. — 4 ε'χω e Cod. enotavit Salm.; ἀργυρέοις Plan.

DCXXXIV. « De balneo sole collustrato, quod inprimis laudabant, *blattaria* vocantes balnea quæ non ita aptata essent, ut totius diei solem fenestris amplissimis reciperent; v. Senecam Epist. 86, Lucian. Hippia § 5. Hinc

apparet cur Gratiæ Solem hoc loco jurent. — 1 φεραυγέα Cod. — 2. Ambigua sententia : nam et ἢ suppleri potest (ἢ ἐνθάδε ἢ π. Π.) et μᾶλλον. Ergo aut hoc dicunt deæ : se aut in hoc balneo habitare, aut apud Venerem, alteram sedem cum altera pro arbitrio permutantes. Aut hoc : sibi magis placere in hoc balneo habitare quam apud Venerem. » *Jac.* Subjectum infinitivi fefellit Boissonadium, annotantem : « Acumen non perspicuum, nam Solem apud Venerem habitare quis dixit? »

DCXXXV. In lavacrum Daphne dictum. Habet etiam cod. S.

DCXXXVI. — 1 τοῦτ' ἰδὼν Cod. « cum rasuræ vestigiis »; τοῦτ' εἰδὼν sec. Salm.; τοῦτο ἰδὼν Plan., Brunck. et Boiss. Legebatur e conj. Jac. τοῦτ' ἐσιδών. Schæferus mallet εἴπ' ἂν Ὅμηρος. Quod vulgato debilius et posthabendum. — 2 ἐπίληθες Plan. Odyss. Δ, 221.

DCXXXVII. Conf. ep. 619. — 2 ἄθλιον RS. « Sic Libanius in Antiochico t. I, p. 352, de fontibus in suburbio Daphne : πείθομαι δὲ κἀκεῖνο, τας τρεῖς θεὰς, ὅτε περὶ κάλλους ἤριζον, ἐνταυθοῖ λουσαμένας ἥκειν. » *Jac.*

DCXXXVIII. Conf. ep. 609*. — 1 ὀρχούμεναι Cod.; alterum Plan. Notus Gratiarum cultus Orchomeni.

DCXXXIX. — 2 ἀλλήλοις RS et Plan.; ἀλλήλων Cod.

DCXL. — 1. « Ἀθάνατοι. Ex loquendi usu hujus ævi intellige *Cæsares*, ἡμιθέους *proceres* reliquos. — 2. *Quinta* hora, quum vulgo *octava* lavationi destinata esset, post negotia; v. Plin. Epist. III, 1, 8, et intt. » *Jac.* Deinde pessime Plan. ἥματα πάντα. Ἥματα, alibi λύματα, est, quod jam Salmasius adscripsit, *fæx populi*, et Brunckius : *et puis la canaille.*

DCXLI. Boissonadii nihil habeo in hæc Agathiæ, cujus poetæ epigrammata separatim edere voluisse videtur; initium quindecim ferme epigrammata complectens habui et annotationem ampliorem suis locis posui; jam laborem hunc non fuisse absolutum a viro præstantissimo credo potius quam effugisse filii piam diligentiam. « In Sangarium, Bithyniæ fluvium, quem Justinianus ponte junxerat. Quod opus cum laude commemorat Procopius De ædif. V, 3. Paulus Sil. in Descr. S. Soph. 513 :

τὸν πρὶν ἀνικήτοισιν ἀγηνορέοντα ῥεέθροις
Μύγδονα Σαγγάριόν τις ἰδὼν Βιθυνίτιδι γαίῃ
νῶτα λιθοτμήτοιο διαζωσθέντα γεφύρας.

-- 1 μετὰ δήμων Cod.; Μήδων Plan. recte. Μεθ' Ἑσπερίην, post devictam Italiam, Persas et barbaras gentes; nam sequitur v. 4 ἐδουλώθης. — 3 κρατεροῖσι ed. pr. Flor. et priores Ald. — 4 οὕτως Cod.; αὐτὸς Plan. Eadem imagine usus erat Æschylus Pers. 751 de Hellesponto a Xerxe ponte juncto. — 5. Ἀνέμβατος, nam erat τελέως κοῖλος καὶ δύσβατος, teste Polybio ap. Suid. v. Γάλλος, ubi consul Romanus eum diu ante Justinianum ponte instruxisse narratur » *Jac.*

DCXLII. Σωτήρια sunt quæ veteribus ἕδραι, *latrinæ*, ut annotat Suidas v. Ἀφ' ἑδρῶν, ubi videndus Kusterus p. 890 Bernh. Non prætereunda nota Brunckii : « Quattuor in *foricas* epigrammata (642-644, 662), si lemmatibus fides, ædificium respiciunt publicum quod Smyrnæ fuit. At quum Agathias patria Myrinæus fuerit, et sæpe confusa, in iis præsertim quæ hunc scriptorem spectant, nomina Σμύρνη et Μυρίνη, quod probabilius mihi visum est, sumptus scilicet erogasse Agathiam (quod apparet ex ep. 662) in ornanda urbe patria, secutus sum et Μυρίνῃ reposui pro Σμύρνῃ. » — 3 φασσιανοί Plan. Sed Φᾶσις producitur. In fine ἴγδην ed. pr. Flor. et cod. Laur. — 4. Τρίψιες pro concreto, ut ὑποτρίμματα, cibi contriti et artificiose commisti. Codex βρωματόμιξάπάτη. Plan. βρώματος ἐξαπάτη et pejus Laur. βρωμάτων. — 5 γίγνεται Plan. — 6 πιναλέη Cod. sec. Salm. — 7 γιγνώσκει Plan.

DCXLIII. « Epigramma maximam partem versatur in hac sententia Cynici Lucianei c. 9 : αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ νόσους αὐτοῖς ἐμποιοῦσι. » *Jac.* — 4 ἐκθλίψεται Cod. lapsu. — 6 πολὺ Cod. Id est πολὺ παρὰ τὸ ἀναγκαῖον ἐξετάθης. Genitivus pendet a notione comparativi. — 9 ἐνθάδ' et inter lin. δε Cod. — 10 τείνει Cod.

DCXLIV. — 2. Μίμνειν pro vulgari ὑπομένειν. — 5 δ' ἀρτ. Plan. — 9 οἱ πλουτοῦντες ποικινοῖσι συνόντες Cod., quod egregie correxit Jacobs., inserto ἀεί. Plan. οἱ πλουτοῦσι καὶ οἱ κείνοισι συνόντες, male. — 10 εἰς πλέον Cod.; οἱς πλ. Plan., quod cum Brunckio recepit Boiss.

DCXLV. In laudem Sardium urbis. — 1 ὑπ' ἠνεμόεντι Plan. « Ἀνθεμώδης est Euripidi Bacch. 462. Plinio V, 29, *croco florentissimus et vitibus consitus.* Μαίονος, Lydi. Plan. γείτονος. — 2 σαρδιεηλυδῶν Cod.; σαρδαλέη Λυδῶν Plan.; corr. Salmas. — 4 υἱέα Cod. Memorabilis locus ob fabulam de Jove, quem Rhea in illis regionibus aut peperisse existimabatur, aut incolarum fidei credidisse. Fabulam tetigerunt schol. Hom. Il. Ω, 615 : Ῥέα φοβηθεῖσα τὰς ἀπειλὰς Κρόνου τὸν παῖς θυγατράσιν ᾤκησε Σίπυλον κρυφίως· et Jo. Lydus De mensib. p. 96 : ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ δυτικῷ τῆς Σαρδιανῶν πόλεως μέρει ἐπ' ἀκρωρείας τοῦ Τμώλου τόπος ἐστιν, ὃς πάλαι μὲν γοναὶ Διὸς ὑετίου, νῦν δὲ ... Δεύσιον προσαγορεύεται. Rheam autem Sardium cives pro indigena habuisse apparet ex Herodoto V, 102. — 5. Tmolum et Sardes patriam sibi esse testatur Bacchus ap. Euripidem B. 462. Adde Arrianum Exp. Al V, 1, 2. — 6 εὐρυτέρω τὶ Cod., quod recte emendavit Plan. — 7, 8. Vini inventionem his verbis urbs sibi tribuit. Οἰνὰς ὀπώρη, auctumnus vini ferax, laticem ex uvis expressit, ut lac ex uberibus exprimitur. Verbo ἀμέλγειν de hac re usus est Ion Chius ap. Athen. X, p. 447, D : παῖδες νέκταρ (uvæ) ἀμέλγονται· et Nonn. Dion. XII, 320. » *Jac.* Olim in hoc loco hæsit vir eximius, et οἰνὰς Ὥρη conjecit, « nam Horæ hoc musti exprimendi negotium tribui poterat, quod certo anni tempore debebat peragi. » At οἰνὰς vox nulla nititur auctoritate. Heckerus I, p. 324 οἰνὰς ὀπώρη *uvam maturam* interpretatur coll. Nonno Dion. V, 279; XII, 37, hæc addens minime probabilia : « Equidem subjectum verbi ἀμελξε esse censeo nomen Βρόμιος, quod si quis forte durius omissum putet, scribi possit ἡμετέρας δδ' ἐν ὀργ. Bacchus enim primus uvas pressit et vinum bibit ap. Nonn. XII, 320. Deinde scribendum aut οἰνάδος ὥρης, ut substantivo ὥρη de uvis usus est Babrius XIX, 4, aut potius οἰνάσιν ὥραις coll. Nonno XX, 3. » — 10. Sardibus inviderunt urbes potentissimæ, et a pluribus ei urbi bella illata sunt, « de quibus præter Herodotum vide Strabon. XIII, p. 628 (536, § 8 Did.). Grotius accepit μεγαιρομένην pro μεγαίρουσαν, quod fieri non posse videtur. » *Jac.*

DCXLVI. Eo nomine quæ fuerunt urbes enumerat Steph Byz.

DCXLVII. Lemma Planud. : Πομπηΐου, εἰς ἄγαλμα Νίκης ἀπτέρου ἐν Ῥώμῃ, ἧς τὰ πτερὰ κεραυνῷ κατεφλέχθη. Quod nescitur unde ille sciverit. Per se quidem non est improbabile, prodigium interpretatione versum fuisse in faustum omen; sed in ἀπτέρῳ Victoria, signorum genere tam antiquo et usitato, credi non potest. Alis destituta Victoria existimabatur usque permansura apud suos, ut est ap. Pausan. III, 15, 5 et alibi. Comparat Jac. quæ de Fortuna Romanorum dixit Plutarch. Mor. p. 318, A : ἡ Τύχη τῷ παλατίῳ προσερχομένη καὶ διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας... καὶ οὕτως εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην ἀεὶ μενοῦσα. — 1 τεὸν κλ. Plan. Schol. Wech. : γρ. καὶ κράτος.

DCXLVIII. Apud Plan. ἀδέσποτον. Domum habebat Macedonius in urbe Cibyra, quæ ἡ μεγάλη, et Cæsarea, caput Cibyratidis in Phrygia magna, haud procul ab Antiochia minore et Mæandro. Adde epigr. sequens.

DCXLIX. 1 θεμέθλου Plan. Ignoro quid sit in marg. hujus distichi positum manu Salmasii : φριξίανος. — 5. « Λιπερνήτης. Schol. W. : ὁ πτωχὸς, παρὰ τὸ λείπεσθαι τῶν ἐρνέων ὅ ἐστι φυτῶν. Confer Etym. M. » *B*. — 7. Πόνων ἄμπαυμα hanc ipsam domum, ut videtur, intelligit.

DCL. « Conf. ad ep. 514. Fuit Zeuxippus vicinus ἱππικοῦ, scilicet Hippodromi, de quo Cangius Cpoli Christ. II, 1, p. 102. » *B*. Adde I, 27, p. 89. — 3 seqq. « Spectatis matutinis curruum decursionibus, post balneum, huc veni cœnatum. Hinc justo tempore ad hippodromum redire poteris. Ludorum celebratio a mane ad vesperam produci solebat, ita ut plerumque mane quaterni utriusque factionis decursus fierent, totidem vespera. » *Jac*. — 6 ἐκ θανάτου Plan. male.

DCLI. « In lemmate ὑψηλὸν idem significare videtur atque ἐν ὕψει in lemmate ep. 653. » *B*. Nam de *altitudine* domus ipsius nihil in epigrammate. — 2 ἱματίῳ Cod. — 3. « Paulum solœcismo ὅταν περικίδναται usum esse dubito. Vide an scribendum sit κροκόπεπλος ὅτ' ἀνθεῖ κίδναται Ἠὼς τερπομένη, *splendore meo gavisa et ornamentis*. Simplex κίδναται usurpat Hom. Il. Θ, 1. » *Jac*.

DCLII. Domus loquitur. — 2. « Veteres in exstruendis ædibus interioribusque earum partibus distribuendis cœli et temporum anni rationem habuisse, notum ex Vitruvio VI, 7. ». *Jac*. Domuum quæ vis sit ad valetudinem tangit Antyllus ap. Oribas. IX, 13, t. II, p. 307.

DCLIII. — 2. Hesiod Op. 289, qui de Virtutis sede in rupe præalta dixit. — 3. Κεχαρηότι, poetice ad pedem relato quod est hominis cum anhelitu scandentis altæ scalæ gradus. — 4 « χόνιν prius legebatur; correctum eadem manu κόμην. » *Salm*. — 6. πιστότατος θάλαμος Plan. « Brunckius malebat πιστότατον θάλαμον, qui etiam καὶ in καὶ vertere debebat. Sed neque in his neque in Grotianis apparet acumen. Suspicor corrigendum esse αἰπύτατον, hac sententia : Sane hic thalamus non solum ut virtutis sedes arduus est, sed pro summo illius vertice habendus videtur. Sic finis epigrammatis bene respondet initio. » *Jac*. Boiss. hæc annotavit : « Si locus sanus sit, hæc est forsan sententia : Spectare se ex edita domus parte latum mare, sed sine periculo, sicque se dem illam ut virtutis (conf. v. 1) esse valde tutam. » Imo hoc voluisse videtur Agathias : fortasse eam domum sive ὑπερῷον illud esse ipsum *Virtutis thalamum*, et exspectanda emendatio adjectivi.

DCLIV. Lemma : εἰς ἀφύλακτον τ(όπον?) οἶκον πωδαστικῶς. Pauper ad fures. Conf. VI, ep. 302. — 2. Sive, ut Xenoph. Conv. c. 3, 9, de paupertate : τοῦτο δὴ ἥκιστα μὲν ἐπίφθονον, ἥκιστα δὲ περιμάχητον, καὶ ἀφύλακτον ὃν σώζεται.

DCLV. In lemm. Cod. μαεναυρας. « Illustravit ac metricam apposuit versionem Cangius Cpoli Christ. II, 5, p. 127. » *B*. Ubi de palatio Magnaura agit. Pessimi versus. — 1. Βασιλῆες, v. ad v. 3. — 2. « Hoc de imperio simpliciter intellexerim, quod favente Christo illi tenuerint. Potest autem respici ad recuperationem Crucis, quam Persæ ab Heraclio pacem petentes Christianis restituerunt a. 628. — 3. Corripe ι in Κωνσταντίνῳ. Constantinus III patre Heraclio adhuc vivo titulo Augusti utebatur. Apparet autem ex hoc epigr., post illud Magnauræ palatium, quod Constantinus M. condidit, aliud ejusdem nominis exstruxisse Heraclium post Persas devictos. » *Jac*.

DCLVI. In lemm. χαλκῆν, Plan. χαλκῇ (supplent οἰκία). Deinde Cod. ὃ (non ὃν), quod reposuit Boiss., et in fine : ἐν Κωσταντινουπόλει. « Illustravit et metricam addidit versionem Cangius Cpoli Christ. II, p. 114. » *Boiss*. « Fuit hæc Chalce triclinium, quod magno Palatio pro vestibulo erat. Videtur initio porta ex ære fuisse (χαλκῆ, sc. πύλη) quæ ad Palatium ducebat; transiit nomen ad ædificium ei vicinum : quæ est suspicio Heynii Commentt. Gotting. t. XII, p. 279, quem inprimis vide. Si Cedreno fides p. 322, Anastasius, confecto Isaurico bello, hanc ædem in eximiam eduxit altitudinem. Ceterum præter Cedrenum omnes Originum Cpol. scriptores Chalcen ante Anastasium exstitisse scribunt; unde haud inepte suspiceris falsum esse lemma epigr. nostri, idque ipsum Cedreno imposuisse, quum aliud fortasse Anastasii ædificium describatur. Cogitabam de palatio Blachernarum, de quo Suidas : Ἀναστάσιος ... κτίζει καὶ τὸν μέγαν τρίκλινον τὸν ἐν Βλαχέρναις, ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τοῦ δεῦρο λέγεται. — 1. Τυραννοφ. referendum ad Isaurorum oppressionem, quos τυραννῆσαι βουλομένους invasit Anastasius, ducesque rebellionis sive tyrannos, Longinum, Athenodorum aliosque, occidit. — 5. Ἀσκεπές, *sine tecto*. At Chalcen æneis tegulis tectam fuisse plurimi tradiderunt; quin nomen inde traxisse existimarunt. Insequenti tempore, quum Chalce in seditione conflagrasset, Justinianum ex æneis tegulis statuam sibi faciendam curavisse narrat Cedrenus. — 6 πολυμνήτοιο Plan. — 7. Hoc primum fuisse ædificium ab Ætherio constructum dicit. — 12. Æneas tegulas Capitolii a Catulo fuisse inauratas tradit Plinius XXXIII, 3. — 14 ῥουφήνιον Cod. Lucum Nicephorium, ab Eumene ad Pergamum exornandam consitum, commemorat Strabo XIII, p. 624. Hunc Rufinus fortasse novis ædificiis exornavit, suoque vocavit nomine. Splendida eum ædificia construxisse memorat Claudianus In Ruf. II, 448, sed de luco Pergami speciatim nihil reperio. — 15. *Hadrianus per Asiam iter faciens*, dicit Spartianus, *templa sui nominis consecravit*. Unde τὸν ἐν Κυζίκῳ ναὸν μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων, quem describit et terræ motu eversum conqueritur Dio Cassius LXX, 4, hunc ipsum esse, quem respicit poeta, credi par est. Ceterum toti huic loco simillimum est Martialis epigramma primum : *Barbara Pyramidum* etc. — 16 ἀείσῃς Plan. De μὴ vetante cum indicativo futuri juncto v. Locell. ad Xen. Eph. p. 204. — 18 μοῦνος om. ed. pr. Flor. Adversativa particula facile careas, et

legeretur melius : μοῦνος μεγάλην ὑπερέδραμον αἴγλην. [Salmas. : « Ἄγην, et correctum αἴγλην. » Longissimum de Pharo scholium Wech. hic exscribit Boiss., subjiciens : « Adde Barth. ad Æneam Gaz. et Zachar. p. 159 et 382 ; interprr. ad Rutil. Itin. I, 404 ; C. Fr. Hermann. ad Lucian. De conscr. hist. c. 62, p. 359 ; epigr. 674. »] — 19. Conf. dicta ad Christodor. Ecphr. v. 404. — 20 μετάλεσσιν Cod. Sedem Imperatoris in orientali parte terræ intellexit. » Jac. Sed Boiss.: « Sententia eadem esse videtur atque ep. 651, 3 seq. Est ἠριγένεια pro die, non pro ipso Oriente. »

DCLVII. De palatio Sophianarum agens Cangius Cpoli Chr. IV, 12, p. 171 hoc epigrammate utitur, addita Wolfii versione ex Zonaræ Annalibus XIV, 10. Zonaras enim hos versus recitat, quos tribuit Agathiæ. Vide et Cangium ad Zonaræ locum p. 61. » B. Zonaram epigramma in Agathiæ Anthologia legisse videri bene observat Jacobs, qui de palatio : « Exstructum erat ab Justino Curopalata et de nomine conjugis Sophiæ appellatum τῶν Σοφιανῶν vel τῶν Σοφιῶν. Situm erat ad portum Juliani [illegible] dur. t. II, p. 677 seqq. — 5 [illegible] Cod. — 6 [illegible] Cod. et Zon.; recte Plan.: [illegible] superposito α Cod.

DCLVIII. Ipsi Prætorio inscriptum : nam de [illegible] cogitare noli. « De Prætorio Cangius Cpoli Christ. II, 9, p. 152, § 6, et utitur epigrammate Pauli vertitque metrice. Conf. ep. sequens. » B. « Plebs annonæ inopia laborans anno duodecimo Arcadii ignem Prætorio subjecerat, quod etiam post Domnini restaurationem bis conflagravit. — 3. Videtur [illegible] scribendum, ut hæc omnia referantur ad Justinum. » Jac.

DCCLXXXVIII. « Hymnus in Fortunam potius quam epigramma. » *Jac.* Nimirum perierunt quorum causa hæc præfabatur poeta. — 2 ἐννεσίῃσιν Cod.; ἐννεσίαις Plan.; ἐννοίαις var. ap. Wech. Brunckius de conj. εὐμενέτειρα T. — 3 ᾧ ποτε edd. vett. Plan.; ὁππότε edd. ab secunda Aldina et Codex; illud verum. — 4 παρέχοις Cod.; παρέχεις Plan., quod revocat Boiss., adscripto schol. W.: ἀντὶ (τοῦ) ᾧτινι οὕτω σαυτὴν χρῆσθαι ὡς βούλοιτο παρέχεις, ὡς καὶ τὸν σὸν αὐχένα ἐξεῖναι αὐτῷ καταψᾶν. Vere Brunck. παρέχῃς. Dixit αὐχένα, quia superba; δεξιτερῇ, qua manu sacrificia et propitiamenta offeruntur. — 5 τούτω, sc. τῷ σῷ νεύματι. — 6. Post hunc v. sequentia absunt a Plan. — 7 σαώτερος Cod., corr. Jac., qui Pindari meminisse poetam observat Ol. XII, 3: σώτειρα Τύχα· τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες. In fine αὐπαύονται Cod. — 9 ἀκύμονες Brunckius; ἀμύμονες Cod.; ἀπήμονες conj. Jac. — 10 λειμῶνες Cod., corr. Brunck.; λειμάδες Salmas. — 11. Post hæc in Cod. lacuna versus unius.

DCCLXXXIX. Rhetoris cujusdam imagini subscriptum. Ipse loquitur. — 1. Conf. ep. 779, 3.

DCCXC. Apud Plan. ἄδηλον. In templum Dianæ Ephesiæ. In idem aliud epigr. habes ejusdem Antipatri supra n. 58. — 1 ποτ' Plan. « Ut in regum ædibus liberis, sic in Olympo quoque singulis diis deabusque οἶκοι sive θάλαμοι exstructi erant. Hic olympicus παρθενὼν Dianæ jam est Ephesum translatus. — 2. Ἐμβεβ., poetice pro ἱδρυμένον. — 3. *Androclus*, Codri filius, qui Ionum coloniam Ephesum duxerat. Ejus historiam v. ap. Pausan. VII, 2. Θοῶν ad agilitatem et in bello præstantiam referendum videtur, ut ap. Hom. [Heckerus I, p. 174, corrigit Ἀνδρόκλου θείων, coll. ἀγαυῶν Ἰώνων ap. Dionys. Per. 822, sine probabilitate.] — 5. Τιτυοκτόνος Diana etiam ap. Callim. D. 110, ubi schol.: Τιτυὸς βιασάμενος Λητὼ ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. — 6 ἐνταυθοῖ Plan

Prope Ephesum, in luco Ortygiæ, Latona Dianam peperisse narrabatur; vid. Strab. XIV, p. 639, ubi 'Ορτυγία ἡ τροφός. » *Jac.*

DCCXCI. Scriptum est in Veneris (marinæ) templum, quod Postumus quidam in ipso mari exstruxit. Schneiderus accepit de C. Postumo Pollione architecto, qui Terracinæ Apollinis templum struxerat. « Obscurum et corruptum carmen recensui ex conjecturis Hermanni et Jacobsii. Meum est in fine τάφου. » *B.* — 1 περιστρεφεα (sic) σηκὸν Cod.; περιστεφέας σηκοῦ (κρηπῖδας) Hermann. ad Orph. p. 767, Boiss.; περιστρεφέος σηκοῦ Heckerus I, p. 198, quod prætuli. Jungenda μητρὶ θαλάσσῃ. — 2 κρηπίδας et πηξαμένη Cod., quod servat Boiss. et Græfius, hic distinguens πηξαμένη Χαίρεις· ἀμφὶ δὲ πόντος etc. Jacobs. tom. XII, p. 480, πῆξα μέσῳ, quod non retulit in Palat. Sed fortasse præstabat cum Heckero scribere πηξάμεθα. In tertia quæ v. 5 sequitur persona nullam offensionem esse jam multis exemplis docti sumus. — 3 χαίρει τ' Hermann.; χαίρει ἴδ' Jac. et Boiss.; sed δ' integrum esse jam ab Heckero monitum. — 4 ἀφρὸν et κυάνεον Codex, utrumque corr. Jac. Rectissime vero Heckerus : « Præsens γελῶν hic loci requiri videtur », ut pro sanato versus haberi non possit. Neque satisfacit quod in Palatina posuit Jac.: ἀφρὸν ὑπὲρ νώτου κυάνεον κεδάσας. — 5 ἐγείνατο Cod.; ἐγείρατο Heckerus, mutatione vix ulla, ob similitudinem literarum ν et ρ patulæ : *erigendum curavit*, de quo usu post ὃν dubitare non debebat O. Schneider. Legebatur ἐδείματο e conj. Brunckii. — 6 αὐχήσει μέζονα φλουσι πάφου Cod., quod docte et ingeniose correxit Hecker. in prioribus Commentt. p. 338 (αὐχήσει relinquens), in posterioribus conjecturam non memorat, nam « insanabilia videri verba ultima. » Ἀφρώ pro Ἀφροδίτη ap. Nicandrum et gramm. Bekk. Anecd. p. 857, 10. Neque ut vera hæc posui, sed ut idonea sententiæ cum minima mutatione traditorum ductuum. Εἵνεκα εὐσεβίης νηοῦ θ' figuræ ἓν διὰ δυοῖν species non rara. Idem Heck. in v. 5 νηῷ τὸν ἐγ., etiam νηόν scribi posse addens, qui casus cum αὐχέω aliquoties legitur, et αὐχήσῃ medio. Τὸν pro θ' ὃν Jacobsius. Hermannus σοῖο Πόστουμος αὐχήσειν μείζονά φησι Πάφου, in quibus τάφου Boiss., « hac sententia : *laudem se adeptum ait quæ vincet orcum.* » Jacobsius εἵνεκα δ' εὐσεβίης νηοῦ, τὸν ἐδείματο, σεῖο Π. αὐχήσει μεῖζον ἐρᾶν σε Πάφου, sed in Add. νηοῦ θ' ὃν ἐδείματ', ἐσαιεὶ Πόστυμον αὔξησον μέζον, ἄνασσα Πάφου.

DCCXCII. In Niciæ tabulam pictam, quæ Ulyssis ad inferos descensum ex Homero adumbratum repræsentabat. Eam picturam commemorant Plutarchus Mor. p. 1093, E, et Plinius XXXV, 11, § 28, qui *Necromantiam Homeri* vocat et Athenis fuisse testatur. Addit autem : *Hanc* Nicias *vendere noluit Attalo regi talentis LX, potiusque patriæ donavit, opibus abundans.* « De Nicia pictore vide Nauzeus in Memor. Acad. Inscriptt. t. XXV, p. 286. » *B.* — 1 νίκεω Cod., corr. Brunck.; ἀεὶ ζώει ὅς νεκύα Cod.; ἀειζώουσα Jacobs. in Add. et nott. mss., qui ante ἀείζωος [δὲ], nam in Codice scriptum ἀειζώειος est pro — ζωιος. — 3 ἀΐδων. Cod.

DCCXCIII. Vide dicta ad ep. 713. — 2 Η Codex cum utroque spiritu; ἡ Jac. in nott. mss., qui olim ἡ Φύσις. Scripsi φύσις, quod, ut τέχνη, hic significat *rem* procreatam.

DCCXCIV. Vacca loquitur. — 1 ποῖ Plan. — 2 ἔδωκεν ἔχειν Plan. Τόδε, currere.

DCCXCV. Conf. ep. 719. — 1 ἢ τάχα Cod., posterius in ἡ mutatum.

DCCXCVI. — 2 κενεὸς Aldinæ.

DCCXCVII. — 1 εἴθ' ὀρόων Cod. « Schol. W. : χαίνει· ὡς καταβρώξων. [2.] Ζεύγλην· ὡς ζεύξων. Κορύνην· ὡς θηρευσόμενος. Potius ὡς ἐλάσων εἰς ἀγέλην. » *B.* — 2 γειοπόνοις ζ., ἀγρονόμος τ' ὀδύνην Cod.; alterum Plan. « Ductus color ex ep. 730. » *Jac.*

DCCXCVIII. Brunckius hæc ut dialogum distinxerat, quem refutavit Jac, pluribus exponens epigramma a Grotio perspicue redditum.

DCCXCIX. In lemm. κίονι τὸ ὄν εἰς in Cod.; τῷ ὄντι om. Plan. et apogr. Par. « Versionem metricam et illustrationem hujus epigr. et sequentis dabit Cangius Cpoli Christ. II, p. 176. » *B.* In Museum a Muselio, sacri cubiculi præposito, ut putat Ducang., suis sumptibus exstructo in eo loco, qui a statuis filiorum Constantini M. *Philadelphium* vocabatur. « De statua ibi porphyretica v. Bandur. t. II, p. 586. Conf. Heynium in Comment. Gott. t. XII, p. 284. — 1 μουσήλ. Plan. et Cod. a pr. m., μουσίλ. a sec. Ac prorsus eodem modo ep. 800, 1. Per vocem εὔνους respicitur, quod jam Ducang. vidit, ad *Eunuchi* titulum; nam sacri cubiculi præpositi eunuchos fuisse constat. Hanc appellationem erant qui deducerent ἀπὸ τοῦ εὔνουν ἔχειν. » *Jac.* Plan. βοῶσι. — 3 δὲ χαρ. Cod. — 5, 6. His celebratur imago Imperatoris. In Plan. distichon hoc peculiare epigramma efficit, quod Huetio auctore cum sequente copulavit Brunck., ut accusativi jam pendeant ex ἀνέθηκε. Sed præferenda Codicis divisio, quam et sequitur Grotius. In fine Cod. κυρων (sine acc.), Plan. κυρῶν. Huetius κούρων. — 6 ταῖς ἀρεταῖς Plan.

DCCC. — 1. Vide ad ep. 799, 1. — 2. « Ludit in λόγος, oratio, et Λόγος, Verbum. Sic et alii. Vide mea Anecd. t. I, p. 249. Hieronymus De Trinitate p. 50 : μὴ εἴπῃς ποίῳ λόγῳ; ὑπὲρ λόγον ὁ Λόγος. » *B.* Quales lusus auribus percipiuntur cum voluptate, scripti oculis fere pereunt.

DCCCI. Salmasius et Brunck. præcedentibus adjungi malebant. — 2 ἥδρασεν Brunckius, de alterius quantitate hic frustra sollicitus.

DCCCII. « Commemoratur statua Marciani in Tribunali cum aliorum Imperatorum statuis posita. Vide præter Bandur. Antiqq. Cpol. n. 255, Heynium Comment. Gott. t. XI, p. 49. Describitur statua equestris. — 1. [Legebatur ζώῳ, quod corrigere neglexerunt.] — 4 ὅστις Cod., corr. Huschk. Animadvertendum autem præter codices bonos, etiam grammaticos ὅστις prima correpta notare in Hom. Od. A, 47. » *Jac.* Μιν intelligo *equum*, cujus exsultantis cum equite pondus nitebatur in capite elato hostis jacentis.

DCCCIII. « Lemma Plan. : εἰς οἶκον τῆς Σοφίας. Est οἶκον male scriptum pro εἰκόνα. » *B.* Jac. : « Erat juxta statuam Justini Imp. posita in portu Sophiano; v. Ducang. Cpol. Christ. I, p. 59, Bandur. t. II, p. 844, anon. De antiqq. Cpol. III, 126, p. 45 Bandur. » Adde ep. 810.

DCCCIV. In lemm. Plan. 'Ιουστινιανοῦ, quod non temere rejiciendum et fort. etiam v. 1 'Ιουστινιανὸν ferri posse putat Lennep. p. 243. — 1 καταχρεως Cod.

2 ἔπαρχος Brunck. Vide dicta ep. 690. « In Ἰουλιανὸς alterum ι fere mutum fit; nam versus est dodecasyllabus politicus, ut prior. » *B.* Grotius haud dubie scripserat *meritis patrem*, non *parem.*

DCCCV. « In lemmate apogr. Par. κεκοσμημένην, et sic Plan. [præter ed. pr. Flor., quæ ut Codex.] » *B.* Brunck. corrigebat κατακεχωσμένην, Huetius κεκλιμένην. Nescitur ubi posita hæc Martis statua Thracibus erat pro palladio. — 1 θούριος Plan.; θοῦρος Cod., qui deinde ἐπιχονὶ (sic) κέκληται, apogr. Par ἐπὶ χθ. βέβληται. Significari videtur *in solo posita*, solo insidens et innitens, ut Heynius quoque Commentt. Gott. t. X, p. 84, addens quidem : « nisi, quod malim, fuit pro ἐπικέκλιται ἐπὶ χθόνα, *conversa prospicit.* » Huetio est « Mars humi recumbens, quietis gratia », quod et ipsum verba patiuntur, sed cum voce κεχωσμένην in lemmate conciliari non possunt.

DCCCVI. « In horologium a Sergio patriarcha Cpolitano in loco quodam positum, ubi olim hortus fuerat. De Sergio, qui sub Heraclio floruit, v. Bandur. II, p. 899 et Fabric. Bibl. Gr. t. X, p. 199. » *Jac.* — 3 τελέσσαι Plan.; τελέσσας Cod. — 5. Λίθος στατὸ: est gnomon. De sequentibus conf. ad ep. 505, 14. — 6. Nonnulli malebant ἑξάκις, sed *septem* lineas intelligi quibus in *sex* æquas partes solarium divisum erat, probabiliter statuit Jacobs. De septem planetis accipiebat Grotius.

DCCCVII. In idem horologium Sergii. — 2. « Videtur corruptum ἀγρεύειν. Num ἐργνύειν, *includere?* ni fere idem possit nunc ἀγρεύειν significare. » *B.* Jacobs. conjiciebat ἀγγέλλειν aut, quod præfert, ἀρχεύειν, *dirigere ad gnomonem solarii*, cui conjecturæ favet versus sequens. Ap. Grotium *mentitur* excusum erat. — 4 ὡρονόμων σοφίη Cod. Σκιόεις τύπος dicitur umbra gnomonis lineis accurate descriptis incidens.

DCCCVIII. « Maximinus non ille intelligendus cum Ducangio Cpoli Christ. l. II, p. 174, qui sub Justiniano Præfectus prætorio Italiæ fuit, sed qui sub Theodosio juniore quæstor palatii fuit, in Codice Justinianeo commemoratus; v. Fabric. Bibl. Gr. t. XII, p. 341. » *Jac.* — 1 μαξιμῖνος Cod. « Putat scholiastes Wech. posse scribi Μαξμῖνος. Non scribi ego posse puto, sed pronunciari. Accentum tamen mutari nunc satis est. [Ap. Grot. *novum* mutavi in *novam.*] — 3 ἀγλατη... ἀπειρεσίηι Cod. — 5. De quantitate nominis Βιθυνηΐδος, cujus antiquiores poetæ primas duas syllabas producebant, monuit G. Dindorf. in Stephani Thes. » *B.* Βιθυνίδος Jacobs. probante Heckero I, p. 326, quod in hujus ætatis hominibus vix necessarium. — 6 ἡμετέρης δ' ὕπεν(ερθεν inter lin.) ερσθεν. (ι suo loco posito inter lin.) θεμίθλοις Cod.; recte Plan. Domus fundamenta alluebant undæ Bospori in Propontidem se effundentes. — 8 ποδὸς, *fundamentorum*, conjicit Jacobs. An *extremum littus*, ultimum marginem oræ significat, ut in sicco stare intelligatur ipsa domus fundamentis in mare depressis imposita? — 9 ἐξεμέθεν Plan.

DCCCIX. — 1 κῦρος ἔχει Cod., versû non pleno; ἐγείρει Plan.

DCCCX. Lemma : εἰς Ἰουστῖνον καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα. Conf. ad ep. 803. — 1 σοφίη Cod. « Σοφίη posui; Jac. correxit Σοφίης. » *B.* — 2. « Χρύσεον ἔργον de portu Sophiæ accipiendum videtur : χρύσεος omnino de rebus splendidis usurpari solet. *Assyrius* triumphus adulatorie dictum de sperata clade Persarum quibus omnia feliciter successerunt, donec paucis ante obitum Justini mensibus Tiberius eos superavit magno prœlio. » *Jac.*

DCCCXI. Lemma inchoatum : εἰς ..., non absolutum. « Ducangius Cpoli Christ. II, p. 126, novum consistorium a Justiniano in Hebdomo exstructum describi putat; nescio quo jure. » *Jac.*

DCCCXII. In statuam Justini Imp., in porticu Magni Prætorii collocatam, de quo v. ad ep. 658. — 2 καθαραῖς Cod. et apogr. Par.

DCCCXIII. In Planudeæ codice uno repperit Brunck. — 2. « Forsan, ἔπρεπεν ἡ σοφίη. » *B.* Sic edidit Brunck.

DCCCXIV. Balneum amœnitate conspicuum, nemoribus fortasse circumdatum, vivæ aquæ ex fontibus subito defecerant : eam invidiam Nympharum, ait poeta, locum non reddituram desertum. — 2 ἥξειν Cod. « Scripsi εἴξειν e conjectura Jacobsii et Niclasii in Wolfii Analectis t. II, p. 95 vel in Classico Valpyi Diario t. XIX, p. 190. » *Boiss.* Qui et ὑμετέροις cum illis posuerat, sed deleto reduxit ἡμετέροις. Quod non satis intelligo, et de tota illa interpretatione vehementer dubito, propter tertii versus verba : εἰ δὲ τόσην τὸ λ. ἔχει χάριν, quæ manifesto ad præcedentia referuntur, et *tanta gratia balnei* invitare debebat μεταναστείας ut *redirent* potius quam abirent simul omnes. — 4 ἀπέλειπον Cod. « Vulgo : εἰ Νύμφαι πᾶν ἀπέλειπον ὕδωρ. Posui Νύμφαι vocative ac scripsi ἀπέλειπεν. » *B.* Jacobs. conj. ἀπέειπον, *etiamsi Nymphæ omnem aquam denegarent*, cum hac totius distichi expositione : « τοσαύτης τοῦ λοετροῦ χάριτος οὔσης, οὐδὲν ὁ φθόνος ὀνήσει τὰς Νύμφας, εἰ καὶ τὰ ἑαυτῶν ὕδατα διακωλύσουσιν ὥστε μὴ ἐπιῤῥεῦσαι. »

DCCCXV. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. « Sed non de eodem balneo agitur. » *B.* In balneo a Michaele exstructo non valetudinem quæri, sed voluptatem. — 2 ἀποῤῥύπτει vere conjicere videtur Jac. — 3 μισαηλ Cod, corr. Huschk. — 4. « Forsan meliore ordine ipse poeta dederat : αὐλῆς ὃς κρατ. βασ. ἡγ. » *B.* Meliore etiam Jac. : ὃς κρ. αὐλῆς βασ. ἡγ.

DCCCXVI. « De nomine μινσώριον vide ad ep. 585. Xenodochium quoddam Byzantii dictum fuisse τὰ Εὐβούλου docet ex Cedreno Cangius Cpoli Christ. IV, 9, p. 163. » *B.* — 1 τηλέμαχοι et πινελοπ. Cod., corr. Huschk. — 2. Πολυφράδμων Ulysses, Euryclεæ nutrici, qui eum agnoverat, manu nutuque significans ne, quis esset, aliis indicaret. Respicitur Odyss. T, 479.

DCCCXVII. « Lemma in apogr. Par. : εἰς ἐνδύματα ἑαυτοῦ. Jac. legit εἰς ἐνδυτὴν [Cod. ενδυ superposito τ] ἑαυτοῦ. An significat ἑαυτοῦ esse ab ipso illo Petro scriptos versus qui altaris mappam (ἐνδυτὴν) pinxerat? Putat Jac. legendum ἐν τῷ αὐτῷ, scilicet τόπῳ, χώρῳ : in Xenodochio Eubuli, ut statim. — 2 πάθη τυθέντων τῶν ὑπ. etc. corrigendum censet Jac. [et latine expressimus], *passiones* sanctorum Martyrum. Si sincera est lectio, παθῶν τυθέντας erit quasi τυθέντας ἕνεκα παθῶν. » *B.* — 4 σκεπάσμασι Cod. « Φρικτοῦ τόπου, *aræ*, ob mysteria ibi celebrata sanctum horrorem excitantis; conf. ad VIII, ep. 139. *Jac.*

DCCCXVIII. « In lemmate pro ἄλλο, forsan ἄλλου, scilicet alius Petri. — 2 ἐπιδεῖν Cod., corr. Jac. Sensus est :

qui ipsum Christi sepulcrum vivificum videre non potui. » *Boiss.*

DCCCXIX. — Calix sacræ Cœnæ adhibitus loquitur.

DCCCXX. « In lemmate apogr. Par. et Plan. τῆς ἱερείας. Metricam versionem et illustrationem dabit Cangius Cpoli Christ. l. IV, 13, p. 175. » *B.* Agitur de Heræo palatio, de quo vid. ad epigr. 663. — 2. Conf. ep. 698.

DCCCXXI. — 1 ἀρετὴν in marg. supplet Cod. Κοίρανοι, Justinianus Imp. ejusque conjux.

DCCCXXII. — 1 ὅπῃ, 3 ἀλῖται Cod. — 4. Manilius initio carminis : *conscia fati Sidera diversos hominum variantia casus.*

Hinc quæ sequuntur in Codice usque ad finem capitis exarata sunt alia manu, illa quidem quæ ante Ecphrasin Pauli Silentiarii scripsit epigrammata ab Hasio singillatim indicata vol. I, p. XIV-XV. Nostra epigrammata quinque leguntur etiam in codice RS.

DCCCXXIII. Lemma : εἰς τὸν Πᾶνα. RS : εἰς Πᾶνα. Plan. : εἰς ἄγαλμα Πανὸς συρίζον. Imo deum ipsum videtur poeta φαντάζειν, ut pastores Theocritei, non statuam laudare. — 2 βληχὰ Plan. — 3 ἐπὶ Cod. et RS. « Quæ lectio posset servari, arsi syllabam producente. » *Boiss.* RS μελίζεται. Legebatur μελίσδεται. — 4. Ὑγρὸν Jacobs. Del. p. 358 refert « ad flexibilem labiorum calamos perite et celeriter percurrentium agilitatem ». Sine necessitate Ruhnken. γυρὸν, Heinrich. κυρτὸν corrigunt. — 5 αἶδε RS.

DCCCXXIV. Lemma in RS et cod. Medic. pl. 57, c. 29 (in quibus præcedit Leonidæ epigr. in Plan. n. 230) : ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Πανὸς εἰς κυνηγοὺς (τὸ add. Med.) Εὐρυκίου (sic et Codex). Pan loquitur. — 1 θηειοβολ. RS et Med., iidemque ταύτην. — 2 ὀρειῶτα Cod.; ὀρειῶτα Med.; ὀρείκτα RS, unde Schneidewinus ὀ ρ ε ι κ ο ί τ α, quod recipiendum; nam ut recte formatum esse ὀρειώτης ille quoque concedit p. 19, ita non videtur significanter dici de Pane nec hoc nec ὑλειώτης (VI, ep. 106, 1). Plan. de suo ὀρειβάτεω. Deinde νισσόμενοι Cod.; νεισσόμενοι RS, Med.; νεισσόμ Plan. — 3 αἴτε bis RS, Med., sed αἶτε, ut videtur, v. 4 ; οἶτε ter Plan. — 4 ἱξευτὰ RS, Med.; ἱξευτᾷ Plan. — 5 καμὲ τίς Cod.; καμέτις RS, Med.; ἐπιβοσάτω Cod., superposito ω. « De ἐπιβωσάτω hæc Schol. Wech. : Παυσανίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς (c. 27, 8) φησὶ τὸν Πᾶνα ὁμοίως τοῖς δυνατωτάτοις θεοῖς εὐχὰς τῶν ἀνθρώπων ἄγειν εἰς τέλος, καὶ ὁποῖα ἔοικεν ἀποδοῦναι πονηροῖς. καὶ προστίθησι θαυμαστά τινα περὶ τοῦ Πανὸς ἱδρυμένου παρὰ τῷ ναῷ τῆς καλουμένης Δεσποίνης. » *B.* Deinde omnes οἶδα ποτ' ἄγραν, Schneiderus ποδάγραν, quod Jacobsio probatum coll. VI, 296, 1, unice verum esse agnovit Schneidewinus.

DCCCXXV. « Vide quæ ad hoc epigramma faciunt in not. ad Theoph Simoc. p. 272; et de amore Panos in Echo ad Plan. ep. 154. » *B.* In lemm. ἠρεμῇ RS, in fine omittens ἵστατο. Plan. ὕδατος ἀφορητὶ ῥέοντος. Nescio unde Schneidewinus Ἀχὼ afferat ut Codicis scripturam.

DCCCXXVI. « Nomen *Platonis* accessit ex Planudea. » *B.* Junioris esse Platonis censent Bergk. Lyr. p. 489, et Benndorf. p. 24. — 1 τεχνάσ. et δαιδαλέα Plan.; Σάτυρόν με τεχνήσ. Benndorf., quo modo solere hæc efferri ostendit. — 2 μούνη omnes; μούνῃ Bennd., qui hæc : « Μονόλιθοι noti sunt. Conf. inscriptionem in basi quadrata marmorea prægrandi ex insula Delo ap. Bœckh. C. I. n. 10 :

τα ὐ τ ο ῦ λ ί θ ο υ εἰμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.

Βαλοῦσα i. q. ἐμβαλοῦσα, ut in Eurip. Phœn. 1534 : σκότον ὄμμασι... βαλών, et in Plan. 265, 8. » Alia ap. Jacobs. — 3 νύμφαις ὁμέψιο; Codex et RS; νύμφαισιν ὁμέστιος Plan. « Sed mihi librorum scriptura fidem facit poetam dedisse νύμφαις σ υ ν ο μ έ ψ ι ο ς, ut poetæ Anthologiæ συνόμευνος, συνομήθης, συνομῆλιξ, alia frequentant, Æsch. et Eurip. συνομαίμων usurparunt. » *Schneidewin.* p. 26. 4 προχέων RS. — 6 καύματι RS.

DCCCXXVII. Etiam in RS est Ἀμμωνίου, ap. Plan. Πλάτωνος. — 1 θεράπων ἀκεράοιο φίλος RS. — 3. « Periit versus quartus. » *Boiss.*

Dum capitis hujusce stereotypa exempla releguntur, addenda et corrigenda quæ formis inseri non potuerunt, hoc qui vacat loco supponimus.

XI. — Ex hoc epigr. et duo seqq. eximia Floriani fabella (I, 20), *L'Aveugle et le Paralytique.*

XIII. — 2. Correctio ἦρε non utilis; præstabat ἦγε.

XLIV. — Conf. Fontanii Fab. IX, 16.

LXVII. — 1. Bentleii μιαρὰν recipiendum erat.

LXXII. — 2. Vanissima Heckeri emendatio σπενδομένοις. Junge scilicet χαίρων δὲ σπενδόμενος, quod passivum nove et poetice scriptum pro χαίρων δὲ γάλ. καὶ δρ. μελ. σπενδόντων αὐτῷ, abundanti ἐν, ut sæpe.

LXXIV. — Gallicis versibus imitatus est Pellisson. Opp. var. t. I, p. 215.

LXXXVI. — Conf. Fontanii Fab. VIII, 9.

LXXXVII. — 7. In Grotianis legendum videtur, *Robora dant visco...*

LXXXIX. — 3. Perplacet Jacobsii conjectura αἱ καλάμης συνέριθοι, qua certa fit v. 4 codd. lectio ἐκ σταχύων.

CI. — 5. Conf. Lucan. Phars. IX, 976.

CXXII. — Elegantissime expressit Andreas Chenier. Epigr. III :

Fille de Pandion, ô jeune Athénienne...

CXLIV. In lemmate (p. 178) lege ἀποσκοποῦν. — In Rudente Plauti fanum Veneris ad littus fingitur.

CLIX. — Non feliciter vertit Grotius, qui v. 3 δεξιτερὴν pro adjectivo habuit. In Anthol. sel. Stephani p. 43, aliæ exstant versiones metricæ, nec illæ optimæ.

CLXXVII. — 2. Forsan legendum ἐπέων τι κακῆς ἤρ-

[illegible] *aliquam versum malam interitionem aggrediebatur*. Cf. not. ad ep. 155. 2.

CLXXXIV. — 3. Fort. [illegible]. coll. IV, 1. 35 sq.

CXC. — Fort. [illegible]. Conf. VII. ep. 11.

CXXIV. — Imitatus est Sam. Johnsonus de capella Josephum Banks in longis navigationibus comitata.

Terras collari capra Domini Banks
merebendi.
Perpetui ambitu bis terra peracta lactis
Hæc habet altrici capra secunda Jovis.

CXXIX. — Conf. V. ep. 135. et Sganarelli ad lagenam scam cantilena in Molieri Medico per vim. a. 1, sc. 6.

CCCXLIII. — 6. Ad [illegible] vir doctus olim in exemplo Stephaniano p. 84 adscripsit : [illegible].

CCCLVII. Habet Platonis codex olim Medicæus nunc Parisinus 1807 ad hæc Legg. XII. p. 950 E : [illegible] fol. 253 r. imo, cum hoc lemmate : [illegible] cetera sine varietate. Quæ humanissime communicavit v. doctiss. C. Wescherus, Codd. græc. Bibl. Imp. custos. Dubnerus ipse ad illustrandum, puto, hoc epigr. illa cursim descripserat, in eodem loco dicti cod. sequentia, quæ volensne an oblitus in annotatione omiserit, ignoro : [illegible].

[illegible]

In codice v. 2 [illegible] cum gl. ad marg. [illegible] et v. 4 [illegible] cum gl. [illegible], quas Dubn. neglexerat. Hercules nempe a quibusdam Nemea instituisse vel instaurasse dicitur, et Jovi quidem dicavisse, ipse tamen ejus honoris particeps. Vid. Schol. Pind. in Nem. p. 424 sq. Boeckh., coll. Meinek. Euphor. p. 86, Ælian. V. H. IV. 5 et P. Fabri Agonist. II. 23, p. 247. Auson. Eclog. XXI *de auctoribus agonum*, v. 3 : *Proximus Alcides Nemeæ sacravit honorem*. [illegible] quæ vox a Thesauro abest [illegible] IX. [illegible] et [illegible] XV. n. 26. [illegible] productione ultimæ in [illegible] carmine nihil sane esse offensionis. Conf. ep. 435. 2. — 4. De [illegible] a Boissonadio in Notit. Mss. [illegible]

CDXXIII. — 7. Correctio Boissonadii maxime placet. [illegible] *[illegible]*.

CDXLIII. In lemmate, p. [illegible] scripsi, auctore Eichst. ut monet [illegible]

DVII. — 1. Fort. [illegible]. De sensu vid. Jacobs. Animadv. t. VIII. p. 287 seq.

DXXII. — 3. [illegible] Conf. XIV. ep. [illegible].

DXXV. — 25. In latinis Scaligeri [illegible] Dubner.

DXLVI. — 5. Correctio Heckeri p. 136 [illegible] non operosior, imo elegantior, metroque aptissima.

DLV. — 4. Fort. [illegible] ab [illegible], vel [illegible].

DLXII. — 3. Statius Silv. II. 4, 29, de psittaco Atedii Melioris :

Hic salutator regum, nomenque locutus
Cæsareum. .

DLXIX. — In Plan. ceteri versus hujus fragmenti hi sunt :

[illegible]

Quoties quando forenses urbes intrari, simul a viris et mulieribus honoror : qui me comitantur innumeri, percontantes qua via lucri pateat ; alii quidem vaticinii indigentes ; alii autem in morbis variis lenientia verba audire quærunt. V. 4. Plan. [illegible], emendavit Sturzius.

DLXXI. — 6. Legendum videtur sive [illegible], *Alcæus Lesbius, cycnus Æolides*, sive [illegible], scil. [illegible] vel [illegible]. Correctio [illegible] nimis elaborata, nec satis cum [illegible] congruit ; quo enim [illegible] vel *minaces Camenas*, vel *dura verba*, *dura fuga mala, dura belli* secare potuit ?

DCXLIII. — 5. E Grotianis [illegible] ut barbarum movendum fuit ; et sic [illegible] moverunt editores e Propertio III. 8. 27. Certe [illegible] malim.

DCLI. — 3. Fort. [illegible], ut Mimnermus [illegible]

DCCIV. — Heckerus, l. c. [illegible] In altero lapidis latere exstat alterum epigramma hoc :

[illegible]

Quod recte a Welckero emendatum est. — V. 1. Marmor [illegible] et v. 2 ΖΗΝΟΣΕΘΕΝΤΟΦΕΝ.

DCCXLIV. — 2. [illegible] verte *densa-lentiscis*, coll. [illegible] V. [illegible] Meineke.

DCCXLVIII. — 2. [illegible] vera Codicis lectio, modo [illegible] Schneidewini correctio [illegible]

DCCCVIII. — 1. In Grotianis lege *Marinnus* per syncopen.

CAPUT X.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΑ.

1. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ὁ πλόος ὡραῖος· καὶ γὰρ λαλαγεῦσα χελιδὼν
  ἤδη μέμβλωκεν, χὠ χαρίεις Ζέφυρος·
λειμῶνες δ' ἀνθεῦσι, σεσίγηκεν δὲ θάλασσα
  κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη.
Ἀγκύρας ἀνέλοιο, καὶ ἐκλύσαιο γύαια,
  ναυτίλε, καὶ πλώοις πᾶσαν ἐφεὶς ὀθόνην.
Ταῦθ' ὁ Πρίηπος ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτας,
  ὤνθρωφ', ὡς πλώοις πᾶσαν ἐπ' ἐμπορίην.

2. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἀκμαῖος ῥοθίῃ νηῒ δρόμος, οὐδὲ θάλασσα
  πορφύρει τρομερῇ φρικὶ χαρασσομένη·
ἤδη δὲ πλάσσει μὲν ὑπώροφα γυρὰ χελιδὼν
  οἰκία, λειμώνων δ' ἁβρὰ γελᾷ πέταλα.
Τοὔνεκα μηρύσασθε διάβροχα πείσματα ναῦται,
  ἕλκετε δ' ἀγκύρας φωλάδας ἐκ λιμένων·
λαίφεα δ' εὐυφέα προτονίζετε. Ταῦθ' ὁ Πρίηπος
  ὔμμιν ἐνορμίτας παῖς ἐνέπω Βρομίου.

3. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
  στείχοις, εἴτε νέκυς νίσεαι ἐκ Μερόης.
Μή σέ γ' ἀνιάτω πάτρης ἀποτῆλε θανόντα·
  πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς ἀΐδην ἄνεμος.

4. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Λῦσον ἀπ' εὐόρμων δολιχὰ πρυμνήσια νηῶν,
  εὔτροχα δ' ἐκπετάσας λαίφεα ποντοπόρει,

EPIGRAMMATA EXHORTATORIA.

1. LEONIDÆ.

En navigatio opportuna : etenim garrula hirundo
  jam venit, et amœnus zephyrus;
prataque florent, tacetque mare
  fluctibus et aspero flatu *modo* fervens.
Ancoras tollas, et solvas retinacula,
  o nauta, et naviges omnia immittens lintea.
Hæc Priapus ego præcipio, in-portu-stans,
  o tu, ut naviges omnem in mercaturam.

2. ANTIPATRI SIDONII.

Opportunus *est* fluenta-secanti navi cursus, nec mare
  agitatur tremulo horrore sulcatum;
jam et fingit sub-tectis-rotundas hirundo
  domos, pratorumque molle rident folia.
Quapropter convolvite humida retinacula nautæ,
  et trahite ancoras, quæ-se-absconderunt, ex portubus,
velaque bene-texta rudentibus-extendite. Hæc Priapus
  vobis in-portu-habitans edico, filius Bacchi.

3. INCERTI.

In Orcum rectus *est* descensus, sive ab Athenis
  vadas, sive mortuus ibis a Meroe.
Ne tibi sane doleat a-patria procul defuncto :
  undecumque unus *est* ferens in Orcum ventus.

4. MARCI ARGENTARII.

Solve stationem-commodam habentibus longa retinacula ab- [navibus
  velociaque extendens vela pontum-metire,

HUGONIS GROTII VERSIO.

1. LEONIDÆ.

Hora vocat navem : jam garrula venit hirundo,
  Blandaque jam Zephyris mollibus aura tepet.
Purpureis rident vestiti floribus agri,
  Horrida nec turbant flabra, nec unda mare.
Littore decedat jam funis et anchora fundo;
  Et quot habes plenos navita tende sinus.
Hæc ego do, portus custos, præcepta Priapus,
  Qui merces alio quæris in orbe, tibi.

2. ANTIPATRI SIDONII.

Ipsa vocat navem veris clementia, nec jam
  Terribiles pelagi suscitat ira minas.
Pendula sub tecto tectum sibi fingit hirundo,
  Et viridans tenera fronde renidet ager.
Solvite, tempus adest, humentia vincula nautæ :
  Anchora de latebris exeat unca suis :
Omnia jam ventis date carbasa : dico Priapus
  Hoc vobis, Bromio de genitore satus.

3. INCERTI.

Ad manes æque prona est via, seu quis Athenis
  Mittitur, exusta seu venit a Meroe :
Nec procul a patria grave sit tibi claudere vitam :
  Undique ad infernos prospera flabra ferunt.

4. MARCI ARGENTARII.

Vincula mercator jam solve tenentia navem,
  Plenaque da medio vela ferenda mari.

ἔμπορε· χειμῶνες γὰρ ἀπέδραμον, ἄρτι δὲ κῦμα
γλαυκὸν θηλύνει πρηΰγελως Ζέφυρος·
ἤδη καὶ φιλότεκνος ὑπὸ τραυλοῖσι χελιδὼν
χείλεσι καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον·
ἄνθεα δ' ἀντέλλουσι κατὰ χθόνα· τῷ σὺ Πριήπῳ
πειθόμενος πάσης ἅπτεο ναυτιλίης.

5. ΘΥΙΛΛΟΥ.

Ἤδη πηλοδομεῦσι χελιδόνες, ἤδη ἀν' οἶδμα
κολποῦται μαλακὰς εἰς ὀθόνας Ζέφυρος·
ἤδη καὶ λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο
ἄνθεα, καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος.
Σχοίνους μηρύεσθε, ἐφ' ὁλκάδα φορτίζεσθε
ἀγκύρας, καὶ πᾶν λαῖφος ἔφεσθε κάλοις.
Ταῦτ' ὔμμιν πλώουσιν ἐπ' ἐμπορίην ὁ Πρίηπος
ὁ λιμενορμίτης ναυτιλίην γράφομαι.

6. ΣΑΤΥΡΟΥ.

Ἤδη μὲν Ζεφύροιο ποητόκου ὑγρὸν ἄημα
ἠρέμα λειμῶνας πίτνει ἐπ' ἀνθοκόμους·
Κεκροπίδες δ' ἠχεῦσι· γαληναίη δὲ θάλασσα
μειδιάει, κρυερῶν ἄτρομος ἐξ ἀνέμων.
Ἀλλ' ἴτε θαρσαλέοι, πρυμνήσια λύετε, ναῦται,
πίτνατε δὲ πτερύγων λεπταλέας στολίδας.
Ὦ ἴτ' ἐπ' ἐμπορίην πίσυνοι χαρίεντι Πριήπῳ,
ὦ ἴτε δὴ λιμένων δαίμονι πειθόμενοι.

7. ΑΡΧΙΟΥ.

Τοῦδέ με κυμοπλῆγος ἐπὶ σκοπέλοιο Πρίηπον
ναῦται Θρηϊκίου θέντο πόρου φύλακα,
πολλάκις οἷς ἤϊξα ταχὺς καλέουσιν ἀρωγὸς,
ξεῖνε, κατὰ πρύμνης ἡδὺν ἄγων Ζέφυρον.
Τούνεκεν οὔτ' ἄκνισον, ὅπερ θέμις, οὔτ' ἐπιδευῆ
εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων,
ἀλλ' αἰεὶ θυόεντα καὶ ἔμπυρον· οὐδ' ἑκατόμβη

mercator: hiemes enim aufugerunt, et jam fluctum
cæruleum effeminat lene-ridens Zephyrus;
jam et sobolis-amans sub balbis hirundo
labiis stramineum ex-cœno-compingit thalamum;
floresque emergunt per tellurem: quare Priapo tu
obediens omni manum-admove navigationi.

5. (SATYRI) THYILLI.

Jam ex-cœno-compingunt-domos hirundines, jam per mare
sinuatur molles in carbasos Zephyrus:
jam et prata super folia fuderunt
flores, et asperum tacite muttit fretum.
Funes convolvite, in navem imponite
ancoras, et omne velum dimittite rudentibus.
Hæc vobis ingredientibus navigationem ad mercaturam
Priapus, portuum-stationumque-custos, præscribo.

6. SATYRI (THYILLI).

Jam Zephyri gramen-gignentis humidus flatus
leniter prata incidit in florifera;
Cecropides autem (*hirundines*) resonant, serenumque mare
ridet, glacialibus non tremens a ventis.
At ite audentes, retinacula solvite, nautæ,
panditeque alarum (*velorum*) tenuia lintea.
O ite ad mercaturam, fidentes grato Priapo,
o ite sane portuum deo obedientes.

7. ARCHIÆ.

Hoc me undis-verberato super scopulo Priapum
nautæ Threicii posuerunt freti custodem,
sæpenumero quibus adveni velox vocantibus auxiliator,
o hospes, in puppim lenem adducens Zephyrum.
Quapropter nec nitoris-expertem, ut par est, nec carentem
veris videbis aram meam coronis, [catombe
sed usque suffimentis-plenam et igne ardentem; nec he-

Omnis hyems discessit, et arridentibus auris
Cæruleas Zephyrus pacificavit aquas:
Ipsaque prolis amans tremulo sibi Daulias ore
Exstruit ex cœno straminibusque domum.
Fundit humus flores: at tu, suasore Priapo,
Incipe cæruleas, ver abit, ire vias.

5. SATYRI THYILLI.

Jam sibi de cœno nidum suspendit hirundo,
Lenibus et Zephyris lintea mota tremunt:
Frondibus incumbunt per prata virentia flores,
Et, quæ terrificum clanxerat, unda silet.
Littore jam funem deducite, mersa trahatur
Anchora, dent laxi vela soluta pedes.
Littoris hæc præses vobis dictata Priapus
Scribo, quibus quæstus per vada salsa placet.

6. EJUSDEM.

Iam Zephyrus placidum promittit euntibus æquor,
Florida qui leni flamine prata ferit.
Carmine Cecropiæ resonant diversa sorores,
Et trucibus ventis libera ridet aqua.
Solvite veloces retinacula, solvite nautæ,
Excutiant rugas suppara tensa suas.
Vadite mercatum, fisi monitore Priapo,
Vadite: littoribus præsidet ille deus.

7. ARCHIÆ.

In scopulo nautæ, quem verberat unda, Priapum
Custodem Thracis me posuere freti:
Advenio fautor queis sæpe vocantibus, hospes;
Et Zephyri puppem me faciente ferunt.
Propterea merito nunquam nidoris egena est,
Aut vacat a vernis floribus ara mihi:
Semper odos atque ignis adest. Satis illud; honore,

τόσσον ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται.

8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βαιὸς ἰδεῖν ὁ Πρίηπος ἐπαιγιαλῖτιδα ναίω
χηλὴν, αἰθυίαις οὔποτ' ἐναντίβιος,
φοξὸς, ἄπους, οἷόν κεν ἐρημαίῃσιν ἐπ' ἀκταῖς
ξέσσειαν μογερῶν υἱέες ἰχθυβόλων.
Ἀλλ' ἤν τις γριπεύς με βοηθόον ἢ καλαμευτὴς
φωνήσῃ, πνοιῆς ἵεμαι ὀξύτερος.
Λεύσσω καὶ τὰ θέοντα καθ' ὕδατος· ἦ γὰρ ἀπ' ἔργων
δαίμονες, οὐ μορφᾶς γνωστὸν ἔχουσι τύπον.

9. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸν βραχὺν, ἰχθυβολῆες, ὑπὸ σχοίνῳ με Πρίηπον
στειλάμενοι κώπαις τὰν ὀλίγαν ἄκατον,
(δίκτυ' ἄγ' ἁπλώσασθε,) πολὺν δ' ἁλινηχέα βῶκα
καὶ σκάρον, οὐ θρίσσης νόσφιν, ἀρυσσάμενοι,
γλαυκὸν ἐνιδρυνθέντα νάπῃ σημάντορα θήρης
τίετ', ἀπ' οὐκ ὀλίγων βαιὸν ἀπαρχόμενοι.

10. ΑΡΧΙΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Πᾶνά με τόνδ' ἱερῆς ἐπὶ λισσάδος, αἰγιαλίτην
Πᾶνα, τὸν εὐόρμων τῆδ' ἔφορον λιμένων,
οἱ γριπῆες ἔθεντο· μέλω δ' ἐγὼ ἄλλοτε κύρτοις,
ἄλλοτε δ' αἰγιαλοῦ τοῦδε σαγηνοβόλοις.
Ἀλλὰ παράπλει, ξεῖνε· σέθεν δ' ἐγὼ οὕνεκα ταύτης
εὐποιΐης πέμψω πρηὺν ὄπισθε νότον.

11. ΣΑΤΥΡΟΥ.

Εἴτε σύ γ' ὀρνεόφοιτον ὑπὲρ καλαμῖδα παλύνας
ἰξῷ ὀρειβατέεις, εἴτε λαγοκτονέεις,
Πᾶνα κάλει. Κυνὶ Πὰν λασίου ποδὸς ἴχνια φαίνει·
σύνθεσιν ἀκλινέων Πὰν ἀνάγει καλάμων.

12. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τῇδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται,
γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι,
μὴ φύρδαν, ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ
καὶ δίψᾳ, δολιχὰν οἶμον ἀνυσσάμενοι.
Πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος εὔσκιος, ἅ θ' ὑπὸ πέτρᾳ
πῖδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον·
ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἆσθμα,
ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

tam quam honor numinibus placet.

8. EJUSDEM.

Parvus visu Priapus littori-impositam incolo
molem, mergis minime infestus,
acuminato-capite, expers-pedum, qualem desertis in lit-
dolare-queant laboriosorum filii piscatorum. [toribus
Sed si quis piscator me auxiliatorem aut hamiota
invocavit, vento advolo celerior.
Cerno etiam currentia sub aqua : nimirum ex operibus
dii, non ex forma cognitum habent characterem.

9. INCERTI.

Brevem, o piscatores, sub arundine me Priapum,
emittentes remis parvam scapham,
(retia age explicate), multum in-mari-natantem bocam
et scarum, non sine alosa, quum-extraxeritis,
cæruleum erectum-in nemore indicem prædæ
remunerate, de non paucis parvas delibantes-primitias.

10. ARCHIÆ JUNIORIS.

Pana me hunc humida super rupe, littoralem
Pana, tutorum hic custodem portuum,
piscatores posuerunt. Curæ autem mihi sunt nunc nassæ,
nunc littoris hujus piscatores-qui-sagenam-mittunt.
Sed naviga-porro, hospes : tibi ego, hujus gratia
beneficii, mittam lenem a-tergo Notum.

11. SATYRI (THYILLI).

Sive tu frequentatam-avibus arundinem inspergens
glutine montem-peragras, sive lepores-interficis,
Panem invoca. Cani Pan villosi pedis vestigia indicat;
compositionem non-declinantium Pan erigit calamorum

12. ANONYMI.

Hac sub juniperum ite refecturi, viatores,
membra juxta Mercurium paululum, viæ custodem,
non mixtim *cuncti*, sed quotquot gravi genu doletis labore
et siti, longum iter emensi.
Aura enim et sedes bene-umbrosa, et sub petra
fons sopiet membris-gravem lassitudinem :
meridianum autem postquam-vitastis æstivi canis ignem,
ut æquum-est, Mercurium viarum-præsidem colite.

Centeno melius quam bove, quippe lites.

8. EJUSDEM.

Parvus in extremo terræ sto fine Priapus,
Cujus in adspectu mergus adesse timet;
Cilo, carens pedibus, qualemque in paupere fingat
Littore venari per mare sueta cohors.
At si quis, qui rete petit vel arundine piscem,
Me vocitet, ventis ocyor advenio.

Acer enim per aquas etiam fluitantia cerno
Agmina. Dî factis noscimur, haud specie.

11. SATYRI.

Seu leporem captas, seu per juga devia montis
Viscato calamo fallere quæris avem,
Pana voca : Pan hirta cani vestigia monstrat,
Pan facit ut tacita crescat arundo manu.

13. ΣΑΤΥΡΟΥ

Ἦ καλὸν αἱ δάφναι, καλὸν δ' ὑπὸ πυθμέσιν ὕδωρ
πιδύει, πυκινὸν δ' ἄλσος ὑποσκιάει
τηλεθάον, ζεφύροισιν ἐπίδρομον, ἄλκαρ ὁδίταις
δίψης καὶ καμάτου καὶ φλογὸς ἠελίου.

14. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εὔδια μὲν πόντος πορφύρεται· οὐ γὰρ ἀήτης
κύματα λευκαίνει φρικὶ χαρασσόμενα·
οὐκέτι δὲ σπιλάδεσσι περικλασθεῖσα θάλασσα
ἔμπαλιν ἀντωπὸς πρὸς βάθος εἰσάγεται.
Οἱ ζέφυροι πνείουσιν, ἐπιτρύζει δὲ χελιδὼν
κάρφεσι κολλητὸν πηξαμένη θάλαμον.
Θάρσει, ναυτιλίης ἐμπείραμε, κἂν παρὰ Σύρτιν,
κἂν παρὰ Σικελικὴν ποντοπορῇς χρονάλην·
μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου
ἢ σκάρον ἢ βῶκας φλέξον ἐρευθομένους.

15. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ἤδη μὲν ζεφύροισι μεμυκότα κόλπον ἀνοίγει
εἴαρος εὐλείμων θελξινόοιο χάρις·
ἄρτι δὲ δουρατέοισιν ἐπωλίσθησε κυλίνδροις
ὁλκὰς ἀπ' ἠϊόνων ἐς βυθὸν ἑλκομένη.
Λαίφεα κυρτώσαντες ἀταρβέες ἔξιτε, ναῦται,
πρηῢν ἀμοιβαίης φόρτον ἐς ἐμπορίης.
Πιστὸς νηυσὶ Πρίηπος, ἐπεὶ Θέτιν εὔχομαι εἶναι
ἡμετέρου πατρὸς ξεινοδόκον Βρομίου.

16. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Ἤδη καλλιπέτηλον ἐπ' εὐκάρποισι λοχείαις
λήϊον ἐκ ῥοδέων ἀνθοφορεῖ καλύκων·
ἤδη ἐπ' ἀκρεμόνεσσιν ἰσοζυγέων κυπαρίσσων
μουσομανὴς τέττιξ θέλγει ἀμαλλοδέτην·
καὶ φιλόπαις ὑπὸ γεῖσα δόμους τεύξασα χελιδὼν
ἔκγονα πηλοχύτοις ξεινοδοχεῖ θαλάμοις.

13. SATYRI (THYILLI).

Sane pulchrum lauri, pulchrumque imo fundo aqua
scaturit; densum autem nemus inumbrat
virens, Zephyris undique-accessum, remedium viatoribus
sitis et laboris et flammæ solis.

14. AGATHIÆ SCHOLASTICI

Tranquille quidem pontus purpurissat; non enim ventus
fluctus albicat tremore sulcatos;
neque jam scopulis circumfractum mare
rursus ex-adverso in profundum deducitur.
Zephyri flant, garritque hirundo
e-stipulis conglutinatum quæ-fixit thalamum.
Bono-sis-animo, navigationis perite, etiamsi prope Syrtim,
etiamsi prope Siculam mari-perveharis arenam :
modo portuum-custodis ad aras Priapi
aut scarum aut bocas crema rubentes.

15. PAULI SILENTIARII.

Jam Zephyris clausum sinum aperit
veris quod-animum-demulcet pratensis gratia;
nuperque in-ligneis delapsa est cylindris
navis ab littoribus in profundum tracta.
Vela incurvantes intrepidi exite, nautæ,
tranquillam permutandarum in vectionem mercium.
Fidus navibus *sum* Priapus, quum Thetidem glorier esse
nostri patris hospitam Bacchi.

16. THEÆTETI SCHOLASTICI.

Jam pulchris-foliis-nitens in fœcundos partus
arvum ex roseis floret calycibus :
jam in ramis æqualium-brachiis cupressorum [ligatorem;
musicæ-studio-insaniens cicada demulcet manipulorum-
et sobolis-amans sub summis-tectis domo structa hirundo
pullos ex-luto-fusis hospitalibus-excipit thalamis,

---

13. SATYRI.

Egregiæ lauri, nec tu minus egregius fons,
Quem super umbroso frigore silva tegit
Fronde virens, Zephyris motantibus, unde levatur
Quisquis iter carpit sole, labore, siti.

14. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Dulce serenato pelagus rubet axe, nec ultra
Pallida jam præfert quem facit unda metum;
Triste nec impulsum scopulis immanibus æquor
Mox medium refugas in mare torquet aquas :
Mollis habet cœlum Zephyrus ; gemit anxia Procne,
Et sibi de stipulis atria parva facit.
I fidens cape nauta viam, seu Syrtis aranda
Est tibi, seu Siculum quæ ferit unda latus.
Tantum littorei qua cernitur ara Priapi,
Aut scarus aut rubri boces in igne sonent.

15. PAULI SILENTIARII.

Prata simulque animos hilarantia tempora veris
In Zephyros pandunt æquora clausa novos ;
Jamque per iliceos navis delapsa cylindros
Ad maris e sicco littore venit aquas.
Intrepidi tumidis nautæ discedite velis,
Et veteri mercem merce parate novam.
Pulchra Thetis Bromio quondam fuit hospita, nobis
Qui pater est. Nautas inde Priapus amo.

16. THEÆTETI SCHOLASTICI.

Jam teneras frondes partu felice resolvit
Concolor auroræ veris odora seges ;
Nec super aerias cessat mulcere cupressus
Messores querulis rauca cicada sonis :
Et mater jam fida larem trabe fingit hirundo,
Educet ut lutea pignora cara domo :

Ὑπνώει δὲ θάλασσα, φιλοζεφύροιο γαλήνης
νηοφόροις νώτοις εὔδια πεπταμένης,
οὐκ ἐπὶ πρυμναίοισι καταιγίζουσα κορύμβοις,
οὐκ ἐπὶ ῥηγμίνων ἀφρὸν ἐρευγομένη.
Ναυτίλε, ποντομέδοντι καὶ ὁρμοδοτῆρι Πριήπῳ
τευθίδος ἢ τρίγλης ἀνθεμόεσσαν ἴτυν,
ἢ σκάρον αὐδήεντα παραὶ βωμοῖσι πυρώσας,
ἄτρομος Ἰονίου τέρμα θαλασσοπόρει.

17. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἀρχέλεω, λιμενῖτα, σὺ μέν, μάκαρ, ἠπίῳ αὔρῃ
πέμπε κατὰ σταθερῆς οἰχομένην ὀθόνην
ἄχρις ἐπὶ Τρίτωνα· σὺ δ' ἠόνος ἄκρα λελογχὼς
τὴν ἐπὶ Πυθείου ῥύεο ναυστολίην·
κεῖθεν δ', εἰ Φοίβῳ μεμελήμεθα πάντες ἀοιδοί,
πλεύσομαι εὐαεῖ θαρσαλέως Ζεφύρῳ.

18. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Γῶβρυ, Διώνυσός σε καὶ ἡ φιλεράστρια Κύπρις
τέρποι, καὶ γλυκεραὶ γράμμασι Πιερίδες·
ὧν μὲν γὰρ σοφίην ἀποδρέπτεο· τῆς δ' ἐς ἔρωτας
ἔρχεο· τοῦ δὲ φίλας λαβροπότει κύλικας.

19. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἡδὺ παρειάων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας,
Γάϊε· σὸν δὲ πατὴρ χερὶ δέξεται εὐκτὸν ἴουλον
Λεύκιος, αὐξομένου πουλὺν ἐς ἠέλιον.
Δωρεῦνται χρυσέοισιν, ἐγὼ δ' ἱλαροῖς ἐλέγοισιν·
οὐ γὰρ δὴ πλούτου Μοῦσα χερειοτέρη.

20. ΑΔΔΑΙΟΥ.

Ἤν τινα καλὸν ἴδῃς, εὐθὺς τὸ πρῆγμα κροτείσθω·
βάζ' ἃ φρονεῖς· ὄρχεων δράσσεο χερσὶν ὅλαις·
ἢν δ' εἴπῃς, « Τίω σε, καὶ ἔσσομαι οἷά τ' ἀδελφός »,
αἰδώς σου κλείσει τὴν ἐπὶ τοὖργον ὁδόν.

21. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Κύπρι γαληναίη, φιλονύμφιε, Κύπρι δικαίων
σύμμαχε, Κύπρι Πόθων μῆτερ ἀελλοπόδων,

Ac dormit mare, dum zephyri-amans tranquillitas
naviferis dorsis serene se-intendit,
non contra puppis arietans corymbos,
non in littora spumam eructans.
Nauta, maris-rectori et portuum-datori Priapo
sepiæ aut mulli versicolorem orbem,
aut scarum vocalem ad aras quum-cremaris,
intrepidus Ionii-maris ad finem perge.

17. ANTIPHILI.

Archelai, o portus-custos, tu quidem, beate, leni aura
deduc a quieto-sinu abeuntem carbasum
usque ad Tritonem (*in altum*); tu vero oræ extremitatem [sortitus
directam ad Pythium tuere navigationem;
inde autem, si Phœbo curæ-sumus omnes vates,
navigabo bene-flanti impavide Zephyro.

18. ARGENTARII.

Gobry, Bacchus te et ad-amandum-prona Cypris
juvet, et dulces literis Pierides :
harum quidem doctrinam decerpe, istius autem amores
ini, illius vero caros avide-pota calices.

19. APOLLONIDÆ.

Dulcem genarum primam messem die hocce
tondere, et menti juveniles cincinnos,
Cai; tuam autem pater manibus accipiet optatam lanuginem
Lucius, crescentis multum in solem (*tempus*).
Donant *te* aureis *alii*, ego vero hilaribus elegis :
non enim sane divitiis Musa pejor.

20. ADDÆI.

Si quem pulchrum videris, confestim res concinnetur;
fare quæ sentis; testiculos attrecta manibus totis.
Si vero dixeris, « Colo te, et ero tanquam frater»,
pudor tuus claudet ad opus viam.

21. PHILODEMI.

Cypri sereni-maris, sponsorum-amica, Cypri justorum
socia, Cypri Amorum mater celerum-instar-procellæ,

At mare pacatum Zephyri sopitur ab auris,
Dorsaque navigiis per sua præbet iter;
Nec jam canitiem spumantem ad littora volvit,
Picta nec intorto turbine rostra ferit.
Navita, servanti portusque salumque Priapo
Si detur munus sæpia nigra tuum,
Ardeat aut mullus, scarus aut vocalis ad aras,
Intrepidus vastum curre per Ionium.

19. APOLLONIDÆ.

Malarum, Caii, flos jam tibi primus, et oris
Cæsaries docta falce recisa cadit.
Accipit ipse comam dextra pater, atque precatur
Lucius, in multos crescat ut illa dies.
Aurea dent alii, nos blandæ sola Camenæ
Munera : divitiis non valet illa minus.

21. PHILODEMI.

Conjugii præses, lætissima mater Amorum,
Justorum precibus quæ, Venus, alma faves;

Κύπρι, τὸν ἡμίσπαστον ἀπὸ κροκέων ἐμὲ παστῶν,
τὸν χιόσι ψυχὴν Κελτίσι νιφόμενον,
Κύπρι, τὸν ἡσύχιόν με, τὸν οὐδενὶ κοῦφα λαλεῦντα,
τὸν σέο πορφυρέῳ κλυζόμενον πελάγει,
Κύπρι φιλορμίστειρα, φιλόργιε, σῶζέ με, Κύπρι,
Ναϊακοὺς ἤδη, δεσπότι, πρὸς λιμένας.

22. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Μὴ πόδα γυμνὸν ἔρεσσε δι' ὑλάεσσαν ἀταρπὸν
Αἰγύπτου· χαροπῶν φεῦγε διὲξ ὀφίων,
ἀγρεῦ δουνακόδιφα· τὸν ἐκ χέρσου δὲ φύλαξαι
ἰόν, ὁ τοξεύειν ὄρνιν ἐπειγόμενος.

23. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Νικήτης ὀλίγοις μὲν ἐπὶ προτόνοισιν, ἀήτης
οἷά τε, πρηείης ἄρχεται ἐκ μελέτης·
ἀλλ' ὅταν ἐμπνεύσῃ, κατὰ δ' ἱστία πάντα φέρηται,
λαίφεα πακτώσας, μέσσα θέει πελάγη,
ναῦς ἅτε μυριόφορτος, ἕως ἐπὶ τέρματα μύθων
ἔλθῃ, ἀκυμάντους * ἔμπορος εἰς λιμένας.

24. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Φρὴν ἱερὴ μεγάλου Ἐνοσίχθονος, ἔσσο καὶ ἄλλοις
ἠπίη, Αἰγαίην οἳ διέπουσιν ἅλα·
κἠμοὶ γὰρ Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ
ὤρεξας πρηεῖ' ἀσπασίῳ λιμένας.

25. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Φοῖβε, Κεφαλλήνων λιμενοσκόπε, θῖνα Πανόρμου
ναίων, τρηχείης ἀντιπέρην Ἰθάκης,
δός με δι' εὐπλώτοιο πρὸς Ἀσίδα κύματος ἐλθεῖν,
Πείσωνος δολιχῇ νηΐ συνεσπόμενον·
καὶ τὸν ἐμὸν βασιλῆα τὸν ἄλκιμον εὖ μὲν ἐκείνῳ
ἵλαον, εὖ δ' ὕμνοις ἄρτισον ἡμετέροις.

26. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Cypri, semi-avulsum a croceis me thalamis,
me nivibus animo Celticis refrigeratum,
Cypri, tranquillum me, nulli superba garrientem,
tuo purpureo dum-jactor pelago,
Cypri portus-præses, festorum-amans, salvum-deduc me, [Cypri,
Naiacos jam, domina, ad portus.

22. BIANORIS.

Ne pedem nudum agita per silvosam viam
Ægypti; glaucos-oculis fuge longe serpentes,
venator arundines-inquirens; et ex arida cave
venenum, tu-qui sagitta-petere avem festinas.

23. AUTOMEDONTIS.

Nicetes paucorum quidem ope funium-ex-velis, venti
instar, leni orditur a declamatione;
sed quum spiritum-sumpsit et vela cuncta deferuntur,
carbasis firmiter-alligatis, media percurrit maria,
navis tanquam immensa, donec ad finem orationis
venerit, tranquillos (ingrediens) in portus.

24. CRINAGORÆ.

Mens sacra magni Neptuni, esto et aliis
lenis, Ægæum qui percurrunt mare:
et mihi enim, Thracico qui-jactabar sub vento,
præbuisti benigna lubenti portus.

25. ANTIPATRI.

Phœbe, Cephallenorum portus-custos, littus Panormi
habitans, asperæ e-regione Ithacæ,
da me per placidum in Asiam fluctum ire,
Pisonis longam navem secutum;
et meum regem (*Imperatorem*) fortem bene et illi [tris.
propitium, et bene *propitium* hymnis accommoda nos-

26. LUCIANI.

Tanquam moriturus tuis bonis fruere,
sed tanquam victurus parce tuis divitiis.
Est autem vir sapiens hic, qui ambo hæc in animo-habens
parcimoniæ et sumptui modum commode-posuit.

Abreptum thalamo me conjugis, intus habentem
Pectora Teutonica frigida facta nive:
Me placidum vita, presso nihil ore precantem,
Horrida quem jactat nunc maris ora tui,
Tu, rogo, nam cordi requies tibi blanda jocusque,
Da Latios portus, Diva, subire cito.

23. AUTOMEDONTIS.

Nicetas, veluti primos tremebunda rudentes
Aura movens, placidis incipit ire sonis:
Mox ubi tota suo tumuerunt lintea vento,
Stricta sali mediis carbasa credit aquis;
Donec in extremo sermonum fine quiescat,
Tuta velut portus intrat onusta ratis.

26. LUCIANI

Mors quasi sit vicina tibi, sic utere rebus,
Et quasi mors longe sit tibi, parce tuis.
Ille vir est sapiens hæc qui duo cogitat, et sic
Sumens ac retinens servat utrimque modum.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας,
οὐ λήσεις δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

27. EJUSDEM.

Homines quidem forte latebis illicitum quid quando-fecisti;
non latebis vero deos ne cogitans quidem.

28. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστιν,
τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

28. EJUSDEM.

Iis-qui bene res-agunt (*felicibus*) tota vita brevis est;
male vero *agentibus* (*miseris*) una nox infinitum est

29 ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐχ ὁ Ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ Ἔρως πρόφασις.

29. EJUSDEM.

Non Amor lædit mortalium genus, sed impotentibus
animis hominum est Amor obtentui.

30. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

30. INCERTI.

Celeres gratiæ dulciores; si vero moraris,
omnis gratia vana *est*, et ne dicatur quidem gratia.

31. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς·
ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

31. LUCIANI.

Mortalia *sunt* quæ *sunt* mortalium, et omnia prætereunt
sin autem minus, at nos ea præterimus. [nos;

32. [ΠΑΛΛΑΔΑ].

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου.

32. INCERTI.

Multa sunt poculum inter et summum labrum.

33. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας, καλόν· αἰσχρὰ δέ, δεινόν,
κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι ὧν λέγομεν.

33. INCERTI.

Bona dicere semper de omnibus, pulchrum; turpia autem,
etiamsi his sint digni quæ dicimus. [fœdum,

34. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἰ τὸ μέλειν δύναταί τι, μερίμνα καὶ μελέτω σοί·
εἰ δὲ μέλει περὶ σοῦ δαίμονι, σοὶ τί μέλει;
οὔτε μεριμνήσεις δίχα δαίμονος, οὔτ' ἀμελήσεις·
ἀλλ' ἵνα σοί τι μέλῃ, δαίμονι τοῦτο μέλει.

34. PALLADÆ.

Si cura potest quid, sollicitudo et cura-sit tibi:
si vero cura est de te numini, tibi quid est-curæ?
neque sollicitus-eris sine numine, neque incuriosus:
sed ut tibi aliquid curæ-sit, hoc est-curæ numini.

35. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εὖ πράττων, φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
καί σευ ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου·

35. LUCIANI.

Secundis in rebus amicus es mortalibus, amicus es im
et tibi faciles præbent-aures oranti. [mortalibus,

---

27. EJUSDEM.

Turpe aliquid faciens homines fortasse latebis,
Sed fallunt nec quæ mente putata Deos.

28. EJUSDEM.

Quantum vita patet, brevis est felicibus: una
Nox miseris ingens temporis est spatium.

29. EJUSDEM.

Non Veneris puer est, lædit qui corda, sed illum
Præscribit vitiis mens male sana suis.

30. EJUSDEM.

Quæ properat, grata est ea gratia: si qua moratur,
Languida, nec tanto nomine digna venit.

31. EJUSDEM.

Omnia mortali mortalia: prætereunt res,
Aut homo res, vita prætereunte, fugit.

32. INCERTI.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

33. INCERTI.

De cunctis res pulchra loqui bene semper: honestum
Probra nec, in meritum cum jaciuntur, habent.

34. PALLADÆ.

Si quid cura valet, curas curare memento:
Sin tu cura Dei, quid tua cura facit?
Absque Deo nulla est incuria, cura nec ulla;
Nempe quid ut cures, curat id ipse Deus.

35. LUCIANI.

Donec eris felix, homines tibi semper amicos,
Et precibus faciles experiere Deos;

ἢν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
ἐχθρὰ, Τύχης ῥιπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι Φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
ἀνθρώπου καθαρὰν ψευδομένου φιλίην·
οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

37. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ βραδύπους βουλὴ μέγ' ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα
αἰὲν ἐφελκομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει.

38. ΤΙΜΩΝΟΣ.

Ὥρη ἐρᾷν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

39. ΑΔΗΛΟΝ.

Θησαυρὸς μέγας ἐστ' ἀγαθὸς φίλος, Ἡλιόδωρε,
τῷ καὶ τηρῆσαι τοῦτον ἐπισταμένῳ.

40. ΑΔΗΛΟΝ.

Μή ποτε, τὸν παρεόντα παρεὶς φίλον, ἄλλον ἐρεύνα,
δειλῶν ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενος.

41. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής·
τἄλλα δ' ἔχει λύπην πλείονα τῶν κτεάνων.
Τὸν δὲ πολυκτέανον καὶ πλούσιον ἔστι δίκαιον
κλῄζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος,
οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις
μοχθήσει, ἑτέρων δρεπτομένων τὸ μέλι.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω·
κρείσσων γὰρ μύθων ἢ κτεάνων φυλακή.

si offenderis, nemo jam tibi amicus, sed simul cuncta
infesta, Fortunæ una-cum motu-alarum immutata

36. EJUSDEM.

Nihil in hominibus Natura nocentius invenit
homine sinceram mentiente amicitiam:
non enim jam ut ab-inimico præcavemus, sed diligente
ut amicum, in hoc plus lædimur.

37. EJUSDEM.

Tardigradum consilium multo melius; velox autem
usque trahens-secum pœnitentiam habet.

38. TIMONIS.

Hora *est* amandi, hora conjugio-fungendi, hora cessandi

39. INCERTI.

Thesaurus ingens est bonus amicus, o Heliodore,
ei utique qui retinere hunc novit.

40. INCERTI.

Nunquam, præsentem dimittens amicum, alium quære,
improborum hominum verbis obsecutus.

41. LUCIANI.

Thesaurus animi thesaurus solus est germanus:
cetera vero habent plus tædii quam opum.
Opulentum autem hunc et divitem fas est
vocare, qui uti suis bonis valet.
Sed si quis in calculis contabescit, alium super alium
adstruere semper thesaurum properans,
hic tanquam apis multum-perforatis in alvearibus
elaborabit, aliis colligentibus mel.

42. EJUSDEM.

Arcanorum verborum linguæ sigillum sit-impositum:
melior enim sermonum quam divitiarum custodia

Si secus acciderit, jam nullus amicus, et hostes
Undique: Fortunæ motus et ista trahit.

36. EJUSDEM.

Rebus in humanis nihil est crudelius illo,
Qui sub persona fallit amicitiæ.
Nam quia securi nos non ut ab hoste tuemur,
Bis nocet, atque habitam vertit in arma fidem.

37. EJUSDEM.

Consilium melius quod tarde sumitur: illud
Quod properat post se pœnituisse trahit.

38. [DIONYSII.]

Tempore ama, nuptam duc tempore, tempore cessa.

39. INCERTI.

Nullus thesaurus præstantior, Heliodore,
Quam, bene si serves, fidus amicus erit.

40. INCERTI.

Ut quæras alium veteris desertor amici,
Impetret hoc a te ne mala lingua, cave.

41. LUCIANI.

Divitias animi solas hoc nomine dignas
Esse puta: census ad bona tanta nihil.
Ille mihi demum locuples divesque vocetur,
Qui Superûm novit commoditate frui.
At qui perpetuum numerando pallet in ære,
Atque alias aliis semper acervat opes,
Talis erit, quales per cerea castra laborant,
Sic ut non ipsæ melle fruantur, apes.

42. EJUSDEM.

His, quæ dicta nocent, linguam tibi pone sigillum,
Plus voces, minus est res retinere suas.

43. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

43 INCERTI.

Sex horæ laboribus aptissimæ; quæ vero subsequuntur,
litteris monstratæ ΖΗΘΙ (VIVE) dicunt mortalibus.

44. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, « Δόμινε φράτερ » εὐθὺς ἔγραψεν·
ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ « Φράτερ » εἶπε μόνον·
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. Αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω Δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

44. PALLADÆ.

Si amicus quid accepit, « Domine frater » statim scribit:
si vero rursus nil accepit, « Frater » dicit modo :
venales enim et illæ voces. Sed ego certe
Nolo *Domine* : nam *domi ne* hilum quidem quod dem.

45. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἂν μνήμην, ἄνθρωπε, λάβῃς, ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
ἔσπειρεν, παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.
Ἀλλ' ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων ἐνέφυσεν,
ἀθάνατόν σε λέγων καὶ φυτὸν οὐράνιον.
Ἐκ πηλοῦ γέγονας· τί φρονεῖς μέγα; Τοῦτο μὲν οὕτως
εἴπ' ἄν τις, κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
Εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινὸν, ἐξ ἀκολάστου
λαγνείας γέγονας καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

45. EJUSDEM.

Si in-memoriam, o homo, voces, pater te quid agens
severit, desines magnorum-spirituum.
Sed Plato tibi fastum somnians ingeneravit,
immortalem te prædicans et plantam cælestem.
E limo natus es : quid cogitas grandia? Hoc quidem ita
diceret quispiam, *rem* ornans fictione nobiliori.
Si vero sermonem quæris verum, ex incontinenti
salacitate natus-es et spurca guttula.

46. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή·
μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω,
ὃς, λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν,
φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑρόμενος.

46. PALLADÆ.

Magna disciplina in hominibus *est* silentium:
testem Pythagoram sapientem ipsum habeo,
qui, sermonis haud-ignarus, ceteros docebat silentium,
remedium tranquillitatis efficax assecutus.

47. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔσθιε, πῖνε, μύσας ἐπὶ πένθεσιν· οὐ γὰρ ἔοικεν
γαστέρι πενθῆσαι νεκρόν· Ὅμηρος ἔφη·
καὶ γὰρ ὁμοῦ θάψασαν ὀλωλότα δώδεκα τέκνα
σίτου μνησαμένην τὴν Νιόβην παράγει.

47. EJUSDEM.

Ede, bibe, tacens in luctibus; non enim decet
ventre lugere mortuos; Homerus edixit.
Etenim simul exstinctos quum sepelivit duodecim liberos
victûs haud-immemorem Nioben inducit.

48. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήποτε δουλεύσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο,
ἐστὶ παροιμιακόν. Τῷδε δ' ὅμοιον ἐρῶ·

48. EJUSDEM.

Nunquam famula-quæ-fuerat mulier domina evadat,
est in-proverbio. Huic autem *ego* consimile dicam :

---

43. INCERTI.

Sex horas habeat (satis est) labor, ecce quod ultra est
Suggerit in Græco gnomone, Vive tibi.

44. PALLADÆ.

Si quid forte darem, Dominus fraterque vocabar,
At si non aderant munera, frater eram.
Gratuitum nihil est, neque nomina : sed mihi donum
Jam non est; dici non volo me Dominum.

45. EJUSDEM.

Si meminisse velis, quid agens proseverit olim
Te pater, hæc fastum res tibi demet, homo.
Somnia te faciunt turgere Platonica, quæ te,
Ut cœleste genus, morte carere docent.
Factus es ex limo, quid spiras grandia? dixit
Hoc aliquis verbo rem meliore notans;
At, si rem dici pateris, vessana libido
Principium dederat, fœdaque gutta tibi.

46. EJUSDEM.

Humano generi doctrina est magna silere;
Corde probat Samius quod sapiente senex.
Fandi quippe potens auctor fuit ipse tacendi,
Et vitæ curas hac meditatus ope est.

47. EJUSDEM.

Es, bibe; quod triste est, nec respice. Funera luctu
Non bene prosequitur venter, Homerus ait :
Bissex orba simul natis, si credimus illi,
Tantalis appositos contigit ore cibos.

48. EJUSDEM.

Ne, quæ serva fuit, fiat matrona, caveto,
Hoc vetus est dictum : nunc ego dico novum.

μήτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης,
μηδ' ὅταν Ἰσοκράτους ῥητορικώτερος ᾖ.
Πῶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος οὐδὲν ἑταίρας
σεμνότερον, δικάσαι μὴ ῥυπαρῶς δύναται;

49. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ μύρμηκι χολὴν καὶ σέρφῳ φασὶν ἐνεῖναι·
εἶτα χολὴν μὲν ἔχει ζῷα τὰ φαυλότατα,
ἐκκεῖσθαι δ' ἐμὲ πᾶσι χολὴν μὴ ἔχοντα κελεύεις,
ὡς μηδὲ ψιλοῖς ῥήμασιν ἀνταδικεῖν
τοὺς ἔργοις ἀδικοῦντας; Ἀποφράξαντα δεήσει
λοιπὸν ὁλοσχοίνῳ τὸ στόμα, μηδὲ πνέειν.

50. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὴν Κίρκην οὔ φημι, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος,
ἀντ' ἀνδρῶν ποιεῖν ἢ σύας ἠὲ λύκους
τοὺς αὐτῇ προσιόντας· ἑταίρα δ' οὖσα πανοῦργος,
τοὺς δελεασθέντας πτωχοτάτους ἐποίει·
τῶν δ' ἀνθρωπείων ἀποσυλήσασα λογισμῶν,
εἶτ' ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχοντας ἔτι
ἔτρεφεν ἔνδον ἔχουσα δίκην ζῴων ἀλογίστων.
Ἔμφρων δ' ὢν Ὀδυσεὺς, τὴν νεότητα φυγὼν,
οὐχ Ἑρμοῦ, φύσεως δ' ἰδίας ἐμφύντα λογισμὸν
εἶχε γοητείας φάρμακον ἀντίπαλον.

51. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ, κατὰ Πίνδαρον, ἐστὶν ἀμείνων·
οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον·
τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν. Ἀλλά τις εἴην
μήτ' ἄγαν εὐδαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ.
Ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκεν
κινδύνους ἐπάγειν, ἔσχατα δ' ὕβριν ἔχει.

52. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εὖγε λέγων, τὸν Καιρὸν ἔφης θεὸν, εὖγε, Μένανδρε,
ὡς ἀνὴρ Μουσῶν καὶ Χαρίτων τρόφιμος·
πολλάκι γὰρ τοῦ σφόδρα μεριμνηθέντος ἄμεινον
προσπεσὸν εὐκαίρως εὗρέ τι ταὐτόματον.

nec judicium judicet vir qui-fuerat causidicus,
ne si quidem Isocrate disertior sit.
Quomodo enim mercede-qui-servire consuevit meretrice
honestius, judicare non sordide potest? [nihilo

49. EJUSDEM.

Et formicæ bilem et culici dicunt inesse:
ita bilem quidem habent animalium vilissima quæque,
me vero expositum-esse cunctis *injuriosis* bilis expertem
ut ne nudis quidem verbis rursus-lædam [jubes,
eos-qui factis lædunt? Occludere *me* oportebit
deinceps os junco-holoschœno, et ne spirare quidem.

50. EJUSDEM.

Circen nego, sicuti dixit Homerus,
ex viris fecisse aut sues aut lupos
eos-qui ad se accedebant; meretrix autem quum-esset
quos inescarat, egentissimos reddebat; [vafra,
humanaque eos quum-orbasset ratione,
deinde ex propriis nihil retinentes amplius
nutribat, domi habens, more animalium irrationabilium.
Prudens autem quum-esset Ulysses, juvenilia vitans,
non Mercurii, sed propriæ naturæ insitam rationem
habuit veneficio adversum remedium.

51. INCERTI.

Invidia quam-misericordia, juxta Pindarum, est melior:
hi-quibus invidetur splendidam degunt vitam; [aliquis sim
eorum autem quibus pessime-est nos-miseret. Sed utinam
neque nimis felix, nec miserabilis ego. [natura
Mediocritas enim optimum, quod summa quidem suapte
pericula adducunt, infima vero contumeliam habent.

52. EJUSDEM.

Præclare loquens, Occasionem dixisti deam, præclare,
ut vir Musarum et Gratiarum alumnus: [Menander,
sæpe enim consilio valde cogitato melius *quid*
incidens opportune invenit casus.

Qui causas dixit, causas ne judicet unquam,
Eloquio quamvis sit prior Isocrate.
Nam solitus causas venali dicere lingua,
Non et judicium vendere non poterit.

50. EJUSDEM.

Qui fuerant homines, mihi non persuadet Homerus,
Circæis factos artibus esse lupos,
Setigerosve sues. Meretrix sed vafra dolosis
Captos illecebris fecit egere viros.
Queis simul humanæ rationis ademerat usum,
Omnibus exutos, quæ tenuere, bonis,
Intra septa domus, pecudum velut agmen, al. at.
Non Ithaci talis pectore sedit amor;
Cui pro Mercurio sua mens prudentia sensa
Tradidit in magicum fida veneficium.

51. EJUSDEM.

Invidear potius quam sim miserabilis, inquit
Pindarus: excellunt quos petit invidia.
Pessima perpessos miserescimus: ast ego felix
Nec nimium, nimium nec miser esse velim.
Optima res modus est. Summis affine periclum
Infima contemtum ludibriumque ferunt.

52. EJUSDEM.

Esse deum tempus dixisti, docte Menander,
Hoc puto dictarunt Musa Venusque tibi.
Sæpe etenim reperit veniens in tempore casus
Auxilium melius, quam dare cura potest.

53. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ τοὺς ἀνδροφόνους εὐδαίμονας ὄντας ὁρῶμεν,
οὐ πάνυ θαυμάζω· τοῦ Διός ἐστι γέρας.
Τὸν γὰρ γεννήσαντα μεμισηκὼς καὶ ἐκεῖνος
κτεῖνεν ἄν, εἰ ὁ Κρόνος θνητὸς ἐτύγχανεν ὤν·
ἀντὶ δὲ τοῦ κτεῖναι σὺν τοῖς Τιτῆσι κολάζει,
δέσμιον, ὡς λῃστήν, εἰς τὸ βάραθρον ἐνείς.

54. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ ποιεῖ θάνατον μόνον ἡ φθίσις· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν
καὶ πολλὴ παχύτης πολλάκις εἰργάσατο.
Τοῦδ' ὁ τυραννήσας Διονύσιος Ἡρακλείας
τῆς ἐν τῷ Πόντῳ μάρτυς, ὁ τοῦτο παθών.

55. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἂν πάνυ κομπάζῃς προστάγμασι μὴ ὑπακούειν
τῆς γαμετῆς, ληρεῖς· οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός εἶ,
οὐδ' ἀπὸ πέτρης, φησίν· ὃ θ' οἱ πολλοὶ κατ' ἀνάγκην
πάσχομεν, ἢ πάντες, καὶ σὺ γυναικοκρατῆ.
Εἰ δ', « οὐ σανδαλίῳ » φῄς « τύπτομαι, οὐδ', ἀκολάστου
« οὔσης μοι γαμετῆς, χρή με μύσαντα φέρειν »,
δουλεύειν σε λέγω μετριώτερον, εἴ γε πέπρασαι
σώφρονι δεσποίνῃ μηδὲ λίαν χαλεπῇ.

56. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδὲν σωφροσύνης τεκμήριόν ἐστι πρόδηλον·
τοῖς ἐμπαιζομένοις ἀνδράσι ταῦτα λέγω.
Οὔτε τὸ δύσμορφον πάντως ἀνύποπτον ὑπάρχει,
οὔτ' ἀκολασταίνειν πᾶσα πέφυκε καλή.
Καὶ γάρ τις διὰ τὴν ὥραν τοῖς πολλὰ διδοῦσιν
οὐχ ἕπεται· πολλὰς δ' ἐστὶ γυναῖκας ἰδεῖν
οὐχὶ καλὰς τὴν ὄψιν, ὀπυιομένας ἀκορέστως,
καὶ τοῖς χρησαμένοις πολλὰ χαριζομένας.
Οὐκ εἴ τις συνάγει τὰς ὀφρύας, οὐδὲ γελῶσα
φαίνεται, ὀφθῆναί τ' ἀνδράσιν ἐκτρέπεται,

53. EJUSDEM.

Si homicidas felices vivere videmus,
non valde miror; Jovis est donum.
Genitorem enim exosus etiam ille
interfecisset, si Saturnus esset mortalis :
sed loco cædis cum Titanibus castigat,
vinctum, ut latronem, in barathrum demissum.

54. EJUSDEM.

Non facit mortem tantum phthisis; sed eandem
etiam multa obesitas sæpe comparavit.
Hujusce rei tyrannus Dionysius Heracleæ
quæ-est in Ponto testis, hoc-ipsum passus.

55. EJUSDEM.

Si omnino gloriaris jussis *te* non obsequi
conjugis, deliras; non enim a quercu es, [necessario
neque a petra, ait *proverbium* : et quod maxima-pars
patimur, aut omnes, et tu mulieris-potentiam-subis.
Si vero, « Non sandalio, inquis, verberor, neque, impudica
quum utar uxore, oportet me tacitum ferre »,
servire te dico moderatius, siquidem venditus-es
modestæ dominæ neque nimis gravi.

56. EJUSDEM.

Nullum castitatis signum est manifestum :
quibus illuditur maritis hæc edico.
Neque difformitas omnem citra-suspicionem subsistit,
neque impudica-est omnis suapte-natura mulier pulchra.
Etenim est quæ ob formam multa largientibus
non obsequitur; contra multas est mulieres videre
non pulchras aspectu, coeuntes insatiabiliter,
et rem-cum-ipsis-habentibus multa quæ-largiantur.
Nonne si quæ contrahit supercilia, neque ridens
apparet, adspectumque virorum aversatur,

---

53. EJUSDEM.

Si bene succedunt homicidis omnia, miror
Non ego : dispositu res venit ista Jovis.
Oderat ipse patrem, sed et occidisset eundem,
Si posset mortis jura subire Deus.
Hoc quia non potuit, nunc cum Titanibus illum
Sic quasi latronem detinet in barathro.

54. EJUSDEM.

Non tantum vitæ finem facit arida tabes :
Quin etiam nimium pingue necare potest.
Hoc docet exemplo dominus Dionysius urbis,
Herculis ad Pontum quæ sita nomen habet.

55. EJUSDEM.

Si nimium jactas te non uxoria ferre
Jussa, procul vero es; nam neque petra tibi,
Nec quercus genitrix, perfer quod ferre necesse est.
Sunt cuncti, quid ni tu quoque? sub domina.
At non sandalio, dicis, commulceor : at non
Uxoris patior mutus adulteria.
Servitium fers ergo minus grave, quando pudica
Et non difficilis te nimis emit hera.

56. EJUSDEM.

Credite decepti toties in amore mariti,
Credite, nulla nota est certa pudicitiæ.
Nec turpes facie semper sine crimine vivunt,
Nec semper formæ gloria crimen habet.
Multas adspicere est, quæ pulchri corporis usum
Tentatæ nullo munere prostituant.
Sunt et deformes, quibus insatiata libido est,
Quæque audent pretium ponere adulterio.
Non si qua aspectus simulat vitare viriles,
Tetricaque attollit triste supercilium,

σωφροσύνης τρόπος οὗτος ἐχέγγυος; Ἀλλά τις εὕροι
μαχλάδα μὲν κρύβδην τὴν πάνυ σεμνοτάτην,
τὰς δ' ἱλαρὰς καὶ πᾶσι φιλανθρώπως προσιούσας
σώφρονας, εἰ σώφρων ἐστὶ γυνή τις ὅλως.
Ἡλικίᾳ τοίνυν τάδε κρίνεται. Ἀλλ' Ἀφροδίτης
οἴστρων εἰρήνην οὐδὲ τὸ γῆρας ἔχει.
Ὅρκοις λοιπὸν ἀεί τι πεποίθαμεν· ἀλλὰ μεθ' ὅρκον
ζητεῖν ἐστὶ θεοὺς δώδεκα. Καίν' ἐρέου.

castitatis mos hic *est* pignus? At quispiam invenerit
scortum quidem clam eam-quæ prorsus severo-vultu-est,
hilares autem et ad omnes amabiliter accedentes
castas, si casta est mulier aliqua omnino.
Ætate ergo hæc judicantur. Sed Veneris
a-stimulis pacem ne senium quidem habet.
Juramentis denique semper fere fidimus; sed post juramentum
quærere est deos duodecim! Alia-et-nova *tu* quære.

57. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γαστέρα μισήσειε θεὸς καὶ βρώματα γαστρός·
εἵνεκα γὰρ τούτων σωφροσύνα λύεται.

57. EJUSDEM.

Ventrem odio-habeat deus et cibos ventris!
horum enim gratia modestia solvitur.

58. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι·
καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

58. EJUSDEM.

Terram intravi nudus, nudusque sub terram abibo;
et quid frustra laboro, nudum videns finem?

59. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Προσδοκίη θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη·
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
Μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀπερχόμενον βιότοιο·
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.

59. EJUSDEM.

Exspectatio mortis multos-dolores-afferens est ægrimonia;
hoc autem lucratur mortalis dum-obit.
Ne igitur lugeas eum qui-exit-e vita.
nullus enim morte ulterior est dolor.

60. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλουτεῖς· καὶ τί τὸ λοιπόν; ἀπερχόμενος μετὰ σαυτοῦ
τὸν πλοῦτον σύρεις, εἰς σορὸν ἑλκόμενος;
Τὸν πλοῦτον συνάγεις δαπανῶν χρόνον· οὐ δύνασαι δὲ
ζωῆς σωρεῦσαι μέτρα περισσότερα.

60. EJUSDEM.

Divitiis-abundas, et quid ultra? num proficiscens tecum
divitias volvis, quando in sandapilam traheris?
Divitias colligis impendens tempus; non potes autem
vitæ cumulare mensuram ampliorem.

61. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας, ἀναιδέας, οἰκοτυράννους,
μισοῦντας πενίην μητέρα σωφροσύνης.

61. EJUSDEM.

Fugite divites, impudicos, domesticos-tyrannos,
exosos paupertatem matrem modestiæ.

62. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε Τύχη, μερόπων δὲ τυραννεῖ,
ταῖς ἰδίαις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.
Μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους,
ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

62. EJUSDEM.

Non rationem, non legem novit Fortuna, mortalium sed domina-est,
propriis temere quæ-verticibus volvitur.
Magis ad-injustos inclinat, odit vero justos,
tanquam declarans suam inconsultam potentiam.

Certa pudicitiæ dat pignora; sæpe severi
Sub vultus specie maxima furta latent.
Rursum hilares aliæ, quæ comiter omnibus adsunt,
Sunt castæ, siqua est femina casta tamen.

57. EJUSDEM.

Ah pereat venter, pereant et pabula ventris,
Nata sacram mentis solvere temperiem.

58. EJUSDEM.

Nudus in hanc veni tellurem, nudus abibo:
Quid satago nudum natus ad exitium?

59. EJUSDEM.

Exspectare necem miserum plenumque doloris;
Hoc facit is, rapuit quem fera Parca, lucri:
Nec tu mortales igitur, quos vita reliquit,
Flere velis; nulli mors reditura venit.

60. EJUSDEM.

Dives es, agnosco: sed quo tibi? lumine cassus
An simul in tumulum pondera fulva trahes?
Cogis opes, vitæ sed per dispendia, cujus
Tu tibi mensuras non potes aggerere.

61. EJUSDEM.

Ite procul dites, sævum genus, absque pudore
Queis odio pauper vita modique tenax.

62. EJUSDEM.

Consilii legisque carens, Fortuna superbe
Res agit, atque suo flumine cuncta rapit.
Et justos ideo premit, et sustentat iniquos,
Monstret ut imperii non rationis opus.

63. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηδέποτε ζήσας ὁ πένης βροτὸς οὐδ' ἀποθνήσκει·
καὶ ζῆν γὰρ δοκέων, ὡς νέκυς ἦν ὁ τάλας.
Οἱ δὲ τύχας μεγάλας καὶ χρήματα πολλὰ λαχόντες,
οὗτοι τὸν θάνατον πτῶσιν ἔχουσι βίου.

63. EJUSDEM.

Nunquam vixit pauper mortalis, neque moritur;
etenim vivere quum-videretur, ut cadaver erat miser.
Qui vero fortunas magnas et divitias multas sortiti-sunt,
hi mortem ruinam habent vitæ.

64. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἦ ῥά γε ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ τηλίκον; οἱ δὲ περισσοὶ
πῆ ἔβαν ἐξαίφνης ἀγχίποροι κόλακες;
νῦν γὰρ ἑκὰς πτόλιος φυγὰς ᾤχεο· τοῖς πρότερον δὲ
οἰκτροῖς τὴν κατὰ σοῦ ψῆφον ἔδωκε Τύχη.
Πολλή σοι, κλυτοεργὲ Τύχη, χάρις, οὕνεχ' ὁμοίως
πάντας ἀεὶ παίζεις, κεἰσέτι τερπόμεθα.

64. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Ubinam ergo *est* fremitus tantus? et innumeri
quo abierunt subito latus-tibi-tegentes adulatores?
Nunc enim procul ab-urbe profugus abiisti; illis vero qui
miseri-erant, contra te calculum dedit Fortuna. [prius
Multæ tibi, inclyta-operibus Fortuna, grates, quoniam æque
cunctos usque deludis, et adhuc *eo lusu* oblectamur.

65. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν· χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ
πολλάκι ναυηγῶν πταίομεν οἰκτρότερα.
Τὴν δὲ Τύχην βιότοιο κυβερνήτειραν ἔχοντες,
ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγους, ἀμφίβολοι πλέομεν,
οἱ μὲν ἐπ' εὔπλοιην, οἱ δ' ἔμπαλιν· ἀλλ' ἅμα πάντες
εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα.

65. PALLADÆ.

Navigatio periculosa *est* vita: jactati enim in illa
sæpe naufragis offendimus miserabilius.
Fortunam autem vitæ gubernatricem habentes,
ut in pelago, incerti navigamus, [simul omnes
hi quidem in faustum-cursum, illi autem contra: sed
in unum subterraneum portum proficiscimur.

66. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤ.

Εὖτέ τις ἐκ πενίης πλούτου τύχοι ἠδὲ καὶ ἀρχῆς,
οὐκέτι γινώσκει, τίς πέλε τὸ πρότερον.
Τὴν ποτὲ γὰρ φιλίην ἀπαναίνεται· ἀφρονέων δὲ
τέρψιν ὀλισθηρῆς οὐ δεδάηκε Τύχης.
Ἧς ποτε γὰρ πτωχὸς ταλαπείριος· οὐκ ἐθέλεις δέ,
αἰτίζων ἀκόλους, νῦν ἑτέροις παρέχειν.
Πάντα, φίλος, μερόπεσσι παρέρχεται· εἰ δ' ἀπιθήσεις,
ἔμπαλιν αἰτίζων μάρτυρα σαυτὸν ἔχοις.

66. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Quando-semel quis e paupertate divitias nactus-est, vel
non amplius novit quis fuerit prius. [etiam magistratum,
Pristinam enim amicitiam renunciat; sed desipiens
ludum lubricæ non didicit Fortunæ.
Eras enim olim mendicus ærumnosus: non vis autem,
qui-emendicasti escam, nunc escam ceteris præbere.
Omnia, amice, mortalibus prætereunt: si non credes,
rursus mendicans testem te-ipsum habeas!

67. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Μνήμη καὶ Λήθη, μέγα χαίρετον· ἡ μὲν ἐπ' ἔργοις
Μνήμη τοῖς ἀγαθοῖς, ἡ δ', ἐπὶ λευγαλέοις.

67. MACEDONII CONSULIS.

Memoria et Oblivio, magnum salvete: illa quidem in rebus,
Memoria, bonis, hæc vero, in malis.

---

63. EJUSDEM.

Non moritur vir egens, nullo qui tempore vixit,
Cumque fuit visus vivere, funus erat.
At qui divitiis et amica sorte fruuntur,
Talibus in mortem vita peracta cadit.

64. AGATHIÆ ORATORIS.

in Præsidem qui exciderat.

Nunc ubi dic tua tanta superbia, quove repente
Fugit adulari tam bene docta cohors?
Exsul abes: miseros quos vis tua fecerat, illis
Jus fortuna tui judiciumque dedit.
Gratia magna potens tibi sit, Fortuna, quod omnes
Ludis, et ex te nos quod juvet esse facis.

65. PALLADÆ.

Navigium vita est quæ tempestatibus actos
Naufragio cogit non leviora pati.
Fortuna clavum moderante volubilis ævi,
Erramus, veluti per vada vasta maris.
Aura favens aliis, aliis contraria: portus
Unus erit cunctis denique subter humum.

66. AGATHIÆ ORATORIS.

Cum qui pauper erat, nummos prius, inde secures,
Nactus habet, non vult nosse quod ante fuit.
Spernit amicitias veteres, nescitque superbus,
Quam Fortuna levis ludere semper amet.
Tu quondam mendicus eras, qui frusta solebas
Poscere, nunc aliis abnuis ecce dare.
Res hominum fluxæ: si non vis credere, rursus
Mendicans testis sis precor ipse tibi.

67. MACEDONII CONSULIS.

Mens oblita juvat, juvat et memor, hæc quia servat
Dulce quod est, contra triste quod illa fugat.

68. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Καλὸν μὲν στυγόδεμνον ἔχειν νόον· εἰ δ' ἄρ' ἀνάγκη,
ἀρσενικὴ φιλότης μή ποτέ σε κλονέοι.
Θηλυτέρας φιλέειν ὀλίγον κακὸν, οὕνεκα κείναις
κυπριδίους ὄάρους πότνα δέδωκε φύσις.
Δέρκεο τῶν ἀλόγων ζώων γένος· ἦ γὰρ ἐκείνων
οὐδὲν ἀτιμάζει θέσμια συζυγίης·
ἄρσενι γὰρ θήλεια συνάπτεται· οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
ἄνδρες ἐς ἀλλήλους ξεῖνον ἄγουσι γάμον.

69. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα,
τὸν παύοντα νόσους καὶ πενίης ὀδύνας;
Μοῦνον ἅπαξ θνητοῖς παραγίνεται, οὐδέ ποτ' αὐτὸν
εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον·
αἱ δὲ νόσοι πολλαὶ καὶ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
ἐρχόμεναι θνητῶν, καὶ μεταβαλλόμεναι.

70. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Εἰ βίον ἐν μερόπεσσι Τύχης παίζουσιν ἑταῖραι
Ἐλπίδες ἀμβολάδην πάντα χαριζόμεναι,
παίζομαι, εἰ βροτός εἰμι. Βροτὸς δ' εὖ οἶδα καὶ αὐτὸς
θνητὸς ἐών· δολιχαῖς δ' ἐλπίσι παιζόμενος,
αὐτὸς ἑκοντὶ γέγηθα πλανώμενος, οὐδὲ γενοίμην
ἐς κρίσιν ἡμετέρην πικρὸς Ἀριστοτέλης.
Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ πραπίδεσσι φυλάσσω
παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν.

71. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πανδώρης ὁρόων γελόω πίθον, οὐδὲ γυναῖκα
μέμφομαι, ἀλλ' αὐτῶν τὰ πτερὰ τῶν Ἀγαθῶν.
Ὡς γὰρ ἐπ' Οὐλύμποιο μετὰ χθονὸς ἤθεα πάσης
πωτῶνται, πίπτειν καὶ κατὰ γῆν ὄφελον.
Ἡ δὲ γυνὴ μετὰ πῶμα κατωχρήσασα παρειὰς
ὤλεσεν ἀγλαΐην ὧν ἔφερεν χαρίτων.

68. AGATHIÆ.

Pulchrum quidem abhorrentem-a-nuptiis animum habere;
masculus amor nunquam te exagitet. [at si *est* necessitas,
Feminas amare parva labes-mali, quod illis
venereos amplexus domina dedit natura.
Aspice irrationabilium ferarum genus; profecto enim earum
non-una dehonestat leges coitus:
mari namque femina copulatur: at miseri
viri in se-mutuo novas inducunt nuptias.

69. EJUSDEM.

Mortem quid timetis, tranquillitatis genitricem,
finem-quæ ponit morbis et paupertatis doloribus?
Solum semel mortalibus advenit, nec unquam illam
vidit quis mortalium iterum accedentem;
at morbi multi et varii *sunt* nunc hos nunc illos
invadentes mortalium, et formas-multas induentes

70. MACEDONII CONSULIS.

Si vitam inter homines Fortunæ oblectant sociæ
Spes longa-cum-mora omnia largientes,
illudor, si homo sum. Hominem me bene novi et ipsum
mortalem esse: longisque spebus delusus,
ipse lubens delector errore, neque fiam
in judicium nostri rigidus Aristoteles.
Hanc enim Anacreontis in pectore conditam servo
admonitionem: non oportere *nos* curam detinere.

71. EJUSDEM.

Pandoræ videns rideo dolium, nec-tamen mulierem
culpo, sed ipsorum alas Bonorum. [quocumque
Ut enim ad Olympum post commorationem in terræ loco
evolant, *ita* etiam cadere in terram debebant.
Mulier autem post *remotum* expalluit operculum genis et
perdidit nitorem earum-quas gerebat venerum.

---

68. AGATHIÆ.

Mente quidem laus est in coelibe: si tamen ulla
Vis urget, ne te masculus urat amor.
Femellas adamare malum leve: nam secus illud
Natura nobis conciliante placet.
Muta vide, si vis, animantia; nulla ferarum
Egreditur fœdus connubiale venus.
Femineum sociale viro genus: heu miser ardor!
Qui docuit spreta nubere lege viros.

69. EJUSDEM.

Cur tantus mortem refugit metus, otia dantem,
Quæ mala morborum pauperiemque fugat?
Advenit una semel mortalibus illa, nec est qui
Senserit hac iterum tela profecta manu.
Morborum multæ facies, multique recursus:
Nunc huic nunc illi terque quaterque nocent.

70. MACEDONII CONSULIS.

Fortunæ spes blanda comes mortalia ludit
Pectora, quæ vel nil vel dare tarda solet.
Mortalem scio me: ludi me sentio: vita
Est brevis, in longum spem tamen ire sino.
Decipior sed sponte mea: procul absit ut in me
Ipse ego sim censor qualis Aristoteles.
Parebo potius tibi, Teia Musa, monenti:
Mœstitiæ nemo debet adesse suæ.

71. EJUSDEM.

Rideo sæpe cadum quem fert Pandora, nec ipsam
Arguo, sed pennas, queis bona fulta volant.
Sicut enim cœlo sublimia dona feruntur,
Sic utinam saltem pars cecidisset humi.
Pallescens etiam puto tunc cum tegmen apertum est,
Corrupit rerum quas tulit omne decus.

Ἀμφοτέρων δ' ἥμαρτεν ὁ νῦν βίος, ὅττι καὶ αὐτὴν
γηράσκουσαν ἔχει, καὶ πίθος οὐδὲν ἔχει.

72. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον· ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

73. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου· εἰ δ' ἀγανακτεῖς
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

74. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤ.

Μήτε βαθυκτεάνοιο τύχης κουφίζεο ροίζῳ,
μήτε σέο γνάμψῃ φροντὶς ἐλευθερίην.
Πᾶς γὰρ ὑπ' ἀσταθέεσσι βίος πελεμίζεται αὔραις,
τῇ καὶ τῇ θαμινῶς ἀντιμεθελκόμενος.
Ἡ δ' ἀρετὴ σταθερόν τι καὶ ἄτροπον, ἧς ἔπι μούνης
κύματα θαρσαλέως ποντοπόρει βιότου.

75. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἠέρα λεπταλέον μυκτηρόθεν ἀμπνείοντες
ζώομεν, ἠελίου λαμπάδα δερκόμενοι,
πάντες ὅσοι ζῶμεν κατὰ τὸν βίον· ὄργανα δ' ἐσμέν,
αὔραις ζωογόνοις πνεύματα δεχνύμενοι.
Εἰ δέ τις οὖν ὀλίγην παλάμῃ σφίγξειεν ἀϋτμήν,
ψυχὴν συλήσας, εἰς ἀίδην κατάγει.
Οὕτως οὐδὲν ἐόντες, ἀγηνορίῃ τρεφόμεσθα,
πνοιῆς ἐξ ὀλίγης ἠέρα βοσκόμενοι.

76. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤ.

Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥῖψαι
φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιοκροτάφους.
Πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον· ἡ δὲ περισσὴ
θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη.
Ἔνθεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκι δήεις

Et utroque præsens excidit vita, quod et ipsam
senescentem habet, et dolium nihil in-se-habet.

72. PALLADÆ.

Scena *est* tota vita, et ludus: aut disce ludere,
gravitate omissa, aut fer dolores.

73. EJUSDEM.

Si ferens (*fortuna*) te fert, fer et sine-te-ferri; si autem irasceris
et tete afflictas, etiam *sic* ferens te fert.

74. PAULI SILENTIARII.

Neque ditissimæ fortunæ superbias strepitu,
neque tuam inflectat cura libertatem.
Tota enim inconstantibus vita concutitur auris,
huc et illuc frequenter diversas-in-partes-tracta.
Virtus autem solidum quid et inconcussum qua super sola
fluctus intrepide naviges vitæ.

75. PALLADÆ.

Aerem leviculum naribus respirantes
vivimus, solis lampadem intuentes,
omnes quotquot vivimus in hac vita; organa autem sumus,
auris vitalibus spiritus accipientes.
Jam si vero quis tenuem palma strinxerit flatum,
animam prædatus, in Orcum deducit.
Sic dum nihil sumus, superbia pascimur,
spiritu ex tenui aura vescentes.

76. PAULI SILENTIARII.

Non vivere gratam habet natura-conditionem, sed projicere
sollicitudines e pectoribus cana-reddentes-tempora.
Divitias habere volo sufficientes; nimia autem
animum usque exedit auri-amore-insaniens cura.
Inde in hominibus meliorem sæpe invenies

At quæ nunc agitur bis pejor vita, quod ipsa
Est anus, et plane nil cadus intus habet.

72. PALLADÆ.

Vita nihil nisi res est ludicra: ludere disce
Depositis curis, aut mala multa pati.

73. EJUSDEM.

Si quem fors agat atque ferat, ferat atque feratur.
Ni ferat, et feret hunc fors magis et feriet.

74. PAULI SILENTIARII.

Nec ridens fortuna suo te sublevet æstu,
Nec libertatem sequior aura domet.
Cogitur adversis hæc vita obnoxia ventis
Nunc huc, nunc illuc, tracta, retracta sequi.
Virtus sola manet, non mobilis: hæc tibi præstat
Securum vitæ per mare navigium.

75. PALLADÆ.

Vivimus exiguam ducentes naribus auram,
Claraque tantisper cernimus astra poli.
Instrumenta sumus, vegetat quos aeris almi
Spiritus: hoc hominum voce vocatur homo.
Huic animam rapiet, dabit huic invisere manes,
Si tenuem flatum comprimat una manus.
Nil sumus: interea nobis libet esse superbis,
Quos modicus gracili limite ventus alit.

76. PAULI SILENTIARII.

Vivere non dulce est, animo sed pellere curas,
Quæ pingunt celeri tempora canitie.
Divitias cupiam quantum satis: id quod abundat,
Est animum auratis sollicitudinibus.
Hinc et sæpe mori melius, quam vivere, et audax

καὶ πενίην πλούτου, καὶ βιότου θάνατον.
Ταῦτα σὺ γινώσκων κραδίης ἴθυνε κελεύθους,
εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα, τὴν σοφίην.

et paupertatem divitiis, et vitâ mortem.
Hæc tu sciens, animi rectas-vade vias,
ad unam respiciens spem, sapientiam.

77. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Τίπτε μάτην, ἄνθρωπε, πονεῖς καὶ πάντα ταράσσεις,
κλήρῳ δουλεύων τῷ κατὰ τὴν γένεσιν;
Τούτῳ σαυτὸν ἄφες, τῷ δαίμονι μὴ φιλονείκει·
τὴν δὲ τύχην στέργων, ἡσυχίην ἀγάπα·
μᾶλλον ἐπ' εὐφροσύνην δὲ βιάζεο, καὶ παρὰ μοίρην,
εἰ δυνατὸν, ψυχὴν τερπομένην μετάγειν.

77. PALLADÆ.

Quid tandem frustra, o homo, laboras et omnia moves turbidus,
sorti serviens natalitiæ?
Huic te-ipsum permitte, fato ne obluctare;
tua autem fortuna contentus, tranquillitatem ama:
potius vero ad lætitiam vi-enitere, etiam præter fatum,
si fieri-potest, animum gaudentem traducere.

78. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥίπτε γόους, μὴ κάμνε, πόσον χρόνον ἐνθάδε μίμνων,
ὡς πρὸς ἐκεῖνον ὅλον τὸν μετὰ ταῦτα βίον.
Πρὶν τοίνυν σκώληκα βαλεῖν τύμβοις τε ῥιφῆναι,
μὴ δαμάσῃς ψυχὴν ζῶν ἔτι κρινομένην.

78. EJUSDEM.

Abjice gemitus, ne labora, quantulum tempus hic manens,
si conferatur cum illa tota quæ sequitur vita!
Prius igitur quam vermem emittas et in tumulos projiciare,
ne crucia animam vivens adhuc in-discrimen-adductam.

79. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νυκτὸς ἀπερχομένης γεννώμεθα ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ,
τοῦ προτέρου βιότου μηδὲν ἔχοντες ἔτι,
ἀλλοτριωθέντες τῆς ἐχθεσινῆς διαγωγῆς,
τοῦ λοιποῦ δὲ βίου σήμερον ἀρχόμενοι.
Μὴ τοίνυν λέγε σαυτὸν ἐτῶν, πρεσβῦτα, περισσῶν·
τῶν γὰρ ἀπελθόντων σήμερον οὐ μετέχεις.

79. EJUSDEM.

Nocte abeunte gignimur singulis diebus,
prioris vitæ nihil jam retinentes,
abalienati hesterno instituto,
reliquam vero vitam hodie inchoantes.
Ne igitur dic te *esse* annorum, o senex, plurimorum,
præteritorum enim *annorum* hodie nihil tenes.

80. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παίγνιόν ἐστι Τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς, ἀλήτης,
πλούτου καὶ πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.
Καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει,
τοὺς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν εἰς ἀΐδην κατάγει.

80. EJUSDEM.

Ludicrum est Fortunæ hominum vita, miserabilis, errans,
divitias inter et paupertatem media titubans.
Et hos quidem deprimens, rursus pilæ-modo extollit,
illos vero e nubibus in Orcum deturbat.

81. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τοῦ βίου!
τὴν ὀξύτητα τοῦ χρόνου πενθήσατε.
Ἡμεῖς καθεζόμεσθα καὶ κοιμώμεθα,

81. EJUSDEM.

Heu brevem voluptatem vitæ!
velocitatem temporis deflete.
Nos sedemus et dormimus,

Paupertas magnas sæpe lacessit opes.
Hæc bene cum noris, maneat sapientia sola
Spes tibi, in hanc certum dirige mentis iter.

77. PALLADÆ.

Quid tantum satagis, cum sorti subditus illi
Vivas, natalis quam dedit hora tibi?
Huic rogo te permitte: cave contendere fato:
Hoc quod es, esse velis, sit tibi cara quies.
Aut vis si qua valet vim fati vincere, plusquam
Fata volunt, animo gaudia quære tuo.

78. EJUSDEM.

Ne temet crucia, luctum fuge; tempore parvo
Vivimus, ad mundi secula quæ superant.
Dum nondum tumulo datus es neque vermibus, hanc, quæ
Pendet adhuc, animam præcipitare cave.

79. EJUSDEM.

Nox quoties abiit, toties nos credite nasci,
Et super elapsi temporis esse nihil.
Hic qui nunc agitur vitæ venientis origo est,
Hesternus nobis res aliena dies.
Nemo senex annos multos se dicat habere:
Namque hominum nullus jam quod abivit habet.

80. EJUSDEM.

Vita quid est hominum? Fortunæ ludicrus orbis
Inter divitias pauperiemque vagans.
Quos dejecit humi fert in sublime rotatos,
Ad Styga fert qui jam nubila summa tenent.

81. EJUSDEM.

O quam voluptas hujus est vitæ brevis!
Lugete rapidam temporis fluxi fugam:
Nos dum sedentes aut cubantes occupant

μοχθοῦντες ἢ τρυφῶντες· ὁ δὲ χρόνος τρέχει,
τρέχει καθ' ἡμῶν τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
φέρων ἑκάστου τῷ βίῳ καταστροφήν.

laborantes aut luxuriantes; at tempus currit,
incurrit nobis miseris mortalibus,
afferens cujusque vitæ exitum.

82. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἆρα μὴ θανόντες τῷ δοκεῖν ζῶμεν μόνον,
Ἕλληνες ἄνδρες, συμφορᾷ πεπτωκότες
ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον;
ἢ ζῶμεν ἡμεῖς, τοῦ βίου τεθνηκότος;

82. EJUSDEM.

Nonne mortui specie vivimus tantum,
Græci viri, in-infortunium delapsi
somnum imaginantes esse vitam?
aut vivimus nos, vita emortua?

83. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ τὸ φρονεῖν πλουτεῦντι περίστασις, ὄχλος, ἀνάγκη...
* ζώνη ποικίλη καὶ κολάκων ἀνάγκη.

83. EJUSDEM.

Etiam sapere *est* diviti molestia, negotium, vis. ...
Zona varia et adulatorum grex.

84. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω·
δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενές, οἰκτρὸν,
φαινόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

84. EJUSDEM.

Lacrimans natus-sum, et lacrimatus morior;
lacrimisque in multis vitam inveni totam.
O genus hominum valde-lacrimosum, infirmum, miserabile,
vix-apparens in terra, et *statim* dissolutum.

85. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεσθα
ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως.

85. EJUSDEM.

Cuncti morti servamur et saginamur,
ut grex porcorum qui-trucidantur ut-fors-fert.

86. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ δαψιλῶς μέν, ἀλλ' ὅμως κἀγὼ τρέφω
παῖδας, γυναῖκα, δοῦλον, ὄρνιθας, κύνα·
κόλαξ γὰρ οὐδεὶς τοὺς ἐμοὺς πατεῖ δόμους.

86. EJUSDEM.

Non sumptuose quidem, sed tamen ego quoque nutrio
pueros, uxorem, servum, aves, canem;
adulator enim nullus meas terit domos.

87. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἂν μὴ γελῶμεν τὸν βίον τὸν δραπέτην,
Τύχην τε πόρνης ῥεύμασιν κινουμένην,
ὀδύνην ἑαυτοῖς προξενοῦμεν πάντοτε,
ἀναξίους ὁρῶντες εὐτυχεστέρους.

87. EJUSDEM.

Si non ridemus vitam fugitivam,
Fortunamque scorti reciprocis-fluctibus quæ-agitur,
dolorem ipsis-nobis conflamus semper
indignos quum-videmus feliciores

88. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σῶμα, πάθος ψυχῆς, ᾅδης, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη,
καὶ δεσμὸς κρατερὸς, καὶ κόλασις βασάνων.

88. EJUSDEM.

Corpus *est* passio animi, orcus, fatum, pondus, necessitas,
et vinculum validum et cruciatus quæstionum:

Luxus laborve, tempus interea ruit,
Ruit perenni gentis humanæ malo,
Dum quemque vitæ raptat usque ad exitum.

82. EJUSDEM.

At nonne tantis obruti Græci malis
Opinione vivimus solummodo;
Vitam putantes id quod est re somnium,
Quando ipsa vita mortua est viventibus?

84. EJUSDEM.

Nascebar lacrymans: lacrymo moriturus, et in te,
Heu! nihil inveni, vita, nisi lacrymas.
Infirmum est hominum genus et miserabile, raptum
Quod subter terram solvitur in cineres.

84 *. EJUSDEM.

Nil nisi ventus homo est, hostis sibi maximus ipse,
Et toto vitæ scit nihil in spatio.

85. EJUSDEM.

Morti nos alimur, morti nos vita reservat,
Ut sine lege rapit quas laniena sues.

87. EJUSDEM.

Ni rideamus alitis vitæ fugam,
Scortique semper more fortunam levem,
Semper dolore nosmet excruciabimus,
Dignos minus florere cernentes magis.

88. EJUSDEM.

Est animo corpus tormentum, vincula, fatum,
Sæva lues, Ditis regia, carcer, onus.

Ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τοῦ σώματος, ὡς ἀπὸ δεσμῶν
τοῦ θανάτου, φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

89. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ θεὸς ἡ Φήμη, κεχολωμένη ἐστὶ καὶ αὐτὴ
Ἕλλησι, σφαλεροῖς ἐξαπατῶσα λόγοις.
Φήμη δ', ἄν τι πάθῃς, ἀναφαίνεται εὐθὺς ἀληθής·
πολλάκι καὶ Φήμην ἔφθασεν ἡ ταχυτής.

90. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὢ τῆς μεγίστης τοῦ φθόνου πονηρίας!
τὸν εὐτυχῆ μισεῖ τις, ὃν θεὸς φιλεῖ.
Οὕτως ἀνόητοι τῷ φθόνῳ πλανώμεθα,
οὕτως ἑτοίμως μωρίᾳ δουλεύομεν.
Ἕλληνές ἐσμεν ἄνδρες ἐσποδωμένοι,
νεκρῶν ἔχοντες ἐλπίδας τεθαμμένας·
ἀνεστράφη γὰρ πάντα νῦν τὰ πράγματα.

91. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὅταν στυγῇ τις ἄνδρα, τὸν θεὸς φιλεῖ,
οὗτος μεγίστην μωρίαν κατεισάγει·
φανερῶς γὰρ αὐτῷ τῷ θεῷ κορύσσεται,
χόλον μέγιστον ἐκ φθόνου δεδεγμένος,
δεῖ γὰρ φιλεῖν ἐκεῖνον, ὃν θεὸς φιλεῖ.

92. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς ἄρχοντα.

Ἐπεὶ δικάζεις καὶ σοφιστεύεις λόγοις,
κἀγὼ φέρω σοι τῆς ἐμῆς ἀηδόνος
ἐπίγραμμα σεμνόν, ἄξιον παῤῥησίας·
οὐ γὰρ σὲ μέλπων τῆς Δίκης ὕπνους ἔχει.

93. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βέλτερόν ἐστι τύχης καὶ θλιβομένης ἀνέχεσθαι,
ἢ τῶν πλουτούντων τῆς ὑπερηφανίης.

94. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶναι νομίζω φιλόσοφον καὶ τὸν θεόν,

sed quum exiit e corpore, ut e vin[illegible]
mortis, fugit ad deum immortalem.

89. EJUSDEM.

Si numen est Fama, irata-est et ipsa
in-Græcos, falsis decipiens sermonibus.
Fama vero, si quid tibi accidit, apparet statim vera :
Sæpe vel Famam antevertit velocitas.

90. EJUSDEM.

Proh! maximam invidiæ malitiam!
odit aliquis felicem, quem deus amat.
Ita amentes ab-invidia decipimur,
ita propensius stultitiæ inservimus.
Græci sumus viri incinerati,
in-mortuis ponentes spes sepultas :
inversæ-sunt enim nunc omnes res.

91. EJUSDEM.

Quum odit quis virum, quem deus amat,
hic maximam incurrit stultitiæ notam :
manifeste enim ipsi deo obluctatur,
bilem maximam ab invidia nactus :
oportet enim amare illum, quem deus amat.

92. EJUSDEM.

Ad magistratum.

Quum jus dicas et operam-naves eloquentiæ,
ego quoque fero tibi meæ lusciniæ
epigramma grave, dignum libero-ore :
nam qui te canit Justitiæ laudes fundit.

93. EJUSDEM.

Melius est etiam angustam fortunam sustinere,
quam divitum superbiam.

94. EJUSDEM.

Esse autumo philosophum etiam deum,

At simul egreditur de corpore, vincula mortis
Rumpit, et it vacuum morte videre Deum.

89. EJUSDEM.

Si vere, si Fama dea est, cupit hæc quoque Græcis
Non bene, quos falsis ludit imaginibus.
Tristia si portat, nulla est mora, vera probatur,
Si non et famam tristia præveniunt.

90. EJUSDEM.

O summa mentis invidæ perversitas!
Odit beatos invidus caros Deo.
Ita cæca nos invidia vecordes rapit :
Ita mancipamus sponte nos amentiæ.
In pulverem redacta gens Græci sumus
Quos mortuorum spes sepulchrales fovent :
Versa atque conturbata sunt adeo omnia.

91. EJUSDEM.

Persequitur odio quisquis adamatum Deo,
Damnatus ille maximæ est insaniæ,
Deum lacessens Marte manifestario,
Iram reportans præmium invidentiæ.
Et nos decet diligere dilectos Deo.

93. EJUSDEM.

Fortunam multo satius tolerare prementem,
Quam fastus hominum, quos comitantur opes.

94. EJUSDEM.

Inter philosophos et Deus me judice est,

βλασφημίαις τὸν εὐθὺς οὐ θυμούμενον,
χρόνῳ δ' ἐπαυξάνοντα τὰς τιμωρίας
τὰς τῶν πονηρῶν καὶ ταλαιπώρων βροτῶν.

95. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

96. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὅταν λογισμοῖς καταμάθω τὰ πράγματα,
καὶ τὰς ἀκαίρους μεταβολὰς τὰς τοῦ βίου,
καὶ ῥεῦμ' ἄπιστον τῆς ἀνωμάλου Τύχης,
πῶς τοὺς πένητας πλουσίους ἐργάζεται,
καὶ τοὺς ἔχοντας χρημάτων ἀποστερεῖ,
τότε κατ' ἐμαυτὸν τῇ πλάνῃ σκοτούμενος
μισῶ τὰ πάντα, τῆς ἀδηλίας χάριν.
Ποίῳ τρόπῳ γὰρ περιγένωμαι τῆς Τύχης,
τῆς ἐξ ἀδήλου φερομένης ἐν τῷ βίῳ,
πόρνης γυναικὸς τοὺς τρόπους κεκτημένης;

97. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λίτραν ἐτῶν ζήσας μετὰ γραμματικῆς βραχυμόχθου,
βουλευτὴς νεκύων πέμπομαι εἰς ἀΐδην.

98. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
τὸν λόγον ἐγκρύπτων, ὡς πάθος αἴσχρότατον.

99. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλάκι, Σέξστ', ἔστησα τεὴν φιλότητα καὶ ὕβριν·
καὶ πολὺ κουφοτέρην τὴν φιλότητα μαθών,
λοιδορίην δὲ ῥέπουσαν, ἐχωρίσθην φιλότητος,
μηκέτι βαστάζων ὕβριν ἀτιμοτάτην.

100. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Ἀνθρώποις ὀλίγος μὲν ὁ πᾶς χρόνος, ὃν ποτε δειλοὶ

blasphemiis qui illico non irascatur,
cum-tempore autem augeat vindictas
malorum et miserorum mortalium.

95. EJUSDEM.

Odi hominem qui duplex est-natura-sua,
bonum in-sermonibus, infestum vero moribus.

96. EJUSDEM.

Quando ratiocinationibus perscrutor res,
et intempestivas mutationes vitæ,
et fluxum infidum inæqualis Fortunæ,
ut pauperes illa divites præstat,
et habentes divitiis spoliat,
tunc apud me-ipsum eo errore in-tenebras-conjectus
odi omnia, obscuritatis gratia.
Quo pacto enim superem Fortunam,
ex occulto quæ-repit in vita,
meretricis mulieris mores habentem?

97. EJUSDEM.

Libram annorum postquam-vixi cum-grammatica multi-laboris,
senator mortuorum mittor in Orcum.

98. EJUSDEM.

Quisque vir indoctus prudentissimus est quum-silet,
sermonem abscondens, tanquam morbum turpissimum.

99. EJUSDEM.

Sæpenumero, Sexte, in-trutina-suspendi tuam amicitiam et insolentiam;
et multo leviorem amicitiam ubi-inveni,
contumeliam vero præponderantem, secessi ab-amicitia,
non-amplius ferens insolentiam fœdissimam.

100. ANTIPHANIS.

Hominibus parva quidem tota ætas, quam utique miseri

Quem non ad iram contumeliæ movent,
Sed ad scelestos sic venit lento pede,
Ut tarditatem pœna compenset gravis.

95. EJUSDEM.

Detestor illum cujus ingenium duplex,
Verbis benignum, callidis factis nocens.

96. EJUSDEM.

Cum mente volvo vigile res mortalium,
Illasque vitæ non opinatas vices,
Semperque fluxæ sortis inconstantiam,
Qui pauperes fuere quæ dites facit,
Rursumque dites rebus evolvit suis,
Errore tanto mens tenebrescit mihi,
Oditque cuncta, quod nihil certi videt.
Vitare qui sit namque fortunam mihi,
Vitæ latescens quæ tot insidias facit,
Et æmulatur improbæ mores lupæ?

97. EJUSDEM.

Pulvere grammatico vitæ cum tota peracta
Libra sit, ad Ditis regna senator eo.

98. EJUSDEM.

Vir rudis est una prudens ratione, tacendo;
Comprimit ut morbum dum sua verba gravem.

99. EJUSDEM.

A te facta mihi quæ sunt bene, quæque superbe,
Libravi: pendent sed bene facta minus;
Devergunt quæ dura tuli. Nunc ergo valeto:
Non amo, quæ tanti constet, amicitiam.

100. ANTIPHANIS.

Exigua est nobis, miseri qua vivimus, ætas:

ζῶμεν, κἢν πολιὸν γῆρας ἅπασι μένῃ·
τῆς δ' ἀκμῆς καὶ μᾶλλον. Ὅτ' οὖν χρόνος ὥριος ἡμῖν,
πάντα χύδην ἔστω, ψαλμὸς, ἔρως, προπόσεις.
Χειμὼν τοὐντεῦθεν γήρως βαρύς· οὐδὲ δέκα μνῶν
στύσεις· τοιαύτη σ' ἐκδέχετ' ὀρχιπέδη.

vivimus, etiamsi cana senectus omnibus stet : [nobis.
juventæ vero etiam magis. Quum ergo ætas opportuna
omnia acervatim sint, psalmus, amor, propinationes.
Hiems exinde *venit* senectæ gravior : ne decem quidem
tum tu eriges : tantum te excipit scroti-copula. [minis

101. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἠνίδε καὶ χέρσου τὸ γεωτόμον ὅπλον ἐρέσσει
καὶ τὸν ὑπουθατίαν μόσχον ἄγει δάμαλις,
βούταν μὲν τρομέουσα διώκτορα, τὸν δὲ μένουσα
νήπιον, ἀμφοτέρων εὔστοχα φειδομένη.
Ἴσχες, ἀροτροδίαυλε, πεδώρυχε, μηδὲ διώξῃς
τὰν διπλοῖς ἔργοις διπλὰ βαρυνομέναν.

101. BIANORIS.

Ecce, etiam terræ glebas-secans instrumentum movet
et subrumum vitulum ducit vacca,
bubulcum quidem tremens agentem, suum vero exspec-
pullum, utriusque accurate curam-agens. [tans
Inhibe-te, o qui-ducis-et-reducis-aratrum, qui-terram-fo-
duplici opere dupliciter gravatam. [dis, neu urgeas

102. ΒΑΣΣΟΥ.

Μήτε με χείματι πόντος ἄγοι θρασὺς, οὐδὲ γαλήνης
ἀργῆς ἠσπασάμην τὴν πάλι νηνεμίην.
Αἱ μεσότητες ἄρισται· ὅπη δέ τε πρήξιες ἀνδρῶν,
καὶ πάλι μέτρον ἐγὼ τἄρκιον ἠσπασάμην.
Τοῦτ' ἀγάπα, φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θυέλλας·
εἰσί τινὲς πρηεῖς καὶ βιότου Ζέφυροι.

102. BASSI.

Neque me hieme pontus jactet ferox, nec tranquillitate
otiosa amo rursus ventorum-inertiam.
Mediocritates *sunt* optimæ. Ubi autem negotia virorum,
et rursus modum ego sufficientem amo.
Hunc dilige, care Lampis, malasque aversare procellas :
sunt quidam lenes etiam vitæ Zephyri.

103. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Τὴν πρότερον θυμέλην μήτ' ἔμβλεπε, μήτε παρέλ·
νῦν ἄπαγε δραχμῆς * εἰς χολακορδόκολα. [θῃς·
Καὶ σῦκον δραχμῆς ἓν γίνεται· ἢν δ' ἀναμείνῃς,
χίλια. Τοῖς πτωχοῖς ὁ χρόνος ἐστὶ θεός.

103. PHILODEMI.

Priorem illam popinam neque aspicias neque prætereas ·
nunc aufer drachmæ-pretio frugalia intestina.
Etiam ficus drachma una vênit; si vero exspectaveris,
mille *ficus*. Egentibus tempus pro deo est.

104. ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Χαῖρε θεὰ δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα,
Εὐτελίη, κλεινῆς ἔγγονε Σωφροσύνης·
σὴν ἀρετὴν τιμῶσιν ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

104. CRATETIS PHILOSOPHI.

Salve dea domina, virorum bonorum deliciæ,
Simplicitas, inclytæ soboles Modestiæ ;
tuam virtutem venerantur quotquot justa exercent.

105. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Χαίρει τις Θεόδωρος, ἐπεὶ θάνον· ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει. Θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

105. SIMONIDIS.

Gaudet quidam Theodorus, quod mortuus-sum : alius de
gaudebit. Morti omnes debemur. [ipso *mortuo*

106. ΑΔΗΛΟΝ.

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.

106. INCERTI.

Multi sane thyrsigeri, pauci vero Bacchi.

Duret ut ad canos, est tamen illa brevis.
Flos ævi multo brevior : sed dum fluit ille,
Densa fluant nobis cantica, Bacchus, amor.
Bruma senectutis veniet cito : semitalento
Nil facies : nervos contrahet illa tuos.

102. BASSI.

Nec me tristis hyems agitatum jactet in alto,
Nec sedeat nullo flamine vecta ratis.
Quod medium est laudo, quod honesta negotia præstat :
Res est ante alias semper amanda, modus.
Est etiam vitam zephyri quæ mulceat aura,
Lampi, procelloso nil tibi cum pelago.

103. PHILODEMI.

Ne specta quos vita tibi dedit ante paratus,
Quæ drachma constant sint satis exta tibi.
Nunc licet et ficus drachma, post tempore parvo
Mille : solet tempus pauperis esse deus.

104. CRATETIS PHILOSOPHI.

Vive, Fave, Dea Sancta, piis gratissima, frugi
Vita, parit nobis quam bona temperies :
Te venerantur enim, queis cordi est jusque piumque.

105. SIMONIDÆ.

Quod Theodorus obit, gaudet quis, et alter ob ipsum
Gaudebit : morti debita turba sumus.

107. ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

Θεοῦ μὲν οὐδεὶς ἐκτὸς εὐτυχεῖ βροτός.
Φεῦ τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι!
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ
σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσι πρὸς θεούς.

108. ΑΔΗΛΟΝ.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτ-
ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις. [τοις

109. ΑΔΗΛΟΝ.

Πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ·
καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἀρχὸν ἔχοι.

110. ΑΙΣΧΥΛΟΥ.

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·
μάλιστα μὲν λέοντα μὴ πόλει τρέφειν·
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

111. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

112. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.

113. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, οὐκ εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἐκ τῶν ὀλίγων μηδὲν ἔχοντα κακόν.

114. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἦ κρίσις ἐστὶ κάτω καὶ Τάνταλος· οὐδὲν ἀπιστῶ,
τῇ πενίῃ μελετῶν τὴν ὑπὸ γῆν κόλασιν.

115. ΑΔΗΛΟΝ.

Ζῆσον λογισμῷ, καὶ μενεῖς ἀνενδεής.

107. EURIPIDIS.

Deum præter nemo feliciter vivit mortalis.
Heu! mortalium quam inæquales *sunt* sortes!
alii enim prosperis rebus-utuntur, aliis autem infortunia
dura adsunt piis erga deos.

108. INCERTI.

Jupiter rex, bona quidem et rogantibus et non rogantibus
nobis imperti; mala vero etiam a-precantibus averte.

109. INCERTI.

Omnis oratio est vana, quæ non effectum-accepit opere;
et omnis actio rationem ducem habeat.

110. ÆSCHYLI.

Non oportet leonis catulum in civitate nutrire:
præcipue quidem leonem non in-civitate nutrire;
si vero quis enutritus est, moribus *ejus* obsequi.

111. INCERTI.

Invidia ipsa semet suis jaculis domat.

112. ANONYMUM.

Vinum et balnea et in Venerem impetus
proniori mittunt via in Orcum.

113. ANONYMUM.

Non volo ditescere, non rogo *hoc;* sed mihi sit
vivere ex parva-re nihil experto mali.

114. INCERTI.

Sane judicium est in-inferis et Tantalus; minime diffido,
quippe-qui paupertate præludam subterraneæ pœnæ.

115 INCERTI.

Vive ratione-duce, et manebis non-indigens.

---

106. ADAGIUM,
de his, qui falso in bona existimatione sunt.
Multi thyrsigeri, pauci quos Evius afflat.

107. EURIPIDIS.
Nulli bona est fortuna, ni faveat Deus.

107 *. EJUSDEM.
Incerta quam sors res agit mortalium.
Sunt qui triumphant cuncta, sunt qui casibus
Duris premuntur rite venerantes Deos.

108. INCERTI.
Summe parens, nobis, sileamus sive precemur,
Da bona; quæ mala sunt, quamvis orantibus, arce.

109. INCERTI.
Est ratio frustra, si non opus inde sequatur:
Et cur quid facias, ipsum opus est ratio.

111. INCERTI.
Invidia ipsa suis consumitur undique telis.

112. INCERTI.
Balnea, Lenæi latices, Cytheræaque furta,
Festinum faciunt ad loca Ditis iter.

113. THEOGNIDIS.
Nec cupio nec opes opto mihi: sit mihi parvo
Læta, sed a duris libera vita malis.

114. BIANORIS.
Tantale, credo tuas inferno judice pœnas,
Paupertas mala me quippe futura docet.

115. INCERTI.
Nil deesse tibi vis? vive rationis modo.

116. ΑΔΗΛΟΝ.

« Οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται »,
λέγουσι πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

116. INCERTI.

« Nemo duxit uxorem, qui non procella conflictatur »,
edicunt omnes, et ducunt probe-scientes.

117. ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ.

Γνήσιός εἰμι φίλος, καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα,
τοὺς δὲ κακοὺς διόλου πάντας ἀποστρέφομαι·
οὐδένα θωπεύω πρὸς ὑπόκρισιν· οὓς δ' ἄρα τιμῶ,
τούτους ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀγαπῶ.

117. PHOCYLIDÆ.

Germanus sum amicus, et amicum ut amicum agnosco,
malos autem omnino omnes aversor;
nemini adulor in simulationem; quos vero magnifacio,
hos ab initio usque-ad exitum amo.

118. ΑΔΗΛΟΝ.

Πῶς γενόμην; πόθεν εἰμί; τινος χάριν ἦλθον; ἀπελ-
πῶς δύναμαί τι μαθεῖν, μηδὲν ἐπιστάμενος; [θεῖν;
Οὐδὲν ἐὼν γενόμην· πάλιν ἔσσομαι ὡς πάρος ἦα,
οὐδέν· καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.
Ἀλλ' ἄγε μοι Βάκχοιο φιλήδονον ἔντυε νᾶμα·
τοῦτο γάρ ἐστι κακῶν φάρμακον ἀντίδοτον.

118. INCERTI.

Quomodo natus-sum? unde sum? qua gratia veni? an ut-
quomodo possum quid addiscere, nihil sciens? [abeam,
Ex nihilo ortus-sum; rursus ero, ut prius eram,
nihil; ac nihil *est* mortalium genus.
Sed age mihi Bacchi voluptatis-amicum para laticem :
hoc est enim malorum remedium contrarium.

119. ΑΔΗΛΟΝ.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πόλλ' ἀνεγείρειν
ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

119. INCERTI.

Corpora (*mancipia*) multa nutrire et domos multas ex-
via ad paupertatem est paratissima. [struere

120. ΑΔΗΛΟΝ.

Πᾶσα γυνὴ φιλέει πλέον ἀνέρος· αἰδομένη δὲ
κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτή.

120. INCERTI.

Omnis mulier amat plus quam vir : sed præ-pudore
celat stimulum amoris, amore-insaniens et ipsa.

121. * ΡΑΡΟΥ.

Οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκτρεπόμεσθα,
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν οὐ προφυλασσόμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κρίνω κεῖνον βαρὺν, ὅς ποτε λάθρῃ
τὴν ἀπὸ τῆς φιλίας πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

121. RHARI (?).

Non tam nocet odisse se qui dicit aperte,
quam qui sinceram mentitur amicitiam.
Eum enim qui-odit præmoniti aversamur,
qui vero se-amare nos dicit non præcavemus.
Inimicum ego duco illum gravem, qui aliquando clam
ab amicitia fidem habens injuriam-infert.

122. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα·

122. LUCILLII.

Multum Fortuna potest, etiamsi sunt contra omnium-spem :

---

116. INCERTI.

Omnis maritus in procelloso est mari,
Dicunt id omnes : cum sciant, ducunt tamen.

117. PHOCYLIDÆ.

Verus amicus ego, novique ut amicus amicos,
Sed cane detestor pejus et angue malos.
Nec personatis verbis ego blandior ulli,
Sed constante fide, quos amo, semper amo.

118. INCERTI,

juxta quosdam. [PALLADÆ].

Unde ego sum factus, cur, quomodo? quisve receptus?
Ut discam, scierim qui nihil, unde mihi?
Olim nullus eram : quod eram prius, hoc ero rursus,
Vita quid est hominum? fabula, bulla, nihil.
Exhilarans animos vos o mihi fundite vinum :
Hæc natura tuis est medicina malis.

119. INCERTI.

Ædificare domos multas, dare vivere multis,
Ad paupertatem perbrevis ista via est.

121. PALLADÆ.

Non nocet usque adeo, qui sese odisse fatetur,
Ut qui se specie velat amicitiæ :
Nam quibus exosos nos credimus esse, cavemus :
Quis caveat, carum se quibus esse putet?
Hostibus est cunctis hostilior ille dolosus,
Qui per amicitiæ jura fidemque nocet.

122. LUCILLII.

Multa potest nec opina Dei suprema potestas :

τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει·
Καὶ σοῦ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸν τῦφον καταπαύσει,
κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι παρέχῃ.
Οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας
ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

123. ΑΙΣΩΠΟΥ.

Πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φύγοι, βίε; μυρία γάρ σευ
λυγρά· καὶ οὔτε φυγεῖν εὐμαρὲς, οὔτε φέρειν.
Ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα,
ἄστρα, σεληναίης κύκλα καὶ ἠελίου·
τἆλλα δὲ πάντα, φόβοι τε καὶ ἄλγεα· κἤν τι πάθῃ τις
ἐσθλὸν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται Νέμεσιν.

124. ΓΛΥΚΩΝΟΣ.

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν·
πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ἐστὶ τὰ γινόμενα.

124 *. ΑΔΗΛΟΝ.

Φροντίδες οἱ παῖδες· μέγα μὲν κακὸν, εἴ τι πάθοιεν·
CXX. « Sunt Nonni versus, Dionys. XLII, 209, 210. » *Jac.* Quo magis ridiculus qui πέος ἀνέρος legendum esse censebat.

CXXI. « Quis ille Rharus sit, nescio. Forte 'Ριανοῦ. Sed Palladæ potius tribuendum videtur. » *Salmas.* Cui inscripsit Plan. — Apertas inimicitias simulatæ amicitiæ præferendas esse. — 3 ἐκτρεπόμεθα Cod. — 5 κεῖνον κρίνω Plan. — 6 φιλίης Plan., sed v. 2 φιλίαν.

CXXII. Λουκιανοῦ inscribitur in Plan., quod nomen in apogr. Par. transiit; ed. princ. Flor. sine lemmate. — Ad hominem superbum et insolentem de fortunæ potentia. — 3 τύφον (sic solet) καταπαύει Cod. — 4 παρέχει Cod. « Schol. Wech. : Μηονίη δ' ἐπὶ τῇσιν ἐπ' ἀντολίην τετάνυσται Τμώλῳ ὑπ' ἠνεμόεντι· τόθεν Πακτωλὸς ὁδεύων χρυσὸν ὁμοῦ δίνῃσιν ἐφελκόμενος κελαρύζει. Versus sunt Dionysii Perieg. 830. Σοὶ παρέχῃ. Idem : ὥσπερ καὶ τῷ Κροίσῳ, ὃς ὑπὸ τοῦ Κύρου νικηθεὶς πάντων ἐλεεινότατος γέγονεν. » *B.* — 5. « Mitscherlichius poetam in similitudine vocum θρύον et δρύας lusisse putabat. Eandem sententiam Claudianus sic effert XXXIX, 38 :

> Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,
> Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.
> Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. » *Jac.*

CXXIII. In Plan. est ἄδηλον. — Vitæ miserias innumerabiles, si cum bonis compares : bona modo esse invenies, quæ natura effecerit; reliqua omnia dolore referta et metu. — 1 ἄνευ καμάτου σε φύγῃ Meinekius Philol. XV, p. 141, quorum φύγῃ recipi debet, sed alterum a mente poetæ alienissimum est.

CXXIV. In Plan. ἄδηλον. — Nihili esse omnem vitam humanam. — 2 γιγν. Plan.

CXXIV*. Cum præcedente disticho cohærent in Codice. « Sed in apographo ab hoc versu novum epigramma incipit, quæ distinctio etiam in Planudea obtinet. Editiones Brunckii et Jacobsii quattuor hos versus præcedenti Glyconis disticho conjungunt. » *Bois.* Recte separavit; nam minime cohærent cum superioribus; neque integrum efficiunt carmen : pro fragmento habenda sunt aut excerpto. — 1. « Εἴ τι πάθοιεν λέλεκται ἀντὶ τοῦ ἀποθάνοιεν. Οὕτω γὰρ Ἀττικοῖς εἰπεῖν ἔθος. Schol. Wech. Conf. ad Niceph. Chumn. p. 183. » *B.* — 2. Jac. confert Terentiana : *duxi uxorem : quam ibi miseriam vidi! Nati filii; alia cura !* — 3 ἐς αὐτήν Plan.

In Codice sequitur novi capitis titulus ἀρχὴ σκωπτικῶν (sic), tum a recentiore manu duo disticha quæ sequuntur junctim scripta sunt.

CXXV. Sine lemmate; ἄδηλον in Plan. — 1 μέγ' ἴσθ' Cod.

CXXVI. Cohærens cum præcedente, quod distichon solum habet Plan. — 2 κακόν Cod., ob cæsuram, ut videtur. Depravatum versum Brunckius corrigebat : αὐτάρκης δὲ, κακῶν ἐστιν (πολλῷ malebat Jac.) ἀπειρότερος, *Qui sibi ipsi sufficit et alterius famulatu non indiget, malorum (multo) magis est expers.* Heckerus tentabat αὔταρκες δὲ κακὸν τῶδ' (τῷ χρησαμένῳ) ὁ πονηρότερος. Argute Piccolos : αὐτάρκει δὲ κακὸν τῶν δαπανηροτάτων. « *L'auteur me semble avoir voulu opposer* κακόν *à* ἀγαθόν τι. *Le domestique honnête (χρήσιμος) est déjà un mal assez coûteux pour l'homme qui se suffit à lui-même et sait se passer du superflu.* » Boissonadii notula nulla superest; in græcis duo disticha conjunxit ut in Codice, postremo versu sua manu sic reficto :

> αὐτὰρ τίς δὲ κακῶν τῶνδ' ὁ πονηρότερος;

ADD. ET CORR. — VI. — 1. « Ποντόχου ante me Mein. Theocr. p. 218. » *Dübn.*

XXIII. — 1. Parum probabilis Heckeri correctio; præstat ὀλίγος, sive cum Νικ. sive cum ἀήτης jungatur. — 6. Legendum credo, sublata distinctione, ἔλθῃ ἀκυμ. εὔποροι εἰς λιμένας. Similitudinis ejus exemplis a Jacobsio allatis t. IX, p. 137, adde Virg. G. IV, 116; Ovid. Met. XV, 176; Plin. Epist. II, 11, 3.

XXIV — 4 Fort. ἀσπάσιον, ut Hom. Od. E, 397.

XXVI. — Latinis distichis versum in Theod. Bezæ Poem. Var. (1599) p. 94.

XLVI. — 3. Brunckii conjectura ἑτάρους optima.

CIX — 2. Rectius Heckerus ἔχει tenuisset. Alius v. d. conjecit τὸν λόγ. ἀργὸν (ἀεργόν, περισσόν) ἔχει. Potest et codd. lectio defendi; ἔργον ἔχει i. q. ἐπιτελεῖ : ut priorem versum alter firmet, sed multo languidior, et posterius forsan ab aliquo grammatista adjectus.

CAPUT XI.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΣΥΜΠΟΤΙΚΑ ΚΑΙ ΣΚΩΠΤΙΚΑ.

1. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἑρμαίοις ἡμῖν Ἀφροδίσιος ἓξ χόας οἴνου
αἴρων, προσκόψας πένθος ἔθηκε μέγα.
Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀπώλεσεν· ὡς ὄφελεν δὲ
χἠμᾶς! νῦν δ' ἡμεῖς τοῦτον ἀπωλέσαμεν.

2. ΚΑΛΛΙΚΤΗΡΟΣ.

Αἰσχυλίδα Θεόδωρε, τί μοι μεμάχηνται ἄριστοι;
οὐ διακωλύσεις; πάντες ἔχουσι λίθους.

3. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἤθελον ἂν πλουτεῖν, ὡς πλούσιος ἦν ποτε Κροῖσος,
καὶ βασιλεὺς εἶναι τῆς μεγάλης Ἀσίης·
ἀλλ' ὅταν ἐμβλέψω Νικάνορα τὸν σοροπηγὸν,
καὶ γνῶ πρὸς τί ποιεῖ ταῦτα τὰ γλωσσόκομα,
ἀκτήν που πάσσας καὶ ταῖς κοτύλαις ὑποβρέξας,
τὴν Ἀσίην πωλῶ πρὸς μύρα καὶ στεφάνους.

4. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Αὐτῷ τις γήμας πιθανὴν τῷ γείτονι, ῥέγχει
καὶ τρέφεται· τοῦτ' ἦν εὔκολος ἐργασία,
μὴ πλεῖν, μὴ σκάπτειν, ἀλλ' εὐστομάχως ἀπορέγχειν,
ἀλλοτρίᾳ δαπάνῃ πλούσια βοσκόμενον.

5. ΚΑΛΛΙΚΤΗΡΟΣ ΜΑΝΤΙΣΙΟΥ.

Ὅστις ἔσω πυροὺς καταλαμβάνει οὐκ ἀγοράζων,
κείνου Ἀμαλθείας ἁ γυνά ἐστι κέρας.

6. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πτωχοῦ ἐστι γάμος κυνέα μάχα, εὐθὺ κυδοιμὸς,
λοιδορίαι, πλαγαὶ, ζημία, ἔργα, δίκαι.

EPIGRAMMATA CONVIVALIA ET IRRISORIA.

1. NICARCHI.

Festo Mercurii nobis Aphrodisius sex congios vini
afferens, pede-impingens luctum fecit magnum.
Vinum etiam Centaurum perdidit: utinam vero perdidisset
et nos! nunc vero nos illud perdidimus.

2. CALLICTERIS.

O Æschyli-fili Theodore, quid mihi bellum-intulere optimi?
non impedies? cuncti habent lapides.

3. ANONYMI.

Vellem dives esse, ut dives erat olim Crœsus,
et rex esse magnæ Asiæ:
sed quum intueor Nicanorem sandapilarum-opificem,
et intelligo quo faciant hi loculi,
farina alicubi sparsa et heminis paulum-humecta,
Asiam vendo pro unguentis et coronis.

4. PARMENIONIS.

Soli quispiam quum-uxorem duxisset docilem vicino, stertit
et alitur: hoc erat facile opus,
non navigare, non fodere, sed bono-stomacho stertere,
alieno sumptu lautis-epulis nutritum.

5. CALLICTERIS MANTISII.

Quisquis domi frumenta accipit non in foro-emens,
illius Amaltheæ mulier est cornu.

6 EJUSDEM.

Pauperis sunt nuptiæ canina pugna, mox bellicus-strepitus
contumeliæ, verbera, mulcta, negotia, lites.

HUGONIS GROTII VERSIO.

1. NICARCHI.

Hlibus effudit Maiis Aphrodisius urnam,
Quæ fuerat, damnum non leve, plena mero.
Centaurum quondam vis vini perdidit. O si
Nos quoque; sed vinum nos male perdidimus.

3. INCERTI.

Et mihi divitias cuperem, quas Crœsus habebat,
Et populos Asiæ juris habere mei:
Sed vespillonem quoties Nicanora cerno,
Atque illas arcas cogito cur faciat,
Tunc littus foliis spargens et munere Bacchi
Omnem Asiam vendo floribus et balano.

5. CALLICTERIS MANTISII.

Cui non emta domi semper sunt tritica, cornu
Illud Amaltheæ, quod dedit uxor, habet.

7. ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ.

Οὐδεὶς τὴν ἰδίην συνεχῶς, Χαρίδημε, γυναῖκα
κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύναται·
οὕτως ἡ φύσις ἐστὶ φιλόκνισος, ἀλλοτριόχρως,
καὶ ζητεῖ διόλου τὴν ξενοκυσθαπάτην.

8. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· ἐς κενὸν ἡ δαπάνη.
Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

9. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Μὴ πάλι μοι μετὰ δόρπον, ὅτ' οὐκέτι γαστέρα πείθω,
οὔθατα καὶ χοίρων ἄντα τίθει τεμάχη·
οὐδὲ γὰρ ἐργοπόνοισι μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος
χρήσιμος, οὐ ναύταις ἐν λιμένι Ζέφυρος.

10. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὸν τοῦ δειπναρίου νόμον οἴδατε· σήμερον ὑμᾶς,
Αὖλε, καλῶ καινοῖς δόγμασι συμποσίου.
Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κατακείμενος· οὔτε παρέξεις
οὔθ' ἕξεις αὐτὸς πράγματα γραμματικά.

11. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ᾔδειν σε τραγῳδὸν, Ἐπίκρατες, οὐδὲ χοραύλην,
οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν ὅλως, ὧν χορὸν ἔστιν ἔχειν·
ἀλλ' ἐκάλουν σε μόνον· σὺ δ' ἔχων χορὸν οἴκοθεν ἥκεις
ὀρχηστῶν, αὐτοῖς πάντα διδοὺς ὀπίσω.
Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶ, σὺ τοὺς δούλους κατάκλινον,
ἡμεῖς δ' αὖ τούτοις πρὸς πόδας ἐρχόμεθα.

12. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Οἶνος καὶ Κένταυρον, Ἐπίκρατες, οὐχὶ σὲ μοῦνον,
ὤλεσεν, ἠδ' ἐρατὴν Καλλίου ἡλικίην.

7. NICANDRI [NICARCHI].

Nullus propriam indesinenter, o Charideme, mulierem
comprimere ex animo gaudens valet.
Usque adeo natura cupida-titillationis, alienæ-cutis-appe-
et quærit omnino in-externo-cunno-fraudem. [tens,

8. ANONYMI.

Ne unguenta, ne coronas lapideis cippis largire,
neu ignem *ungentis* uras : incassum *fit* sumptus.
Viventi mihi, si quid vis, largire; favillam vero inebrians
cœnum facies, neque defunctus bibet.

9 LEONIDÆ (ALEX.).

Ne rursus mihi post cœnam, quum non-jam ventrem do-
ubera et porcorum appone frusta : [cilem-habeo,
neque enim agricolis post messem imber importunus
utilis, neque nautis in portu zephyrus.

10. LUCILLII.

Convivioli legem novistis : hodie vos,
Aule, voco novis placitis compotandi.
Non melicus-poeta declamabit accumbens; neque præbe-
neque habebis ipse negotia grammatica. [bis

11. EJUSDEM.

Non noram te tragœdum, Epicrates, nec choro-tibicinem,
neque aliud ullum omnino quorum est chorum habere;
sed invitabam te solum : tu vero habens chorum domo
saltatorum, ipsis cuncta dans a-tergo. [venisti
Si vero hoc ita est, tu servos accumbere-jube,
nos autem his vicissim ad pedes stabimus.

12. ALCÆI.

Vinum et Centaurum, o Epicrates, non te solum
perdidit, atque amabilem Calliæ ætatem.

---

7. NICARCHI.

Crede mihi, nemo propriam, Charideme, maritam
Ex animi sensu semper amare potest.
Sic homini ingenium est : alienos prurit ad artus,
Et vesica placet, non sua, capta dolo.

8. INCERTI.

Parce rogo unguentum cippo dare, parce corollas,
Et flammas flammis. Sumtus inanis erit.
Laudo dari vivis : cineri data vina lutescunt :
Et bibit ex illis mortuus inde nihil.

9. LEONIDÆ.

Pransum jam satis est : non amplius ilia latrant :
Ne botulos, ne jam sumina pone mihi.
Serus ad agricolas post messem decidit imber,
Nec nautam, portum cum tenet, aura juvat.

10. LUCILLII.

Si quid nostra placet tibi cœnula, vespere nobis,
Sed conviva novis legibus, Aule, veni.
Non volumus recitet qui carmina : nulla movebis
De re grammatica jurgia, nemo tibi.

11. EJUSDEM.

Histrio nec nobis nec, Epicrates, esse choraula
Creditus, aut cujus mos sit habere chorum,
Cum grege saltantum, mecum cœnare rogatus,
En ades, et donas optima quæque retro.
Si placet hoc, omnes tecum discumbere servos
Fac precor : at nobis sit locus a pedibus.

12. ALCÆI.

In Philippum Regem.

Occidit et vino Centaurus, Epicrates; haud tu
Solus es et dulci Callia flore puer.

Ὄντως οἰνοχάρων ὁ μονόμματος, ᾧ σὺ τάχιστα
τὴν αὐτὴν πέμψαις ἐξ Ἀΐδεω πρόποσιν.

Revera in-vino-Charon *est* ille unoculus, cui tu quam primum eandem mittas ex Orco propinationem.

13. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Ἠὼς ἐξ ἠοῦς παραπέμπεται, εἶτ', ἀμελούντων
ἡμῶν, ἐξαίφνης ἥξει ὁ πορφύρεος,
καὶ τοὺς μὲν τήξας, τοὺς δ' ὀπτήσας, ἐνίους δὲ
φυσήσας, ἄξει πάντας ἐς ἓν βάραθρον.

13. AMMIANI.

Aurora post auroram procedit, dein, negligentibus nobis, repente veniet purpurea *mors*, et alios quidem liquefaciens, alios vero torrens, quosdam autem inflans, aget omnes unum in barathrum.

14. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐχθὲς ἐπὶ ξενίαν κληθεὶς, ὅτε καιρὸς ὕπνου μοι,
τύλῃ ἐπεκλίνθην Γοργόνος ἢ Νιόβης,
ἣν οὐδεὶς ὕφηνεν, ἀπέπρισε δ', ἢ πελεκήσας
ἐκ τῶν λατομιῶν ἤγαγεν εἰς τὰ Πρόκλου.
Ἐξ ἧς εἰ μὴ θᾶττον ἐπηγέρθην, Πρόκλος ἄν μοι
τὴν τύλην στήλην ἢ σορὸν εἰργάσατο.

14. EJUSDEM.

Heri ad hospitalem-cœnam vocatus, quum tempus *esset* somni mihi, culcitræ incubui Gorgonis aut Niobæ, quam nemo texuit, sed serra-desecuit, aut securi-abscisam e lapicidinis adduxit in Procli domum.
Ex qua nisi citius experrectus-essem, Proclus mihi culcitram cippum aut mortualem-arcam fecisset.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὲν τοὺς ἀπὸ ἄλφα μόνους κέκρικας κατορύσσειν,
Λούκιε, βουλευτὰς καὶ τὸν ἀδελφὸν ἔχεις·
εἰ δ', ὅπερ εὔλογόν ἐστι, κατὰ στοιχεῖον ὁδεύεις,
ἤδη, σοὶ προλέγω, Ὠριγένης λέγομαι.

15. EJUSDEM.

Si homines *nomine* ab A *incipiente* solos decrevisti defodere, Luci, senatores et Adelphum (*fratrem*) habes; si vero, quod rationi-consentaneum est, secundum elementa incedis, jam, te præmoneo, Origenes vocor.

16. [ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.]

Κύλλος καὶ Λεῦρος, δύο Θεσσαλοὶ ἐγχεσίμωροι·
Κύλλος δ' ἐκ τούτων ἐγχεσιμωρότερος.

16. EJUSDEM.

Cyllus et Leurus, duo Thessali lanceis-furentes (*stulti*); Cyllus autem ex iis lanceis-furentior.

17. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἦν Στέφανος πτωχὸς κηπεύς θ' ἅμα· νῦν δὲ προκόψας
πλουτεῖ, καὶ γεγένητ' εὐθὺ Φιλοστέφανος,
τέσσαρα τῷ πρώτῳ Στεφάνῳ καλὰ γράμματα προσθείς·
ἔσται δ' εἰς ὥρας Ἱπποκρατιππιάδης,
ἢ διὰ τὴν σπατάλην Διονυσιοπηγανόδωρος·
ἐν δ' ἀγορανομίῳ παντὶ μένει Στέφανος.

17. NICARCHI.

Erat Stephanus egenus et olitor simul; nunc autem provectus dives-est, et factus statim Philostephanus, quattuor primo Stephano pulchras literas adjiciens; erit autem justo tempore Hippocratippiades, aut ob luxuriam Dionysiopeganodorus: verum in foro omni manet Stephanus.

18. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐχ ἐν γαστρὶ λαβοῦσα Φιλαίνιον Ἡλιοδώρῳ

18. EJUSDEM.

Non in ventre quæ-conoeperat Philænium Heliodoro

Ferreus ille cocles: sed tu par munus ab Orco,
Quod bibat, in terras mitte Charonti novo.

13. AMMIANI.

Altera securis lux transit et altera nobis,
Donec ad incautos advenit atra Dea.
Illa liquefactos, inflatos, ignibus ustos,
Tot varios unum dejicit in barathrum.

14. EJUSDEM.

Forte vocatus heri conviva, soporis in hora,
Incubui strato Gorgonis aut Niobes:
Texuit hoc nemo: sed serra vel aspra securis
Ex dura secuit rupe, Procloque tulit.
Et surrexissem nisi sat cito, Procle, pararas
Pro strato cippum tu mihi, vel tumulum.

15. EJUSDEM.

Sola Senatorum si nomina quæris ab Alpha,
Quos perimas, Luci, frater Alauda tibi est.
At si, quod ratio est, elementa per omnia pergis
Ordine, prædico, nominor Origenes.

16. AMMIANI

Desipiunt gladiis duo Thessala nomina, Cyllus
Scilicet et Leurus, sed magis ille tamen.

17. NICARCHI.

Qui Stephanus fuerat puer in re paupere, nunc vi:
Et dives gaudet voce Philostephani.
Ad vetus accessit quadruplex nova litera nomen:
Esse volet jam mox Hippocratippidias,
Aut præ luxuria Dionysiopeganodorus.
Nunc quoque sed Stephanum nominat omne forum.

18. EJUSDEM.

Ex utero turgente Philænion Heliodoro

θήλειαν τίκτει παῖδ' ἀπὸ ταὐτομάτου.
Τοῦ δ' ἐπὶ θηλείῃ λυπουμένου, ἓξ διαλείπει
ἤματα, καὶ τίκτειν ἄρσενα παῖδ' ἔφατο.
Οὕτως Βούβαστις καταλύεται· εἰ γὰρ ἑκάστη
τέξεται ὡς αὐτή, τίς θεοῦ ἐστι λόγος;

filiam peperit sponte fortuito.
Hoc autem de filia contristato, sex interponit
dies, et eniti se filium puerum dixit.
Sic Bubastis a-munere-solvitur : si enim quæque
pariet ut illa, quis deæ erit respectus?

19. ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Καὶ πίε νῦν καὶ ἔρα, Δαμόκρατες· οὐ γὰρ ἐς αἰεὶ
πιόμεθ', οὐδ' αἰεὶ παισὶ συνεσσόμεθα.
Καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
αὐτούς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους.
Νῦν ἐν ἐμοὶ πιέτω μέθυ τὸ πλέον ὀστέα τἀμά·
νεκρὰ δὲ Δευκαλίων αὐτὰ κατακλυσάτω.

19. STRATONIS.

Et pota nunc, et ama, Damocrates : non enim usque
potabimus, neque usque cum-pueris erimus.
Et coronis capita vinciamus, et ungamus
nosmet, antequam tumulis hæc ferant alii.
Nunc in me *vivente* bibant vinum potius ossa mea;
mortua vero Deucalion illa inundato.

20. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας ἢ λοφνίδας ἢ χαμασῆνας
ᾄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων,
οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες,
κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ.
Σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας.

20. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Fugite quotquot *loccas* (calvas) aut *lophnidas* (faces) aut
canitis, poetarum tribus sentilega, [*camasenas* (pisces)
et qui verborum ornatui elumbi operam-datis-et
fonte e sacro bibitis tenuem aquam.
Hodie Archilochi et masculi natalem Homeri
libaminibus-agimus : crater non admittit aquæ-potores.

21. ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Πρῴην τὴν σαύραν Ἀγάθων ῥοδοδάκτυλον εἶχεν·
νῦν δ' αὐτὴν ἤδη καὶ ῥοδόπηχυν ἔχει.

21. STRATONIS.

Nuper lacertam Agatho rosei-digiti-parem habebat;
nunc autem eam jam et rosei-brachii-parem habet.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔστι Δράκων τις ἔφηβος, ἄγαν καλός· ἀλλά, δράκων ὤν,
πῶς εἰς τὴν τρώγλην ἄλλον ὄφιν δέχεται;

22. EJUSDEM.

Est Draco quispiam ephebus, valde-pulcher; sed draco
qui in antrum alium serpentem recipit? [quum-sit,

23. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ὠκύμορόν με λέγουσι δαήμονες ἀνέρες ἄστρων·
εἰμὶ μέν, ἀλλ' οὔ μοι τοῦτο, Σέλευκε, μέλει.
Εἰς ἀΐδην μία πᾶσι καταίβασις· εἰ δὲ ταχίων
ἡμετέρη, Μίνω θᾶσσον ἐποψόμεθα.
Πίνωμεν· καὶ δὴ γὰρ ἐτήτυμον, εἰς ὁδὸν ἵππος
οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς ἀΐδην.

23. ANTIPATRI.

Ævi-brevis me dicunt scientes viri astrorum;
sum equidem, sed non mihi hoc, Seleuce, curæ-est.
In Orcum unus cunctis descensus : si vero citior *est*
noster, Minoem citius videbimus.
Potemus; nam sane verum *hoc*, in viam equus *est*
vinum, quum pedestribus semita *modo* sit in Orcum.

Femineam prolem sponte sine arte dedit.
Offensus sexu pater est; hoc vidit, aitque
Post sex illa dies se peperisse marem.
Lucinæ perit omnis honos : si matribus esse
Sic licet, in divis illa supervacua est.

19. STRATONIS.

Pocula non semper, neque nos æterna sequentur
Gaudia : nunc gaude, nunc bibe, Democrates.
Quin capiti flores damus et nos unguimus, ante
Quam faciat tumulis hoc aliena manus.
Ossa merum potent mecum mea : sed simul ac sint
Mortua, perfundat, non veto, Deucalion.

20. ANTIPATRI THESSALONICENSIS.

Qui canitis topper, qui betere, quique ceruses,
Vates impliciti sentibus, ite procul,
Et quorum tenui sudans in carmine cura
Ex sacris solas fontibus haurit aquas.
Ista dies agitur Flacco magnoque Maroni :
Non amat hic crater queis levat unda sitim.

22. STRATONIS.

Est puer inprimis pulcher Draco : sed draco cum sit,
Anguem cur alium suscipit ille cavo?

23. ANTIPATRI.

Dicunt Astrologi periturum me cito. Quid tum?
Hæc curæ pars est nulla, Seleuce, meæ.
Omnes ad Ditem sua fert via : si cito nostra,
Spectandum Minos se dabit ergo cito.
Potemus : valet hic sententia, Bacchus eunti
Est equus; ad Manes nam pede ducit iter.

24. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ Ἑλικὼν Βοιωτέ, σὺ μέν ποτε πολλάκις ὕδωρ
εὐεπὲς ἐκ πηγέων ἔβλυσας Ἡσιόδῳ·
νῦν δ' ἡμῖν ἔθ' ὁ κοῦρος ὁμώνυμος Αὔσονα Βάκχον
οἰνοχοεῖ κρήνης ἐξ ἀμεριμνοτέρης.
Βουλοίμην δ' ἂν ἔγωγε πιεῖν παρὰ τοῦδε κύπελλον
ἓν μόνον, ἢ παρὰ σεῦ χίλια Πηγασίδος.

24. EJUSDEM.

O Helicon Bœote, tu quidem olim sæpe aquam
facundam e fontibus fudisti Hesiodo;
nunc vero nobis adhuc puer cognominis Italicum Bacchum
fundit e fonte faciliore.
Malim autem ego bibere ab hoc poculum
unum modo, quam a tuo millia Pegaseo-fonte.

25. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ὑπνώεις, ὦ 'ταῖρε· τὸ δὲ σκύφος αὐτὸ βοᾷ σε·
Ἔγρεο, μὴ τέρπου μοιριδίῃ μελέτῃ.
Μὴ φείσῃ, Διόδωρε· λάβρος δ' εἰς Βάκχον ὀλισθὼν,
ἄχρις ἐπὶ σφαλεροῦ ζωροπότει γόνατος.
Ἔσσεθ' ὅτ' οὐ πιόμεσθα, πολὺς πολύς· ἀλλ' ἄγ' ἐπείγου·
ἡ συνετὴ κροτάφων ἅπτεται ἡμετέρων.

25. APOLLONIDÆ.

Dormis, o sodalis: poculum autem ipsum inclamat te:
Expergescere, ne delectare mortis meditatione (*somno*).
Ne parce, o Diodore; avidus autem in Bacchum proruens,
usque ad labentia merum-bibe genua.
Erit quum non bibemus, multum multum *tempus*; sed [age festina:
sapiens *ætas* tempora tangit nostra.

26. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Σφάλλομαι ἀκρήτῳ μεμεθυσμένος· ἀλλὰ τίς ἆρα
σώσει μ' ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον;
ὡς ἄδικον θεὸν εὗρον, ὁθείνεκεν αὐτὸς ἐγὼ σὲ,
Βάκχε, φέρων ὑπὸ σοῦ τάμπαλι παρφέρομαι.

26. ARGENTARII.

Titubo mero inebriatus; sed quisnam
servabit me a Bromio membra concussum?
Quam injustum deum inveni, quandoquidem ipse ego te,
Bacche, ferens a te contra in transversum-feror.

27. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Συῤῥέντου τρηχεῖα μυρίπνοε, χαῖρε, κονίη,
καὶ Πολλεντίνων γαῖα μελιχροτάτη,
Ἀστή θ' ἡ τριπόθητος, ἀφ' ἧς βρομιώδεα πηλὸν
φύρησαν Βάκχῳ τριζυγέες Χάριτες,
πλούτου καὶ πενίης κοινὸν κτέαρ· οἷς μὲν, ἀνάγκης
σκεῦος, τοῖς δὲ, τρυφῆς χρῆσι περισσοτέρη.

27. MACEDONII.

Surrenti asper unguentum-spirans, salve, pulvis,
et Pollentinorum tellus mellitissima,
Astaque tu ter-desiderabilis, ex qua lutum Bromio-con-
subegerunt Baccho tergeminæ Gratiæ, [veniens
divitiarum et paupertatis communis possessio: aliis neces- [sitatis
vas, aliis vero luxuriæ apparatus supervacaneus.

28. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Πέντε θανὼν κείσῃ κατέχων πόδας, οὐδὲ τὰ τερπνὰ
ζωῆς, οὐδ' αὐγὰς ὄψεαι ἠελίου·
ὥστε λαβὼν Βάκχου ζωρὸν δέπας ἕλκε γεγηθὼς,
Κίγκιε, καλλίστην ἀγκὰς ἔχων ἄλοχον.
Εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι Κλεάνθης
καὶ Ζήνων ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον.

28. ARGENTARII.

Quinque mortuus jacebis obtinens pedes; neque jucunda
vitæ, neque radios videbis solis:
ergo sumptum Bacchi meracum poculum duc gaudens,
o Cinci, formosissimam inter-ulnas habens conjugem.
Si vero tibi *est* immortalis sapientiæ mens, scito Cleanthen
et Zenonem in Orcum profundum descendisse.

---

24. EJUSDEM.

O Helicon Bœote, tuis e fontibus olim
Hesiodo fluxit carmine dives aqua:
At nunc vina tibi cognominis Itala nobis
De vena fundit liberiore puer.
Hinc unum multo cyathum mihi sumere malim,
Quam de Pegaseo mille liquore tuo.

25. APOLLONIDÆ.

Stertis amice? vocat jam te scyphus: erige temet,
Nec gelidæ placeat mortis imago tibi.
Parce nihil, totus, Diodore, sed irrue vino,
Et bibe, dum genibus destituare, merum.
Tempus erit longum, quod nos potare vetabit;
Nunc propera: veniunt ad caput ecce nives.

26. ARGENTARII.

Victus flore meri titubo, pater Evie: quis me
Servabit quassum membra calore tuo?
Injustus Deus es; toto te ferre paratum
Corpore transversum tu, violente, rapis.

27. MACEDONII.

Unguentum redolens Surrenti asperrime pulvis,
Et Pollentinæ mellea gleba plagæ,
Vos ego semper amo, de queis sibi sumere limum
Miscendum Bromio Gratia trina solet.

28. ARGENTARII.

Quinque pedes capies a funere, nec tibi vitæ
Dulcia, nec radios cernere solis erit.
Propterea pulchræ complexibus utere, Cinci,
Conjugis, atque educ pocula plena mero.
Libera sed, dices, sapientia morte. Cleanthes
Et Zeno Ditis non adiere domos?

29. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Πέμπε, κάλει· πάντ' ἐστὶν ἕτοιμά σοι. Ἢν δέ τις ἔλθῃ,
τί πρήξεις; σαυτῷ δὸς λόγον, Αὐτόμεδον.
Αὕτη γὰρ λαχάνου * σισαρωτέρη, ἡ πρὶν ἀκαμπής,
ζῶσα, νεκρὰ μηρῶν πᾶσα δέδυκεν ἔσω.
Πόλλ' ἐπὶ σοὶ γελάσουσιν, ἀνάρμενος ἂν παραβάλλῃ
πλώειν, τὴν κώπην μηκέτ' ἔχων ἐρέτης.

29. AUTOMEDONTIS.

Mitte, voca; cuncta sunt parata tibi. Sed si qua venerit.
quid ages? apud-te delibera, Automedon.
Hæc enim sisere est laxior, quæ olim rigidissima *erat*
dum vivebat, mortua intra crura tota se condit.
Multum te deridebunt, sine-armamentis quando conaris
navigare, tonsam non-amplius habens remex.

30. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ὁ πρὶν ἐγὼ καὶ πέντε καὶ ἐννέα, νῦν, Ἀφροδίτη,
ἓν μόλις ἐκ πρώτης νυκτὸς ἐς ἠέλιον,
οἴμοι καὶ τοῦτ' αὐτὸ καταβραχύ· πολλάκι δ' ἤδη
ἡμιθανὲς θνήσκει τοῦτο τὸ τερμέριον.
Ὦ γῆρας, γῆρας, τί ποθ' ὕστερον, ἢν ἀφίκηαι,
ποιήσεις, ὅτε νῦν ὧδε μαραινόμεθα;

30. PHILODEMI.

Qui prius ego et quinque et novem *coitus agebam*, nunc
unum vix ab prima nocte ad solem; [o Venus
hei mihi! et hunc brevem : sæpius vero jam
semimortuum prorsus-moritur hoc malum.
O senecta, senecta, quid aliquando posterius, si veneris,
facies, quum nunc sic elanguescimus!

31. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οὔ μοι Πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης
ὠρύον στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ,
οὐδ' ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανὸς, ὡς κακὸν ἄνδρα
ταρβέω, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

31. ANTIPATRI.

Non mihi Pleïadum *sic* terribilis occasus, neque maris
mugiens asperum fluctus circa scopulum,
nec quando fulgura-mittit magnum cœlum, ut malum vi-
timeo, et sermonum memores aquæ-potores. [rum

32. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Μούσης νουθεσίην φιλοπαίγμονος εὕρετο Βάκχος,
ὦ Σικυὼν, ἐν σοὶ κῶμον ἄγων Χαρίτων·
δὴ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον, ἔν τε γέλωτι
κέντρον· χὠ μεθύων ἀστὸν ἐσωφρόνισεν.

32. ONESTÆ.

Musæ admonitionem facetias-amantis invenit Bacchus,
o Sicyon, in te festam-pompam agens Gratiarum.
Sane enim reprehensionem habet dulcissimam, et in risu
stimulum : atque ebrius civem sapientiæ-admonet.

33. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Λάθριον ἑρπηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσὲ, χορεύσας,
ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν·
δεσμεῖς δ' οὐχ ἡμᾶς, ὀλέκεις δὲ σέ· τίς γὰρ ἕλοιτ' ἂν
κισσὸν ἐπὶ κροτάφοις, μὴ κεράσας Βρόμιον;

33. PHILIPPI.

Clam repentem obliquum pedem, o hedera, in-gyrum-mo-
angis Bromii uvarum-genitricem gratiam; [vens
et non tam ligas nos quam perdis te; quis enim sumeret
hederam in temporibus non misto Bromio?

34. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Λευκοΐνους πάλι δὴ καὶ ψάλματα, καὶ πάλι Χίους
οἴνους, καὶ πάλι δὴ σμύρναν ἔχειν Συρίην,
καὶ πάλι κωμάζειν, καὶ ἔχειν πάλι διψάδα πόρνην
οὐκ ἐθέλω· μισῶ ταῦτα τὰ πρὸς μανίην.
Ἀλλά με ναρκίσσοις ἀναδήσατε, καὶ πλαγιαύλων
γεύσατε, καὶ κροκίνοις χρίσατε γυῖα μύροις,
καὶ Μυτιληναίῳ τὸν πνεύμονα τέγξατε Βάκχῳ,
καὶ συζεύξατέ μοι φωλάδα παρθενικήν.

34. PHILODEMI.

Ex-violis albis coronas rursus et lyræ-cantus, et rursus
vina, et rursus myrrham habere Syriam, [Chia
et rursus comissari, et habere rursus sitientem meretri-
non volo : odi hæc ad furorem *facientia*. [cem
Sed me narcissis redimite et obliquas-tibias
gustandas-date, et croceis illinite membra unguentis,
et Mytilenæo pulmonem humectate Baccho,
et conjugate mihi ex-lustro virginem.

---

31. ANTIPATRI.

Non fugiens tantus terror mihi Pleiados astrum,
Horrida nec scopulum quæ ferit ira maris,
Nec cœlum cum triste tonat, quam vir malus et qui,
Dicta memor servans singula, potat aquam.

32. ONESTÆ.

Urbe tua, Sicyon, lepidæ præcepta Camœnæ
Cum Bromio ludens Gratia terna dedit.
Risus acumen habet; castigaturque jocando
Vita; bonos mores ebria turba docet.

33. PHILIPPI.

Læta racemiferi suffocas munera Bacchi,
Arrepens curvis saltibus, o hedera.
Fers tibi perniciem, non nobis vincula! nam te
Temporibus gestet quis nisi vina bibens?

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κράμβην Ἀρτεμίδωρος, Ἀρίσταρχος δὲ τάριχον,
βολβίσκους δ' ἡμῖν δῶκεν Ἀθηναγόρας,
ἡπάτιον Φιλόδημος, Ἀπολλοφάνης δὲ δύο μνᾶς
χοιρείου, καὶ τρεῖς ἦσαν ἀπ' ἐχθὲς ἔτι.
Ὠὸν, καὶ στεφάνους, καὶ σάμβαλα, καὶ μύρον ἡμῖν
λάμβανε, παῖ· δεκάτης εὐθὺ θέλω παράγειν.

35. EJUSDEM.

Brassicam Artemidorus, Aristarchus autem salsamentum,
et parvos-bulbos nobis dedit Athenagoras,
jecur Philodemus, Apollophanes vero duas minas
suillæ, et tres erant ab hesterna-die adhuc.
Ovum, et coronas, et sandalia, et unguentum nobis
sume, puer; decima *hora* statim volo *ipsos* adducas.

36. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἡνίκα μὲν καλὸς ἦς, Ἀρχέστρατε, χἀμφὶ παρειαῖς
οἰνωπαῖς ψυχὰς ἔφλεγες ἠϊθέων,
ἡμετέρης φιλίης οὐδεὶς λόγος· ἀλλὰ μετ' ἄλλων
παίζων, τὴν ἀκμὴν ὡς ῥόδον ἠφάνισας.
Ὡς δ' ἐπιπερκάζεις μιαρῇ τριχὶ, νῦν φίλον ἕλκων,
τὴν καλάμην δωρῇ, δοὺς ἑτέροις τὸ θέρος.

36. PHILIPPI.

Quando pulcher eras, o Archestrate, et circumcirca genis
purpureis animos inflammabas juvenum,
nostræ amicitiæ nullam rationem-habebas; sed cum aliis
ludens, ætatis-florem ut rosam perire-sivisti.
Quando vero obumbraris turpi crine, nunc amicum trahens,
stipulam donas, aliis postquam-dedisti messem.

37. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἤδη τοι φθινόπωρον, Ἐπίκλεες, ἐκ δὲ Βοώτου
ζώνης Ἀρκτούρου λαμπρὸν ὄρωρε σέλας·
ἤδη καὶ σταφυλαὶ δρεπάνης ἐπιμιμνήσκονται,
καί τις χειμερινὴν ἀμφερέφει καλύβην.
Σοὶ δ' οὔτε χλαίνης θερμὴ κροκὺς, οὔτε χιτῶνος
ἔνδον· ἀποσκλήσῃ δ' ἀστέρα μεμφόμενος.

37. ANTIPATRI.

Jam sane auctumnus *venit*, o Epiclees, et e Boota
zona Arcturi fulgida orta-est fax;
jam et uvæ falcis meminerunt,
et quispiam hiemalem circumtegit casulam.
Tibi vero neque lænæ calidus floccus, neque tunicæ
intus : obrigebis autem astrum accusans.

38. ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη ἀρτολάγυνος
αὕτη, καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος,
καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν
ἐγκεφάλου, ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
« Πῖνε, » λέγει τὸ γλύμμα, « καὶ ἔσθιε καὶ περίκεισο
« ἄνθεα· τοιοῦτοι γινόμεθ' ἐξαπίνης ».

38. POLEMONIS REGIS.

Pauperum grata armatura panilagunculà
hæc *est*, et roscidis e frondibus corona,
et hoc sacrum os, mortui propugnaculum
cerebri, animi arx summa.
« Bibe, » dicit sculptura, « ede et circumdare
« floribus : tales evadimus repente. »

39. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ἐχθές μοι συνέπινε γυνὴ, περὶ ἧς λόγος ἔρρει
οὐχ ὑγιής. Παῖδες, θραύσατε τὰς κύλικας.

39. MACEDONII THESSALONICENSIS.

Heri mecum compotabat mulier, de qua fama serpit
non integra. Pueri, frangite pocula.

40. ΑΝΤΙΣΤΙΟΥ.

Εὐμένεος Κλεόδημος ἔτι βραχύς· ἀλλὰ χορεύει
σὺν παισὶν βαιῷ μικρὸς ἔτ' ἐν θιάσῳ·
ἠνίδε καὶ στικτοῖο δορὴν ἐζώσατο νεβροῦ,
καὶ σείει ξανθῆς κισσὸν ὑπὲρ κεφαλῆς·
Ὦνα σύ μιν Καδμεῖε τίθει μέγαν, ὡς ἂν ὁ μύστης
ὁ βραχὺς ἡβητὰς αὖθις ἄγοι θιάσους.

40. ANTISTII.

Eumenis-filius Cleodemus adhuc parvus, sed saltat
cum pueris tenui pusillus adhuc in thiaso.
Ecce et maculati pellem sibi-cinxit hinnuli,
et agitat flavum hederam super caput.
O domine Cadmee, tu illum fac magnum, ut mystes
parvus juveniles rursus agat thiasos.

41. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἑπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέρχονται λυκάβαντες,

41. PHILODEMI.

Septem *annis* triginta accedunt anni,

---

38. POLEMONIS REGIS.

Pauperis hæc res tota simul cum pane lagena,
Et quæ de tepido rore corona madet,
Quique receptus erat mentis, tutela cerebri,
At nunc exanimis frigida testa viri.

Dum licet, es, pota, vinci tibi flore capillos :
Nam tales erimus, dicit imago, brevi.

39. MACEDONII THESSALONICENSIS.

Compotavit heri mihi femina, non bona de qua
Fabula. Proin calices hos mihi frange, puer.

ἤδη μοι βιότου σχιζόμεναι σελίδες·
ἤδη καὶ λευκαί με κατασπείρουσιν ἔθειραι,
 Ξανθίππη, συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης.
Ἀλλ' ἔτι μοι ψαλμός τε λάλος κῶμοί τε μέλονται,
 καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίῃ.
Αὐτὴν ἀλλὰ τάχιστα κορωνίδα γράψατε, Μοῦσαι,
 ταύτην, ἡμετέρης δεσπότιδες μανίης.

jam mihi *tot* vitæ avulsæ paginæ;
jam et cani me conspergunt capilli,
 o Xanthippe, sapientis nuncii ætatis.
Sed adhuc mihi psalmusque loquax et comissationes sunt [curæ,
 et ignis inexpleto flagrat in pectore.
Ipsam vero quam-citissime scribite coronidem, Musæ,
 hanc (*Xanthippen*), nostri dominæ furoris.

42. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Εἴ καί σοι ἑδραῖος ἀεὶ βίος, οὐδὲ θάλασσαν
 ἔπλως, χερσαίας τ' οὐκ ἐπάτησας ὁδούς,
ἔμπης Κεκροπίης ἐπιβήμεναι, ὄφρ' ἂν ἐκείνας
 Δήμητρος μεγάλας νύκτας ἴδῃς ἱερῶν,
τῶν ἄπο κὴν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κεὖτ' ἂν ἵκηαι
 ἐς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

42. CRINAGORÆ.

Etsi tibi sedentaria semper *sit* vita, neque pontum
 navigaris, nec solidas calcaris vias,
tamen Cecropiam *urbem* adi, ut *ibi* illas
 Cereris magnas noctes videas sacrorum,
per quæ et-inter vivos securum et, quum deveneris
 ad plures, habebis animum leviorem.

43. ΖΩΝΑ.

Δός μοι τοὐκ γαίης πεπονημένον ἁδὺ κύπελλον,
 ἃς γενόμην, καὶ ὑφ' ᾇ κείσομ' ἀποφθίμενος.

43. ZONÆ.

Da mihi e terra elaboratum dulce poculum
 ex-qua natus sum, et sub qua jacebo exstinctus.

44. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Αὔριον εἰς λιτήν σε καλιάδα, φίλτατε Πείσων,
 ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφιλὴς ἕταρος,
εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον· εἰ δ' ἀπολείψεις
 οὔθατα καὶ Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν,
ἀλλ' ἑτάρους ὄψει παναληθέας, ἀλλ' ἐπακούσῃ
 Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα·
ἢν δέ ποτε στρέψῃς καὶ ἐς ἡμέας ὄμματα, Πείσων,
 ἄξομεν ἐκ λιτῆς εἰκάδα πιοτέρην.

44. PHILODEMI.

Cras in tenuem te nidulum, carissime Piso,
 a nona *hora* trahit Musis-acceptus sodalis,
vicesimam *Epicuri* epulo-celebrans annuam. Jam si desumina et Liberi Chio-genitam propinationem, [seres
at sodales videbis omnino-veros, at audies
 Phæacum terrâ multo dulciora.
Si autem olim flectes et in me oculos, o Piso,
 agemus e tenui vicesimam pinguiorem.

45. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος· ὃς δέ κ' ἀνάγκῃ,
 ὑβριστὴς οἴνῳ τ' ἐστὶ καὶ οἰνοπότῃ.
Τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα· τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
 πολλάκι πρὸς Λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
Πουλυμεθεῖς χαίροιτε· τὸ δ' ὁππόσον ἡδὺ ποθῆναι,
 μέτρον ἐμοὶ πάσης ἄρκιον εὐφροσύνης.

45. ONESTÆ.

Sponte-qui-fit dulcissimus semper potus; qui autem per-[necessitatem,
 vim infert vinoque et vini-potori.
Illud enim *hic* ad-terram fundit clam; hunc vero *illud* sub [terram
 sæpe ad Lethes duxit amaram aquam.
Multum-bibentes valete. Sed quantum dulce sit potari,
 hic modus mihi ad-omnem sufficiens lætitiam.

46. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ.

Ἄνθρωποι δείλης, ὅτε πίνομεν· ἢν δὲ γένηται

46. AUTOMEDONTIS CYZICENI.

Homines *sumus* vespere, quum potamus; si vero fulserit

---

41. PHILODEMI.

Jam post triginta mihi septimus additur annus :
 Pagina jam vitæ dimidiata mea est.
Conspergens caput ipsa nives imitante capillo
 Ætas, Xanthippe, me monet ut sapiam.
Et tamen ecce chori mihi sunt et cantica cordi,
 Semper et in cupido pectore flamma recens.

42. CRINAGORÆ.

Quamquam vita domi tua substitit, et tibi canum
 Nec mare, nec longæ conscia terra viæ,
Visere Cecropiam ne tædeat, ut sacra noris,
 Quæ fieri tacita vult sibi nocte Ceres.
Unde et vita tibi fluet hæc securior, et post
 Funera, spes vitæ te melioris alet.

43. ZONÆ.

Da mihi limosa constant quæ pocula terra :
 Hinc ego sum primum prosatus, hoc et ero.

45. ONESTÆ.

Dulcia sunt quæ sponte capit quis pocula : vino
 Potorique simul pocla coacta nocent.
In terram siquidem diffunditur illud, at iste
 Sub terra Lethes pocula sæpe bibit.
Vinosi procul hinc : mihi quantum dulce bibenti
 Sit satis, hic portat gaudia vera modus.

46. AUTOMEDONTIS CYZICENI.

Vespera potantes homines nos viderat : at cras

ὄρθρος, ἐπ' ἀλλήλους θῆρες ἐγειρόμεθα.

47. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,
τοῦ Σαρδίων ἄνακτος,
οὔθ' αἱρέει με χρυσὸς,
οὐκ αἰνέω τυράννους·
ἐμοὶ μέλει μύροισι
καταβρέχειν ὑπήνην·
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι·
τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;

48. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστέ μοι ποίησον
πανοπλίαν μὲν οὐχί,
ποτήριον δὲ κοῖλον
ὅσον δύνῃ βάθυνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτοῦ
μήδ' ἄστρα, μήδ' ἁμάξας,
μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα,
ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας,
καὶ βότρυας γελῶντας,
σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ.

49. ΕΥΗΝΟΥ.

Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μηδ' ἐλάχιστον·
ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος ἢ μανίης.
Χαίρει κιρνάμενος δὲ τρισὶν Νύμφαισι τέταρτος·
τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος·
εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν Ἔρωτας,
βαπτίζει δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου.

aurora, alii-in-alios belluæ surgimus.

47. ANACREONTIS.

Non mihi curæ-sunt *divitiæ* Gygæ,
Sardium regis,
nec capit me aurum,
non laudo tyrannos;
mihi curæ-est unguentis
humectare barbam;
mihi curæ-est rosis
coronare caput.
Dies hodiernus curæ-est mihi :
crastinum vero quis novit?

48. EJUSDEM.

Argentum cælans,
o Vulcane, mihi facias
panopliam quidem non,
sed poculum cavum,
quantum potes, redde-profundum.
Facias autem mihi in illo
neque astra, neque currus,
non invisum Orionem;
sed vites viridantes,
et uvas luxuriantes,
cum pulchro Lyæo.

49. EVENI.

Bacchi modus optimus, qui non multus, neque minimus
est enim aut mœroris causa, aut furoris.
Gaudet autem admixtum tribus Nymphis quartum
tunc et thalamis est aptissimum.
Si vero multum spiraverit, aversatur quidem Amores,
immergit autem somno vicino mortis.

Cum venit, infestas nos videt esse feras.

47. ANACREONTIS.

De rege Sardiano
Gyge nihil laboro,
Nec me lacessit aurum,
Nec livor in tyrannos.
Mihi fragrante nardo
Libet rigare barbam,
Rosaque purpurante
Caput tenere vinctum.
Hæc hæc dies agatur :
Ventura nota nulli.

48. EJUSDEM.

Argenteum toreuma,
Vulcane, fac poetæ,
Non militis paratum,
(Quid Mars cruentus ad nos ?)
Sed poculum profunde
Quantum potes cavato,
Se dent ubi videndos
Non Luna, Sol, et Ursæ,
Non ense trux Orion,
Sed pampinosa vitis
Ridentibus racemis
Juxtaque pulcher Evan.

49. EVENI.

Lenæi modus est inter nimiumque parumque
Optimus, hinc mœror nam venit, inde furor.
Nempe tribus Nymphis quartus cupit ipse jugari,
Tunc etiam thalamis aptior ille venit.
At nimius cum spirat, amor fugit : ipse sopore
Nos mergit. Sopor hic quid nisi mors alia est?

50. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Εὐδαίμων, πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων·
εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας· τὸ τρίτον, ὅστις ἄπαις.
Ἢν δὲ μανεὶς γήμῃ τις, ἔχει χάριν, ἢν κατορύξῃ
εὐθὺς τὴν γαμετὴν, προῖκα λαβὼν μεγάλην.
Ταῦτ' εἰδὼς σοφὸς ἴσθι· μάτην δ' Ἐπίκουρον ἔασον
ποῦ τὸ κενὸν ζητεῖν, καὶ τίνες αἱ μονάδες.

51. ΑΔΗΛΟΝ.

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε· παρακμάζει ταχὺ πάντα·
ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον.

52. ΑΔΗΛΟΝ.

Παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι
ἀσθμαίνεις, δελφὶς ὥς τις ἐπ' αἰγιαλοῦ
κύματος ἱμείρων· δρέπανον δέ σφι οὐδὲ τὸ Περσέως
ἀρκεῖ ἀποτμῆξαι δίκτυον ᾧ δέδεσαι.

53. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ,
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

54. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Γηραλέον με γυναῖκες ἀποσκώπτουσι, λέγουσαι
εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρᾶν λείψανον ἡλικίης.
Ἀλλ' ἐγὼ εἰ λευκὰς φορέω τρίχας, εἴτε μελαίνας,
οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος.
Εὐόδμοις δὲ μύροισι καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι
καὶ Βρομίῳ παύω φροντίδας ἀργαλέας.

(55. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.)

Δός πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσειε μερίμνας,
ἂψ ἀναθερμαίνων ψυχομένην κραδίην.

56. ΑΔΗΛΟΝ.

Πῖνε καὶ εὐφραίνου· τί γὰρ αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον,

50. AUTOMEDONTIS.

Felix, *est* primum quidem qui nulli quidquam debet;
dein qui non duxit-uxorem, tertio qui est sine-liberis.
Si vero insanus uxorem-duxerit quispiam, habet gratiam,
statim uxorem, dotem nactus magnam. [si defodiat
Hæc edoctus sapiens esto; incassum vero Epicurum sine
ubi *sit* vacuum quærere, et quæ sint monades.

51. INCERTI.

Bona-hora fruere : prætereunt cito cuncta :
una æstas e capreolo hispidum facit hircum.

52. INCERTI.

Puerili, o Thrasybule, irretitus amore
anhelas, delphinus tanquam aliquis in littore
fluctum desiderans : securis vero tibi ne Persei quidem
sufficit abrumpendo reti, quo vinctus-es.

53. INCERTI.

Rosa floret per-parvum tempus; si vero transierit,
quærens invenies non rosam, sed spinam.

54. PALLADÆ.

Vetulum me mulieres cavillantur, jubentes *me*
in speculo cernere reliquias ætatis.
Sed ego utrum albos feram capillos, an nigros,
nil moror, vitæ ad finem gradiens.
Suave-olentibus autem unguentis et pulchra-habentibus-
et Libero deleo curas molestas. [folia coronis

(55. EJUSDEM.)

Da potum, ut Bacchus dispergat sollicitudines,
denuo recalfaciens frigescens pectus.

56. INCERTI.

Pota et gaude : quid enim *sit* cras, aut quid futurum,

---

50. AUTOMEDONTIS.

Quisquis in ære suo est, primum, me judice, felix,
Alter ab hoc cœlebs, tertius orbus erit.
Duxerit uxorem si quis cum dote, beatus,
Illam si tumulo condat, et hanc teneat.
Hæc sat si scieris, sapiens eris : ast Epicurum
Tu sine, ubi vacuum, quærere, quid monades.

51. INCERTI.

Utere flore tuo : namque ætas præterit. Hœdus
Qui fuit, hic, æstas transeat, hircus erit.

52. INCERTI.

Virgineis, Thrasybule, plagis innixus anhelas,
In sicco qualis littore quærit aquas
Æquoreus Delphin. Resecet nec Perseos harpe
Captivum quæ te subdola fila tenent.

53. INCERTI.

Exiguo floret rosa tempore : prætereat ver,
Illa, tibi fuerat quæ rosa, sentis erit.

54. PALLADÆ.

Ridet me vetulum muliebris turba, jubetque
In speculo vitæ cernere quod reliquum est.
Ast ego, nigrantes mihi sint albine capilli,
Nil moror, ad metam cui prope vita venit :
Sed Bromio sertisque virentibus ac bene olenti
Unguento curas pellere cura mihi.

55. EJUSDEM.

Da mihi quod potem. Curarum tædia Bacchus
(Quis putet hoc ?) vitrea frangere scit phiala.

56. INCERTI.

Ne satage et suda, sed gaude, sed bibe · nescit

οὐδεὶς γινώσκει. Μὴ τρέχε, μὴ κοπία·
ὡς δύνασαι, χάρισαι, μετάδος, φάγε, θνητὰ λογίζου·
τὸ ζῆν τοῦ μὴ ζῆν οὐδὲν ὅλως ἀπέχει.
Πᾶς ὁ βίος τοιόσδε, ῥοπὴ μόνον· ἂν προλάβῃς, σοῦ,
ἂν δὲ θάνῃς, ἑτέρου πάντα· σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

nullus scit. Ne curre, ne labora :
ut potes, gratificare, largire, manduca, mortalia sape :
vivere et non vivere nil omnino differunt.
Omnis vita talis, momentum modo; si antevertis, tua,
si vero obieris, alius *sunt* cuncta, tu vero nil habes.

57. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Γαστέρα μὲν σεσάλακτο γέρων εὐώδεϊ Βάκχῳ
Οἰνοπίων, ἔμπης δ' οὐκ ἀπέθηκε δέπας·
ἀλλ' ἔτι διψώων ἰδίῃ κατεμέμφετο χειρὶ,
ὡς ἀπὸ κρητῆρος μηδὲν ἀφυσσαμένῃ.
Οἱ δὲ νέοι ῥέγχουσι, καὶ οὐ σθένος οὐδ' ἀπ' ἀριθμοῦ
τὰς κύλικας γνῶναι τὰς ἔτι πινομένας.
Πῖνε, γέρον, καὶ ζῆθι· μάτην δ' ἄρα θεῖος Ὅμηρος
τείρεσθαι πολιὴν ἐκ νεότητος ἔφη.

57. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Ventrem sibi-oneraverat senex suave-olenti Baccho
Œnopion, at tamen non deposuit poculum;
sed usque sitiens de-propria querebatur manu,
tanquam e cratere nil hausisset.
Juvenes vero stertunt, nec valent vel a numero
calices noscere qui adhuc potantur.
Bibe, senex, et vive. Frustra vero dius Homerus
premi canitiem a juventa dixit.

58. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Ἤθελον οὐ χρυσόν τε καὶ ἄστεα μυρία γαίης,
οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας εἶπεν Ὅμηρος ἔχειν·
ἀλλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσειε λυαίῳ,
χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου,
καὶ γεραρῶν συνέπινε λάλος χορὸς, οἱ δὲ περισσοὶ
ἀνέρες ἐργατίναι κάμνον ἐφ' ἡμερίσιν.
Οὗτος ἐμοὶ πολὺς ὄλβος, ἀεὶ φίλος· οὐδ' ἀλεγίζω
τῶν χρυσέων ὑπάτων, τὴν φιάλην κατέχων.

58. MACEDONII CONSULIS.

Volebam non aurum et urbes infinitas terræ,
nec quæcumque Thebas habere dixit Homerus;
sed ut mihi rotundus calix scaturiret Lyæo,
labris *ejus* usque-fluenti liquore madentibus,
et honestorum virorum compotaret garrulus chorus, curiosi autem
viri operarii laborarent in vitibus.
Hæ mihi sunt multæ divitiæ, semper caræ; et nil-moror
illos aureos consules, phialam dum-teneo.

59. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χανδοπόται, βασιλῆος ἀεθλητῆρες Ἰάκχου,
ἔργα κυπελλομάχου στήσομεν εἰλαπίνης,
Ἰκαρίου σπένδοντες ἀφειδέα δῶρα Λυαίου·
ἄλλοισιν μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα,
ἧχι βόες, καὶ ἄροτρα, καὶ ἱστοβοεὺς, καὶ ἐχέτλη,
καὶ στάχυς, ἁρπαμένης ἴχνια Φερσεφόνης.
Εἴ ποτε δὲ στομάτεσσι βαλεῖν τινα βρῶσιν ἀνάγκη,
ἀσταφὶς οἰνοπόταις ἄρκιος ἢ Βρομίου.

59. EJUSDEM.

Largo-ore-bibentes, regis athletæ Iacchi,
opera poculo-decertantis aggrediemur convivii,
Icarii libantes non-maligna dona Lyæi;
aliis curæ-sit Triptolemi honor,
ubi boves, et aratra, et temo, et stiva,
et spica, raptæ vestigia Proserpinæ.
Si quando autem oribus immittere aliquam dapem est necesse,
uva-passa vini-potoribus sufficit Bacchi.

Namque homo, quid cras sit, quidve futura dies.
Pascere, da, largire, vide mortalia quæ sint :
Nil refert vivas an moriare tuâ.
Sic est vita : tua est, rapias si tempus : at est nil,
Cum moriere, tuum : quod fuit alter habet.

57. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Jam senior Bromio totam compleverat alvum
OEnopion, pateram sed tenet ille tamen.
Quin etiam sitiens dicit mala plurima dextræ,
De cupa quod non hauriat illa merum.
Interea stertunt juvenes, aut si vigil est quis,
Epotos calices nec numerare valet.
Jam bibe, vive, senex : non vere dixit Homerus
Vexari juvenum robore canitiem.

58. MACEDONII CONSULIS.

Pondera non auri cupio mihi, mille nec urbes,
Nec quas Thebarum cantat Homerus opes.
Plena sed ut veteri spument mihi pocula Baccho,
Et mea perpetuus proluat ora liquor :
Compotetque senum mihi circumfusa corona;
Qui volet, in crassa sudet ephemeride.
Hæ mihi divitiæ, meus hic honor. Ite curules
Et fasces : phialam sat sit habere mihi.

59. EJUSDEM.

Heus Bacchi pugiles ad prælia semper hiantes,
Instaurat calicum prælia festa dies.
Largiter Icarii libemus dona Lyæi,
Sint aliis curæ munera Triptolemi,
Temo, stiva, boves et dens incurvus aratri,
Spica simul, raptæ pignora Persephones.
Quippe etiam nobis os si quid poscat ad escam,
Consobrina meri passula sufficiet.

60. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Σπείσομεν οἰνοποτῆρες ἐγερσιγέλωτι Λυαίῳ·
ὤσομεν ἀνδροφόνον φροντίδα ταῖς φιάλαις,
σιτοδόχῳ δ' ἄγραυλος ἀνὴρ βαρύμοχθος ἰάλλοι
γαστρὶ μελαμπέπλου μητέρα Φερσεφόνης·
ταυροφόνων δ' ἀμέγαρτα καὶ αἱμαλέων κρέα δόρπων
θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς λείψομεν ὠμοβόροις·
ὀστέα δ' αὖ νεπόδων ταμεσίχροα χείλεσι φωτῶν
εἰξάτω, οἷς Ἀΐδης φίλτερος ἠελίου·
ἡμῖν δ' ὀλβιόδωρον ἀεὶ μέθυ καὶ βόσις ἔστω
καὶ ποτόν· ἀμβροσίην δ' ἄλλος ἔχειν ἐθέλοι.

61. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος ἀνὴρ
ἰητρὸς, δεπάων νέκταρ ἀπειπάμενος·
εἶπε δ' ὕδωρ πίνειν· ἀνεμώλιος, οὐδ' ἐδιδάχθη,
ὅττι μένος μερόπων οἶνον Ὅμηρος ἔφη.

62. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πᾶσι θανεῖν μερόπεσσιν ὀφείλεται, οὐδέ τις ἐστὶν
αὔριον εἰ ζήσει θνητὸς ἐπιστάμενος.
Τοῦτο σαφῶς, ἄνθρωπε, μαθὼν εὔφραινε σεαυτὸν,
λήθην τοῦ θανάτου τὸν Βρόμιον κατέχων.
Τέρπεο καὶ Παφίῃ, τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων·
τἆλλα δὲ πάντα Τύχῃ πράγματα δὸς διέπειν.

63. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Ἀνέρες, οἷσι μέμηλεν ἀπήμονος ὄργια Βάκχου,
ἐλπίσιν ἡμερίδων ῥίψατε τὴν πενίην.
Αὐτὰρ ἐμοὶ κρητὴρ μὲν ἔοι δέπας, ἄγχι δὲ ληνὸς
ἀντὶ πίθου, λιπαρῆς ἔνδιον εὐφροσύνης.
Αὐτίκα δ' ἡμετέροιο πιὼν κρητῆρα Λυαίου
παισὶ Καναστραίοις μάρναμαι, ἣν ἐθέλῃς.
Οὐ τρομέω δὲ θάλασσαν ἀμείλιχον, οὐδὲ κεραυνοὺς,
πιστὸν ἀταρβήτου θάρσος ἔχων Βρομίου.

60. PAULI SILENTIARII.

Libabimus vini-potores risus-excitatori Lyæo;
abigemus mortiferam curam poculis;
frumenti-capacem vero agrestis vir laboriosus mittat
in-ventrem pullatæ matrem Proserpinæ;
sed cæsis-tauris-structarum copiosas et cruentas carnes
belluis et avibus relinquemus crudivoris; [cœnarum
ossa rursus piscium incidentia-cutem labris hominum
cedant, quibus Erebus amicior sole:
at nobis almum semper vinum et esus sit
et potus: ambrosiam autem alius habere velit.

61. MACEDONII CONSULIS.

Heri mihi ægrotanti adstitit infestus vir
medicus, poculorum nectar vetans;
jussitque aquam potare: fatuus! neque edoctus-est
quod robur hominum vinum Homerus dixit.

62. PALLADÆ.

Cunctis mors hominibus debetur, nec ullus est
cras an victurus-sit mortalis qui-sciat.
Hoc dilucide, homo, edoctus hilara te-ipsum,
oblivium mortis Bromium manu-tenens.
Oblecteris et Paphia, brevem vitam trahens;
cetera vero cuncta Fortunæ negotia des curanda

63. MACEDONII CONSULIS.

Viri, quibus curæ sunt innocui orgia Bacchi,
spe vitis abigite paupertatem.
At mihi crater quidem sit poculum, prope vero torcular
pro cado, nitidæ sedes lætitiæ.
Illico autem, nostri ut-bibi craterem Lyæi,
juvenibus cum-Canastræis bella gero, si volueris.
Non timeo autem mare immite, neque fulmina,
fidam intrepidi audaciam habens Bromii.

---

60. PAULI SILENTIARII.

Risori Bromio mecum libate, sodales,
Et phialis curas trudite carnifices.
Agricolæ laxam patientis farciat alvum
Mater regnantis trans Styga Persephones.
Quid mihi cum carne est? pascant volucresque ferasque
Prandia de cæso sanguinolenta bove.
Lædere nata cutim de piscibus ossa relinquo
His qui plus Orcum lumine solis amant.
Dulce merum nobis pariter potusque, cibusque;
Hoc satis est: quærat qui volet ambrosiam.

61. MACEDONII CONSULIS.

Durus heri medicus propter me constitit ægrum,
Meque uti vetuit munere, Bacche, tuo.
Vanus homo de fonte bibam jubet, immemor ipsum
Mæoniden hominis vim vocitasse merum.

62. PALLADÆ.

Debemur morti nos nostraque: nemo beatus
Usque adeo cui sit crastina certa dies.
Hæc homo cum noris, temet recreare memento,
Et Lethes Lethe sit tibi dulce merum.
Vive in quemque diem ludens, saltansque, jocansque;
Cætera Fortunæ, crede, sed ista tua.

63. MACEDONII CONSULIS.

O secura quibus curæ sunt orgia Bacchi,
Spes de vite fuget pectore pauperiem.
Sit mihi pro patera crater; sint dolia juxta
Prælaque, lætitiæ dulce ministerium.
Unde mihi venas cum spumeus imbuit humor,
Bella Canastræis, horrida bella paro.
Æquora nec metuo, trifidi nec fulminis ignes,
Armatus mentem robore, Bacche, tuo.

64. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἡμεῖς μὲν πατέοντες ἀπείρονα καρπὸν Ἰάκχου
ἄμμιγα βακχευτὴν ῥυθμὸν ἀνεπλέκομεν.
Ἤδη δ' ἄσπετον οἶδμα κατέρρεεν· οἷα δὲ λέμβοι
κισσύβια γλυκερῶν νήχεθ' ὑπὲρ ῥοθίων,
οἷσιν ἀρυσσάμενοι σχέδιον ποτὸν ἤνομεν ἤδη,
θερμῶν Νηϊάδων οὐ μάλα δευόμενοι.
Ἡ δὲ καλὴ ποτὶ ληνὸν ὑπερκύπτουσα Ῥοδάνθη
μαρμαρυγῆς κάλλους νᾶμα κατηγλάϊσεν.
Πάντων δ' ἐκδεδόνηντο θοαὶ φρένες, οὐδέ τις ἡμέων
ἦεν, ὃς οὐ Βάκχῳ δάμνατο καὶ Παφίῃ.
Τλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν εἶρπε παραὶ ποσὶν ἄφθονος ἡμῖν·
τῆς δ' ἄρ' ὑπ' ἐλπωρῇ μοῦνον ἐπαιζόμεθα.

65. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Λιμοῦ καὶ γραίης χαλεπὴ κρίσις. Ἀργαλέον μὲν
πεινῆν, ἡ κοίτη δ' ἔστ' ὀδυνηροτέρα.
Πεινῶν εὔχετο γραῦν· κοιμώμενος εὔχετο λιμὸν
Φίλλις· ἴδ' ἀκλήρου παιδὸς ἀνωμαλίην.

66. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Κἢν τείνῃς ῥακόεντα πολυτμήτοιο παρειῆς
χρῶτα, καὶ ἀβλεφάρους ὦπας ἐπανθρακίσῃς,
καὶ λευκὴν βάψῃς μέλανι τρίχα, καὶ πυρίφλεκτα
βοστρύχια κροτάφοις οὖλα περικρεμάσῃς,
οὐδὲν ταῦτα, γελοῖα, καὶ ἢν ἔτι πλείονα ῥέξῃς,
* * * *

67. ΜΥΡΙΝΟΥ.

Ὗ τετρηκόσι' ἐστίν· ἔχεις δὲ σὺ τοὺς ἐνιαυτοὺς
δὶς τόσσους, τρυφερὴ Λαῒ κορωνεκάβη,
Σισύφου ὦ μάμμη, καὶ Δευκαλίωνος ἀδελφή.
Βάπτε δὲ τὰς λευκὰς, καὶ λέγε πᾶσι τατᾶ.

68. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὰς τρίχας, ὦ Νίκυλλα, τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν,
ἃς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

69. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τρικόρωνος

64. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Nos quidem calcantes infinitum fructum Iacchi
simul bacchicum cantum iterato-nectebamus.
Jam vero immensa unda defluebat, et velut lintres
pocula dulcibus natabant super fluentis,
quibus haurientes extemporalem potum jam instituebamus,
calidis Naiadibus non valde egentes.
Formosa autem super torculari prona Rhodanthe
fulgoribus pulchritudinis *suæ* fluentum illustravit.
Omnium autem attonitæ-erant rapidæ mentes, nec quis [nostrûm
erat qui non a Baccho domaretur et Paphia.
Infelices! sed ille quidem fluebat juxta pedes abunde nobis;
hujus vero (*Rhodanthes*) spe tantum ludebamur.

65. PARMENIONIS.

Famem-inter et vetulam difficilis *est* optio. Dirum quidem
esurire, sed lectus est acerbior.
Esuriens appetebat anum; dormiens appetebat famem
Phillis: vide egeni pueri inconstantiam!

66. ANTIPHILI BYZANTII.

Quamvis tendas rugosam multum-secatæ genæ
cutem, et palpebris-destitutos oculos carbone-inficias,
et canum tingas nigro-colore capillum, et igne-ustos
cincinnos temporibus crispos appendas,
nil hæc sunt, *imo* ridicula, etiamsi adhuc plura facias...
* * * *

67. MYRINI.

Y est quadringenta: habes autem tu annos
bis totidem, mollis Lais ut-cornix-et-Hecuba annosa,
Sisyphi o avia, et Deucalionis soror.
Tinge vero canos et dic cunctis tata.

68. LUCILLII.

Capillos, o Nicylla, quidam tingi a te dicunt,
quos tu nigerrimos e foro emisti.

69. EJUSDEM.

Canos ut-tinxit Themistonoe tria-cornicis-æva-æquans,

---

64. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Maxima dum nobis teritur vindemia, dum grex
In Bacchi numeros fertque refertque pedes;
Ingens unda meri dum profluit, inque Lyæi
Amne, velut lembi, lignea pocla natant,
Unde rudis vini nobis suffecerat haustus,
Ut jam nil calidæ Naïdos esset opus:
Torcular super incumbens formosa Rhodanthe
Irradiat roseo musta decore suo.
Mota simul cunctis præcordia, nec fuit ullus
Non et Lenæo saucius et Venere.
Ex his ille quidem se suppeditabat abunde;
Hæc spem dat tantum, prætereaque nihil.

67. MYRINI.

Y sunt quadringenta; duplo tibi grandior ætas
Cornicum aut Hecubæ: Laida vis agere?
Deucalion frater, pronepos tibi Sisyphus. I nunc,
Canos tinge tuos, dic aliisque Tata.

68. LUCILLII.

Tingere te falso memorant, Nicylla, capillos,
Emta foro medio nam tibi nigra coma est.

69. EJUSDEM.

Cana Themistonoë tingens fingensque capillos

γίνεται ἐξαπίνης οὐ νέα, ἀλλὰ Ῥέα.

70. ΛΕΩΝΙΔΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ.

Γρηῦν ἔγημε Φιλῖνος, ὅτ' ἦν νέος· ἡνίκα πρέσβυς,
δωδεκέτιν· Παφίῃ δ' ὥριος οὐδέποτε.
Τοιγὰρ ἄπαις διέμεινε ποτὲ σπείρων ἐς ἄκαρπα·
νῦν δ' ἑτέροις γήμας, ἀμφοτέρων στέρεται.

71. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἤκμασε Νικονόη· κἀγὼ λέγω· ἤκμασε δ' αὐτὴ
ἡνίκα Δευκαλίων ἄπλετον εἶδεν ὕδωρ.
Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' ὅτι ταύτην
οὐκ ἄνδρα ζητεῖν νῦν ἔδει, ἀλλὰ τάφον.

72. ΒΑΣΣΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ.

Ἡ πολιὴ κροτάφοισι Κυτώταρις, ἡ πολύμυθος
γραῖα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκέτι πρεσβύτατος,
ἡ φάος ἀθρήσασ' ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ
γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη,
ζώει καὶ λεύσσουσα καὶ ἀρτίπος, οἷά τε νύμφη,
ὥστε με διστάζειν, μή τι πέπονθ' Ἀΐδης.

73. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Γραῖα καλὴ (τί γάρ;) οἶσθας ὅτ' ἦν νέα· ἀλλὰ τότ' ᾔτει·
νῦν δ' ἐθέλει δοῦναι μισθὸν ἐλαυνομένη.
Εὑρήσεις τεχνῖτιν· ὅταν δὲ πίῃ, τότε μᾶλλον
εἰς ὃ θέλεις αὐτὴν εὐεπίτακτον ἔχεις.
Πίνει γὰρ καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας, ἢν ἐθελήσῃς,
ξέστας, κἀκ τούτου γίνετ' ἄνω τὰ κάτω·
κολλᾶται, κνίζει, παθικεύεται· ἤν τι διδῷ τις,
λαμβάνει· ἢν μὴ δῷ, μισθὸν ἔχει τὸ πάθος.

74. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὴν δύσκωφον γραῖαν, Ὀνήσιμε, πρὸς Διός, ἔξω
ἔκβαλε· πολλὰ λίην πράγματά μοι παρέχει.
Ἣν αὐτῇ τυροὺς ἁπαλοὺς εἴπωμεν ἐνέγκαι,
οὐ τυρούς, πυροὺς δ' ἔρχετ' ἔχουσα νέους.
Πρώην τὴν κεφαλὴν ἐπόνουν, καὶ πήγανον αὐτὴν
ᾔτουν· ἡ δ' ἔφερεν τήγανον ὀστράκινον.

fit repente non juvenis (νέα), sed Rhea.

70. LEONIDÆ ALEXANDRINI.

Anum duxit Philinus quum esset juvenis; quum senex,
duodecennem: Paphiæ vero tempestivus *erat* nunquam.
Etenim sine-liberis mansit olim seminans in sterile-solum;
nunc autem aliis ducta-uxore, utrisque privatur.

71. NICARCHI.

Floruit Niconoe: ego quoque dico: sed floruit
quum Deucalion immensam vidit aquam.
Hæc quidem nos non novimus, sed *novimus* hanc
non virum quærere nunc debere, sed sepulcrum.

72. BASSI SMYRNÆI.

Cana temporibus Cytotaris, garrula-valde
anus, per quam Nestor non jam valde-senex,
quæ lucem vidit cervo longius, quæ manu læva
senium numerare alterum incepit,
vivit et videns-bene et integris-pedibus, tanquam puella,
adeo ut dubitem annon aliquid acciderit Plutoni.

73. NICARCHI.

Anus formosa (quidni?) nosti quando erat juvenis, sed [tunc poscebat,
nunc autem vult dare mercedem subacta.
Invenies artificem-feminam: quando autem potavit, tunc [magis
in quod vis ipsam bene-docilem habes.
Bibit enim et tres et quattuor, si volueris,
sextarios, et exinde fit susquedeque:
adhæret, carpit, pathica-est; si quid dederit quispiam,
capit; si non dedit, mercedem habet voluptatem.

74. EJUSDEM.

Male-surdam anum, Onesime, per Jovem, foras
ejice: multa nimis negotia mihi præbet.
Si ei caseos molles dixerimus afferre,
non caseos, sed triticos venit habens teneros.
Nuper a-capite laborabam, et rutam eam
rogabam: hæc autem attulit sartaginem testaceam.

Non juvenis facta est, sed Dea, nempe Rhea

70. LEONIDÆ.

Nupsit, anum juvenis qui duxerat ante, Philino
Nunc bissex annos nata puella seni.
Vanus uterque labor: sterilem tunc severat agrum,
Sero nunc, alius quem serat, emit agrum.

71. NICARCHI.

Niconoë viruit: nec ego id nego; sed puto tunc cum
Mergi Deucalion omnia vidit aquis.
Incertum si quis putet hoc, at certius illud:
Non decet hanc thalamum quærere, sed tumulum.

72. BASSI SMYRNÆI.

Illa loquax annosa Cotyttaris, alba capillos,
Nestora quæ præ se non sinit esse senem,
Tempora quæ cervi post terga relinquit, et annos
Nunc iterum lævis computat articulis,
Vivit adhuc, cernit, graditur quoque more puellæ.
Quid tibi nunc dicam, Pluto, quod acciderit?

74. NICARCHI.

Exige, per superos obtestor, Onesime, surdam,
Quæ mihi perpetui causa laboris, anum.
Caseus ad mensam si forte petatur ab illa,
Nescio quem casum me timuisse putat.
Ruta petita caput fuerat mihi forte dolenti,
In corbi nobis attulit illa ruta.

Ἢν ὀπὸν αἰτήσω, λοπὸν εἰσφέρει· ἂν, « λάχανόν μοι ».
εἴπω « δὸς » πεινῶν, εὐθὺ φέρει λάσανον.
Ὄξος ἐὰν αἰτῶ, τόξον φέρει· ἂν δέ γε τόξον,
ὄξος· ὅλως δ' ὃ λέγω οὔποτ' ἐπαισθάνεται.
Αἰσχρὸν τῆς γραὸς με χάριν κήρυκα γενέσθαι,
καὶ μελετᾶν ἔξω, νυκτὸς ἐγειρόμενον.

Si laserpitium petiero, vestem affert; si, « Olera mihi »
dixero « da » esuriens, statim affert lasanum.
Acetum si petiero, arcum affert; si vero arcum,
acetum : omnino quod dico, nunquam intelligit.
Turpe vetulæ ergo me præconem fieri,
et meditari foris, de-nocte surgentem.

75. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Οὗτος ὁ νῦν τοιοῦτος Ὀλυμπικὸς εἶχε, Σεβαστὲ,
ῥῖνα, γένειον, ὀφρῦν, ὠτάρια, βλέφαρα·
εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα,
ὥστ' ἐκ τῶν πατρικῶν μηδὲ λαβεῖν τὸ μέρος·
εἰκόνιον γὰρ ἀδελφὸς ἔχων προενήνοχεν αὐτοῦ,
καὶ κέκριτ' ἀλλότριος, μηδὲν ὅμοιον ἔχων.

75. LUCILLII.

Hic *qui* nunc *est* talis, Olympicus habebat, o Auguste,
nasum, mentum, supercilium, auriculas, palpebras;
dein professus-se pugilem omnia perdidit,
adeo ut ex paternis-bonis ne partem quidem abstulerit :
imagunculam enim frater protulit ejus,
et *ille* judicatus est alienus, quum nihil simile haberet.

76. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥύγχος ἔχων τοιοῦτον, Ὀλυμπικὲ, μήτ' ἐπὶ κρήνην
ἔλθῃς, μήτ' ἐνόρα πρός τι διαυγὲς ὕδωρ.
Καὶ σὺ γὰρ, ὡς Νάρκισσος, ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς,
τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

76. EJUSDEM.

Rictum habens talem, Olympice, neque ad fontem
accedas, neque inspicias in aliquam pellucidam undam.
Et tu enim, ut Narcissus, conspicatus vultum clare-reditum,
morieris, exosus te ipsum ad mortem.

77. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰκοσέτους σωθέντος Ὀδυσσέος εἰς τὰ πατρῷα
ἔγνω τὴν μορφὴν Ἄργος ἰδὼν ὁ κύων·
ἀλλὰ σὺ πυκτεύσας, Στρατοφῶν, ἐπὶ τέσσαρας ὥρας,
οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.
Ἢν ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ,
« Οὐκ εἰμὶ Στρατοφῶν », αὐτὸς ἐρεῖς ὀμόσας.

77. EJUSDEM.

Viginti-post-annos servati Ulyssis in patriam-domum
agnovit formam Argus conspicatus canis :
sed tu postquam luctasti, Stratophon, in quattuor horas,
non canibus haud-agnoscendus, sed urbi evasisti.
Si volueris vultum cernere in speculo tui-ipsius,
« Non sum Stratophon », ipse dices juratus.

78. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κόσκινον ἡ κεφαλή σου, Ἀπολλόφανες, γεγένηται,
ἢ τῶν σητοκόπων βιβλαρίων τὰ κάτω·
ὄντως μυρμήκων τρυπήματα λοξὰ καὶ ὀρθὰ,
γράμματα τῶν λυρικῶν Λύδια καὶ Φρύγια.
Πλὴν ἀφόβως πύκτευε· καὶ ἢν τρωθῇς γὰρ ἄνωθεν,
ταῦθ' ὅσ' ἔχεις, ἕξεις· πλείονα δ' οὐ δύνασαι.

78. EJUSDEM.

Cribrum caput tuum, Apollophanes, factum-est,
aut vermibus-sectorum librorum pars-ima ;
revera formicarum foramina obliqua et recta,
signa lyricorum Lydia et Phrygia.
Tamen impavide lucta : nam etsi vulneratus fueris superne,
hæc quotquot habes, habebis : plura vero non potes

Si succis opus est ægro, fert anxia soccos,
Et mytilum cupiam si mihi, fert matulam.
Pro vino vannus, pro seta fertur acetum.
In vanum, quidquid dixero, verba cadunt.
Ut mediterne foris totis ego noctibus æquum est,
Quid loquar, et præco nunc ero propter anum ?

75. LUCILLII.

Huic, spectas quem Cæsar Olympicon, huic gena, nares,
Auriculæ fuerunt, barba, supercilium.
Ut factus pugil est, periere hæc omnia; deinde
Obvenit e patriis uncia nulla bonis :
Prolata nam frater imagine judice coram
Hunc alium vultûs arguit esse notis.

76. EJUSDEM.

Cum tibi tam fœdum rostrum sit, Olympice, fontes,
Omniaque effigiem reddere nata, fuge.
Nam tua si, veluti Narcissus, videris ora,
Non est, ipse odio quin moriare tui.

77. EJUSDEM.

Reddidit ut patriæ vicesima messis Ulyssem,
Agnovit veterem tunc canis Argus herum.
Te pugilem, Stratophon, non plus quam quattuor horis,
De cane quid dicam? patria nosse nequit.
Ipse tuam speculi videas in imagine formam,
Clamabis: Stratophon, Hercule! non ego sum.

78. EJUSDEM.

Factum est omne caput cribrum tibi, parsve papyri
Infima, quam vermis rosit, Apollophanes;
Aut formicarum terebramina signave recta
Curvaque, Lydorum nempe Phrygumque modi.
Cæstibus utaris posthac impune licebit :
Non est qui capiat vulnera plura locus.

79. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πύκτης ὢν κατέλυσε Κλεόμβροτος· εἶτα γαμήσας
ἔνδον ἔχει πληγῶν Ἴσθμια καὶ Νέμεα,
γρηῦν μαχίμην, τύπτουσαν Ὀλύμπια, καὶ τὰ παρ' αὐτῷ
μᾶλλον ἰδεῖν φρίσσων ἢ ποτὲ τὸ στάδιον.
Ἂν γὰρ ἀναπνεύσῃ, δέρεται τὰς παντὸς ἀγῶνος
πληγάς, ὡς ἀποδῷ· κἂν ἀποδῷ, δέρεται.

80. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἱ συναγωνισταὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Ἆπιν· οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

81. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πᾶσαν ὅσαν Ἕλληνες ἀγωνοθετοῦσιν ἅμιλλαν
πυγμῆς, Ἀνδρόλεως πᾶσαν ἀγωνισάμαν·
ἔσχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἓν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς
ἓν βλέφαρον· Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι·
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ καρύσσετο σὺν πολιήταις
ἆραί με σταδίων ἢ νεκρὸν ἢ κολοβόν.

82. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Πέντε μετ' ἄλλων Χάρμος ἐν Ἀρκαδίᾳ δολιχεύων,
θαῦμα μέν, ἀλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν. [αὐτοῦ,
« Ἓξ ὄντων » τάχ' ἐρεῖς, « πῶς ἕβδομος »; Εἷς φίλος
« Θάρσει, Χάρμε » λέγων, ἦλθεν ἐν ἱματίῳ.
Ἕβδομος οὖν οὕτω παραγίνεται· εἰ δ' ἔτι πέντε
εἶχε φίλους, ἦλθ' ἄν, Ζωΐλε, δωδέκατος.

83. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὸν σταδιῆ πρῴην Ἐρασίστρατον ἡ μεγάλη γῆ,
πάντων σειομένων, οὐκ ἐσάλευσε μόνον.

84. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔτε τάχιον ἐμοῦ τις ἐν ἀντιπάλοισιν ἔπιπτεν,

79. EJUSDEM.

Pugil esse desiit Cleombrotus; mox ubi-duxit-uxorem,
domi habet plagarum Isthmia et Nemea,
anum bellicosam, ferientem Olympia, et domum suam
plus videre horrens, quam olim stadium.
Quando enim respirat, verberatur totius certaminis
plagis, ut debitum-det: et si dederit, verberatur.

80. EJUSDEM.

Compugnantes pugilem hic posuerunt
Apim : nullum enim adhuc-unquam vulneravit.

81. EJUSDEM.

Omne quod Græci instituerunt-sollemne certamen
pugilatus, Androleos omne sustinui;
habui autem Pisæ quidem unam aurem, Platæis vero
unam palpebram, Delphis denique exanimis efferor :
ac Demoteles pater jubebatur-per-præconem cum civibus
auferre me e-stadiis vel mortuum, vel mutilatum.

82. NICARCHI.

Quinque cum aliis Charmus in Arcadia longo-cursu-cer-
miraculum quidem, sed revera septimus excidit. [tans,
« Quum sex essent », forte dices, « qui septimus? » Unus
« Aude, Charme », dicens, venit in veste. [amicus ejus,
Septimus igitur sic adest. Si vero adhuc quinque
habuisset amicos, venisset, o Zoile, duodecimus

83. LUCILLII.

Cursorem-stadii nuper Erasistratum magna terra,
dum omnia quatiebantur, solum non movit.

84. EJUSDEM.

Neque citius me quisquam inter adversarios cecidit,

---

79. EJUSDEM.

Uxorem duxit, pugil ante, Cleombrotus : Isthmi
Et Nemeæ pugnas jam miser intus habet.
Librat Olympiacos ictus anus : unde fit, illi
Ut sua sit stadio plus metuenda domus.
Vapulat ut faciat, quando non stridet arenæ
Verbere; si faciat, vapulat ille tamen.

80. EJUSDEM.

Heic Apim pugilem pugiles posuere, quibuscum
Certavit, sic ut vulnera nulla daret.

81. EJUSDEM.

Græcia quot validæ celebrat certamina luctæ,
Androleos horum pars aliquanta fui.
Auriculam mihi Pisa, superciliumque Plateæ
Abstulerunt : Delphis efferor exanimis.
Damoteles mihi præco pater, cum plebe, quiritans,
Ut mutilus, si non mortuus, eriperer.

82. NICARCHI.

Res nova : quinque viris certabat in Arcade cursu
Charmus, et in cursu septimus ipse fuit.
Qui pote? sex, inquis, fuerant. 'ccurrit amicus
In tunica Charmum qui monet, Adde gradum.
Septimus hinc fit : adhuc esset si nactus amicos
Quinque, cucurrisset, Zoile, duodecimus.

83. LUCILLII.

Cum quateret motu cunctos, Erasistrate cursor,
Unum te nequiit terra movere loco.

84. EJUSDEM.

Nemo me cecidit citior, si lucta vocarit :

οὔτε βράδιον ὅλως ἔδραμε τὸ στάδιον.
Δίσκῳ μὲν γὰρ ὅλως οὐδ' ἤγγισα, τοὺς δὲ πόδας μου
ἐξᾶραι πηδῶν ἴσχυον οὐδέποτε·
χυλλὸς δ' ἠκόντιζεν ἀμείνονα· πέντε δ' ἀπ' ἄθλων
πρῶτος ἐκηρύχθην πεντετριαζόμενος.

85. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων ποτὲ Μάρκος ὁπλίτης,
ὥστ' ἀποκλεισθῆναι πάντοθε τὸ στάδιον.
Οἱ γὰρ δημόσιοι κεῖσθαί τινα πάντες ἔδοξαν
ὁπλίτην τιμῆς εἵνεκα τῶν λιθίνων.
Καὶ τί γάρ; εἰς ὥρας ἠνοίγετο· καὶ τότε Μάρκος
ἦλθε, προσελλείπων τῷ σταδίῳ στάδιον.

86. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸ στάδιον Περικλῆς εἴτ' ἔδραμεν, εἴτ' ἐκάθητο,
οὐδεὶς οἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής!
Ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
ἄλλος, καὶ Περικλῆς δάκτυλον οὐ προέβη.

87. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τιμόμαχον τὸν μακρὸν ὁ πεντόργυιος ἐχώρει
οἶκος, ὑπὲρ γαίης πάντοτε κεκλιμένον·
στῆναι δ' εἴ ποτ' ἔχρῃζεν, ἔδει τοὺς παῖδας ἀπ' ὄρθρου
τὴν ὀροφὴν τρῆσαι πέντ' ἐπὶ πέντε πόδας.

88. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὴν μικρὴν παίζουσαν Ἐρώτιον ἥρπασε κώνωψ·
ἡ δέ· « τί » φησὶ « πάθω; Ζεῦ πάτερ, ἦ μ' ἐθέλεις »;

89. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ βραχὺς Ἑρμογένης, ὅταν ἐκβάλῃ εἰς τὸ χαμαί τι,
ἕλκει πρὸς τὰ κάτω τοῦτο δορυδρεπάνῳ.

90. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ πατρὶ θυμωθεὶς, Διονύσιε, Μάρκος ὁ μικρὸς,

neque tardius omnino percurrit stadium.
Disco quidem enim omnino ne accessi quidem *scopo*, pe-
efferre saliens valui nunquam; [des autem meos
mutilus vero jaculatus esset melius, et in quinquertio
primus proclamatus sum quinquies-victus.

85. EJUSDEM.

Noctem mediam peregit currens olim Marcus armatus,
ita-ut clauderetur undique stadium.
Publici enim ministri stare quempiam cuncti putarunt
armatum honoris causa ex lapideis.
Quid enim? proximo-anno apertum est : et tunc Marcus
venit, relinquens-cum stadio stadium.

86 INCERTI.

Stadium Pericles utrum percurrerit an sessitarit,
nullus novit omnino : plusquam-humana tarditas!
Strepitus carcerum erat in auribus, et coronabatur
alius, et Pericles digitum non processerat.

87. LUCILLII.

Timomachum longum quinque-ulnarum capiebat
domus, in terra semper reclinatum.
Stare vero si quando vellet, oportebat pueros a diluculo
tectum terebrare quinque in quinque pedes.

88. EJUSDEM.

Parvam ludentem Erotium rapuit culex; [vis? »
hæc autem, « Quid » ait « mihi-fit? o Jupiter, an me

89. EJUSDEM.

Brevis Hermogenes, quum dejecit ad terram aliquid,
trahit hoc deorsum falce.

90. EJUSDEM.

Patri succensens, o Dionysi, Marcus parvus,

Cursorum nemo tardior in stadio.
A tellure pedes numquam queo tollere saltu :
A posito longe limite discus abest.
Mancus plus jaculo valeat; certamine quino
Sic primas inter nomina victa fero.

85. EJUSDEM.

Armiger in mediæ currebat tempora noctis
Marcus, et en stadii clauditur omne latus.
Nam non cursorem custodum turba putavit
Stare, sed ex saxo credidit effigiem.
Luce nova patuere fores, apparuit ille,
Jugera restabant cui facienda duo.

86. INCERTI.

Sederit an stadio Pericles decurrerit, omnes
Sese scire negant : o mora mira pedum!
Regula jam sonuit : victor tulit ecce coronam;
Promovit Pericles, aspice, nec digitum.

87. LUCILLII.

Timomachi cum quinque domus se tollat in ulnas,
Longus ibi stratus membra quiescit humi.
Nam cum stare lubet, pueri jam mane rubente
Debent in denos tecta forare pedes.

88. EJUSDEM.

Quid facies Superûm mihi rector? Erotion inquit,
Cum raperet parvam parvus in astra culex.

89. EJUSDEM.

Pumilus Hermogenes si quicquam despuit, illud
Ut terram possit tangere, falce trahit.

90. EJUSDEM.

Iratus patri, Dionysie, pusio Marcus

πυρῆνα στήσας, αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.

91. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐν καλάμῳ πήξας ἀθέρα Στρατόνικος ὁ λεπτὸς,
καὶ τριχὸς ἐκδήσας, αὑτὸν ἀπηγχόνισεν·
καὶ τί γάρ; οὐχὶ κάτω βρῖσεν βαρύς· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν,
νηνεμίας οὔσης, νεκρὸς ἄνω πέταται.

92. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γαῖος ἐκπνεύσας τὸ πανύστατον ἐχθὲς ὁ λεπτὸς
εἰς τὴν ἐκκομιδὴν οὐδὲν ἀφῆκεν ὅλως·
καὶ πέρας εἰς ἀΐδην καταβὰς οἷόσπερ ὅτ' ἔζη,
τῶν ὑπὸ γῆν σκελετῶν λεπτότατος πέταται.
Τὴν δὲ κενὴν κλίνην οἱ φράτορες ἦραν ἐπ' ὤμων,
ἐγγράψαντες ἄνω· « Γάϊος ἐκφέρεται ».

93. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ποτὲ Μάρκος ὁ λεπτὸς,
τῇ κεφαλῇ τρήσας, εἰς τὸ μέσον διέβη.

94. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σαλπίζων ἔπνευσεν ὅσον βραχὺ Μάρκος ὁ λεπτὸς,
καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς ὀρθὸς ἀπῆλθε κάτω.

95. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους κοιμώμενον εὑρὼν
εἰς τρώγλην μικρὸς τοῦ ποδὸς εἵλκυσε μῦς.
Ὃς δ' ἐν τῇ τρώγλῃ ψιλὸς τὸν μῦν ἀποπνίξας,
« Ζεῦ πάτερ », εἶπεν « ἔχεις δεύτερον Ἡρακλέα ».

96. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἀρκάδας οὐχ οὕτω Στυμφαλίδες, ὡς ἐμὲ κίχλαι
αἱ νέκυες ξηροῖς ἤκαχον ὀσταρίοις,
Ἅρπυιαι, δραχμῆς ξηρὴ δεκάς. Ὦ ἐλεειναὶ
λειμώνων ἐτύμως, ἔρρετε, νυκτερίδες.

specillum erigens, sese strangulavit.

91. EJUSDEM.

In calamo aristæ-barbam figens Stratonicus tenuis,
et capillo ligans, se-ipsum strangulavit :
et quid enim? non deorsum vergit gravis, sed super illa,
in tranquillitate-venti, mortuus sursum volat.

92. EJUSDEM.

Gaius postquam-exspiravit supremum heri tenuis
ad efferendum nihil reliquit omnino;
et in Orcum delapsus [totus] qualis erat quum viveret,
subterraneorum sceletorum levissimus volat.
Inanem vero lectum-feretri amici sustulerunt humeris,
inscripto superne : « Gaius effertur. »

93. EJUSDEM.

Epicureorum atomorum quondam Marcus tenuis,
capite terebrans, per medium transiit.

94. EJUSDEM.

Tuba-canens inflavit modo breviter Marcus tenuis,
et præceps recta cessit ad-inferos.

95. EJUSDEM.

Parvum Macronem æstate sopitum nactus
in caveam parvus pede attraxit mus.
Hic autem in caverna nudus murem quum-strangulasset.
« O Jupiter, inquit, habes alterum Herculem »

96. NICARCHI.

Arcadas non adeo Stymphalides, ut me turdi
mortui siccis afflixerunt ossulis,
o Harpyiæ, drachmâ-constans sicca decas. O miserabiles
pratorum vere vespertiliones, facessite.

Defixo semet strangulat ex nucleo.

91. EJUSDEM.

Fixerat in culmo parvus Stratonicus aristam,
Suspenditque ibi se colla ligante pilo :
Nec sic ad terram vergit tamen : aëre fertur;
Et quamvis spirent flamina nulla, volat.

92. EJUSDEM.

Exspiravit heri macies mera Caius, et quod
Efferri posset nil super ejus erat.
Jamque petens Orcum qualis modo vixerat, umbris
Tenuior, includit quas Stygis unda, volat.
At vicina manus feretrum cum ferret inane,
Inscripsit : Fertur Caius hoc feretro.

93. EJUSDEM.

Ex Epicureis atomis perfoderat unam
Vertice : sic reperit pusio Marcus iter.

94. EJUSDEM.

In lituum leviter Marcus sufflaverat, ille
Pumilus, inque suum concidit inde caput.

95. EJUSDEM.

Exiguus cum Macro gravi dormiret in æstu,
In sua mus illum pertrahit antra pede.
Hunc in spelunca Macro suffocavit inermis,
Seque Jovi Alciden prædicat esse novum.

96. NICARCHI.

Arcadiam non tam Stymphalides, arida quam me
Turdorum cruciant ossa, sed exanima.
Harpyiæ, quas drachma decem parat, ah miserandæ!
Pratensis vestrum noctua nomen erit.

97. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Τῷ Στρατονικείῳ πόλιν ἄλλην οἰκοδομεῖτε,
ἢ τούτοις ἄλλην οἰκοδομεῖτε πόλιν.

98. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔστω μητρόπολις πρῶτον πόλις, εἶτα λεγέσθω
μητρόπολις· μὴ νῦν, ἡνίκα μηδὲ πόλις.

99. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὸν λεπτὸν φυσῶντα τὸ πῦρ Πρόκλον ἦρεν ὁ καπνὸς,
καὶ διὰ τῶν θυρίδων ἔνθεν ἀπῆλθεν ἔχων.
Ἀλλὰ μόλις νεφέλῃ προσενήξατο, καὶ δι' ἐκείνης
προσκατέβη τρωθεὶς μυρία ταῖς ἀτόμοις.

100. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὕτω κουφότατος πέλε Γάϊος, ὥστ' ἐκολύμβα
τοῦ ποδὸς ἐκκρεμάσας ἢ λίθον ἢ μόλιβον.

101. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥιπίζων ἐν ὕπνοις Δημήτριος Ἀρτεμιδώραν
τὴν λεπτὴν, ἐκ τοῦ δώματος ἐξέβαλεν.

102. ΑΜΜΙΑΝΟΥ, οἱ δὲ ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἐξαίρων ποτ' ἄκανθαν ὁ λεπταχινὸς Διόδωρος
αὐτὸς ἐτρύπησεν τῷ ποδὶ τὴν βελόνην.

103. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ὅλον τὸν κόσμον ἔγραψεν
εἶναι, τοῦτο δοκῶν, Ἄλκιμε, λεπτότατον.
Εἰ δὲ τότ' ἦν Διόφαντος, ἔγραψεν ἂν ἐκ Διοφάντου,
τοῦ καὶ τῶν ἀτόμων πουλύ τι λεπτοτέρου,
ἢ τὰ μὲν ἄλλ' ἔγραψε συνεστάναι ἐξ ἀτόμων ἂν,
ἐκ τούτου δ' αὐτὰς, Ἄλκιμε, τὰς ἀτόμους.

104. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἱππεύων μύρμηκι Μενέστρατος, ὡς ἐλέφαντι,

97. AMMIANI.

Stratoniceo urbem aliam condite,
aut his aliam condite urbem.

98. EJUSDEM.

Esto metropolis primum urbs (πόλις), deinde dicatur
metropolis: ne *dicatur* nunc, quando ne *est* quidem urbs.

99. LUCILLII.

Parvum flatu-accendentem ignes Proclum sublevavit fumus
et per fenestras hinc abiit sicut-erat.
Sed vix nebulæ adnavit, et per eam
una-descendit, vulneratus millies atomis.

100. EJUSDEM.

Ita levissimus erat Gaius; ut natarét
pede suspendens vel lapidem vel plumbum.

101. EJUSDEM.

Ventilans in somnis Demetrius Artemidoram
gracilem, e tecto dejecit.

102. AMMIANI, aliis NICARCHI.

Extrahens quondam spinam gracilentus Diodorus
ipse terebravit pede acum.

103. LUCILLII.

Ex atomis Epicurus totum mundum scripsit
esse, hoc putans, Alcime, *esse* tenuissimum.
Si vero tunc fuisset Diophantus, scripsisset *ortum* ex
illo vel atomis multo exiliore, [Diophanto,
aut cetera quidem scripsisset conflata-esse ex atomis,
ex hoc autem ipsas, Alcime, atomos.

104. EJUSDEM.

Equitans in-formica Menestratus ut in-elephante,

---

97. AMMIANI.

Aut Stratoniceo fiant nova mœnia soli,
Aut urbem reliquis ædificate novam.

98. EJUSDEM.

Urbs ut sit matrix, urbs sit prius ipsa necesse est;
Hæc vero dici jure nec urbs valeat.

99. LUCILLII.

Abripitur (tam parvus erat) per aperta fenestræ
Vi fumi, tepido dum flat in igne, Proclus;
Euge quod in nubem mox incidit, atque per ipsam
Descendit, quamquam saucius ex atomis.

100. EJUSDEM.

Caius usque adeo levis est: non mergitur, etsi
Suspendat plumbum de pede vel lapidem.

101. EJUSDEM.

In somno sufflans Demetrius Artemidoram
Ejecit (tenuis tam fuit illa) domo.

102. AMMIANI, *secundum alios* NICARCHI.

Dum tenuis spinam Diodorus vellere tentat,
Ecce pede ipse suo perterebravit acum.

103. LUCILLII.

Ex atomis Epicurus ait consistere mundum,
Alcime, nil atomis dum minus esse putat.
Viveret at si nunc, componeret ex Diophanto
Omnia: namque atomis omnibus ille minor;
Cuncta vel ex atomis componeret, ex Diophanto
Ut tamen esse ipsas diceret has atomos.

104. EJUSDEM.

Formica vehitur dum forte Menestratus, inde

δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη,
λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον, « Ὦ φθόνε, » φησίν,
« οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων. »

infelix repente supinus extensus-est,
calcatusque, quum *vulnus* haberet letale, « Proh invi- [diam! » inquit,
« sic equitans periit et Phaethon. »

105. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν μέγαν ἐζήτουν Εὐμήκιον· ὃς δ' ἐκάθευδεν
μικρῷ ὑπ' ὀξυβάφῳ τὰς χέρας ἐκτανύσας.

105. EJUSDEM.

Magnum quærebant Eumecium; hic autem dormiebat
parvo sub acetario vasculo manibus extensis.

106. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρθεὶς ἐξ αὔρης λεπτῆς ἐποτᾶτο δι' αἴθρης
Χαιρήμων, ἀχύρου πολλὸν ἐλαφρότερος·
καὶ τάχ' ἂν ἐῤῥοίζητο δι' αἰθέρος, εἰ μὴ ἀράχνη
τοὺς πόδας ἐμπλεχθεὶς ὕπτιος ἐκρέματο.
Αὐτοῦ δὴ νύκτας τε καὶ ἤματα πέντε κρεμασθεὶς
ἑκταῖος κατέβη νήματι τῆς ἀράχνης.

106. EJUSDEM.

Sublatus aura tenui volabat per æthram
Chæremon, palea multo levior:
et forsan raptus-esset per æthera, nisi araneæ
implicitus pedibus supinus pependisset.
Ibi sane noctesque et dies quinque suspensus,
sexta-die descendit per-stamen araneæ.

107. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰγείρου φύλλῳ πεφορημένῳ ἐξ ἀνέμοιο
πληγεὶς Χαιρήμων ὕπτιος ἐξετάθη.
Κεῖται δ' ἢ Τιτυῷ ἐναλίγκιος, ἢ πάλι κάμπη,
ἁπλώσας κατὰ γῆς σῶμα τὸ καννάβινον.

107. EJUSDEM.

Populi folio quod-abripuerat ventus
ictus Chæremon supinus extensus-est.
Jacet autem aut Tityo similis, aut rursus erucæ,
expansum-habens in terra corpus proplasmati-simile

108. ΑΔΗΛΟΝ.

Κόνων δίπηχυς, ἡ γυνὴ δὲ τεσσάρων·
ἐν τῇ κλίνῃ δὲ τῶν ποδῶν ἰσουμένων,
σκόπει Κόνωνος ποῦ τὸ χεῖλος ἔρχεται.

108. INCERTI.

Conon est duûm cubitorum, uxor vero quattuor:
in cubili autem pedibus *amborum* æquatis,
specta Cononis ubi labrum attinget.

109. ΑΛΛΟ.

Οὐδ' ἐπικύψαι ἔχει Δημήτριος οὐδὲν ὁ μικρός·
ἀλλ' ἔῤῥιπται χαμαὶ πάντοτ' ἐπαιρόμενος.

109. ALIUD.

Ne se-inclinare quidem potest Demetrius parvus ullo-modo,
sed projectus humi est semper quando se-erigit.

110. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τρεῖς λεπτοὶ πρῴην περὶ λεπτοσύνης ἐμάχοντο,
τίς προκριθεὶς εἴη λεπτεπιλεπτότερος.
Ὧν ὁ μὲν εἷς, Ἕρμων, μεγάλην ἐνεδείξατο τέχνην,
καὶ διέδυ ῥαφίδος τρῆμα, λίνον κατέχων·
Δημᾶς δ' ἐκ τρώγλης βαίνων ἐς ἀράχνιον ἔστη,
ἡ δ' ἀράχνη νήθουσ' αὐτὸν ἀπεκρέμασεν.
Σωσίπατρος δ' ἐβόησεν· « Ἐμὲ στεφανώσατ'· ἐγὼ γὰρ

110. NICARCHI.

Tres exiles nuper de exilitate contendebant,
quis præferri debeat inter-graciles-gracilior.
Quorum unus, Hermon, magnam ostendit artem,
et penetravit per acûs foramen, linum tenens;
Demas vero e cavea progrediens, ad araneæ-telam sub- [stitit,
aranea autem nectens eum suspendit.
At Sosipater exclamavit: « Me coronate: ego enim

Lapsus ceu Luca de bove plangit humum.
Calcibus ad mortem perpessus vulnera, Quid nunc,
Invidia? est Phaethon sic quoque lapsus, ait.

105. EJUSDEM.

Quærebatur Atlas Eumecion: ille cubabat
Sub parvo oxybapho passus utramque manum.

106. EJUSDEM.

Sublatus tenui volitabat in aere vento
Chæremon, præ quo res gravis est palea;
Et cum sideribus nunc se puto volveret, ipsum
Ni pede vinxisset textus araneolæ.
Hinc ubi quinque dies et noctes quinque pependit,
Repperit ad terras fila per illa viam.

107. EJUSDEM.

Chæremon foliis vento volitantibus ictus,
Populea cecidit fronde supinus humi:
Qualiter aut Tityus jacet, aut eruca per herbam
Sic metitur humum corpore cannabino.

110. NICARCHI.

Certavere leves tres de levitatis honore,
Vinceret eximia quis levitate leves.
Hermon ante alios insignem prodidit artem,
Transivitque trahens fila foramen acus.
Exoriens Demas, quam fecit aranea, telæ
Institit, atque illa nente pependit ibi.
At mihi, Sosipater, palmam date: quippe ego [illegible]

« εἰ βλέπομ', ἥττημαι· πνεῦμα γάρ εἰμι μόνον ».

si videor, victus-sum : ventus enim sum modo. »

111. [ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.]

Βουλόμενός ποθ' ὁ λεπτὸς ἀπάγξασθαι Διόφαντος,
νῆμα λαβὼν ἀράχνης αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.

111. EJUSDEM.

Volens quondam gracilis se strangulare Diophantus,
stamen araneæ cepit-et se strangulavit.

112. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρίν σ' ἐναλείψασθαι, Δημόστρατε, « Χαῖρ', ἱερὸν φῶς »,
εἰπὲ τάλας· οὕτως εὔσκοπός ἐστι Δίων.
Οὐ μόνον ἐξετύφλωσεν Ὀλυμπικὸν, ἀλλὰ διαυγῆ
εἰκόνος ἧς εἶχεν τὰ βλέφαρ' ἐξέβαλεν.

112. EJUSDEM.

Antequam tu ungaris *collyrio*, Demostrate, « Vale sancta lux »
dic miser; adeo dextre-scopum-tangit Dio.
Non modo excæcavit *ille* Olympicum, sed pellucidos
imaginis quam habebat oculos excussit.

113. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος·
καὶ λίθος ὢν καὶ Ζεὺς, σήμερον ἐκφέρεται.

113. EJUSDEM.

Lapideum Jovem heri clinicus tetigit Marcus :
et quamquam lapis est, et Juppiter, hodie effertur.

114. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος
εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
Κἀκεῖνος γελάσας, « Τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν »
φησὶ « λέγει, σὺ νόει· τἀμὰ δὲ σύντομά σοι.»
Εἶπε, καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο· καὶ Διόφαντος
ἄλλον ἀπελπίζων, αὐτὸς ἀπεσκάρισεν.

114. EJUSDEM.

Hermogenem medicum astrologus Diophantus
dixit solos *reliquos* vitæ novem menses habere.
Et ille ridens, « Quid Saturnus intra-novem menses »
inquit « portendat, tu cogita; mea vero prompta tibi. »
Dixit, et extendens *manum* modo tetigit : ac Diophantus,
alium spe-dum-fraudat, ipse obiit.

115. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἤν τιν' ἔχῃς ἐχθρὸν, Διονύσιε, μὴ καταράσῃ
τὴν Ἶσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν Ἁρποκράτην,
μηδ' εἴ τις τυφλοὺς ποιεῖ θεὸς, ἀλλὰ Σίμωνα·
καὶ γνώσῃ, τί θεὸς, καὶ τί Σίμων δύναται.

115. EJUSDEM.

Si quem habes inimicum, o Dionysi, ne impreceris
Isim illi neque Harpocratem,
nec si quis *alius* cæcos facit deus, sed Simonem;
et nosces, quid deus, et quid Simo possit.

116. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Ἀΐδος κατέπεμψε πάλαι ποτὲ, δέσποτα Καῖσαρ,
ὡς λόγος, Εὐρυσθεὺς τὸν μέγαν Ἡρακλέα·
νῦν δ' ἐμὲ Μηνοφάνης ὁ κλινικός· ὥστε λεγέσθω
κλινικὸς Εὐρυσθεὺς, μηκέτι Μηνοφάνης.

116. EJUSDEM.

In Orci *sedem* demisit olim, domine Cæsar,
ut fama *est*, Eurystheus magnum Herculem :
nunc autem me Menophanes clinicus; ut *jam* dicatur
clinicus Eurystheus, non-amplius Menophanes.

117. ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Ἰητρὸς Καπίτων Χρύσην ἐνέχρισεν, ὁρῶντα

117. STRATONIS.

Medicus Capito Chrysen inunxit, videntem

Spiritus : et cerni si queo, vincor, ait.

111. EJUSDEM.

Cum cuperet tenuis Diophantus rumpere vitam,
Vinxit araneoli stamine colla sibi.

112. EJUSDEM.

Dic Lux alma vale, Demostrate, si cupis, ungat
Ut te (tam multum pollet in arte) Dion.
Non ab eo cæcus modo factus Olympicus; orba
Facta sed est oculis ipsa quoque effigies.

113. EJUSDEM.

A medico tactus Marco est here Juppiter : et nunc
Effertur, quamvis et lapis et deus est.

114. EJUSDEM.

Hermogeni Diophantus, Adhuc te vivere menses
Crede novem, medico dixerat astrologus.

Ridens ille, Mihi Saturnus tarda minatur,
Sicut ais : citius sed tibi sidus ego,
Astrologumque manu tangit : collabitur ille,
Atque aliis lethi nuntius, ipse perit.

115. EJUSDEM.

Si cuiquam male vis, Dionysie, parce precari
Infestos illis Isin et Amphicratem.
Pro Dis qui cæcos faciunt suppone Simonem :
Cernes quid valeant numina, quidque Simon.

116. EJUSDEM.

Eurystheus olim, sic dicitur, optime Cæsar,
Miserat ad manes Amphitryoniaden :
At nunc Menophanes me clinicus; ergo vocetur
Clinicus Eurystheus, non, rogo, Menophanes.

117. STRATONIS.

A medico Chryses nondum Capitone perunctus

όκτὼ μὲν μακρὸν πύργον ἀπὸ σταδίων,
ἄνδρα δ' ἀπὸ σταδίου, διὰ δώδεκα δ' ὄρτυγα πηχῶν,
φθεῖρα δ' ἀπὸ σπιθαμῶν καὶ δύο δερκόμενον.
Νῦν δ' ἀπὸ μὲν σταδίου πόλιν οὐ βλέπει, ἐκ δὲ δι-
καιόμενον κατιδεῖν τὸν φάρον οὐ δύναται· [πλέθρου
ἵππον ἀπὸ σπιθαμῆς δὲ μόλις βλέπει, ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
ὄρτυγος οὐδὲ μέγαν στρουθὸν ἰδεῖν δύναται.
Ἂν δὲ προσεγχρίσας αὐτὸν φθάσῃ, οὐδ' ἐλέφαντα
οὐκέτι μήποτ' ἴδῃ πλησίον ἑσταότα.

118. ΚΑΛΛΙΚΤΗΡΟΣ.

Οὔτ' ἔκλυσεν Φείδων μ', οὔθ' ἥψατο· ἀλλὰ πυρέξας
ἐμνήσθην αὐτοῦ τοὔνομα, κἀπέθανον.

119. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰητρὸς τὴν γραῦν εἴτ' ἔκλυσεν, εἴτ' ἀπέπνιξεν,
οὐδεὶς γινώσκει· δαιμόνιον τὸ τάχος.
Ὁ ψόφος ἦν κλυστῆρος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
ἡ σορός, οἱ δ' ἄλλοι τὸν φακὸν ηὐτρέπισαν.

120. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὀρθῶσαι τὸν κυρτὸν ὑποσχόμενος Διόδωρον
Σωκλῆς τετραπέδους τρεῖς ἐπέθηκε λίθους
τοῦ κυρτοῦ στιβαροὺς ἐπὶ τὴν ῥάχιν· ἀλλὰ πιεσθεὶς
τέθνηκεν, γέγονεν δ' ὀρθότερος κανόνος.

121. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χειρουργῶν ἔσφαξεν Ἀκεστορίδην Ἀγέλαος·
« ζῶν γὰρ χωλεύειν » φησὶν « ἔμελλε τάλας ».

122. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πέντ' ἰητρὸς Ἄλεξις ἅμ' ἔκλυσε, πέντ' ἐκάθηρε,
πέντ' ἴδεν ἀῤῥώστους, πέντ' ἐνέχρισε πάλιν·
καὶ πᾶσιν μία νὺξ, ἓν φάρμακον, εἷς σοροπηγός,
εἷς τάφος, εἷς Ἀΐδης, εἷς κοπετὸς γέγονεν.

octo quidem longam turrim a stadiis,
virum autem a stadio, a duodecim coturnicem cubitis.
pulicem a spithamis vel duabus cernentem.
Nunc vero ab uno stadio urbem non videt, a duobus vero
accensum prospicere pharum non potest; [plethris
equum a spithama autem ægre cernit, et pro pristina
coturnice ne struthiocamelum quidem videre valet.
Si autem denuo-inungere eum properaverit, ne elephan-
verendum-est ne videat prope stantem. [tum quidem

118. CALLICTERIS.

Neque clystere-lavit Phidon me, neque tetigit; sed febri
memineram ejus nomen, et mortuus sum. [tentatus

119. EJUSDEM [NICARCHI].

Medicus vetulam utrum clystere eluerit, an strangularit,
nullus noscit : mira velocitas!
Strepitus erat clysteris in auribus, et coronabatur
loculus, ceteri autem fabam parabant.

20. EJUSDEM.

Corrigere curvum pollicitus Diodorum
Socles quadrupedales tres imposuit lapides
curvati solidos super spinam : sed oppressus
obiit, evasitque rectior regulâ.

121. EJUSDEM.

Chirurgicam-exercens mactavit Acestoriden Agelaus .
« Vivens enim claudicaturus, ait, erat miser. »

122. EJUSDEM.

Quinque medicus Alexis una clystere-lavit, quinque purga-
quinque invisit ægrotos, quinque inunxit rursus, [vit,
et omnibus una nox, unum remedium, unus loculorum-
unus tumulus, unus orcus, unus planctus fuit. [faber,

Octonis turrim viderat a stadiis.
A stadio vir notus ei, cubitisque coturnix
Bissex, a palmis lensque duobus erat.
Unctus ut est miser, a stadio non respicit urbem,
Sed neque distantem jugera bina Pharum.
Unus equum palmus cerni vetat : unde coturnix
Parebat, jam vix Afra videtur avis.
Ultra si Chryses foret a Capitone perunctus,
Se prope nec lucam cerneret ille bovem.

118. NICARCHI.

Me non attigerat Phidon neque laverat alvum :
In febre sed memini nomen, et hinc peril.

119. EJUSDEM.

Ægrotam medicus non certum est laverit, anne
Suffocarit anum : tam breve fecit opus.
Clysteris sentitur adhuc sonus; arca coronis
Cingitur; et tumulum sedula turba parat.

120. EJUSDEM.

Corrigat ut Socles Diodori in corpore gibbum,
Trina simul dorso saxa quadrata locat.
Ille gravi pressus posuit sub pondere vitam
Rectus ita, ut non sit regula recta magis.

121. EJUSDEM.

Occidit chirurgus Acestoriden Agelaus.
Nam, si vixisset, claudus iisset, ait.

122. EJUSDEM.

Lavit quinque alvo, totidem purgavit Alexis,
Quinque domi vidit, quinque perunxit item.
His nox una fuit medicina, arcarius unus,
Arcaque, Dis unus, næniaque et tumulus.

123. ΗΔΥΛΟΥ.

Ἄγις Ἀρισταγόρην οὔτ' ἔκλυσεν, οὔτ' ἔθιγ' αὐτοῦ·
ἀλλ' ὅσον εἰσῆλθεν, κῴχετ' Ἀρισταγόρης.
Ποῦ τοίην ἀκόνιτος ἔχει φύσιν; Ὦ σοροπηγοὶ,
Ἄγιν καὶ μίτραις βάλλετε καὶ στεφάνοις.

123. HEDYLI.

Agis Aristagoran neque clystere-lavit, nec tetigit eum;
sed tantum ingressus-est, et periit Aristagoras.
Ubinam talem aconitum habet vim? O loculorum-fabri,
Agin et mitris cumulate et coronis.

124. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

α. Ξεῖνε, τί μὰν πεύθῃ; β. Τίνες ἐν χθονὶ τοῖσδ' ὑπὸ [τύμβοις;
α. Οὓς γλυκεροῦ φέγγους Ζώπυρος ἐστέρισεν,
Δᾶμις, Ἀριστοτέλης, Δημήτριος, Ἀρκεσίλαος,
Σώστρατος, οἵ τ' ὀπίσω μέχρι Παραιτονίου.
Κηρύκιον γὰρ ἔχων ξύλινον, καὶ πλαστὰ πέδιλα,
ὡς Ἑρμῆς, κατάγει τοὺς θεραπευομένους.

124. NICARCHI.

a. Advena, quid vero quæris? *b*. Qui *sunt* in terra his [sub tumulis?
a. Quos dulci luce Zopyrus orbavit,
Damis, Aristoteles, Demetrius, Arcesilaus,
Sostratus, et posteri adusque Parætonium.
Virgam enim habens ligneam, et ficta talaria,
ut Mercurius, deducit in Orcum ægrotantes-quos-curat.

125. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἰητρὸς Κρατέας καὶ Δάμων ἐνταφιαστὴς
κοινὴν ἀλλήλοις θέντο συνωμοσίην.
Καί ῥ' ὁ μὲν οὓς κλέπτεσκεν ἀπ' ἐνταφίων τελαμῶνας
εἰς ἐπιδεσμεύειν πέμπε φίλῳ Κρατέᾳ·
τὸν δ' ἀπαμειβόμενος Κρατέας εἰς ἐνταφιάζειν
πέμπεν ὅλους αὐτῷ τοὺς θεραπευομένους.

125. ANONYMI.

Medicus Crateas et Damon vespillo
communem inter-se fecerunt conjurationem.
Atque hic quidem quas-furabatur e linteis-exsequialibus [fascias
ad ligandum mittebat amico Crateæ;
ei autem respondens Crateas ad sepeliendum
mittebat totos ei quos-curabat.

126. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐ μήλῃ, τριόδοντι δ' ἐνήλειψέν με Χαρῖνος,
σπόγγον ἔχων καινὸν τῶν γραφικῶν πινάκων·
τὴν μήλην δ' ἕλκων, ἐξέσπασε τὸ βλέφαρόν μου
ῥιζόθεν· ἡ μήλη δ' ἔνδον ἔμεινεν ὅλη.
Ἂν δὲ δὶς ἐγχρίσῃ με, πονῶν πάλιν οὐκ ἐνοχλήσω
ὀφθαλμοὺς αὐτῷ· πῶς γὰρ ὁ μηκέτ' ἔχων;

126. INCERTI.

Non specillo, sed tridente inunxit me Charinus,
spongiam habens novam scriptoriarum tabularum;
specillum autem trahens, evulsit oculum mihi
radicitus; specillum vero intus mansit totum.
Si vero bis inunxerit me, dolens rursus oculis non
ero-molestus ei: quomodo enim non-jam habens oculos?

127. ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ.

Εἰσὶ καὶ ἐν Μούσῃσιν Ἐρινύες, αἵ σε ποιοῦσιν
ποιητὴν, ἀνθ' ὧν πολλὰ γράφεις ἀκρίτως.
Τοίνυν, σοῦ δέομαι, γράφε πλείονα· μείζονα γάρ σοι
εὔξασθαι ταύτης οὐ δύναμαι μανίαν.

127. POLLIANI.

Sunt et in Musis Furiæ, quæ te faciunt
poetam, propterea quod multa scribis sine-judicio.
Igitur, te rogo, scribe plura; majorem enim tibi
optare hac non possum dementiam.

---

123. HEDYLI.

Proh nec Aristagoram tetigit nec proluit Agis;
Intravit, vitam liquit Aristagoras.
Quæ tam præsenti rapiunt aconita veneno?
Vos vespillones Agidi serta date.

124. NICARCHI.

Quæris in his tumulis condat quos terra, viator?
Funera quæ fecit Zopyrus, hic sita sunt:
Damis, Aristoteles, Demetrius, Arcesilaus,
Sostratus et soboles usque Parætonium.
Virgam namque regens, et habens talaria, terram
Ægros, Mercurii more, subire facit.

125. INCERTI.

Cum medico Cratea pollinctor Damo ligarunt
Inter se pacti relligione fidem.
Hic quas fasciolas tumulis rapiebat ab ipsis,
Has Crateæ, læsis vincla futura, dabat.
Qui referens Damoni vicem mittebat ad ipsum
Ægrotos, posset quos sepelire, suos.

126. INCERTI.

Non ligula me unxit, sed atroce tridente Charinus,
Cui vacua ex abaco spongia juncta fuit;
Dumque trahit ligulam, trahitur radicitus omnis
Palpebra, sed ferrum mansit in orbe mihi.
Unxerit ille iterum, non illi nostra laborem
Ægra dabunt posthac lumina: nam nec erunt.

127. POLLIANI.

Sunt inter Musas Furiæ quoque et inde poeta es:
Nam tua judicio carmina cuncta vacant.
Plurima te quæso scribas: vesania mentis
Optari major nam tibi nulla potest.

128. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὴ χαίρω, Φλῶρε, γενοίμην δάκτυλος ἢ πούς
 εἷς τῶν σῶν τούτων τῶν κατατεινομένων.
Χαίρω, νὴ τὸν κλῆρον, ὃν εὐκλήρησας ἐν ἄθλοις,
 ὡς περὶ χοιρείας τοῦ στεφάνου μερίδος.
Τοιγὰρ θάρσει, Φλῶρε, καὶ εὔθυμος πάλι γίνου·
 οὕτω νικῆσαι καὶ δόλιχον δύνασαι.

129. ΚΕΡΕΑΛΙΟΥ.

Ποιητὴς ἐλθὼν εἰς Ἴσθμια πρὸς τὸν ἀγῶνα,
 εὑρὼν ποιητὰς, εἶπε παρίσθμι' ἔχειν.
Μέλλει δ' ἐξορμᾶν εἰς Πύθια· κἂν πάλιν εὕρῃ,
 εἰπεῖν οὐ δύναται, « Καὶ παραπύθι' ἔχω ».

130. ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ.

Τοὺς κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας,
 μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ' ἐλέγοις προσέχω πλέον· οὐδὲν ἔχω γὰρ
 Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι Καλλιμάχου.
Θηρὶ μὲν οὐατόεντι γενοίμην, εἴ ποτε γράψω,
 εἴκελος, ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια.
Οἱ δ' οὕτως τὸν Ὅμηρον ἀναιδῶς λωποδυτοῦσιν,
 ὥστε γράφειν ἤδη μῆνιν ἄειδε, θεά.

131. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ, ὅτε πάντ' ἐγενήθη,
 οὔθ' ὁ καταπρήσας τοὺς ἐπὶ γῆς Φαέθων,
ἀνθρώπους ἔκτεινεν ὅσους Ποτάμων ὁ ποιητὴς,
 καὶ χειρουργήσας ὤλεσεν Ἑρμογένης.
Ὥστ' ἐξ αἰῶνος κακὰ τέσσαρα ταῦτ' ἐγενήθη,
 Δευκαλίων, Φαέθων, Ἑρμογένης, Ποτάμων.

132. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μισῶ, δέσποτα Καῖσαρ, ὅσοις νέος οὐδέποτ' οὐδεὶς

128. EJUSDEM.

Si non gaudeo, o Flore, fiam dactylus aut pes
 unus illorum tuorum qui *a te* torquentur. [taminibus,
Gaudeo, næ per sortem, quam fauste-sortitus-es in cer-
 sicut de porcellaria coronæ tuæ parte.
Igitur confide, o Flore, et bono-animo rursus sis :
 ita vincere etiam longo-cursu potes.

129. CEREALII.

Poeta ingressus Isthmios-ludos ad certamen,
 ut-invenit poetas, dixit se paristhmia (glandulas) habere.
Est autem profecturus ad Pythia; *ibi* si rursus invenerit
 dicere non potest: « Etiam parapythia habeo. » [*poetas*,

130. POLLIANI.

Cyclicos illos, qui « sed deinde » dicunt,
 odi, fures alienorum versuum.
Et ideo elegis animum-intendo magis : nihil possum enim
 Parthenii surripere, aut rursus Callimachi.
« Bestiæ quidem auritæ » fierem similis, si quando
 scripsissem, « e fluviis viridantia hirundinaria. »
Isti vero ita Homerum impudenter expilant,
 ut scribant jam « Iram cane dea ».

131. LUCILLII.

Neque sub Deucalione aqua, quum omnia *aqua* facta sunt,
 neque comburens incolas terræ Phaethon
homines interfecit *tot*, quot Potamon poeta
 et chirurgicam-exercens interemit Hermogenes.
Ita ex ævo mala quattuor hæc nata sunt:
 Deucalion, Phaethon, Hermogenes, Potamon.

132. EJUSDEM.

Odi, domine Cæsar, illos-quibus novus nunquam ullus

---

128. EJUSDEM.

Ipse ego pes unus fiam vel dactylus horum,
 In longum quos tu tendere Flore, soles :
Ni tibi de tali certamine gratulor, etsi
 Contigerit meritis nulla corona tuis.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
 Sic age : sic poteris vincere vel Dolichum.

129. [LUCIANI.]

Isthmia conspexit, sed habere paristhmia dixit,
 Quando alios illic esse poeta videt.
Numquid et hic sese parapythia dicet habere,
 Si vates alios Pythia sacra dabunt ?

130. POLLIANI.

Hos epicos odi, qui dicunt *infit* et *olli*,
 Furari nunquam quos aliena pudet.
Plus elegos laudo, neque enim subducere possim
 Nasonis numeros, sive, Tibulle, tuos.
Quin pecus auritum dicar, si forsitan ausim
 Scribere, *dividua colla tegente coma.*
Illi Virgilium tam deprædantur aperte,
 Ut sint qui scribant, *Arma virumque cano.*

131. LUCILLII.

Non Phaethon, ussit qui flammis omnia, non quæ
 Omnia merserunt Deucalionis aquæ,
Tot rapuere viros, Potamo quot voce poeta,
 Aut medicante manu perdidit Hermogenes.
Hactenus a primo sic sunt mala quattuor ævo,
 Deucalion, Phaethon, Hermogenes, Potamo.

132. EJUSDEM.

Non fero qui juvenes quales libet, optime Cæsar,

ἤρεσε, κἂν εἴπῃ, « μῆνιν ἄειδε θεά »,
ἀλλ' ἢν μὴ Πριάμου τις ἔχῃ χρόνον ἡμιφάλακρος,
ἢ καὶ κυρτὸς ἄγαν, οὐ δύνατ' ἄλφα γράφειν.
Εἰ δ' ὄντως οὕτως τοῦτ' ἔστ' ἔχον, ὦ ὕπατε Ζεῦ,
εἰς τοὺς κηλήτας ἔρχεται ἡ σοφία.

133. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τέθνηκ' Εὐτυχίδης ὁ μελογράφος. Οἱ κατὰ γαῖαν
φεύγετ'· ἔχων ᾠδὰς ἔρχεται Εὐτυχίδης·
καὶ κιθάρας αὐτῷ διετάξατο συγκατακαῦσαι
δώδεκα, καὶ κίστας εἰκοσιπέντε νόμων.
Νῦν ὑμῖν ὁ Χάρων ἐπελήλυθε· ποῦ τις ἀπέλθῃ
λοιπὸν, ἐπεὶ χᾅδην Εὐτυχίδης κατέχει;

134. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρχόμεθ', Ἡλιόδωρε· ποιήματα παίζομεν οὕτω
ταῦτα πρὸς ἀλλήλους. Ἡλιόδωρε, θέλεις;
Ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου ... καὶ γάρ ἔμ' ὄψει
μακροφλυαρητὴν Ἡλιοδωρότερον.

135. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηκέτι, μηκέτι, Μάρκε, τὸ παιδίον, ἀλλ' ἐμὲ κόπτου
τὸν πολὺ τοῦ παρὰ σοὶ νεκρότερον τεκνίου.
Εἰς ἐμὲ νῦν ἐλέγους ποίει πάλιν, εἰς ἐμὲ θρήνους,
δήμιε, τὸν στιχίνῳ σφαζόμενον θανάτῳ.
Τοῦ σοῦ γὰρ πάσχω νεκροῦ χάριν, οἷα πάθοιεν
οἱ καταδείξαντες βιβλία καὶ καλάμους.

136. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐχ οὕτω κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
ἄνθρωποι, διὰ τὰς ἐξαπίνης ἐνέδρας,
οἷον ἀκήρυκτον, Καλλίστρατε, καὶ σὺ προσελθὼν
ποιεῖς μοι φονικῶν ἑξαμέτρων πόλεμον.
Σάλπιγξον ταχέως ἀνακλητικόν· εἰς ἀνοχὰς γὰρ
καὶ Πρίαμος κλαύσας ἠπιόων ἔτυχεν.

placet, etiamsi dicat « Iram cane dea »;
sed nisi Priami quispiam habeat annos semicalvus,
aut etiam curvus valde *sit*, non potest alpha scribere.
Si autem revera sic se res habet, o summe Juppiter,
in herniosos-senes vadit sophia.

133. EJUSDEM.

Obiit Eutychides, melicorum-carminum-scriptor. Inferorum incolæ,
fugite: habens odas venit Eutychides;
et citharas sibi præcepit una comburere
duodecim, et cistas quinque-et-viginti modorum.
Nunc *demum* vos Charon corripit: quo quis evadat
deinceps, quum et inferos Eutychides obtineat?

134. EJUSDEM.

Incipimus, Heliodore; poemata ludimus sic
illa inter nos. Heliodore, visne?
Propius accede, ut citius leti *terminum attingas:* etenim me videbis
prolixum-nugatorem *te-ipso* Heliodoriorem.

135. EJUSDEM.

Non jam, non jam, Marce, puerulum, sed me plange,
multo magis *illo* apud te mortuum filiolo.
In me nunc elegos fac rursus, in me threnos,
o carnifex, versiculari mactatum leto.
Tui enim patior mortui causa, qualia utinam-patiantur
qui-monstrarunt libellos et calamos.

136. EJUSDEM.

Non ita maleficum procuderunt ensem
homines, propter subitas insidias,
quale sine-induciis, Callistrate, et tu adortus
facis mihi funestorum hexametrorum bellum.
Cane cito receptui: in inducias enim
et Priamus lacrimatus mites *hostes* est-nactus.

Despiciunt, quamvis Arma Virumque canant:
Qui, nisi quis calvus Priamique evectus ad annos
Curvus it, Alpha probe scribere posse negant.
Si verum memorant, o maxime rector, habetque
Res ita, jam doctos hernia sola facit.

133. EJUSDEM.

Occidit Eutychides lyricus: fugite ocyus umbræ.
Jam veniens modulos adferet Eutychides.
Odarum cistas viginti quinque lyrasque
Bissex imponi jussit in igne suo.
En novus ille Charon: ah quem sperare receptum
Jam datur, Eutychide Ditis habente loca?

134. EJUSDEM.

Incipimus, si vis alterno ludere versu,
Et mihi quod tu vis, Heliodore, lubet.
I citus ut citius pereas. Nam te magis ipso
Nugirepertor, id est, Heliodorus ero.

135. EJUSDEM.

Ne puero da, Marce, tuo, sed da mihi planctus,
Ut qui sim puero mortuus ipse magis.
In me nunc elegos lamentaque tristia funde,
Versibus occisum quippe, cruente, tuis;
Namque tuo patior pro funere talia, ferrent
Qualia qui calamos scriptaque tota vorant.

136. EJUSDEM.

Non quæ funestum fecit fabricarier ensem
Latronum usque adeo vis inopina fuit,
Quam tu non misso, Callistrate, patre patrato
Infers hexametro carmine bella mihi.
Jam si quid miserere, canant tua signa receptum:
Obtinuit bellis otia flens Priamus.

137. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὠμοβοείου μοι παραθεὶς τόμον, Ἡλιόδωρε,
  καὶ τρία μοι κεράσας ὠμοβοειότερα,
εὐθὺ κατακλύζεις ἐπιγράμμασιν. Εἰ δ' ἀσεβήσας
  βεβρώκειν τινὰ βοῦν τῶν ἀπὸ Τρινακρίας,
βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανεῖν... εἰ δ' ἐστὶ τὸ κῦμα
  ἔνθε μακρὰν, ἄρας εἰς τὸ φρέαρ με βάλε.

138. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἂν τοῦ γραμματικοῦ μνησθῶ μόνον Ἡλιοδώρου,
  εὐθὺ σολοικίζον τὸ στόμα μου δέδεται.

139. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γραμματικὸν Ζηνωνὶς ἔχει πώγωνα Μένανδρον,
  τὸν δ' υἱὸν τούτῳ φησὶ συνεσταχέναι.
Τὰς νύκτας δ' αὐτῇ μελετῶν οὐ παύεται οὗτος
  πτώσεις, συνδέσμους, σχήματα, συζυγίας.

140. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τούτοις τοῖς παρὰ δεῖπνον ἀοιδομάχοις λογολέσχαις,
  τοῖς ἀπ' Ἀριστάρχου γραμματολικριφίσιν,
οἷς οὐ σκῶμμα λέγειν, οὐ πεὶν φίλον, ἀλλ' ἀνάκεινται
  νηπυτιευόμενοι Νέστορι καὶ Πριάμῳ,
μή με βάλῃς κατὰ λέξιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι.
  Σήμερον οὐ δειπνῶ μῆνιν ἄειδε θεά.

141. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολώλεκα, καὶ μίαν αἶγα,
  ὧν χάριν εἴληφας μισθάριον, Μενέκλεις·
οὔτε δέ μοι κοινόν τι πρὸς Ὀθρυάδαν γεγένηται,
  οὔτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν·
ἀλλὰ πρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν· ὥστε τί ποιεῖ
  ἐνθάδε μοι Ξέρξης καὶ Λακεδαιμόνιοι;
πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάριν, ἢ μέγα κράξω·
  « Ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. »

137. EJUSDEM.

Crudæ-bovinæ carnis mihi apponens frustum, Heliodore,
  et tria mihi miscens *pocula* bovinâ-crudâ-crudiora,
statim inundas *me* epigrammatibus. At si impio-facinore
  manducavi unum bovem eorum ex Trinacria,
volo semel ad fluctum hiare *et mori;* si autem est fluctus
  hinc procul, sublatum in puteum me conjice

138. EJUSDEM.

Quando grammatici memini modo Heliodori,
  statim solœcissans os meum alligatum-est.

139. EJUSDEM.

Grammaticum Zenonis alit barbatum Menandrum,
  filiumque huic se dicit tradidisse.
At noctes omnes ipsam docere non cessat hic
  casus, conjunctiones, figuras, conjugationes.

140. EJUSDEM.

His in cœna versuum-ope-confligentibus nugatoribus,
  his ab Aristarcho scripta-obliquantibus, [cumbunt
quibus neque jocum dicere neque potare placet, sed dis-
  infantium-instar-nugantes cum Nestore et Priamo,
ne me objicias ut ad literam spolium et præda fiam.
  Hodie non cœno « Iram cane, dea ».

141. EJUSDEM.

Porcellum et bovem amisi, et unam capram,
  quorum gratia accepisti mercedulam, o Menecles,
neque vero mihi commune quidquam cum Othryada fuit,
  neque abduco *ut meos* fures illos a Thermopylis;
sed adversus Eutychiden causam dicimus : quare quid facit
  hic mihi Xerxes et Lacedæmonii?
certe mei quoque memento dicis causa, aut magna-voce
  « Alia dicit Menecles, alia porcellus. » [clamabo :

---

137. EJUSDEM.

Das mihi fragmentum crudæ bovis, Heliodore,
  Et tria propinas pocula cruda magis :
Mox epigrammatibus miserum me mergis; an edi,
  Quos aluit Soli Trinacris ora, boves?
Si sic est, vada salsa bibam semel : aut procul hinc est
  Si mare, me miserans injice vel puteo.

138. EJUSDEM.

Grammatici tantum si sim memor Heliodori,
  Nostra solœcismum lingua repente facit.

139. EJUSDEM.

Grammaticus barba vincit Zenona Menander :
  Creditus huic abs te natus, amice, tuus.
Nunc illum instituit noctu quoque, copula quid sit,
  Conjugat, et casus schemataque apta facit.

140. EJUSDEM.

Vos quibus in cœna nugæ, de carmine lites,
  Et tot Aristarchi curva reperta placent,
Non joca, non illud saltem, bibe; Nestora tantum
  Ut pueri semper dicitis et Priamum :
Non rogo, me glossis prædam facite atque rapinam;
  Iram Diva refer, non ea cœna mea est.

141. EJUSDEM.

Deperiere mihi bos, sucula, deinde capella :
  Conduxi super his dicere te, Menecles.
Non ad Thermopylas qui pugnavere Laconas
  Accuso, furti nec reus Othryades.
In jus Eutychidem scis me duxisse; quid ergo
  Hic mihi cum Xerxe vel Lacedæmoniis?
De me dic aliquid : lex imperat : aut ego, Non hoc,
  Clamabo, dicit sucula, quod Menecles.

142. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

« Πολλοῦ δεῖ » καὶ « σφίν » καὶ τρὶς παρ' ἕκαστα « δικασταὶ
ἄνδρες », καὶ « λέγε δὴ τὸν νόμον ἐνθάδε μοι »,
καὶ « ταυτί » καὶ « μῶν » καὶ « τετταράκοντα » καὶ « ἄττα »
σκεψάμενος, καί τοι « νὴ Δία », καὶ « μὰ Δία »,
ῥήτωρ ἐστὶ Κρίτων, καὶ παιδία πολλὰ διδάσκει·
προσθήσει δ' αὐτοῖς « γρῦ, φαθὶ » καὶ « μίν » ἔτι.

142. EJUSDEM.

« Multum abest », et « ollis », et tertio quoque verbo « judices
viri », et « recita jam legem hic mihi »,
et « hæcce », et « num », et « quadraginta », et « quædam »
meditatus, et sane « per Jovem », et « non-per Jovem »,
rhetor est Crito, et puerulos multos docet;
adjiciet vero istis « hilum, dic » et « eum » etiam.

143. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ δέχεται Μάρκον τὸν ῥήτορα νεκρὸν ὁ Πλούτων,
εἰπὼν, « Ἀρκείτω Κέρβερος ὧδε κύων.
« Εἰ δ' ἐθέλεις πάντως, Ἰξίονι καὶ Μελίτωνι
« τῷ μελοποιητῇ, καὶ Τιτυῷ μελέτα.
« Οὐδὲν γὰρ σοῦ χεῖρον ἔχω κακὸν, ἄχρις ἂν ἐλθὼν
« ὧδε σολοικίζῃ Ῥοῦφος ὁ γραμματικός. »

143. EJUSDEM.

Non admittit Marcum rhetorem mortuum Pluto,
dicens : « Sit-satis Cerberus hic canis.
Si autem vis omnino *intrare*, Ixioni et Melitoni
melico-poetæ et Tityo declama.
Nullum enim te pejus habeo malum, donec ingressus
hic solœcissabit Rufus grammaticus. »

144. ΚΕΡΕΑΛΙΟΥ.

Οὐ τὸ λέγειν παράσημα καὶ Ἀττικὰ ῥήματα πέντε,
εὐζήλως ἐστὶν καὶ φρονίμως μελετᾶν·
οὐδὲ γὰρ εἰ « κάρκαιρε », καὶ εἰ « κοναβεῖ » τό τε « σίζει »
καὶ « κελάρυζε » λέγεις, εὐθὺς Ὅμηρος ἔσῃ.
Νοῦν ὑποκεῖσθαι δεῖ τοῖς γράμμασι, καὶ φράσιν αὐτῶν
εἶναι κοινοτέραν, ὥστε νοεῖν ἃ λέγεις.

144. CEREALII.

Non, dicere insignia et Attica verba quinque,
est felici-imitatione et sana-mente declamare;
non enim si κάρκαιρε, et si κοναβεῖ et σίζει,
et κελάρυζε, dicis, statim Homerus eris.
Mentem subesse oportet litteris, et compositionem earum
esse usitatiorem, ut intelligantur quæ dicis.

145. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰκὼν ἡ Σέξστου μελετᾷ, Σέξστος δὲ σιωπᾷ.
Εἰκὼν ἦν ῥήτωρ, ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.

145. INCERTI.

Imago Sexti declamat, Sextus vero tacet.
Imago est rhetor; rhetor vero imaginis imago.

146. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Ἑπτὰ σολοικισμοὺς Φλάκκῳ τῷ ῥήτορι δῶρον
πέμψας, ἀντέλαβον πεντάκι διακοσίους·
καὶ « νῦν μὲν » φησὶν « τούτους ἀριθμῷ σοι ἔπεμψα,
τοῦ λοιποῦ δὲ μέτρῳ, πρὸς Κύπρον ἐρχόμενος ».

146. AMMIANI.

Septem solœcismos Flacco rhetori donum
postquam-misi, vicissim accepi quinquies ducentos:
et « Nunc quidem » ait « hos numero tibi misi,
deinceps autem modio, ad Cyprum ubi-veniam ».

147. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ῥήτωρ ἐξαπίνης Ἀσιατικός· οὐδὲν ἄπιστον·

147. EJUSDEM.

Rhetor repente *factus-est* Asiaticus. Non *est* incredibile :

---

142. EJUSDEM.

Oppido et Ærumnas et ad omnia sensa Quirites,
Nec minus Esse comes cui videatur adest,
Exantlavisset, Proles, Reor, Autumo, Quæso,
Cum didicisset, ad hæc Medius et Fidius,
Ecce Crito pueros docet, et se rhetora dicit;
Hic cras adjiciet Pol puto, mox Edepol.

143. EJUSDEM.

Hospitio Pluton admittere rhetora Marcum
Non voluit; Satis est Cerberus unus, ait.
Aut age, si perstas, Ixion præbeat aures,
Et Tityus lyrico cum Melitone tibi.
Nam te nil habeo pejus, dum lingua venire
Differet huc Rufi barbara Grammatici.

144. CEREALII.

Itala protuleris si quinque recondita verba,
Non ideo prudens atque disertus eris :
Nec Maro continuo fiet qui dicat *aquai*,
Et *cujum*, *quianam*, *forsit*, et *indigetes*.
Mentem præcipue poscit sibi pagina, verba
Talia, quæ possint absque labore capi.

145. INCERTI.

Ipse tacet Sextus : Sexti declamat imago,
Hæc Rhetor : sed Rhetor imaginis hujus imago est.

146. AMMIANI.

Pro septem Flaccus rhetor mihi quinque ducentos
Ipse solœcismos reddit, aitque, Parum est :
Hos tibi nunc numero, sed postquam venero Cyprum,
Tunc admensa tibi talia plura dabo.

147. EJUSDEM.

Quid non credibile est? Asiaticus ecce repente

καὶ τοῦτ' ἐν Θήβαις νῦν γέγονεν τὸ τέρας.

hoc quoque Thebis nunc evenit prodigium.

148. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Μηδὲ λαλῶν πρῴην ἐσολοίκισε Φλάκκος ὁ ῥήτωρ,
καὶ μέλλων χαίνειν, εὐθὺς ἐβαρβάρισεν,
καὶ τῇ χειρὶ τὰ λοιπὰ σολοικίζει διανεύων.
Κἀγὼ δ' αὐτὸν ἰδὼν — τὸ στόμα μου δέδεται.

148. LUCILLII.

Ne loquens quidem nuper solœcissavit Flaccus rhetor,
et jamjam os-aperturus statim barbarismum fecit.
et manu cetera solœcissat nutum-faciens.
Ego vero illum videns-os meum ligatur.

149. ΑΔΗΛΟΝ.

Αὐτὸν ὁρῶ σέ, Μέδον, τὸν ῥήτορα. Φεῦ, τί τὸ θαῦμα;
στειλάμενος σιγᾷς· οὐδὲν ὁμοιότερον.

149. INCERTI.

Omne latus, Diophante, truces maris accipit undas,
Seque fenestellis inserit Oceanus;
Delphinumque cohors et cærula Nereïdum gens
Cernitur in transtris tota natare tuis.
Restat ut in nobis aliquis, si nave manemus,
Naviget : in pelago namque aqua nulla super.

246. EJUSDEM.

Ex qua sumta tibi sunt hæc, Dionysie, rupe
Ligna, vel excisa est qua ratis ista mola?
Non abiegna puto nec quercea; plumbea tota est.
Infera radices pars cito quippe jacit.
Credo lapis fiam mox, et quod tristius, in me
Drama malum Melito scribet ut in Nioben.

247. EJUSDEM.

In mare jam ferimur, Dionysie, nec satis hoc est,
Quippe in nave tua verius omne mare est,
Adria, Tyrrhenum, fluctusque Aegæus, et Ister;
Nec ratis est, sed fons ligneus Oceani.
Cæsar ades jamque arma para. Dionysius audet
Non navi sed jam ponere jura mari.

248. BIANORIS.

Non rapuit navem mare (nam neque viderat undas),
Nec notus; ante notum sed perit atque mare.
Compactum validis nam transtra per omnia clavis
Unxerat e picea qui fluit alter adeps.
Concita pix flammis ostendit, quam neque terris
Tuta sit, illa satis tuta putata mari.

249. LUCILLII.

Menophani fuit emptus ager fame plenus : ob illam
Arbore suspendit se, neque vero sua.

Γῆν δ' αὐτῷ τεθνεῶτι βαλεῖν οὐκ ἔσχον ἄνωθεν,
  ἀλλ' ἐτάφη μισθοῦ πρός τινα τῶν ὁμόρων.
Εἰ δ' ἔγνω τὸν ἀγρὸν τὸν Μηνοφάνους Ἐπίκουρος,
  πάντα γέμειν ἀγρῶν εἶπεν ἄν, οὐκ ἀτόμων.

250. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν παχὺν εὖ ἔγραψ' ὁ ζωγράφος· ἀλλ' ἀπόλοιτο,
  εἰ δύο μισητοὺς ἀνθ' ἑνὸς ὀψόμεθα.

251. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο· καὶ πολὺ μᾶλλον
  ἦν ὁ κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος.
Ὧν ὁ μὲν ἀντέλεγεν τὸ ἐνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν
  μηνῶν πένθ'· ὁ δ' ἔφη νυκτὸς ἀληλεκέναι.
Ἐμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς λέγει, « Ἐς τί μάχεσθε;
  « μήτηρ ἔσθ' ὑμῶν· ἀμφότεροι τρέφετε. »

252. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴ με φιλεῖς, μισεῖς με· καὶ εἰ μισεῖς, σὺ φιλεῖς με·
  εἰ δέ με μὴ μισεῖς, φίλτατε, μή με φίλει.

253. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Ἐκ ποίων ὁ πατήρ σε δρυῶν τέτμηκεν, Ἀρίστων,
  ἢ ποίων σε μύλου κόψατο λατομιῶν;
Ἦ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου ἢ ἀπὸ πέτρης
  ὀρχηστής, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον·
ὥστε με θαυμάζοντα λέγειν, ὅτι « Καὶ σύ τι Λητοῖ
  « ἤρισας· οὐ γὰρ ἂν ἦς αὐτομάτως λίθινος ».

254. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
  τῶν ἔργων παριδὼν ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης,
  καὶ πάλιν ὢν Καπανεύς, ἐξαπίνης ἔπεσες·
ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι
  καὶ ζῶν ἐξῆλθες· τοῦτο παρ' ἱστορίην.

Terram autem ei mortuo injicere non potuerunt superne,
  sed sepultus-est pretio ad quendam finitimorum.
Si autem cognovisset agrum Menophanis Epicurus,
  cuncta plena-esse agris dixisset, non atomis.

250. ANONYMI.

Obesum bene delineavit pictor : sed pereat,
  si duos invisos (*insatiabiles*) pro uno spectabimus.

251. NICARCHI.

A surdo surdus in-judicium-vocabatur; et multo magis
  erat judex illis duobus surdior.
Quorum unus contendebat mansionis mercedem illum [debere
  mensium quinque : alter vero dicebat *se* nocte moluisse.
Acriter-inspiciens illis judex dicit : « Quid litigatis?
  « mater est vestra, ambo nutrite. »

252. EJUSDEM.

Si me amas (*oscularis*), odisti me; si odisti, tu amas me.
  At si me non odisti, carissime, ne me ama (*osc.*).

253. LUCILLII.

E quibus pater te quercubus secuit, Ariston,
  aut e quibus te molæ excidit lapicidinis?
Profecto enim a quercu es antiqua aut a petra
  saltator, Niobæ spirans exemplar :
ita-ut miratus dicam : « Etiam tu nonnihil cum Latona
  contendisti : non enim esses sponte-tua lapideus. »

254. EJUSDEM.

Omnia juxta historiam saltans, unum maximum
  operum negligens displicuisti valde.
Nioben enim saltans, ut petra stetisti,
  et rursus quum-esses Capaneus, repente cecidisti :
sed in Canace inepte *fecisti*, quod et gladius erat tibi,
  et vivus exiisti : hoc præter historiam

Sed nec erat, misero faceret quæ terra sepulchrum :
  Conducta est juxta qua tegeretur humus.
Talis ager si res Epicuro nota fuisset,
  Implevisset agris omnia, non atomis.

250. INCERTI.

Hunc pinguem pictor posuit bene : sed male vortat,
  Cernere erit pestes, quæ fuit una, duas.

251. NICARCHI.

Lis erat inter se surdis sub judice surdo :
  Actor se memorat tecta locasse sua,
Mercedemque petit menses in quinque; sed omnem
  Respondet noctem se moluisse reus.
At judex, Facilis sententia, dixit : alenda
  Est vobis pariter, cum sit utrique, parens.

252. EJUSDEM.

Insuavis tibi sum, si das mihi suavia, suavis
  Si tibi sum, quæso, suavia parce dare.

253. LUCILLII.

Qua pater e quercu te, quæso, dolavit, Ariston,
  Aut sumtum de qua te scidit ille mola?
Arbore namque venis satus aut e rupe vetusta
  Saltator : Nioben tam bene quippe refers.
Quid tibi Latonæ libuit certare, rogamus;
  Nam casu factus non potes esse lapis.

254. EJUSDEM.

Historias gestu bene qui simulare solebas,
  Unum, miramur, sed grave crimen habes.
Saltabas Nioben, stabas ut saxeus : idem
  Es collapsus, agis dum Capanea ducem.
Sed male processit Canace; tibi cum foret ensis,
  Vivis adhuc. Hoc non convenit historiæ.

255. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμὸς,
ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην.

256. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Λούεσθαί σε λέγουσι πολὺν χρόνον, Ἡλιοδώρα,
γραῖαν ἐτῶν ἑκατὸν μὴ καταλυομένην.
Πλὴν ἔγνωκα τίνος ποιεῖς χάριν· ὡς ὁ παλαιὸς
ἐλπίζεις Πελίας ἑψομένη νεάσαι.

257. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις
οὐκέτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

258. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ Πίσης μεδέοντι τὸ κρανίον Αὖλος ὁ πύκτης,
ἓν καθ' ἓν ἀθροίσας ὀστέον, ἀντίθεται.
Σωθεὶς δ' ἐκ Νεμέας, Ζεῦ δέσποτα, σοὶ τάχα θήσει
καὶ τοὺς ἀστραγάλους τοὺς ἔτι λειπομένους.

259. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θεσσαλὸν ἵππον ἔχεις, Ἐρασίστρατε, ἀλλὰ σαλεῦσαι
οὐ δύνατ' αὐτὸν ὅλης φάρμακα Θεσσαλίης,
ὄντως δούριον ἵππον, ὃν εἰ Φρύγες εἷλκον ἅπαντες
σὺν Δαναοῖς, Σκαιὰς οὐκ ἂν ἐσῆλθε πύλας·
ὃν στήσας ἀνάθημα θεοῦ τινος, εἰ προσέχεις μοι,
τὰς κριθὰς ποίει τοῖς τεκνίοις πτισάνην.

260. ΑΔΗΛΟΝ.

Τοῦτο τὸ « βουλεύειν » εἶχες πάλαι; ἀλλὰ τὸ Βῆτα
οὐκ ἐπιγινώσκω· Δέλτα γὰρ ἐγράφετο.

261. ΑΔΗΛΟΝ.

Υἱὸς Πατρικίου μάλα κόσμιος, ὃς διὰ Κύπριν
οὐχ ὁσίην ἑτάρους πάντας ἀποστρέφεται.

255. PALLADÆ.

Daphen et Nioben saltavit Memphis simus,
ut ligneus Daphnen, ut lapideus Nioben.

256. LUCILLII.

Lavare te dicunt *per* multum tempus, Heliodora,
anum annorum centum non desinentem.
Attamen scio cujus gratia agas : ut ille antiquus
Pelias speras cocta juvenescere.

257. EJUSDEM.

Hermogenem medicum conspicatus Diophantus in somnis
non-jam experrectus-est, vel amuletum gerens.

258. EJUSDEM.

Pisæ gubernatori *Jovi* cranium Aulus pugil,
singula unum ad unum ut-collegit ossa, offert.
Servatus vero e Nemea, Jupiter domine, tibi forte ponet
etiam talos adhuc relictos.

259. EJUSDEM.

Thessalum equum habes, Erasistrate, sed agitare
non possunt eum totius venena Thessaliæ,
revera durium (*ligneum*) equum, quem si Phryges traxissent cuncti
cum Danais, Scæas non subiisset portas;
quem statuens donarium dei cujusdam, si credis mihi,
hordea para tuis puerulis in-ptisanam.

260. INCERTI.

Hoc *Bouleuein* habebas (*senator eras*) olim? sed B
non agnosco : D enim scribebatur (*doul.*, servire.)

261. INCERTI.

Filius Patricii valde decens, qui ob venerem
non puram sodales cunctos aversatur.

---

255. PALLADÆ.

Daphnen et Nioben Memphis simunculus egit;
Ligneus in Daphne, saxeus in Niobe.

256. LUCILLII.

Cum tibi jam currat centesima bruma, lavari
Te rumor tamen est, Heliodora, diu.
Jam quid agas video . calidis juvenescere lymphis
Speras. Eveniet credo, sed ut Peliæ.

257. EJUSDEM.

Amuleta ferens moritur Diophantus. At unde?
In somnis medicum viderat Hermogenem.

258. EJUSDEM.

Hanc testam de se collectis ossibus Aulus
Dat pugil Elæo dona sacrata Jovi.
Fac redeat Nemea sospes, rex magne Deorum,
Quod superest, talos jam tibi dona dabit.

259. EJUSDEM.

Est, Erasistrate, equus tibi Thessalus : hunc tamen ipsum
Omnia non moveant gramina Thessaliæ.
Ligneus hic equus est, qui Scææ limina nunquam
Transeat a Phrygibus tractus et a Danais.
Hunc alicui Divûm fer donum, suadeo, quæque
Ille ederet, pueris hordea cocta dato.

260. INCERTI.

Pastorem populi scribi te præcipis : illud
A non agnosco : sed fac I quod fuerat.

261. INCERTI.

Patricii natus sapiens aversus amicis
Omnibus est, urit quos scelerata Venus.

262. ΑΔΗΛΟΝ.

Αἰθερίην διὰ νύκτα νέοι κατάγουσι Σελήνην
ἠίθεοι Φαρίης ἄνδιχα τεμνομένην.

263. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Παύλῳ κωμῳδῷ κατ' ὄναρ στὰς εἶπε Μένανδρος·
« Οὐδὲν ἐγὼ κατὰ σοῦ, καὶ σὺ κακῶς με λέγεις. »

264. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἕρμων
ἐκ περιωδυνίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

265. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀττελάβους ἄγεται στρατὸς, ἢ κυνομυίας,
ἢ μύας, ἢ ψυλλῶν ἱππικὸν ἢ βατράχων,
Γάϊε, καὶ σὺ φοβοῦ μὴ καὶ σέ τις ἐγκαταλέξῃ,
ὡς ἂν τῆς τούτων ἄξιον ὄντα μάχης.
Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται στρατὸς, ἄλλο τι παῖζε·
Ῥωμαίοις δ' οὐδεὶς πρὸς γεράνους πόλεμος.

266. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενίς· εἰ γὰρ ἀληθὲς
ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

267. ΑΔΗΛΟΝ.

Κερκίδος οὐ χρήζεις ὁ λογιστικὸς, οὐδὲ μέλει σοι·
καὶ γὰρ ἀβασκάντως ῥῖνα τρίπηχυν ἔχεις.

268. ΑΛΛΟ.

Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν·
τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην·
οὐδὲ λέγει Ζεῦ σῶσον ἐὰν πταρῇ· οὐ γὰρ ἀκούει
τῆς ῥινός· πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει.

269. ΑΔΗΛΟΝ.

εἰς ναὸν τοῦ Ἡρακλέους γενόμενον τοῦ ἁγίου Λουκίου.

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
οὐκ εἰμὶ Λούκιος, ἀλλ' ἀναγκάζουσί με.

262. INCERTI.

Æthercam per noctem teneri deducunt Selenen
juvenes Phariæ (*Alexandriæ*) bifariam quæ-dividitur

263. PALLADÆ.

Paulo comœdo per somnium adstans dixit Menander :
« Nil ego mali in te, et tu male me dicis. »

264. LUCILLII.

Postquam-fecit sumptum in somnis avarus Hermon,
præ nimio-dolore se-ipsum strangulavit.

265. EJUSDEM.

Si contra brucos ducatur exercitus, aut caninas muscas,
aut mures, aut pulicum equitatum, aut ranarum,
Gai, et tu time ne et te quispiam sacramento-adigat,
tanquam illorum dignum pugna. [piam. nugare :
Si vero fortium virorum ducatur exercitus, aliud quid-
Romanis vero nullum adversus grues est certamen.

266. EJUSDEM.

Mendax speculum habet Demosthenis : si enim verax
inspiceret, nullo modo vellet illud inspicere.

267. INCERTI.

Virga non eges supputator, nec curæ-est tibi :
etenim, nec invideo, nasum tricubitalem habes.

268. ALIUD.

Non potest manu Proclus nasum emungere,
naso enim habet manum minorem.
Neque dicit « Jupiter serva », si sternutavit : non enim
nasum : multum enim ab-auribus abest. [audit

269. INCERTI.

In templum Herculis quod fiebat S. Lucii.

Jovis filius pulchre-victor Hercules
non sum Lucius, sed cogunt me *esse*.

---

263. PALLADÆ.

Comœdo visus Paulo de nocte Menander :
Cur me, ait, infamas, qui tibi nil nocui?

264. LUCILLII.

In somnis aliquid sumtus quia fecerat Hermon,
Suspendit sese mœstus avaritia.

265. EJUSDEM.

Si bruchus, si rana loquax, si musca canina,
Si mus, si pulex hostis habendus erit,
Dilector ne te rapiat circumspice, Caï :
Talia nam manibus prælia digna tuis.
Sin virtus spectanda virûm, res hæc nihil ad te:
Romanus contra non movet arma grues.

266. EJUSDEM.

Mendaci speculo Demosthenis utitur; esset
Si verax, speculum nec procul aspiceret.

267. INCERTI.

Non opus est radio, mensor, tibi : quærere noli :
Tres cubitos nasus qui patet, is satis est.

268. AMMIANI.

Mungendo Procli manus est nec idonea naso :
Quid mirum? naso nam minor ipsa manus.
Nec sibi sternutans, Sit, ait, bene : quippe nec audit
Nasum, qui tantum distat ab auriculis.

270. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Ἀναστασίου βασιλέως ἐν τῷ Εὐρίπῳ.

Εἰκόνα σοι, βασιλεῦ κοσμοφθόρε, τήνδε σιδήρου
ἄνθεσαν, ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην,
ἀντὶ φόνου, πενίης τ' ὀλοῆς, λιμοῦ τε, καὶ ὀργῆς,
οἷς πάντα φθείρεις ἐκ φιλοχρημοσύνης.

270. INCERTI.

In imaginem Anastasii regis in Euripo.

Imaginem tibi, rex mundi-perditor, hanc ferream
erexerunt, ut ære multo viliorem,
ob cædem, paupertatemque funestam, famemque, et [iram,
quibus cuncta pessumdas præ avaritia.

271. ΑΛΛΟ.

Ἐγγύθι τῆς Σκύλλης χαλεπὴν στήσαντο Χάρυβδιν,
ἄγριον ὠμηστὴν τοῦτον Ἀναστάσιον.
Δείδιθι καὶ σὺ, Σκύλλα, τεαῖς φρεσὶ, μὴ σὲ καὶ αὐτὴν
βρώξῃ, χαλκείην δαίμονα κερματίσας.

271. ALIUD.

Prope Scyllam difficilem posuerunt Charybdim,
sævum crudivorum hunc Anastasium.
Time et tu, Scylla, tuo animo, ne te et ipsam
voret, æream deam in-nummulos-convertens

272. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς κιναίδους.

Ἀνέρας ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες·
οὔτ' ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ πάθον ἔργα γυναικῶν·
οὔτε γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν.
Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.

272. INCERTI.

In cinædos.

Viros renunciarunt, et non evaserunt feminæ;
neque viri nati-sunt, quum patiantur opera feminarum;
neque feminæ sunt, quum naturam sortiti-sint virorum.
Viri sunt feminis et viris sunt feminæ.

273. ΑΔΗΛΟΝ.

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα· καὶ γὰρ ἀληθῶς
εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

273. INCERTUM.

Claudam habes mentem, ut pedem: etenim vere
imaginem internorum natura foris præfert.

274. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέβαινεν
Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ σὲ διδάσκειν
ἤθελε. Φεῦ, κείνου καὶ νέκυν ἀντιάσαι!

274. LUCIANI.

Dic mihi quærenti, Cylleni (*Mercuri*), quomodo descen- [dit
Lolliani anima in domum Proserpinæ?
mirabile quidem, si tacita: forte autem aliquantulum etiam [te docere
voluit. Heu! illius et cadaveri occurrere.

275. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς·
αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος.

275. APOLLONII GRAMMATICI.

Callimachus piaculum, ludibrium, lignea mens:
ipse causa qui scripsit Causas Callimachus.

276. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Εἰς φυλακὴν βληθείς ποτε Μάρκος ὁ ἀργὸς, ἑκοντὶ,
ὀκνῶν ἐξελθεῖν, ὡμολόγησε φόνον.

276. LUCILLII.

In custodiam conjectus quondam Marcus piger sponte sua,
quum eum pigeret exire, confessus-est cædem.

---

270. INCERTI.

De Imagine Anastasii Imperatoris in Euripo.

Effigiem ferro populus tibi, pessime regum,
Hanc locat (ære foret nam pretiosa nimis)
Sanguine pro fuso, pro paupertate fameque,
Quæ mala cuncta tuæ debet avaritiæ.

271. *De eodem.*

Hic ubi Scylla vorax, juxta posuere Charybdim,
Illum dico feræ mentis Anastasium.
At tu Scylla vide ne te quoque devoret ipsam,
Deque tuo fiant ære pecuniolæ.

272. INCERTI.

Ejurare marem cupiunt, nec femina fiunt;
Quippe viri non sunt muliebria facta secuti,
Et natura vetat fieri ne femina possint.
Femina, si vir adest, et adest si femina vir sunt.

273. PALLADÆ.

Non pede tu claudus tantum, natura sed intus
Quæ fuerant, extra conspicienda dedit.

274. LUCIANI.

Dic mihi quærenti, Maja sate, ductus ad Orcum
Lollianus tecum quomodo fecit iter:
Mirum si tacuit: quin te quid, credo, docere
Gestiit: o comitem post quoque fata malum.

275. APOLLONII GRAMMATICI.

Callimachus, sordes, res ludicra, lignea mens est,
Aut alius scribens Ætia Callimachi.

276. LUCILLII.

Tam piger est Marcus, ne vinclis exeat, ultro
Cæde sibi impuras dicat ut esse manus.

277. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῆς νυκτὸς τροχάσας ἐν ὕπνοις ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργός.
οὐκέτ' ἐκοιμήθη, μὴ πάλιν που τροχάσῃ.

277. EJUSDEM.

Noctu ubi-cucurrit somnians quondam Marcus piger.
non jam dormivit, ne iterum forte curreret.

278. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς γραμματικὸν κερασφόρον.

Ἔξω παιδεύεις Πάριδος κακὰ καὶ Μενελάου,
ἔνδον ἔχων πολλοὺς τῆς Ἑλένης Πάριδας.

278. EJUSDEM.

In grammaticum corniigerum.

Foris doces Paridis mala et Menelai.
domi habens multos tuæ Helenæ Paridas.

279. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδεὶς γραμματικῶν δύναταί ποτε [ἄρτιος] εἶναι,
ὀργήν, καὶ μῆνιν, καὶ χόλον εὐθὺς ἔχων.

279. EJUSDEM.

Nullus grammaticorum potest unquam moderatus esse,
iram et memorem-simultatem et bilem ab-initio habens.

280. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Βέλτερον Ἡγέμονος λῃστοκτόνου ἐς κρίσιν ἐλθεῖν,
ἢ τοῦ χειρουργοῦ Γενναδίου παλάμας.
Ὃς μὲν γὰρ φονίας ὁσίως στυγέων κατατέμνει·
ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς εἰς ἀίδην κατάγει.

280. PALLADÆ.

Melius Hegemonis prædones-interficientis in judicium venire,
quam chirurgi Gennadii in palmas.
Ille enim homicidas juste exosus obtruncat;
hic vero accipiens mercedes in Orcum deducit

281. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Μάγνον ἰατροσοφιστήν.

Μάγνος ὅτ' εἰς Ἀίδην κατέβη, τρομέων Ἀϊδωνεὺς
εἶπεν « Ἀναστήσων ἤλυθε καὶ νέκυας ».

281. EJUSDEM.

In Magnum doctum-medicum.

Magnus quum Orcum subiit, tremens Pluto
dixit : « Suscitaturus venit etiam mortuos. »

282. ΑΛΛΟ.

Τοὺς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος οὐκέτι θρηνῶ,
τοὺς δ' ἐπὶ προσδοκίῃ ζῶντας ἀεὶ θανάτου.

282. ALIUD.

Qui reliquerunt dulcem lucem, eos non jam defleo,
sed qui in spe vivunt usque mortis.

283. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἰς Δαμόνικον ὕπαρχον.

Πολλοὶ πολλὰ λέγουσιν, ὅμως δ' οὐ πάντα δύνανται
ῥήμασιν ἐξειπεῖν ῥεύματα σῶν παθέων·
ἓν δ' ἐπὶ σοῦ παράδοξον ἐθαυμάσαμεν καὶ ἄπιστον,
δάκρυα πῶς κλέπτων εἶχες ἑτοιμότατα.
Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀπεγάλκισε τὴν πόλιν ἡμῶν,
κλέπτων, καὶ κλέπτων δάκρυσι κερδαλέοις.

283. PALLADÆ.

In Damonicum præfectum.

Multi multa dicunt, attamen non omnia possunt
verbis edicere fluenta tuorum affectuum.
At unum in te præter-opinionem *quod est* admiramur et citra-fidem,
lacrimas quomodo furans habes paratissimas.
Chalcide e terra *oriundus* ære-nudavit urbem nostram
furans, et furans fletibus lucrosis.

---

277. EJUSDEM.

Marcus iners semel in somno sibi currere visus,
Nunc non it cubitum, ne patiatur idem.

278. EJUSDEM.

Tu nobis Paridis mala disseris et Menelai,
At tua non uno cum Paride est Helena.

279. EJUSDEM.

in Grammaticum intractabilem.

Grammaticis qui sit sanum caput, his quibus artis
Auspicium faciant lis gravis, ira, furor?

280. PALLADÆ.

Dextera Gennadii magis est metuenda chirurgi,
Quam scelerum in pœnas quæ tonat ira ducis.
Afficit hæc merita crudeles morte latrones :
Illa et mercedes accipit et jugulat.

281. LUCILLII.

Magnus ut in nigram Styga venerat, intremuit Dis :
Reddat ut et vitam manibus, inquit, adest.

282. EJUSDEM.

In semper ægrotantes.

Non fleo qui dulces liquerunt luminis oras,
Sed quibus exspectat vita perenne necem.

283. PALLADÆ.

De Demonico Præside.

Multa quidem dicunt multi : sed cuncta malorum
Dicere queis raperis flumina nemo potest.
At res una fidem superat, quod, maxime furum,
Quas possis lacrymas fundere, semper habes.
Chalcide natus homo calcat res et bona nostra,
Tamque nocet lacrymis quam rapiente manu.

284. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ γῆς Λωτοφάγων μέγας ὄρχαμος ἦλθε Λυκάων
Χαλκίδος ἐκ γαίης ἀντιοχευόμενος.

284. EJUSDEM.

E terra Lotophagorum magnus dux venit Lycaon,
Chalcide e terra contrario-more-futuens.

285. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θηλυφανὲς παράδοξον ἐθαυμάσαμεν πάθος ἄλλο·
ἔκλαιεν κλέπτων, κλεπτομένους ἐλεῶν,
ὃς κλέπτων ἥγνευε, καὶ ἁγνεύων ἀπεσύλα,
μηδὲν ἔχων καθαρὸν, μηδὲ τὸ σῶμα ῥύπου.

285. EJUSDEM.

Effeminatum incredibilem mirati sumus affectum alium;
flebat furans, spoliatos miserebatur,
qui furans purum-agebat, et purum-agens rapiebat,
nil habens purum, ne corpus quidem sordibus.

286. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, οὐδὲ τῆς καλῆς·
δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ·
χρῄζεις ὅμως οὖν τῶν ἀναγκαίων κακῶν.
Εὔνουν νομίζεις δοῦλον εἶναι δεσπότῃ;
καλὸς δ' ἂν εἴη δοῦλος ὁ τὰ σκέλη κλάσας.

286. EJUSDEM.

Nihil feminâ pejus, vel bonâ;
servo autem pejus nil, vel bono;
eges tamen profecto necessariis malis.
Benevolum putas servum esse domino?
bonus vero esset servus qui crura fregit.

287. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ τὴν γυναῖκα τὴν ἄμορφον δυστυχῶν,
λύχνους ἀνάψας ἑσπέρας σκότος βλέπει.

287. EJUSDEM.

Mulierem informem malo-suo-nactus,
faces accendens vespere tenebras cernit.

288. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κουρεὺς καὶ ῥαφιδεὺς κατεναντίον ἦλθον ἀγῶνος,
καὶ τάχα νικῶσιν τὸ ξυρὸν αἱ ῥαφίδες.

288. EJUSDEM.

Tonsor et sartor in adversum venerunt certamen
et cito vincunt novaculam acus.

289. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὢ τῆς ταχίστης ἁρπαγῆς τῆς τοῦ βίου!
ἀνὴρ δανειστὴς, τῶν χρόνων γλύφων τόκους,
τέθνηκεν εὐθὺς ἐν ῥοπῆς καιρῷ βραχεῖ,
ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγων ἔτι.

289. EJUSDEM.

Oh! celerrimum raptum vitæ!
Vir fœnerator, temporum stylo-imprimens reditus,
obiit cito in momenti tempore brevi,
in digitis reditus stringens adhuc.

290. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δακτυλικὴν ψῆφόν τις ἔχων πέρι δάκτυλα χειρῶν
ψήφῳ τοῦ θανάτου προὔλαβεν εἰς ἀΐδην.
Ζῇ δ' ἡ ψῆφος νῦν τοῦ ψηφίζοντος ἐρήμη,
ψυχῆς ἁρπαγίμης ἔνθεν ἐλαυνομένης.

290. EJUSDEM.

Digitali calculo quispiam occupatus digitis manuum
calculo mortis antevertit in Orcum.
Vivit autem calculus nunc calculante orbus,
anima raptim inde avecta.

---

284. EJUSDEM.

De eodem.

Lotophagûm de gente venit novus ecce Lycaon,
Chalcide qui natus se facit Antiochum.

285. EJUSDEM.

De eodem.

Feminei spectare datur miracula morbi:
Indolet, illacrymat fur quibus ipse nocet;
Sacra colens rapit et rapiendo sacra celebrat,
Non animo, sed nec corpore sorde carens.

287. EJUSDEM.

Fœdæ maritus conjugis, cum vespere
Accenditur fax, nil nisi tenebras videt.

288. EJUSDEM.

Commissi pariter sutor tonsorque fuerunt:
Vincet in hoc cultros subula, credo, pari.

289. EJUSDEM.

Heu vita raptu quam repentino peris!
Fœcunda signans fœnerator tempora
Fraudatur alma luce momento brevi,
Dum circulante versat usuras manu.

290. EJUSDEM.

Dum numerat digitis quod habet, quod sperat avarus,
Mors illum numeris prævenit atra suis.
Nunc numeri vivunt, quos hic numerator amavit,
Ipse sed infernis annumerandus abit.

291. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τί ὠφέλησας τὴν πόλιν στίχους γράφων,
χρυσὸν τοσοῦτον λαμβάνων βλασφημίας,
πωλῶν ἰάμβους, ὡς ἔλαιον ἔμπορος;

292. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος, ἐς πόθον ἦλθες
ἄντυγος ἀργυρέης· αἶσχος ἀπειρέσιον!
ἦσθά ποτε κρείσσων· αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων.
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω· νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

293. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἵππον ὑποσχόμενός μοι Ὀλύμπιος ἤγαγεν οὐράν,
ἧς ὀλιγοδρανέων ἵππος ἀπεκρέματο.

294. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος,
ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

295. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴ τιν' ἔχεις Διόνυσον ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι,
τὸν κισσὸν ἀφελὼν, θριδάκων φύλλοις στεφάνωσον.

296. ΤΙΜΩΝΟΣ

Εἰς Κλεάνθην.

Τίς δ' οὗτος κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν;
μωλύτης, ἐπέων λίθος Ἄσσιος, ὅλμος ἄτολμος.

297. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς γυναῖκα μεθυστρίδα.

α. Πῶς φιλέεις, ὦ μῆτερ, ἐμοῦ πλέον υἱέος οἶνον;
δὸς πιέειν οἴνοιο, ἐπεὶ γάλα τὸ πρὶν ἔδωκας.
β. Ὦ παῖ, σὴν μὲν δίψαν ἐμὸν γάλα τὸ πρὶν ἔπαυσε·
νῦν ἴθι πῖνε ὕδωρ, καὶ παύεο δίψαν ἑοῖο.

291. EJUSDEM.

Quid juvisti urbem versus scribens,
aurum tantum accipiens pro-blasphemia,
vendens iambos, ut oleum mercator?

292. EJUSDEM.

Axi cœlesti supersidens, in cupidinem venisti
axis argenteæ: turpitudo infinita!
eras quondam melior; rursus autem evasisti multo pejor
Huc ascende deorsum : nunc sursum descendisti.

293. EJUSDEM.

Equum pollicitus mihi Olympius adduxit caudam,
e qua extenuatus equus pendebat.

294. LUCILLII.

Divitias quidem divitis habes, animum vero pauperis,
o tuis heredibus dives, tibi vero pauper.

295. EJUSDEM.

Si quem habes Bacchum in ædibus tuis,
hederam detrahe et lactucarum foliis corona.

296. TIMONIS.

In Cleanthem.

Quis autem hic tanquam aries obversatur ordinibus virorum?
segnis, verborum lapis-molaris Assius, pila inaudax.

297. INCERTI.

In mulierem bibacem.

a. Qui amas, o mater, me magis filio vinum?
da bibendum vinum, quum lac prius dederis.
b. O fili, tuam quidem sitim meum lac prius exstinxit;
nunc vade, bibe aquam, et sopi sitim tuam.

---

291. EJUSDEM.

Quid profuerunt publico versus tui,
Tantum quod auri pro mala lingua capis,
Vendens iambos velut olivum circitor?

292. EJUSDEM.

De Philosopho, cum factus esset Præfectus urbi Constantinopoli sub Valentiniano et Valente.

Cepit amore sui, pudor est, argenteus axis,
Ætherio positum te super axe prius.
Qui descendisti sursum, nunc scande deorsum;
Major eras infra : vis minor esse supra.

293. EJUSDEM.

Pollicitatus equum, mihi mittis, Olympice, caudam,
Ex qua vix facies languida pendet equi.

294. LUCILLII.

Divitiis locuples, animo sed paupere vivis,
Heredi dives, pauper at ipse tibi.

295. EJUSDEM.

De vino pessimo, ipsi misso.

Si quis conspicitur subter tua tecta Lyæus,
Illum pro foliis hederæ lactuca coronet.

296. TIMONIS.

De Cleanthe.

Ille quis est aries velut in legione virorum,
Assius est verbosus, hebes, pila sed sine pilo.

297. INCERTI.

Cara parens, vini cur præ me diligis haustum?
Da potare merum mihi, quæ lac ante dedisti.
Lacte sitim nostro quondam tibi, nate, fugavi;
Nunc puro de fonte tibi suffecerit humor.

298. ΑΛΛΟ.

Δέρκεο πῶς διψῶν υἱὸς χέρα μητέρι τείνει·
ἡ δὲ γυνὴ, ἅτε πᾶσα γυνὴ, κεκρατημένη οἴνῳ,
ἐν λαγύνῳ πίνουσα, τόδ' ἔννεπε λοξὸν ἰδοῦσα·
« Ἐκ βρόχθου ὀλίγοιο τί σοι δῶ, τέκνον ἐμεῖο;
« ξέστας γὰρ τριάκοντα μόνους λάγυνός γ' ὅδε χωρεῖ. »

β. « Μῆτερ, μητρυιῆς χαλεπὸν τρόπον ἀντικρατοῦσα,
« ἀμπέλου ἡδυτάτης τάδε δάκρυα δός μοι ἀφύσσειν. »

Μῆτερ ἐμὴ, δύσμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα,
εἰ φιλέεις με τὸν υἷα, δίδου μέ τι τυτθὸν ἀφύσσειν.

299. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ὑβρίζεις· τί τὸ θαῦμα; τί δυσχερές; Ἀλλὰ φέρω σε·
τῶν γὰρ ὑβριζόντων ἡ θρασύτης κόλασις.

300. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλὰ λαλεῖς, ἄνθρωπε, χαμαὶ δὲ τίθῃ μετὰ μικρόν.
Σίγα, καὶ μελέτα ζῶν ἔτι τὸν θάνατον.

301. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἥλιος ἀνθρώποις αὐγῆς θεός· εἰ δὲ καὶ αὐτὸς
ὕβριζεν φαίνων, οὐδὲ τὸ φῶς ἐπόθουν.

302. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἐμὲ, τὴν πενίην δὲ καθύβρισας· εἰ δὲ καὶ ὁ Ζεὺς
ἦν ἐπὶ γῆς πτωχὸς, χαὐτὸς ἔπασχεν ὕβριν.

303. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ πένομαι, τί πάθω; τί με μισεῖς οὐκ ἀδικοῦντα;
πταῖσμα τόδ' ἐστὶ Τύχης, οὐκ ἀδίκημα τρόπων.

304. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντες μὲν δειλοὶ καὶ ἀλαζόνες εἰσὶ, καὶ εἴ τι
ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἄλλο πέφυκε πάθος·

298. ALIUD.

Adspice ut sitiens filius manum matri tendat;
mulier autem, utpote tota mulier, subacta vino,
in lagena bibens, hoc dixit *eum* oblique intuens:
« Ex laguncula tenui quid tibi dem, fili mi?
sextarios enim triginta solos lagena hæc capit. »

« Mater, novercæ difficiles mores æquans,
vitis dulcissimæ has lacrimas da mihi hauriendas. »

« Mater mea, mala-mater, immitem animum habens,
si amas me filium, da me aliquid parvi haurire.

299. PALLADÆ.

Injuriam-infers *mihi*: quid mirum? quid grave? Sed fero te:
facientium injuriam ipsa audacia *est* pœna.

300. EJUSDEM.

Multa loqueris, homo, humi autem deponeris post parvum *tempus*.
Tace, et meditare vivens adhuc mortem.

301. EJUSDEM.

Sol hominibus lucis deus; si vero et ipse
injuriam-faceret lucens, ne lumen quidem desiderarem.

302. EJUSDEM.

Non mihi, paupertati sed injuriam-fecisti. Si vero et Jupiter
esset in terra mendicus, et ipse pateretur injuriam.

303. EJUSDEM.

Si pauper-sum, quid mihi-fiet? quid me odisti innocuum?
Lapsus hoc est Fortunæ, non flagitium morum.

304. EJUSDEM.

Omnes quidem ignavi etiam gloriosi sunt, et si quis
in hominibus alius innatus-est morbus:

---

298. INCERTI.

Ecce manum tendit sitiens puer iste parenti:
At mulier, tanquam mulier vinosa, lagenam
Ore trahens, puerumque tuens obliqua, profatur:
Quid tibi, parve, dari de nostro gutture poscis?
Non bene triginta sextas capit ista lagena.

PUERI VERBA.

Mater, ne nimium sævas imitere novercas;
De vitis placidæ lacrymis da sumere partem.

299. PALLADÆ.

Es petulans, fero te. Nec miror, nec mihi durum est.
Esse ferox animus nam sibi pœna solet.

300. EJUSDEM.

Multa profaris homo, sed enim cinis ipse futurus.
Quin mortem vivens ut meditere taces?

301. EJUSDEM.

Sol lucis deus est: sed danda in luce superbus
Si foret, ipsa foret lux odiosa mihi.

302. EJUSDEM.

Pauperiem feriunt, non me, tua probra; Jovique,
Si foret in terris pauper, idem faceres.

303. EJUSDEM.

Pauper sum, quid tum? num vis odisse nocentem
Nil tibi? crimen habet sors mea, vita caret.

304. EJUSDEM.

Adjungit timidis jactantia se comes, et qui
Præterea morbi mentibus esse solent.

ἀλλ' ὁ λογισμὸν ἔχων τῷ πλησίον οὐκ ἀναφαίνει,
ἔνδον ἀποκρύπτων τῇ συνέσει τὸ πάθος.
Σῆς δὲ θύρα ψυχῆς ἀναπέπταται· οὐδένα λήθεις
οὔτε καταπτήσσων, οὔτε θρασυνόμενος.

305. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τέκνον ἀναιδείης, ἀμαθέστατε, θρέμμα μορίης,
εἰπὲ, τί βρενθύῃ μηδὲν ἐπιστάμενος;
Ἐν μὲν γραμματικοῖς ὁ πλατωνικός· ἂν δὲ Πλάτωνος
δόγματά τις ζητῇ, γραμματικὸς σὺ πάλιν.
Ἐξ ἑτέρου φεύγεις ἐπὶ θάτερον· οὔτε δὲ τέχνην
οἶσθα γραμματικὴν, οὔτε πλατωνικὸς εἶ.

306. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἂν μετ' Ἀλεξάνδρειαν ἐς Ἀντιόχειαν ἀπέλθῃς,
καὶ μετὰ τὴν Συρίην Ἰταλίας ἐπιβῇς,
τῶν δυνατῶν οὐδείς σε γαμήσει· τοῦτο γὰρ αἰεὶ
οἰομένη πηδᾷς εἰς πόλιν ἐκ πόλεως.

307. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Υἱὸν ἔχεις τὸν Ἔρωτα, γυναῖκα δὲ τὴν Ἀφροδίτην·
οὐκ ἀδίκως, χαλκεῦ, τὸν πόδα χωλὸν ἔχεις.

308. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὸν πόδα τῇ βελόνῃ τρυπῶν Κλεόνικος ὁ λεπτὸς,
αὐτὸς ἐτρύπησεν τῷ ποδὶ τὴν βελόνην.

309. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θρασύμαχε, πλοῦτον πολὺν ὤλεσας ἐξ ἐπιβουλῆς,
εἰς οὐδὲν δ' ἥκεις ἄθλιος ἐξαπίνης,
φεισάμενος, δανίσας, τοκίσας τόκον, ὑδροποτήσας,
πολλάκι μηδὲ φαγὼν, ὥστε τι πλεῖον ἔχειν.
Ἀλλ' εἴ μοι λογίσαιο τὸ πεινῆν καὶ τότε καὶ νῦν,
οὐδὲν ἔλαττον ἔχεις ὧν τότ' ἔδοξας ἔχειν.

310. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρὸν, ὀδόντας·
τῆς αὐτῆς δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

at rationem qui-habet proximo non ostendit,
intus abscondens per prudentiam morbum.
Tui autem janua animi expansa-est; neminem fallis
neque timens, neque audens.

305. EJUSDEM.

Soboles impudentiæ, ignarissime, alumnus moriæ,
dic, quid superbis, nil sciens?
In grammaticis quidem es platonicus; si vero Platonis
decreta aliquis quærat, grammaticus tu rursus.
Ex uno fugis ad alterum : neque vero artem
nosti grammaticam, neque platonicus es.

306. EJUSDEM.

Etiamsi post Alexandriam (in) Antiochiam abeas,
et post Syriam Italiam petas,
potentium nullus te uxorem-ducet : hoc enim usque
putans salis in urbem ex urbe.

307. EJUSDEM.

Filium habes Amorem, uxorem vero Venerem :
non injuria, faber, pedem claudum habes.

308. LUCILLII.

Pedem acu forans Cleonicus gracilis,
ipse foravit pede acum.

309. EJUSDEM.

Thrasymache, divitias multas perdidisti ex insidiis,
et in nihil venisti miser repente [quam potasti,
postquam-parsisti, fœnerasti, ex usuris-parasti usuras, a-
sæpe ne edens quidem, ut aliquid plus haberes.
At si mihi supputaris illud esurire et tunc et nunc,
nihil minus habes iis-quæ tunc visus-es habere.

310. EJUSDEM.

Emisti cincinnos, fucum, mel, ceram, dentes :
eadem impensa vultum emisses.

At cui sensus adest, aliis ostendere sese
Vitat et affectum sub ratione tegit.
Sed tibi nuda patent et cunctis undique cerni
Obvia, seu timeant, pectora, seu tumeant.

305. EJUSDEM.

Stultitiæ soboles, cui nec frons ulla nec est cor,
Cum bene nil noris, fastus hic unde tibi?
Grammatica si sis in plebe, Platonicus audis :
Socratico si sis in grege, Grammaticus.
Hinc illuc, huc inde fugis. Sed tene magistrum
Grammatica agnoscat, vel Plato discipulum?

306. EJUSDEM.

Pellæis mutes si mœnibus Antiochiam,
E Syriaque migres rursus in Italiam,
Te procerum nemo ducet sibi. Quam tibi vanam
Spem fingens animo, per loca cuncta salis.

307. EJUSDEM.

Dic mihi cum sit Amor tibi filius, et Venus uxor,
Quis merito claudum te neget esse, faber?

308. LUCILLII.

Tam macer est Diophantus, acus non, nuper ab illo
Tacta, pedem, sed pes ipse foravit acum.

309. EJUSDEM.

Tharsymache, hostili (doleo quoque) fraude petitus,
Qui fueras dives, factus es ecce nihil,
Dum parcis, numeras, in fœnore fœnora ponis,
Deducens ventri pabula, potor aquæ.
Sed si pocla, bibis quæ nunc, quæque ante bibisti,
Confers, invenies nil periisse tibi.

310. EJUSDEM.

Cur mel emis, dentes, fucum, ceramque, comamque?
Cum persona queat tota minoris emi.

311. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὕτως ἔστ' ἀργὸς Πανταίνετος, ὥστε πυρέξας
μηκέτ' ἀναστῆναι παντὸς ἐδεῖτο θεοῦ.
Καὶ νῦν οὐκ ἐθέλων μὲν ἐγείρεται, ἐν δέ οἱ αὐτῷ
κωφὰ θεῶν ἀδίκων οὔατα μεμφόμενος.

311. EJUSDEM.

Adeo est piger Pantænetus, ut febre-correptus
ne-jam surgeret omnem rogaret deum.
Et nunc invitus quidem surgit, intra se ipsum vero
surdas deorum injustorum aures incusans.

312. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδενὸς ἐνθάδε νῦν τεθνηκότος, ὦ παροδῖτα,
Μάρκος ὁ ποιητὴς ᾠκοδόμηκε τάφον,
καὶ γράψας ἐπίγραμμα μονόστιχον, ὧδ' ἐχάραξε·
« Κλαύσατε δωδεκέτη Μάξιμον ἐξ Ἐφέσου. »
Οὐδὲ γὰρ εἶδον ἐγώ τινα Μάξιμον· εἰς δ' ἐπίδειξιν
ποιητοῦ κλαίειν τοῖς παριοῦσι λέγω.

312. EJUSDEM.

Nullo hic nunc mortuo, o viator,
Marcus poeta ædificavit tumulum
et scripto epigrammate unius-versus sic insculpsit:
« Lugete decennem Maximum ex Epheso. »
Neque enim vidi ego ullum Maximum; in ostentationem [vero
poetæ ut-lugeant prætereuntibus dico.

313. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀργυρέῃ λιμῷ τις, ἐς εἰλαπίνην με καλέσσας,
ἔκτανε, πειναλέους τοὺς πίνακας προφέρων.
Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπον ἐν ἀργυροφεγγέϊ λιμῷ·
« Ποῦ μοι χορτασίη ὀστρακίνων πινάκων; »

313. EJUSDEM.

Argentea fame quispiam in cœnam me vocatum
interemit, famelicas lances proponens.
Iratus vero dixi inter argento-fulgentem famem :
« Ubi mihi esus ex-testaceis lancibus? »

314. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐζήτουν πινάκων πόθεν οὔνομα τοῦτο καλέσσω,
καὶ παρὰ σοὶ κληθεὶς, εὗρον ὅθεν λέγεται.
Πείνης γὰρ μεγάλης μεγάλους πίνακας παρέθηκας,
ὄργανα τοῦ λιμοῦ πειναλέους πίνακας.

314. EJUSDEM.

Quærebam lancium unde nomen hoc vocem,
et apud te invitatus inveni unde dicatur.
Famis enim magnæ magnas lances apposuisti,
instrumenta famis famelicas lances.

315. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴσιδεν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμάχου ποτὲ τύλην,
κοὐκέτι τὴν τύλην εἴσιδε Λυσίμαχος.

315. EJUSDEM.

Vidit Antiochus Lysimachi quondam culcitram,
et non amplius culcitram vidit Lysimachus.

316. ΑΛΛΟ.

Εἰς ἱερόν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαιστής·
τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.
Προσβαίνων δ' ὤλισθεν ἐπ' ἰσχίον· οἱ δ' ἐβόησαν
τοῦτον μὴ στεφανοῦν, εἰ μόνος ὢν ἔπεσεν.

316. ALIUD.

In sacrum quondam certamen Milo solus venit pugil;
hunc autem statim ad-coronandum arbiter vocabat.
Accedens vero provolutus-est in coxam; illi autem clama- [runt
hunc non coronare, si unus quum-esset cecidit.

---

311. EJUSDEM.

Tam piger est, ut febre calens Pantænetus omnes
Orarit, nunquam surgere posse, Deos.
Nunc quoque quod surgit procul est ut gaudeat; ipsa
Incusat precibus numina surda suis.

312. EJUSDEM.

Quem cernis tumulum, ne quid fallare, viator,
Vatis opus Marci nullius ossa tegit.
Sed tanti Marco fuit unum scribere versum:
Flete; situs puer hic Maximus ex Epheso.
Maximus hic notus nulli : sed ut ipse poeta
Credatur, frustra nos lacrimare jubet.

313. EJUSDEM.

Orbibus argento factis cœnavimus; at nil
Appositum : torsit nos pretiosa fames
Tam nitidum esuriens tacitus suspiria misi
Et dixi, Felix fictilium satias.

314. EJUSDEM.

Quæsivi dubius, quæ nominis esset origo
Orbibus : hoc tandem me tua cœna docet.
Namque orbes nobis posuisti, sed dapis orbos,
Instrumenta famis, splendida, sed vacua.

315. EJUSDEM.

Lysimachi semel Antiochus modo stragula vidit;
Postea non vidit stragula Lysimachus.

316. ALIUD.

Venerat ad luctæ quondam Milo solus honores;
Prætor ei jussit serta repente dari.
Ivit, et in coxam cecidit; negat esse corona
Hunc dignum populus, qui procul hoste cadat.

Ἀνστὰς δ' ἐν μέσσοις ἀντέκραγεν· « Οὐχὶ τρί' ἐστίν·
« ἓν κεῖμαι· λοιπὸν τἄλλα μέ τις βαλέτω.»

Assurgens vero inter medios occlamavit : « Nondum tria [sunt :
semel jaceo; jam cetera me quispiam feriat. »

317. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἀντίσπαστον ἐμοί τις ὄνον μακρόθυμον ἔδωκεν,
τῶν βασταζομένων ὅρμον ὁδοιπορίης,
υἱὸν τῆς βραδυτῆτος ὄνον, πόνον, ὄκνον, ὄνειρον,
τῶν ἀνακαμπτόντων ὑστάτιον πρότερον.

317. PALLADÆ.

Retro-se-moventem mihi aliquis asinum longanimum dedit,
eorum qui-vehuntur portum itineris,
filium tarditatis asinum, laborem, pigritiam, somnium,
a-meta-redeuntium ultimum primum.

318. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἀντικράτης ᾔδει τὰ σφαιρικὰ μᾶλλον Ἀράτου
πολλῷ, τὴν ἰδίην δ' οὐκ ἐνόει γένεσιν·
διστάζειν γὰρ ἔφη, πότερ' ἐν κριῷ γεγένηται
ἢ διδύμοις, ἢ τοῖς ἰχθύσιν ἀμφοτέροις.
Εὕρηται δὲ σαφῶς ἐν τοῖς τρισί· καὶ γὰρ ὀχευτὴς
καὶ μωρὸς, μαλακός τ' ἐστὶ, καὶ ὀψοφάγος.

318. PHILODEMI.

Anticrates norat sphæricos-motus magis Arato
multo, propriam vero non tenebat genesim :
ambigere enim dicebat, utrum in Ariete natus-sit,
an Geminis, an Piscibus utrisque.
Inventus-est autem liquido in tribus : etenim fututor
et stultus, mollisque est, et obsoniorum-helluo.

319. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Ἀνθρακίων δέκα μέτρα φέρων, ἔσο καὶ σὺ πολίτης·
ἢν δὲ καὶ ὗν ἀγάγῃς, αὐτὸς ὁ Τριπτόλεμος.
Δεῖ δὲ καὶ Ἡρακλείδῃ ὑφηγητῆρι δοθῆναι
ἢ καυλοὺς κράμβης, ἢ φακὸν, ἢ κοχλίας.
Ταῦτ' ἔχε, καὶ λέγε σαυτὸν Ἐρεχθέα, Κέκροπα, Κόδρον,
ὅν κ' ἐθέλῃς· οὐδεὶς οὐδὲν ἐπιστρέφεται.

319. AUTOMEDONTIS.

Carbunculorum decem modios ferens, esto et tu civis;
si vero et suem adduxeris, ipse *es* Triptolemus.
Oportet autem et Heraclidæ consiliario dari
aut caules crambæ, aut lentem, aut cochleas.
Hæc tene, et dic te Erechtheum, Cecropem, Codrum,
quemcumque volueris : nemo quidquam id curat.

320. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀντιγόνην ἔστεργε Φιλόστρατος· ἦν δὲ παλαισταῖς
ὁ τλήμων Ἴρου πέντε πενιχρότερος.
Εὗρε δ' ὑπὸ κρυμοῦ γλυκὺ φάρμακον· ἀντία γὰρ σχὼν
γούνατ' ἐκοιμήθη, ξεῖνε, μετ' Ἀντιγόνης.

320. ARGENTARII.

Antigonam diligebat Philostratus : erat autem cubitis
quinque ille miser Iro pauperior. [enim tenens
Invenit autem præ frigore dulce remedium : adversa (*anti*)
genua (*gonata*) dormivit, o hospes, cum Antigona.

321. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Γραμματικοὶ Μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀκανθῶν,
τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες,
Καλλιμάχου στρατιῶται, ὃν ὡς ὅπλον ἐκτανύσαντες,
οὐδ' αὐτοῦ κείνου γλῶσσαν ἀποστρέφετε,

321. PHILIPPI.

Grammatici, Momi Stygii filii, tineæ spinarum,
obtrectatores librorum, Zenodoti catuli,
Callimachi milites, quem tanquam hastam protendentes,
ne ab ipso quidem illo linguam abstinetis,

Surgit et exclamat : Certatur triplice casu,
Unus hic est : aliquis, si potes, adde duos.

317. PALLADÆ.

Qui datus est asinus nuper mihi durus et exlex,
Optima clitellis, quas vehit, est statio;
Pigritiæ soboles, serpens, mera tædia, somnus :
Si flectenda retro sit via, primus erit.

318. PHILODEMI.

Anticrates melius res cœli norat Arato,
Sed non et genesin noverat ipse suam,
Addubitans an sub lanato prosatus astro,
Sub Geminis, an sub Piscibus ipse foret.
Sub tribus his genitum constat mihi, nam pecus ille est,
Et furit in pisces; dein facit et patitur.

319. AUTOMEDONTIS.

Da denos modios carbonum et scribere civis :
Triptolemus fieri si cupis, adde suem;
Dum tamen et Scribæ sit honor suus Heraclidæ,
Cui lens sufficiet, brassica vel cochlea.
Hæc fac et esto Cecrops, Codrus, vel denique Erechtheus.
Nemo est qui curæ quid putet esse suæ.

320. ARGENTARII.

Luctator miser ille Philostratus arsit amore
Antigones, Iro quintupla pauperior.
Frigus ei medicina fuit : genubusque cubaret
Cum contra positis, Hæc, ait, Antigone est.

321. PHILIPPI.

Grammatici stygia Momi de gente, librorum
Telchines, vermes, Zenodotique pecus,
Callimachi legio, qui vobis arma ministrat,
Quæ sed in hunc ipsum vertitis arma ducem;

συνδέσμων λυγρῶν θηρήτορες, οἷς τὸ « μὶν » ἢ « σφὶν »
εὔαδε, καὶ ζητεῖν εἰ κύνας εἶχε Κύκλωψ,
τρίβοισθ' εἰς αἰῶνα κατατρύζοντες ἀλιτροὶ
ἄλλων· ἐς δ' ἡμᾶς ἰὸν ἀποσβέσατε.

322. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσης
ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται,
τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες,
πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες,
ποιητῶν λῶβαι, παισὶ σκότος ἀρχομένοισιν,
ἔῤῥοιτ', εὐφώνων λαθροδάκναι κόριες.

323. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ῥῶ καὶ Λάμβδα μόνον κόρακας κολάκων διορίζει·
λοιπὸν ταὐτὸ κόραξ βωμολόχος τε κόλαξ.
Τοὔνεκά μοι, βέλτιστε, τόδε ζῶον πεφύλαξο,
εἰδὼς καὶ ζώντων τοὺς κόλακας κόρακας.

324. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

α. Δέξαι, Φοῖβε, τὸ δεῖπνον, ὅ σοι φέρω. β. Ἤν τις
δέξομαι. α. Εἶτα φοβῇ καὶ σύ τι, Λητοΐδη; [ἐάσῃ,
β. Οὐδένα τῶν ἄλλων, πλὴν Ἄῤῥιον· οὗτος ἔχει γὰρ
ἅρπαγος ἰκτίνου χεῖρα κραταιοτέρην,
ἀκνίσου βωμοῖο νεωκόρος· ἣν τελέσῃ δὲ
τὴν πομπὴν, ἄρας ᾤχεθ' ἅπαντα πάλιν.
Ἐν Διὸς ἀμβροσίῃ πολλὴ χάρις· εἷς γὰρ ἂν ὑμέων
ἤμην, εἰ λιμοῦ καὶ θεὸς ᾐσθάνετο.

325. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐχθὲς δειπνήσας τράγεον πόδα, καὶ δεκαταῖον
καννναβίνης κράμβης μήλινον ἀσπάραγον,
εἰπεῖν τὸν καλέσαντα φυλάσσομαι· ἔστι γὰρ ὀξὺς,
καὶ φόβος οὐχ ὁ τυχὼν μή με πάλιν καλέσῃ.

326. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πώγων, καὶ λάσιαι μηρῶν τρίχες, ὡς ταχὺ πάντα

conjunctionum miserarum venatores, quibus « min » aut
placet, et quærere an canes habuerit Cyclops, [« sphin »
conteramini in ævum obstrepentes scelesti
aliis; in nos autem venenum exstinctum-mittite.

322. ANTIPHANIS.

Grammaticorum male-operosæ gentes, radicem-fodientes
alienæ, infaustæ tineæ spinas-calcantes, [musæ
magnorum maculæ, Erinna vero superbientes,
asperi et sicci Callimachi antelatratores,
poetarum damna, pueris tenebræ incipientibus,
pereatis, argutorum clam-mordentes cimices.

323. PALLADÆ.

Rho et Lambda modo corvos ab-adulatoribus separat;
ceterum idem corvus et rapax adulator.
Quapropter, optime, hanc bestiam cave,
gnarus et viventium corvos *esse* adulatores.

324. AUTOMEDONTIS.

a. Accipe, Phœbe, dapem, quam tibi fero. *b.* Si quis sinat.
accipiam. *a.* Tum times et tu aliquid, Latonæ-fili?
b. Nullum aliorum, præter Arrhium: hic habet enim
raptore milvio manum validiorem,
nidore-carentis aræ custos; si percelebravit autem
pompam, sublatis cunctis abit retro.
Jovis ambrosiæ *sit* multa gratia; unus enim vestrûm
essem, si famem deus quoque sentiret.

325. EJUSDEM.

Heri postquam-cœnavi hircinum pedem, et decem-dierum
cannabinæ brassicæ luteum cauliculum,
ne dicam eum-qui-vocavit caveo; est enim acer,
et timor non levis, ne me iterum vocet.

326. EJUSDEM.

O barba, et villosi crurum capilli, quam cito cuncta

Copula quos vexat tenuis, queis res gravis hit, frit,
Dignaque cura, canes nutrieritne Cyclops:
Este diu miseri; tum quos sit rodere tutum
Quærite, nil in nos vestra venena valent.

322. ANTIPHANIS.

Qui sentes teritis vermes, qui scripta vetusta
Suffoditis, plebes anxia Grammatici,
Vatum probra, facit dum vos Erinna superbos,
Callimachi dociles semper hiare canes;
Musarum scabies, pueris chaos atque tenebræ:
O culices, qui clam roditis, ite procul.

323. PALLADÆ.

Græcus adulator, volucrisque nigerrima Phœbi,
Obtinet, una sinat litera, nomen idem.
Non ista minus ille tibi vitandus habetor:
Ille nocet vivis, ista cadaveribus.

324. AUTOMEDONTIS.

Sume tibi cœnam, Latonie, quam fero. Sume,
Si sinor. An quemquam tu quoque, Phœbe, times?
Unus quem metuam milvo furacior ille est
Arrius, Autolyci more picata manus,
Ara caret fumo per quem mea; namque ubi sacra
Fecerit, et carnem sumit et exta sibi.
Ambrosiæ grates ago: namque heic conderer, ut vos,
Ipse, Deos posset si tetigisse fames.

325. EJUSDEM.

Pes capri mihi cœna fuit, tum cannabis instar
Brassica, tum flavens unciola asparagi:
Convivatorem non indico: pronus ad iram est;
Hinc metuo ne me sæpius ille vocet.

ὁ χρόνος ἀλλάσσει! Κίνυρε, τοῦτ' ἐγένου.
Οὐκ ἔλεγον; « Μὴ πάντα βαρὺς θέλε μηδὲ βάναυσος
εἶναι· καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις. »
Ἦλθες ὑπὸ μάνδρας, ὑπερήφανε· νῦν δὲ ὅτι βούλει
οἴδαμεν· ἀλλ' ἐξῆν καὶ τότ' ἔχειν σε φρένας.

tempus mutat! Conniche, hoc tu evasisti!
Nonne dicebam? « Ne in-omnibus gravis velis neque inhumanus
esse: etiam formæ sunt quædam Nemeses. »
Subiisti mandram, o superbe: nunc te velle
novimus: sed licebat et tunc habere te mentem.

327. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Τὴν ξηρὴν ἐπὶ νῶτα Λυκαινίδα, τὴν Ἀφροδίτης
ὕβριν, τὴν ἐλάφου παντὸς ἀπυγοτέρην,
αἰπόλος ᾗ μεθύων οὐκ ἄν ποτε, φασί, συνῴκει,
φῦ, φῦ. Τοιαῦται Σιδονίων ἄλοχοι.

327. ANTIPATRI THESSALONICI.

Sicram per terga Lycænidem, Veneris
opprobrium, cervo omni strigosiorem-clunibus,
caprarius cui ebrius nunquam, inquiunt, cohabitaret
coi. væ *abominor*. Tales Sidoniorum uxores.

328. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τὴν μίαν Ἑρμογένης κἀγώ ποτε καὶ Κλεόβουλος
ἤγομεν εἰς κοινὴν κύπριν Ἀριστοδίκην·
ἧς ἔλαχον μὲν ἐγὼ πολιὴν ἅλα ναιέμεν αὐτός·
εἷς γὰρ ἕν, οὐ πάντες πάντα, διειλόμεθα.
Ἑρμογένης δ' ἔλαχε στυγερὸν δόμον εὐρώεντα,
ὕστατον, εἰς ἀφανῆ χῶρον ὑπερχόμενος,
ἔνθ' ἀκταὶ νεκύων, καὶ ἐρινεοὶ ἠνεμόεντες
δινεῦνται πνοιῇ δυσκελάδων ἀνέμων.
Ζῆνα δὲ θὲς Κλεόβουλον, ὃς οὐρανὸν εἰσαναβαίνειν,
τὸ ψολόεν κατέχων ἐν χερὶ πῦρ, ἔλαχεν.
Γῆ δ' ἔμενε ξυνὴ πάντων· ψίαθον γὰρ ἐν αὐτῇ
στρώσαντες, τὴν γραῦν ὧδε διειλόμεθα.

328. NICARCHI.

Unam Hermogenes et ego quondam et Cleobulus
duximus in communem venerem Aristodicen.
Cujus sortitus-sum ego canum mare habitare ipse,
unus enim unum, non omnes omnia, divisimus.
Hermogenes vero sortitus-est tremendam domum situ-
postremam, in obscurum locum subiens, [plenam
ubi ripæ mortuorum *sunt* et ficus non aeriæ
volvuntur flatu prave-sonantium ventorum.
Jovem vero pone Cleobulum, qui cœlum (*palatum*) adscen-
ardentem tenens in manu ignem, sortitus est. [dere,
Terra autem mansit communis omnium: juncorum-tapetem
ubi-instravimus, anum ita divisimus. [enim illi

329. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δημῶναξ, μὴ πάντα κάτω βλέπε, μηδὲ χαρίζου
τῇ γλώσσῃ· δεινὴν χοῖρος ἄκανθαν ἔχει.
Καὶ σὺ * ζῇς ἡμῖν, ἐν Φοινίκῃ δὲ καθεύδεις,
κοὐκ ὢν ἐκ Σεμέλης μηροτραφὴς γέγονας.

329 EJUSDEM.

Demonax, ne cuncta dejecto-vultu specta neque gratificare
linguæ: diram hortus spinam habet. [dormis,
Ac tu vivis sybariticum, in Phœnice (*purpura*) vero
et non prognatus e Semela crure-nutritus evasisti.

330. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκλήθην ἐχθὲς, Δημήτριε· σήμερον ἦλθον
δειπνεῖν. Μὴ μέμψῃ, κλίμακ' ἔχεις μεγάλην·
αὕτη πεποίηκα πολὺν χρόνον· οὐδ' ἂν ἐσώθην
σήμερον, ἀλλ' ἀνέβην κέρκον ὄνου κατέχων.
Ψαύει τῶν ἄστρων· Ζεὺς ἡνίκα τὸν Γανυμήδην
ἥρπασε, τῇδ' αὐτὸν, φαίνετ', ἔχων ἀνέβη.
Ἔνθεν δ' εἰς Ἀΐδην πότ' ἀφίξεαι; Οὐκ ἀφυὴς εἶ·
εὕρηκας τέχνην πῶς ἔσῃ ἀθάνατος.

330. EJUSDEM.

Vocatus-sum heri, Demetri: hodie veni
cœnatum. Ne queraris, scalam habes magnam:
in hac consumpsi multum tempus: neque servatus-essem
hodie, sed ascendi caudam asini tenens.
Tangis astra: Juppiter quum Ganymeden
rapuit, hac illum, videtur, habens ascendit.
Hinc autem ad Inferos quando venies? Non stultus es:
invenisti artem qua sis immortalis.

331. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶχε Φίλων λέμβον Σωτήριχον· ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ
σωθῆν' οὐδὲ Ζεὺς αὐτὸς ἴσως δύναται.
Οὔνομα γὰρ μόνον ἦν Σωτήριχος, οἱ δ' ἐπιβάντες
ἔπλεον ἢ παρὰ γῆν, ἢ παρὰ Φερσεφόνην.

331. EJUSDEM.

Habebat Philo phaselum Soterichum (servatorem); sed
servari ne Juppiter quidem forte potest. [in illo
Nomine enim tantum erat Soterichus, vectores vero
navigabant aut prope terram, aut ad Proserpinam.

---

330. NICARCHI.

Ad cœnam quod heri, Demetrie parce, vocatus
Nunc venio, in scalis est ea culpa tuis.
Longa via et durus labor est: asinique tenerem
Cum caudam, scandi sic quoque vix hodie.

331. EJUSDEM.

Est tibi cymba, Philon, Servatrix dicta, sed in qua
Servari nequeat Juppiter ipse, puto.
Nomen inane gerit. Nam fertur quisquis in illa, est
Aut ubi littus adest, aut ubi Persephone.

332. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ πλεῖν, ἀλλ' ἀντλεῖν ἡμᾶς Εἴκανδρος ὁ πρωρεὺς
εἰς τὴν εἰκόσορον φαίνεται ἐμβιβάσας·
οὐκ ὀλίγον γὰρ ἔνεστιν ὕδωρ ἔσω, ἀλλ' ὁ Ποσειδῶν
ἐν ταύτῃ διαπλεῖν φαίνεται εἰς τὸ πέραν·
νῦν πρῶτον ναῦς ὦπται ὑδρωπικὴ, ἀλλά γε [δείδω]
μὴ σορὸν οὖσαν ἴδῃς τὴν πάλαι εἰκόσορον.

332. EJUSDEM.

Non ad-navigandum, sed hauriendum nos Icander guberna-[tor
in vigınti-remis-instructa-nave videtur posuisse :
non parva enim inest aqua intus, sed Neptunus
in ea pernavigare videtur ad alterum littus.
Nunc primum navis conspecta -est hydropica, sed timeo,
ne loculum videas olim viginti-instructam-remis.

333. ΚΑΛΛΙΚΤΗΡΟΣ.

Φαρμακίοισι Ῥόδων λέπραν καὶ χοιράδας αἴρει·
τἄλλα δὲ πάντ' αἴρει καὶ δίχα φαρμακίων.

333. CALLICTERIS.

Medicamentis Rhodo lepram et strumas tollit :
cetera vero omnia tollit etiam absque medicamentis.

334. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Δαμαγόραν καὶ λοιμὸν ἰσόψηφον τις ἀκούσας
ἔστησ' ἀμφοτέρων τὸν τρόπον ἐκ κανόνος·
εἰς τὸ μέρος δὲ καθείλκετ' ἀνελκυσθὲν τὸ τάλαντον
Δαμαγόρου, λοιμὸν δ' εὗρεν ἐλαφρότερον.

334. ANONYMI.

Damagoram et pestem æquo-numero *esse* aliquis postquam [audiit,
appendit utrorumque modum ex ligula-libræ :
in partem autem detrahebatur suspensum pondus
Damagoræ, pestem vero invenit leviorem.

335. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ

Ὦ τλῆμον Κυνέγειρε, καὶ ἐν ζωοῖς καὶ ἀπελθὼν,
ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσιν.
Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ·
νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐστέρισεν.

335. ANONYMI.

O miser Cynegire, et in vivis et mortuus,
ut usque truncaris verbis et bipennibus!
Prius quidem in prœliis tua cecidit debellans manus;
nunc autem te grammaticus etiam pede orbavit.

336. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γῆς Ἀσίης τὰ λάφυρα λαβὼν ἔπλευσε Καρῖνος
ἤματι χειμερίῳ, δυομένων ἐρίφων·
εἶδε καὶ Ἀδράστεια τὸ φορτίον· ὃς δ' ἐφορώσης
ᾤχετο, καὶ πελάγους δαίμοσιν ἐγγελάσας.

336. ANONYMI.

Asiæ spolia postquam-cepit, navigavit Carinus
die hiberna, occidentibus Hædis;
vidit et Adrastea navis-onera; at iste inspectante illa
abiit, et maris dæmonibus ogganniens.

337. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Βουλεύεις, Ἀγαθῖνε· τὸ βῆτα δὲ τοῦτ' ἐπρίω νῦν,
εἰπὲ, πόσης τιμῆς; δέλτα γὰρ ἦν πρότερον.

337. ANONYMI.

Senator es (*Bouleueis*) Agathine : beta hoc emisti nunc,
dic, quanti? Delta enim erat prius (*doul.*).

338. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὴν φωνὴν ἐνοπήν σε λέγειν ἐδίδαξεν Ὅμηρος·
τὴν γλῶσσαν δ' ἐν ὀπῇ τίς σ' ἐδίδαξεν ἔχειν;

338. ANONYMI.

Vocem *enopen* te dicere docuit Homerus;
linguam vero *enopen* (in foramine) quis te docuit habere?

339. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὴν κεφαλὴν σείεις, καὶ τὴν πυγὴν ἀνασείεις·
ἓν μὲν μαινομένου, ἓν δὲ περαινομένου.

339. ANONYMI.

Caput moves, et clunem agitas :
unum quidem bacchantis, alterum vero perforati.

333. [PII.]

Herbis tollenti strumam scabiemque Rhodoni
Herbis, ut tollat cætera, non opus est.

334. INCERTI.

Quidam Græca pares numeros quod pestis haberet
Damagoræ, justa pendit utrumque libra ·
Damagoræ partem sed multum vergere vidit.
Qualis homo est, pestem qui facit esse levem!

335. INCERTI.

O Cynegire miser vivens et mortuus æque :
Vulnera nunc ferrum, nunc tibi lingua facit.
In bello cecidit quondam tua dextera pugnans :
Sed nunc Grammaticus te pede diminuit.

337. INCERTI.

Primus in hac aula dici cupis, at tibi quanti
I, precor, hoc constat? nam fuit O : memini.

338. INCERTI.

Sunt sua Grammaticis impura vocabula, verum
Impuram linguam te quis habere docet?

340. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ὤμοσα μυριάκις ἐπιγράμματα μηκέτι ποιεῖν·
πολλῶν γὰρ μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην.
Ἀλλ' ὁπόταν κατίδω τοῦ Παφλαγόνος τὸ πρόσωπον
Πανταγάθου, στέξαι τὴν νόσον οὐ δύναμαι.

341. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰνίζειν μὲν ἄριστον, ὁ δὲ ψόγος ἔχθεος ἀρχή·
ἀλλὰ κακῶς εἰπεῖν, Ἀττικόν ἐστι μέλι.

342. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κήλην κηλήτου μὴ φαινομένου προτέθεικας.
Μή μοι τὴν κήλην· αὐτὸν ἰδεῖν δέομαι.

343. ΑΛΛΟ.

Σιλβανὸς δύο παῖδας ἔχων, Οἶνόν τε καὶ Ὕπνον,
οὐκέτι τὰς Μούσας, οὐδὲ φίλους φιλέει·
ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ λεχέων νιν εὔῤῥοος ἐς φρένα θέλγει,
ἄλλος δ' ἐς θαλάμους ῥεγχόμενον κατέχει.

344. ΑΛΛΟ.

Εἰς Μητρόδοτον Βένετον ἔχοντα πρασίνην τράπεζαν.

Μητρόδοτος στυγέων πρασίνων αἰώνιον ἄχθος,
μνημοσύνην μίσους τήνδε τράπεζαν ἔχει.

345. ΑΛΛΟ.

Μητρόφανες, κυκνοψι, δασύθριξ, δῖε πελαργέ,
τῇ καὶ τῇ κραδάων κεφαλὴν γεράνοισιν ὁμοίην,
μηκεδανὸν καράκαλλον ὑπὲκ δαπέδοιο κομίζεις.

346. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Μέχρι τίνος, Πολύκαρπε, κενῆς παράσιτε τραπέζης,
λήσῃ κερματίοις χρώμενος ἀλλοτρίοις;
οὐ γὰρ ἔτ' εἰν ἀγορῇ σε βλέπω πολύν· ἀλλ' ὑποκάμπτεις
ἤδη, καὶ ζητεῖς ποῖ σε φέρωσι πόδες.
Πᾶσιν ἐπαγγέλλῃ· « Κόμισαι τὸ σὸν αὔριον· ἔρχου
« καὶ λάβε »· κοὐδ' ὀμόσας, οὐκέτι πίστιν ἔχεις.
Κυζικόθεν σε φέρων ἄνεμος Σαμόθραξι πέλασσεν·
τοῦτό σε τοῦ λοιποῦ τέρμα μένει βιότου.

340. PALLADÆ.

Juravi decies-millies epigrammata non-amplius facere,
multorum enim stultorum odium in-me-conflavi:
sed quum video Paphlagonis vultum
Pantagathi, compescere morbum non valeo.

341. EJUSDEM.

Laudare quidem optimum; vituperium autem odii initium.
Sed male dicere, Atticum est mel.

342. ANONYMI.

Herniam herniosi non apparentis ante-posuisti.
Ne tu mihi herniam *monstra*: ipsum videre cupio.

343. ALIUD.

Silvanus duos pueros habens, Vinumque et Somnum,
non-amplius Musas, nec amicos amat:
sed primum quidem a lecto eum bene-fluens in mentem [mulcet,
alter vero in thalamis stertentem tenet.

344. ALIUD.

In Metrodotum Venetum habentem viridem mensam.

Metrodotus detestans viridium æternum onus,
memoriam odii hanc mensam habet.

345. ALIUD.

O Metrophanes, olorina-facie, spissis-capillis, divina ci- [conia,
hac et illac movens caput gruibus simile,
longum cucullum super solo trahis.

346. AUTOMEDONTIS.

Quousque, Polycarpe, vacuæ parasite mensæ,
latebis pecuniolis utens alienis?
non enim jam in foro te video multum; sed deflectis
jam, et quæris quo te ferant pedes.
Cunctis promittis: « Affer tuum *chirographum* cras; veni
et accipe »; et vel juratus, non jam fidem habes.
A Cyzico te ferens ventus Samothracibus applicuit:
hic te reliquæ finis manet vitæ.

---

340. PALLADÆ.

Juravi toties posthac epigrammata nulla
Scribere, stultorum nam mihi stant odiis.
Sed nequeo memet compescere, cum datur ora
Turpia Paphlagonis cernere Pantagathi.

341. EJUSDEM.

Optima res laudes: odii maledicere fons est;
Attamen Actæi mellis id instar habes.

342. INCERTI.

Hernia tanta mihi proponitur, ut lateat vir.
Jam satis est; ipsum quæro videre virum.

343. INCERTI.

Quod nec amat Musas, nec jam Silvanus amicos,
Causa duo nati sunt sopor atque calix.
Hic etenim vigilem Lenæo nectare mulcet,
Stertentem molli detinet ille toro.

346. AUTOMEDONTIS.

Quam, Polycarpe, diu vacuæ dapis assecla mensæ
Emunges mendax quos potes ære suo?
Ecce foro non multus ades; subducere sed te
Incipis, atque pedum jam tibi visa via est.
Omnibus hoc dicis, Cras, si cupis, accipe. Quamvis
Sed tibi jurato credere nemo cupit.
Cyzicia fert te notus ad Samothracas ab urbe:
Hoc, quæ vita tibi restat, agenda loco.

347. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Χαίροιθ' οἱ περὶ κόσμον ἀεὶ πεπλανηκότες ὄμμα,
οἵ τ' ἀπ' Ἀριστάρχου σῆτες ἀκανθολόγοι.
Ποῖ γὰρ ἐμοὶ ζητεῖν, τίνας ἔδραμεν ἥλιος οἴμους,
καὶ τίνος ἦν Πρωτεὺς, καὶ τίς ὁ Πυγμαλίων;
Γινώσκοιμ' ὅσα λευκὸν ἔχει στίχον· ἡ δὲ μέλαινα
ἱστορίη τήκοι τοὺς Περιχαλλιμάχους.

347. PHILIPPI.

Valete qui circa mundum usque errantem-vertitis oculum,
et ab Aristarcho tineæ spinas-legentes.
Quo enim mihi *pertinet* quærere quas percurrerit sol vias,
et cujus esset *filius* Proteus, et quis Pygmalion?
Cognoscam quæ albam habent lineam (*clara sint*)! nigra
historia arefaciat Callimachi-asseclas.

348. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Ὦ θηρῶν βροτὲ μᾶλλον ἀνήμερε, πάντα σε μισεῖ,
πατρολέτωρ· πάντῃ δ' ἐκδέχεταί σε μόρος.
Ἢν ἐπὶ γῆς φεύγῃς, ἀγχοῦ λύκος· ἢν δὲ πρὸς ὕψος
δενδροβατῇς, ἀσπὶς δεῖμ' ὑπὲρ ἀκρεμόνων.
Πειράζεις καὶ Νεῖλον; ὁ δ' ἐν δίναις κροκόδειλον
ἔτρεφεν, εἰς ἀσεβεῖς θῆρα δικαιότατον.

348. ANTIPHANIS.

O belluis homo magis inhumane, cuncta te oderunt,
patricida: ubique vero excipit te letum.
Si super terra fugias, prope lupus; si vero in ætherem
arbore-ascendas, aspis terror super ramis.
Tentas et Nilum? at hic in vorticibus crocodilum
nutrit, in impios belluam justissimam.

349. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον καὶ πείρατα γαίης
ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον.
Σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον καὶ γνῶθι σεαυτὸν,
καὶ τότ' ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίην.
Εἰ δ' ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταριθμεῖς,
πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

349. PALLADÆ.

Dic unde tu metiris mundum et fines terræ,
ex exigua terra corpus ferens exiguum.
Te ipsum numera prius et nosce te ipsum,
et tunc numerabis (*metieris*) terram infinitam.
Si vero exiguum lutum corporis non numeras,
quomodo potes cognoscere immensorum mensuram?

350. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς δικολόγον ἀδικοῦντα.

Νήπιε, πῶς σε λέληθε Δίκης ζυγὸν, οὐ νοέεις δὲ
ἀνδράσιν οὐχ ὁσίοις ψῆφον ὀφειλομένην;
Ῥήτρῃ πιστεύεις πυκινόφρονι, σῇ τε μενοινῇ
ποικίλον αὐδῆσαι μῦθον ἐπισταμένῃ.
Ἐλπίζειν ἔξεστι· Θέμιν δ' οὐκ οἶδεν ἀμεῖψαι
τῆς σῆς ἠλεμάτου παίγνια φαντασίης.

350. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In causidicum injuste agentem.

Stolide, qui te fefellit Justitiæ jugum, neque vides
viris non puris sententiam debitam?
Orationi confidis prudenter-excogitatæ, tuæque menti
fallacem eloqui sermonem scienti.
Sperare licet, *si vis;* Themin vero non norunt mutare
tuæ insulsæ ludicra phantasiæ.

351. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Τῷ πτισάνην πωλοῦντι τὸ κελλίον ἐχθὲς ἔδωκα,

351. PALLADÆ.

Ptisanam vendenti cellulam heri dedi,

347. PHILIPPI THESSALONICENSIS.

'te, quibus circum cœlestia lumen oberrat,
Atque ab Aristarcho vos vepritineolæ:
Nam quid scire mea, quot sol perfecerit orbes,
Qua patria Proteus, quo patre Pygmalion?
Quod teretes faciat versus, volo. Callimachastros
Excruciet quicquid nox habet historiæ.

348. ANTIPHANIS.

Res omnes te odere, feris homo sævior, et te,
Omnia cum perdes, undique fata manent.
Si terra fugias, juxta lupus: arboris altæ
Si scandas ramos, heic timor aspis adest.
Si tentare tibi Nilum placet, insidet ultor
Justus in injustos has Crocodilus aquas.

349. PALLADÆ.

Quæ tibi terrarum metiri extrema cupido,
Ex modica terra qui breve corpus habes?
Cum bene te noris, cum te numeraveris ipse,
Incipe telluris tunc numerare globum.
Si numerare nequis tantillum in corpore limum,
Hisne modum ponas, quæ caruere modo?

350. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Stulte, malos qualis maneat sententia nescis,
Nec quam Justitiæ libra sit æqua vides;
Ingenio fidis linguæque volubilis arti,
Quæ varios falso temperet ore sonos.
Spem non invideo: sed nunquam ludicra mentis
Furta tuæ Juris vertere vim poterunt.

351. PALLADÆ.

Coctor heri ptisanæ cellam conduxerat a me:

καὶ φοβερὸν πύκτην σήμερον εὗρον ἔσω.
Ὡς δ' ἔλεγον, « Σὺ τίς εἶ; πόθεν ἤλυθες ἡμετέρον δῶ;»
πυγμαχίης κατ' ἐμοῦ χεῖρας ἀνέσχεν ἄνω.
Ψύττα δ' ἐγὼ κατέτεινα, φοβεύμενος ἄγριον ἄνδρα,
τὸν πτιστὴν πύκτην ἐξαπίνης ὁρόων.
Ἀλλά σε, πρὸς πύκτου Πολυδεύκεος ἠδὲ καὶ αὐτοῦ
Κάστορος, ἱκνοῦμαι, καὶ Διὸς ἱκεσίου,
τὸν πύκτην ἀπόκρουσον, ἐμὸν χόλον· οὐ δύναμαι γὰρ
πυκτεύειν καθάπαξ μηνὸς ἐπερχομένου.

352. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τὸν σοφὸν ἐν κιθάρῃ, τὸν μουσικὸν Ἀνδροτίωνα
εἴρετό τις τοίην κρουματικὴν σοφίην·
« Δεξιτερὴν ὑπάτην ὁπότε πλήκτροισι δονήσας,
« ἡ λαιὴ νήτη πάλλεται αὐτομάτως
« λεπτὸν ὑποτρίζουσα, καὶ ἀντίτυπον τερέτισμα
« πάσχει, τῆς ἰδίης πλησσομένης ὑπάτης·
« ὥστε με θαυμάζειν πῶς ἄπνοα νεῦρα ταθέντα
« ἡ φύσις ἀλλήλοις θήκατο συμπαθέα.»
Ὃς δὲ τὸν ἐν πλήκτροισιν Ἀριστόξεινον ἀγητὸν
ὤμοσε μὴ γνῶναι τήνδε θεημοσύνην·
« Ἔστι δ' » ἔφη « λύσις ἥδε· τὰ νευρία πάντα τέτυκται
« ἐξ οἷος χολάδων ἄμμιγα τερσομένων·
« τοὔνεκεν εἰσὶν ἀδελφὰ, καὶ ὡς ξύμφυλα συνηχεῖ,
« ξυγγενὲς ἀλλήλων φθέγμα μεριζόμενα.
« Γνήσια γὰρ τάδε πάντα, μιῆς ἅτε γαστρὸς ἐόντα,
« καὶ τῶν ἀντιτύπων κληρονομεῖ πατάγων.
« Καὶ γὰρ δεξιὸν ὄμμα κακούμενον ὄμματι λαιῷ
« πολλάκι τοὺς ἰδίους ἀντιδίδωσι πόνους.»

353. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἑρμολύκου θυγάτηρ μεγάλῳ παρέλεκτο πιθήκῳ·
ἡ δ' ἔτεκεν πολλοὺς Ἑρμοπιθηκιάδας.
Εἰ δ' Ἑλένην ὁ Ζεὺς καὶ Κάστορα καὶ Πολυδεύκην
ἐκ Λήδης ἔτεκεν, κύκνον ἀμειψάμενος,
Ἑρμιόνῃ γε κόραξ παρελέξατο· ἡ δὲ τάλαινα

et terribilem pugilem hodie inveni intus. [domum? »
Ubi autem dixi, « Tu quis es? unde venisti nostram
ad-pugilatum in me manus sustulit in-altum.
Celeriter ego fugi, timens ferum virum,
ptisanam-qui-parat pugilem repente videns.
At te, per pugilem Pollucem, et ipsum quoque
Castorem, oro, et per Jovem supplicum-præsidem,
pugilem a-me-rejice, meam bilem : non possum enim
pugnare semel *quoque* mense adveniente.

352. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Peritum citharæ, musicum Androtionem
interrogabat aliquis talem instrumentalem doctrinam.
« Dextram supremam quum plectro movisti,
læva infima concutitur sponte-sua
leviter substrepens, et reciprocum susurrum
patitur, propria verberata suprema :
ita ut mirer, quomodo inanimas chordas tensas
natura inter se fecerit sympathicas. »
Ille vero in plectris Aristoxenum admirabilem
juravit non tenere hanc theoriam. [sunt
« Est autem, ait, solutio hæc : chordæ omnes fabricatæ
ex ovis visceribus junctis-et siccatis.
Ideo sunt sorores, et tanquam ejusdem-tribus consonant
cognatum inter-se sonum dividentes. [exortæ,
Legitimæ enim sunt cunctæ *soboles*, uno scilicet ventre
et reciprocos quasi-hereditate-accipiunt strepitus.
Etenim dexter oculus male-affectus oculo lævo
sæpe proprios vicissim-dat labores. »

353. PALLADÆ.

Hermolyci filia magno concubuit simio;
hæc autem peperit multos Hermopitheciadas.
Si vero Helenam Juppiter et Castorem et Pollucem
ex Leda genuit, cycnum mentitus,
Hermionæ utique corvus concubuit; misera autem

Apparet sed nunc cum venit esse pugil.
Ut dixi, Quis es? unde venis ad limina nostra?
In me belligeras sustulit ille manus :
Absque mora fugi, metuens trucis hospitis iram,
Cui ptisane nulla est, sed furiata manus.
Per te Pollucem pugilem, per Castora, perque
Supplicibus facilem, te precor, aio, Jovem :
Has mihi tolle manus. Toties pugnare, Calendæ
Quot venient, tecum non libet, et nimium est.

352. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Artificem magnum testudinis Androtiona
Nescio quis tentans, talia verba dedit :
Cur plectris hypate quoties mihi dextra feritur,
Læva simul nete nec mihi tacta tremit,
Et leve quid strepitat, sonitumque repercutit illum,
Quem dederat proprio verbere tacta fides.
Miror ab exanimi detractas corpore chordas,
Hoc a natura fœdus habere datum.
Ille deos jurans, Nec Aristoxinus haberet
Quo tantus fidicen solveret istud, ait;
Sed cape responsum : quot habet lyra garrula chordas,
Viscera sunt, quæ sol arida fecit, ovis.
Fraternas igitur leges communis origo
Inque vicem sonitus participare dedit.
Cum consorte modos æqualis dividit hæres,
Ventris ut unius se probet esse genus.
Sic oculum quoties dextrum malus inficit humor,
Lævus ab arcana transitione dolet.

353. PALLADÆ.

Simius implevit natam puto Mercurialis,
Unde tot enixa est Mercurisimiolos.
Castora si potuit geminum pulchramque sororem
Juppiter ex Leda gignere, factus olor :
Hermionæ corvus fuit incubus, edidit inde

φρικτῶν δαιμονίων ἑρμαγέλην ἔτεκεν.

354. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἄλλον Ἀριστοτέλην, Νικόστρατον, ἰσοπλάτωνα,
σκινδαλαμοφράστην αἰπυτάτης σοφίης,
τοῖα περὶ ψυχῆς τις ἀνείρετο· « Πῶς θέμις εἰπεῖν
« τὴν ψυχήν; θνητήν, ἢ πάλιν ἀθάνατον;
« σῶμα δὲ δεῖ καλέειν, ἢ ἀσώματον; ἐν δὲ νοητοῖς
« τακτέον, ἢ ληπτοῖς, ἢ τὸ συναμφότερον; »
Αὐτὰρ ὃ τὰς βίβλους ἀνελέξατο τῶν μετεώρων,
καὶ τὸ περὶ ψυχῆς ἔργον Ἀριστοτέλους,
καὶ παρὰ τῷ Φαίδωνι Πλατωνικὸν ὕψος ἐπιγνούς,
πᾶσαν ἐνησκήθη πάντοθεν ἀτρεκίην.
Εἶτα περιστέλλων τὸ τριβώνιον, εἶτα γενείου
ἄκρα καταψήχων, τὴν λύσιν ἐξέφερεν·
« Εἴπερ ὅλως ἔστι ψυχῆς φύσις (οὐδὲ γὰρ οἶδα),
« ἢ θνητὴ πάντως ἐστὶν ἢ ἀθάνατος,
« στεγνοφυὴς ἢ ἄϋλος· ὅταν δ' Ἀχέροντα περήσῃς,
« κεῖθι τὸ νημερτὲς γνώσεαι ὡς ὁ Πλάτων.
« Εἰ δ' ἐθέλεις, τὸν παῖδα Κλεόμβροτον Ἀμβρακιώτην
« μιμοῦ, καὶ τεγέων σὸν δέμας ἐχχάλασον·
« καί κεν ἐπιγνοίης δίχα σώματος αὐτίκα σαυτόν,
« μοῦνον ὅπερ ζητεῖς τοῦθ' ὑπολειπόμενος. »

355. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πάντα μὲν οἶδα, λέγεις· ἀτελὴς δ' ἐν πᾶσιν ὑπάρχεις,
γευόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

356. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς σὲ καὶ ἀψευδὴς ἐψεύσατο βίβλος Ὁμήρου,
ὁπλοτέρων ἐνέπουσα μετήορα δήνεα φωτῶν.

357. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Υἱὸς καὶ γενετὴρ δῆριν φιλόνεικον ἔθεντο,
τίς πλέον ἐκδαπανῶν κλῆρον ἅπαντα φάγῃ.
Καὶ μετὰ τὴν βρῶσιν τὴν χρηματικὴν μάλα πᾶσαν,

horribilium dæmonum mercurialem-gregem genuit.

354. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Alterum Aristotelem, Nicostratum, parem-Platoni,
tenuissimum-rationatorem elatissimæ philosophiæ,
talia de anima aliquis interrogavit : « Quomodo fas *est*
animam? mortalem, aut rursus immortalem? [dicere
et corpus oportet ne vocare, an corporis-expertem? in in-
telligibilibus ponenda, an sensibilibus, an *est* utrumque? »
Atque ille libros legit metaphysicorum,
et de anima opus Aristotelis,
et in Phædone Platonica sublimitate cognita,
omni se-instruxit undique veritate.
Dein componens pænulam, inde barbam
imam mulcens, hanc solutionem extulit :
« Si omnino est animæ natura (neque enim novi),
aut mortalis omnino est aut immortalis,
solide-compacta aut immaterialis : quum autem Acheron-
illic veritatem nosces ut Plato. [tem transieris,
Si autem vis, puerum Cleombrotum Ambraciensem
imitare et tectis tuum corpus demitte;
et nosces absque corpore illico te-ipsum,
solum quod quæris id relictum-habens. »

355. PALLADÆ.

Cuncta quidem novi, ais : at imperfectus in omnibus es,
gustans omnia, nil habes proprium.

356 ANONYMI.

In te vel nunquam-mendax mentitus-est liber Homeri,
juniorum dicens volitantes *esse* mentes virorum.

357. PALLADÆ.

Filius et genitor litem rixosam inter-se-moverunt,
quis plus decoquens hereditatem totam comedet.
Et post vorationem argenti plane totam,

Horrendos lemures, Mercuriale pecus.

354. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Ille minutiloquus Sophiæ Nicostratus auctor,
Quantus Aristoteles vel Plato magnus erat,
Quæ foret in nobis animæ natura rogatus,
An mortis patiens, an sine morte foret;
Corporea an plane sine corpore, sensilis an quæ
Mente capi sola possit, an illud et hoc :
Incepit chartas evolvere de meteoris,
Deque anima scripsit quidquid Aristoteles,
Phædonisque libro sublimia verba Platonis,
Sic omnem veri quærit ubique viam.
Tunc sibi demulcens barbam, circumque regesto
Palliolo, nodum solvit et ista refert :
Si natura aliqua est animæ (nam me latet an sit)
Morti supposita est, aut sine morte manet,
Materieque caret, vel habet. Sed cum Styga vises,
Verum quid sit, eris gnarus, ut ipse Plato.
Aut si vis, imitare Cleombroton Ambracioten,
Et tua de celsa dejice membra domo :
Invenies tunc te subito sine corpore, et unum
Illud, quod cupide nunc ita quæris, eris.

355. PALLADÆ.

Omnia scire quidem jactas, sed in omnibus hæres;
Et tibi, gustanti singula, nil proprium est.

356. INCERTI.

Cætera qui verax, in te mentitur Homerus,
Consiliis juvenum qui pondus inesse negavit.

357. PALLADÆ.

Filius et genitor mirum certamen habebant,
Amplius ex censu perdere posset uter.
Nunc igitur postquam patrimonia tota vorarunt,

ὕστατον ἀλλήλους λοιπὸν ἔχουσι φαγεῖν.

novissime unus-alterum deinceps habent vorandum.

358. ΑΛΛΟ.

Ῥουφινιανὸς, Ῥοῦφος ὢν δισύλλαβος,
συνεξέτεινε τοῖς κακοῖς τὰς συλλαβάς·
οὐ λανθάνει δὲ τὴν δισύλλαβον Δίκην.
Κληθήσεται γὰρ καὶ δισύλλαβος πάλιν,
Ῥοῦφος κακοῦργος καὶ γόης, ὡς ἦν ποτέ.

358. ALIUD.

Rufinianus, Rufus qui-erat disyllabus,
una cum malis-factis extendit syllabas:
non fallit autem disyllabam Dicen (*Justitiam*).
Vocabitur enim et disyllabus iterum,
Rufus maleficus et veneficus, ut erat olim.

359. ΑΛΛΟ.

Ὦ τῆς ἁπάσης δυνάμεως ὑπέρτατε,
σῶσόν με τὸν δύστηνον ἐκ παντὸς φθόνου.
Θέλεις ἀκοῦσαι, βούλομαι κἀγὼ λέγειν·
τὸ γὰρ θέλημα τὴν χάριν τίκτει διπλῆν,
διπλοῦν τε κάλλος τῷ λόγῳ χαρίζεται
λέγοντι κόσμος, καὶ κλύοντι σεμνότης.
Φωστὴρ γὰρ εἶ σὺ καὶ λόγων καὶ τῶν νόμων,
νόμοις δικάζων καὶ λόγοισιν ἐκπρέπων.
Αἴλουρον εἶδον χρυσίου τὸν πρίγκιπα,
ἢ βδέλλαν ὠμὴν, χρυσοκόλλητον χόλον.

359. ALIUD.

O omni potentia excelsior,
salva me infelicem ab omni invidia.
Vis audire, volo et ego dicere;
voluntas enim gratiam gignit duplicem,
duplicemque venustatem sermoni gratificatur
in-dicente elegantia, et in-audiente gravitas.
Jubar enim es tu et sermonum et legum,
legibus judicans et sermonibus excellens.
Felem vidi auri hunc principem,
aut hirudinem diram, auro-colligatam bilem.

360. ΑΛΛΟ.

Νῦν ὁ στρατηγὸς Ἑρμανούβης ἐγένετο
κύων, ἀδελφοὺς συλλαβὼν Ἑρμᾶς δύο
ἀσημοκλέπτας, συνδεθέντας σχοινίῳ,
ψυχροὺς, ἀώρους, Ταρταρίους τε δαίμονας.

360. ALIUD.

Nunc dux Hermanubis evasit
canis, fratres assumens Hermas duos,
obscure-furantes, colligatos junco,
frigidos, deformes, Tartariosque dæmonas.

Οὐκ οἶδα χῶρον τοῦ τρόπου κατήγορον·
τρόπον δὲ χώρου τὸν κατήγορον λέγω.

Non novi locum morum accusatorem;
mores vero loci accusatores dico.

361. ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Ἡμίονοι σύγγηροι ἐμὴν κομέουσιν ἀπήνην,
ταῖσιν Ὁμηρείοις πάντα Λιταῖς ἴκελαι,
χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμὼ,
Ἡφαίστου πομπὴ, σκύτινα δαιμόνια,
οὔ ποτε γευσάμεναι, μὰ τὸν Ἥλιον, οὐδ' ἐν ὀνείρῳ,
οὐ θέρεος κριθὴν, οὐκ ἔαρος βοτάνην.
Τοὔνεκ' ἐμεῦ μὲν ἕκητι βίον ζώοιτε κορώνης
[ἢ ἐλάφου,] κενεὴν ἠέρα βοσκόμεναι.

361. AUTOMEDONTIS.

Mulæ quæ-una-senuerunt meam ornant rhedam,
Homericis per-omnia Precibus similes,
claudæque, rugosæque, obliquæque oculos,
Vulcani pompa, coriacei dæmones,
quæ nunquam gustarunt, testor Solem, ne in somno quidem
nec æstate hordeum, nec vere herbam.
Quare, per me licet, vitam vivite cornicis
aut cervi, inanem aera pascentes.

362. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Εὐδαίμων ὅτι τἄλλα μανεὶς ὠρχαῖος Ὀρέστας,
Λεύκαρε, τὰν ἀμὰν οὐκ ἐμάνη μανίην,
οὐδ' ἔλαβ' ἐξέτασιν τῶ Φωκέος, ἅτις ἐλέγχει
τὸν φίλον, ἀλλ' αἰεὶ ἓν δρᾶμ' ἐδίδαξε μόνον.
Ἦ τάχα κα τὸν ἑταῖρον ἀπώλεσε τοῦτο ποήσας·
κἀγὼ τοὺς πολλοὺς οὐκέτ' ἔχω Πυλάδας.

362. CALLIMACHI.

Felix quod cetera insaniens antiquus ille Orestes,
o Leucare, meam non insaniit insaniam,
neque cepit experimentum Phocensis, quo exploret
amicum, sed semper unum drama docuit modo.
Sane forte sodalem perdidisset hoc faciens:
ego quoque multos illos non amplius habeo Pyladas.

363. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Οὐκέτ' Ἀλεξανδρεῦσι τὰ τίμια, χὼ Πτολεμαίου

363. DIOSCORIDÆ.

Non jam Alexandrinis *sunt* illa honesta, et Ptolemæi

Alter ut alterius corpora restat edant.

Μόσχος ἐν ἠϊθέοις λαμπάδι κῦδος ἔχει·
ὁ Πτολεμαίου Μόσχος, ἰὼ πόλι! ποῦ δὲ τὰ μητρὸς
αἴσχεα, πάνδημοί τ' ἐργασίαι τέγεος;
ποῦ δὲ [κασαύρια; ποῦ δὲ] συφόρβια; Τίκτετε, πόρναι,
τίκτετε, τῷ Μόσχου πειθόμεναι στεφάνῳ.

364. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Οὗτος ὁ μηδὲν, ὁ λιτός, ὁ καὶ λάτρις, οὗτος, ὁρᾶτε,
ἐστί τινος ψυχῆς κύριος ἀλλοτρίης.

365. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Καλλιγένης ἀγροῖκος, ὅτε σπόρον ἔμβαλε γαίῃ,
οἶκον Ἀριστοφάνους ἦλθεν ἐς ἀστρολόγου,
ἤτεε δ' ἐξερέειν, εἴπερ θέρος αἴσιον αὐτῷ
ἔσται, καὶ σταχύων ἄφθονος εὐπορίη.
Ὃς δὲ λαβὼν ψηφῖδας, ὑπὲρ πίνακός τε πυκάζων,
δάκτυλά τε γνάμπτων, φθέγξατο Καλλιγένει·
« Εἴπερ ἐπομβρηθῇ τὸ ἀρούριον ὅσσον ἀπόχρη,
« μηδέ τιν' ὑλαίην τέξεται ἀνθοσύνην,
« μηδὲ πάγος ῥήξῃ τὴν αὔλακα, μηδὲ χαλάζῃ
« ἄκρον ἀποδρυφθῇ δράγματος ὀρνυμένου,
« μηδὲ κεμὰς κείρῃσι τὰ λήϊα, μηδέ τιν' ἄλλην
« ἠέρος ἢ γαίης ὄψεται ἀμπλακίην,
« ἐσθλόν σοι τὸ θέρος μαντεύομαι, εὖ δ' ἀποκόψεις
« τοὺς στάχυας· μούνας δείδιθι τὰς ἀκρίδας. »

366. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Φειδωλός τις ἀνὴρ ἀφόων θησαυρὸν ὀνείρῳ,
ἤθελ' ἀποθνήσκειν, πλούσιον ὕπνον ἔχων·
ὡς δ' ἴδε τὴν προτέρην, σκιόεν μετὰ κέρδος ὀνείρου,
ἐξ ὕπνου πενίην, ἀντικάθευδε πάλιν.

367. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΚΕΝΣΟΡΟΣ.

Ὄψιν ἔχεις στρουθῷ πανομοίϊον. Ἦ ῥά σε Κίρκη
ἐς πτηνὴν μετέθηκε φύσιν, κυκεῶνα πιόντα.

368. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀμητὸς πολύς ἐστι τεὴν κατὰ δάσκιον ὄψιν·

Moschus inter ingenuos juvenes lampade honorem habet.
Ptolemæi Moschus, heu civitas! ubi autem matris
dedecora, vulgivagaque opera stationis?
ubi autem [lupanaria? ubi] suilia? Gignite, meretrices,
gignite, Moschi persuasæ corona.

364. BIANORIS.

Hic qui nihil *est*, tenuis, et famulus, hic, videte,
est alicujus animæ dominus alienæ.

365. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Calligenes rusticus, quum semina injiceret terræ,
domum Aristophanis venit astrologi,
rogabatque ut-responderet, utrum messis fausta ipsi
futura-esset, et spicarum multa abundantia.
Ille autem sumens calculos, super lanceque componens,
digitosque curvans, dixit Calligeni : [sufficit,
« Si quidem humectatus-erit imbre agellus, quantum
nec ullam silvestrem pariet luxuriem,
neque gelu fregerit glebam, neque grandine
summa lacerata-erit arista oriens,
neque hinnulus totonderit segetem, neque ullum aliud
aeris aut terræ *ager* viderit vitium,
bonam tibi messem vaticinor, beneque abscides
spicas : solas time locustas. »

366. MACEDONII CONSULIS.

Parcus quidam vir contingens thesaurum in-somnio,
volebat mori, divitem somnum habens :
ut autem vidit priorem, inane post lucrum ex-somnio,
post somnum paupertatem, obdormivit rursus.

367. JULIANI ANTECESSORIS.

Vultum habes struthioni persimilem. Sane igitur te Circe
in volucrem mutavit naturam, mixtum-potum ut bibisti.

368. EJUSDEM.

Seges multa est tuam per hirsutam faciem :

---

364. BIANORIS.

Pauper hic et servus nullosque homo natus ad usus,
Qualem dic-animam possidet? alterius.

365. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Calligenes postquam mandarat semina terræ,
Ivit ad astrologi limen Aristophanis,
An sibi felicem sponderent sidera messem
Et jactæ Cereris fœnora multa, rogans.
Ille super tabula ponensque movensque lapillos
Et digitos flectens, talia dicta dedit :
Si quantus satis est in glebas decidat imber,
Nec sit abortivo mergite fœta seges,
Grandine nec dura teneræ lapidentur aristæ,
Nec glacie sulcos aspera rumpat hyems,
Dente nec hinnuleus nascentes tondeat herbas,
Nulla premant cœli si mala, nulla soli,
Proveniet felix æstas tibi, grande metes far,
Dum locustarum grex tibi non noceat.

366. MACEDONII CONSULARIS.

Thesaurum reperit per somnia nuper avarus,
Concupiitque mori dives imaginibus.
At postquam veterem, lucri fugientibus umbris,
Pauperiem agnovit, dormit ut ante solet.

367. JULIANI
Antecessoris.

Ora geris, Libyci sunt qualia passeris : an te
Monstrifica in volucrem mutarunt pocula Circes?

368. EJUSDEM.

Tam gravis hirsuto surgit tibi messis in ore,

τῷ σε χρὴ δρεπάνοισι, καὶ οὐ ψαλίδεσσι καρῆναι.

ideo te oportet falcibus, et non forcipibus tonderi.

369. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστεϊ, μή σε κολάψῃ
αἵματι Πυγμαίων ἡδομένη γέρανος.

369. EJUSDEM.

Tuto habita in urbe, ne te lædat
sanguine Pygmæorum gaudens grus.

370. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Οὐ λαλέει τὸ κάτοπτρον· ἐγὼ δέ σ' ἔφηλον ἐλέγξω
τὴν νοθοκαλλοσύνην φύκεϊ χριομένην.
Τοῦτο καὶ ἡδυλύρης ποτὲ Πίνδαρος [αἶσχος] ἐλέγχων,
εἶπεν ἄριστον ὕδωρ, φύκεος ἐχθρότατον.

370. MACEDONII CONSULIS.

Non loquitur speculum; ego vero te solatam convincam,
adulterinam-formam fuco ungentem.
Hoc et dulci-sonans-lyra olim Pindarus [dedecus] arguens
dixit « optimam aquam », *quippe* fuco infensissimam.

371. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Μή με κάλει δίσκων ἐπιΐστορα λιμοφορήων,
βρωτύν μοι φορέων τὴν κολοκυνθιάδα.
Ἀργυρέην ὕλην οὐ τρώγομεν, ἣν παραβάλλεις,
λιμῷ κρητίζων τοὺς μελέους πίνακας.
Ζήτει νηστεύοντας ἐς ἀργαλέην ἐπίδειξιν,
καὶ τότε θαυμάζῃ, κοῦφον ἄσημον ἔχων.

371. PALLADÆ.

Ne me voca lancium testem famem-afferentium,
dapem mihi ferens e-colocynthis.
Argenteam materiam non edimus, quam apponis,
fame fallens miseros discos.
Quære jejunantes in duram ostentationem,
et tunc suspicieris leve habens argentum-non-cusum.

372. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Σῶμα φέρων σκιοειδὲς, ἀδερκέϊ σύμπνοον αὔρῃ,
μή ποτε θαρσήσῃς ἄγχι τινὸς πελάσαι,
μή τις ἔσω μυκτῆρος ἀναπνείων σε κομίσσῃ
ἄσθματος ἠερίου πολλὸν ἀφαυρότερον.
Οὐ σὺ μόρον τρομέεις· τότε γὰρ πάλιν οὐδὲν ἀμείψας
ἔσσεαι ὡσαύτως φάσμα, τόπερ τελέθεις.

372. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Corpus ferens umbræ-simile, invisibili conspirans auræ,
ne unquam audeas prope quemquam accedere,
ne quis intra nasum aspirans te rapiat,
flatu aerio multo debiliorem.
Non tu mortem tremis; tunc enim nullam expertus mutationem
rursus eris æque phasma, quod es.

373. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Εἰς ποιητὴν κυβεύοντα.

Πάντων μουσοπόλων ἡ Καλλιόπη θεός ἐστιν·
ἡ σὴ Καλλιόπη Ταβλιόπη λέγεται.

373. PALLADÆ.

In poetam talis ludentem.

Cunctorum Musis-famulantium Calliope dea est :
tua Calliope Tabliope dicitur.

374. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Τῷ ψιμύθῳ μὲν ἀεὶ λιποσαρκέα τεῖνε παρειὴν,
Λαοδίκη, λαοῖς ἔνδικα τινυμένη·

374. MACEDONII CONSULIS.

Fuco quidem usque carne-destitutam extende genam,
Laodice, gentibus justa pendens.

Ut te non valeat tondere novacula, sed falx.

369. EJUSDEM.

Urbe mane tutus : ne te si rure vageris,
Pygmæo gaudens sanguine grus feriat.

370. MACEDONII CONSULIS.

Quid speculum tam multa rogas? tacet. Ast ego dicam :
Non nata est facies, sed medicata tibi.
Non ego, sed damnat te Pindarus : Optima rerum,
Dixit, aqua est : fuci scilicet hostis aqua est.

371. PALLADÆ.

Esuriem noli facientes tu mihi lances
Ponere : visne vorem, sæve, cucurbitulas?
Argentum spectare facis? non pascor ab illo :
Mendaces disci sunt tibi, vasa famis.
Collectis celebrant sacra qui jejunia, tantum
Esse tibi massæ testificare rudis.

372. AGATHIÆ.

Par tenui vento vereque umbratile corpus,
Ne propius quemquam conspiciare, cave :
Ne si respiret trahat et te naribus intro,
Cum collata tibi nulla sit aura levis.
Nec tibi mors metuenda; tibi nil auferet illa :
Nam spectrum nunc es, tunc quoque rursus eris.

373. PALLADÆ.

Excultos animos delectat fabula vatum :
At tibi non cordi fabula, sed tabula est.

374. MACEDONII CONSULIS.

Cerussa protende genas jam pelle carentes,
Ad pœnas populo debita Laodice.

μή ποτε δ' εὐρύνῃς σέο χείλεα· τίς γὰρ ὀδόντων
ὄρχατον ἐμπήξει φαρμακόεντι δόλῳ;
Τὴν χάριν ἐξέῤῥευσας ὅσην ἔχες· οὐκ ἀπὸ πηγῆς
ἀγλαΐη μελέων ἕλκεται ἀενάου.
Ὡς δὲ ῥόδον θαλέθεσκες ἐν εἴαρι· νῦν δ' ἐμαράνθης,
γήραος αὐχμηρῷ καρφομένη θέρεϊ.

375. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔπταρον ἄγχι τάφοιο, καὶ ἤθελον αὐτόθ' ἀκοῦσαι
οἷά περ ὠϊσάμην, μοῖραν ἐμῆς ἀλόχου.
Ἔπταρον εἰς ἀνέμους· ἄλοχον δέ μοι οὔ τι κιχάνει
λυγρὸν ἐν ἀνθρώποις, οὐ νόσος, οὐ θάνατος.

376. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δείλαιος ἀπελθὼν
εἴρετό μιν τοίης ἀμφὶ δικασπολίης·
« Ἡμετέρη θεράπαινα φύγεν ποτέ· τὴν δέ τις εὑρὼν,
« ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάτριν ἐπιστάμενος,
« ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι· τέκεν δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ·
« καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι; »
Ὃς δ' ὅτε μερμήριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον·
« Ἢ σοὶ, ἢ τῷ ἑλόντι τεὴν θεράπαιναν ἀνάγκη
« δουλεύειν κείνους, ὧν χάριν ἐξερέεις·
« δίζεο δ' εὐμενέοντα δικασπόλον, αἶψα δ' ἀποίσῃ
« ψῆφον ἀρειοτέρην, εἴ γε δίκαια λέγεις. »

377. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ὄρνεον ἠσθίομεν κεκλημένοι ἄθλιον ἄνδρες
ἄλλων ὀρνίθων βρώματα γινόμενοι·
καὶ τὸν μὲν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν,
ἡμᾶς δὲ ζῶντας τέσσαρες αἰγυπιοί.

378. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ δύναμαι γαμετῆς καὶ γραμματικῆς ἀνέχεσθαι,
γραμματικῆς ἀπόρου, καὶ γαμετῆς ἀδίκου.

Ne unquam vero larga-aperi tua labra : quis enim dentium
ordinem figet-in artificioso dolo?
Gratiam effudisti quantam habebas : non a fonte
nitor membrorum ducitur perenni.
Ut rosa autem florebas in vere : nunc autem tabefacta-es,
senii pulverulenta siccata æstate.

375. EJUSDEM.

Sternutavi ad sepulcrum, et volebam statim audire
quæ utique sperabam, fatum meæ conjugis.
Sternutavi in ventos : conjugem vero meam nihil attingit
triste inter homines, nec morbus, nec mors.

376. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Rhetorem ad Diodorum vir inops-consilii abiit-et
interrogavit eum tali de judicio :
« Nostra famula fugit quondam; illam vero aliquis nactus,
alienamque esse servam sciens,
junxit suo famulo : peperit autem pueros illi :
cuinam servire eos est justius? »
Ille autem postquam diu-meditatus inspexit librum quemque,
dixit stringens rotundam barbam :
« Aut tibi, aut ei qui-cepit tuam famulam, necesse est
servire illos, quorum gratia interrogas :
quære vero benevolum causidicum, et statim reportabis
sententiam potiorem, si quidem justa dicis. »

377. PALLADÆ.

Avem manducavimus invitati miseram viri,
aliarum avium dapes facti :
et Tityum quidem sub terra duo vultures edunt,
nos vero viventes quattuor vulturii.

378. EJUSDEM.

Non possum uxorem *simul* et grammaticam sustinere,
grammaticam inopem, et uxorem injustam.

Sed labra ne pandas esto memor : ars tibi fucum
Nulla dabit, dentes quo reparare queas.
Quod fuerat formæ, fluxit tibi : terra decusne
Quæ manat possit tradere quod maneat?
Ut rosa florebas, dum ver erat; arida nunc es,
Atque eris : hoc æstas, nempe senecta, facit.

375. EJUSDEM.

Sternueram tumulum juxta, jam jamque putabam
Audire uxoris fata suprema meæ.
Sternueram ventis : sensit nihil ipsa malorum,
Et mors et morbi semper ab hac fugiunt.

376. AGATHIÆ ORATORIS.

Accedens quidam Diodorum rhetora, factum
Proponit, Juris quid foret, inde rogat :
Ancillam, de me quæ fugerat, excipit alter,
Utque suo servo sit quasi nupta, facit,
Sed gnarus non esse suam : parit illa marito.
Illius ad partus jus habet, inquit, uter?
Ille diu curas et multa volumina versans
Sic ait, adducens curva supercilia :
Hos, de queis agitur, vel ei servire necesse est,
Quem penes ipsa fuit serva, vel esse tuos.
Effice sit judex tibi qui sit amicus : abibis
Victor ab hac caussa, si modo justa petis.

377. PALLADÆ.

Convivas pascebat avis nos forte vocatos,
At miseros aliæ nos epulantur aves.
Qui Tityum lacerant apud orcum sunt duo, sed nos
Vivi vulturiis quattuor esca sumus.

378. EJUSDEM.

Vix tolerare queo, gemina sub peste laborans :
Conjuge pugnaci, paupere Grammatica.

Ἀμφοτέρων τὰ πάθη θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται.
Τὴν οὖν γραμματικὴν νῦν μόλις ἐξέφυγον·
οὐ δύναμαι δ' ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν·
εἴργει γὰρ χάρτης καὶ νόμος Αὐσόνιος.

Ex-utrisque mala mors et fatum parata-sunt.
Grammaticam ergo nunc ægre effugi;
non possum autem ab uxore quæ-cum-viro-bella-gerit recedere;
impedit enim charta et lex Ausonia.

379. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Οὔ τις ἀλοιητῆρας ἰδεῖν τέτληκεν ὀδόντας
ὑμετέρους, ἵνα σοῖς ἐν μεγάροις πελάσῃ·
εἰ γὰρ ἀεὶ βούβρωστιν ἔχεις Ἐρυσίχθονος αὐτοῦ,
ναὶ τάχα δαρδάψεις καὶ φίλον ὃν καλέεις.
Ἀλλ' οὐ σεῖο μέλαθρά με δέξεται· οὐ γὰρ ἔγωγε
βήσομαι ὑμετέρῃ γαστρὶ φυλαξόμενος.
Εἰ δέ ποτ' ἐς τεὸν οἶκον ἐλεύσομαι, οὐ μέγ' ἄνυσσεν
Λαρτιάδης Σκύλλης χάσμασιν ἀντιάσας·
ἀλλ' ἔσομαι πολύτλας τις ἐγὼ πλέον, εἰ σὲ περήσω,
Κύκλωπος κρυεροῦ μηδὲν ἐλαφρότερον.

379. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Non quisquam molares videre sustinuit dentes
tuos, ut tuas ad ædes accederet:
si enim usque immanem-famem habes Erysichthonis ipsius,
næ forte dilaniabis etiam amicum quem vocas.
At non tuæ ædes me accipient: non enim equidem
ibo, tuo ventri servandus.
Si autem unquam in tuam domum introiero, non magnum fecit
Laertiades Scyllæ rictibus occurrens;
sed ero patiens ego *illo* magis, si te transiero,
Cyclope sævo nihilo leviorem.

380. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤ.

Παρθένος εὐπατέρεια Δίκη, πρέσβειρα πολήων,
οὐ τὸν ἐν εὐσεβίῃ χρυσὸν ἀποστρέφεται·
ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τάλαντα Διὸς πάγχρυσα τελέσθη,
οἷσι ταλαντεύει πάντα νόμον βιότου·
« καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα »,
εἰ μὴ Ὁμηρείων ἐξελάθου χαρίτων.

380. MACEDONII CONSULIS.

Virgo ingenua Justitia, patrona urbium,
non id quod-cum-pietate-est aurum aversatur;
sed et ipsæ lances Jovis e-solido-auro confectæ-sunt,
quibus ponderat omnem legem vitæ:
« Et tunc sane aureas pater suspendit lances »,
si non Homericas oblitus-es gratias.

381. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν· ἔχει δ' ἀγαθὰς δύω ὥρας,
τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

381. PALLADÆ.

Omnis mulier bilis est: habet autem bonas duas horas,
unam in thalamo, alteram in tumulo.

382. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Κεῖτο μὲν Ἀλκιμένης κεκακωμένος ἐκ πυρετοῖο,
καὶ περὶ λαυκανίην βραγχὰ λαρυγγιόων,
νυσσόμενός τε τὸ πλευρὸν ἅτε ξιφέεσσιν ἀμυχθὲν,
καὶ θαμὰ δυσκελάδοις ἄσθμασι πνευστιόων·
ἦλθε δὲ Καλλίγνωτος ὁ Κώϊος, ὁ πλατυλέσχης,

382. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Jacebat Alcimenes ægrotans ex febri
et per guttur raucos ronchos-edens,
fodicatusque latus tanquam ensibus punctum,
et crebro male-sonoris flatibus respirans.
Venit autem Callignotus Cous, large-garrulus,

Hinc mala quæ patior, mors sunt mera, triste sepulcrum.
Grammatica tandem me tamen expedii;
Non et ab Andromacha potui discedere, nam lex
Hoc Italæ gentis, chartaque scripta vetat.

379. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Nemo tuos audet sævos spectare molares,
Et tua propterea limina quisque fugit.
Nam regnet cum dira fames Erysichthonis in te,
Quis scit convivis parcat an illa tuis?
Me certe capient nunquam tua tecta, nec alvum
Ingrediar vastam dilaceratus ego.
Ad te si veniam, præ me nihil esset Ulysses,
Qui Scyllæ contra se trucis ora tulit.
Justius et dicar sollers, evasero si te,
Non levius monstrum, quam Polyphemus erat.

380. MACEDONII CONSULIS.

Ad eum, qui dixerat,
Aurum ni juris sperneret alma Dea.

Magni nata Jovis, juris Dea, quæ regit urbes,
Aurum non spernit cum pietate datum.
Quid ni? quando etiam Jovis ipsius aurea libra est,
Arbitriis vitam quæ regit æqua suis:
Juppiter ex auro lances examinat ambas:
Mæonidæ non hæc dulcia mente tenes?

381. PALLADÆ.

Fons iræ mulier: sed habet duo tempora læta:
Cum venit in thalamum, cumque abit in tumulum.

382. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In febre Alcimenes torrenti membra jacebat,
Et sonus angusto gutture raucus erat;
Et latus haud aliter quam ferri cuspide punctum,
Spiritus et duris creber anhelitibus;
Callignotus adest Cous, cui garrula lingua,

τῆς παιωνιάδος πληθόμενος σοφίης,
πᾶσαν ἔχων πρόγνωσιν ἐν ἄλγεσιν, οὔ τι περιττὸν
ἄλλο προαγγέλλων ἢ τὸ γενησόμενον.
Ἀλκιμένους δ' ἐδόκευεν ἀνάκλισιν, ἔκ τε προσώπου
φράζετο, καὶ παλάμης ψαῦεν ἐπισταμένως,
καὶ τὸ περὶ κρισίμων φαέων ἐλογίζετο γράμμα,
πάντ' ἀναπεμπάζων οὐχ ἑκὰς Ἱπποκράτους.
Καὶ τότε τὴν πρόγνωσιν ἐς Ἀλκιμένην ἀνεφώνει
σεμνοπροσωπήσας καὶ σοβαρευόμενος·
« Εἴ γε φάρυγξ βομβεῦσα, καὶ ἄγρια τύμματα πλευ- [ροῦ,
« καὶ πυρετῷ λήξει πνεῦμα δασυνόμενον,
« οὐκέτι τεθνήξει πλευρίτιδι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν
« σύμβολον ἐσσομένης ἐστὶν ἀπημοσύνης.
« Θάρσει· τὸν νομικὸν δὲ κάλει, καὶ χρήματα σαυτοῦ
« εὖ διαθεὶς, βιότου λῆγε μεριμνοτόκου,
« καί με τὸν ἰητρὸν, προῤῥήσιος εἵνεκεν ἐσθλῆς,
« ἐν τριτάτῃ μοίρῃ κάλλιπε κληρονόμον. »

383. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἦν ἄρα καὶ κάνθωσι Τύχη χαλεπή τε καὶ ἐσθλὴ,
καὶ Κρόνος ὡρονομεῖ τετραπόδων γένεσιν.
Ἐξότε γὰρ καὶ τοῦτον ὄνον χαλεπὸς χρόνος ἔσχεν,
ἐξ ἀλαβαρχείης γραμματικοῦ γέγονεν.
Τλῆθι φέρειν λοιπὸν, κανθήλιε· γραμματικοῖς γὰρ
οὐδὲ τέλος κριθῇ, κρῖ δὲ μόνον λέγεται.

384. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μοναχοὶ, τί τοσοίδε; τοσοίδε δὲ, πῶς πάλι μοῦνοι;
Ὦ πληθὺς μοναχῶν ψευσαμένη μονάδα!

385. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλαστὸν ἔχεις τὸν ἔρωτα, φόβῳ δὲ φιλεῖς καὶ ἀνάγκῃ·
τοῦ δὲ φιλεῖν οὕτως οὐδὲν ἀπιστότερον.

386. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Στυγνὴν τὴν Νίκην τις ἰδὼν κατὰ τὴν πόλιν ἐχθὲς
εἶπε· « Θεὰ Νίκη, τίπτε πέπονθας ἄρα; »

pæonia refertus doctrina,
omnem habens prænotionem in doloribus, non quid- [quam amplius
aliud prænuntians quam futurum.
Alcimenis autem inspiciebat decubitum, et ex facie
ratiocinabatur, et manum tangebat scite,
et de criticis diebus mente-percensebat scriptum,
omnia animo-repetens, non dissimiliter Hippocrati.
Et tunc prænotionem in Alcimenem alta-voce-enuntiabat
gravitatem-induens-vultu et superbiam :
« Si utique guttur resonare, et sævi ictus lateris *pungere*,
et febri desierit spiritus densari,
non jam morieris laterum-morbo : hoc enim nobis
symbolum futuræ est sanitatis.
Bono-sis-animo, sed tabellionem voca, et bona tui-ipsius
bene disponens, vitam desine curarum-genitricem,
et me medicum, vaticinii gratia boni,
in tertia parte relinque heredem. »

383. PALLADÆ.

Est ergo et asinis Fortuna difficilis aut bona,
et Saturnus dominatur quadrupedum genesi.
Ex quo enim et hunc asinum difficile tempus habuit,
ex alabarchæ-domo grammatici est-factus.
Sustine ferre deinceps, asine : grammaticis enim
non *est* finis hordeo, sed « hor » tantum dicitur

384. EJUSDEM.

Si monachi, cur tot? tot vero, quomodo rursus soli?
O multitudo monachorum mentita monadem!

385. EJUSDEM.

Fictum habes amorem; metu enim amas et necessitate :
amore autem ejusmodi nihil infidius.

386. EJUSDEM.

Tristem victoriam quispiam conspicatus per urbem heri
dixit : « Dea Victoria, quidnam passa-es igitur? »

Et cui Pæoniæ maximus artis honos;
Omnia morborum cui mens tam certa videbat,
Diceret ut præter fata futura nihil.
Alcimenis vultum videt hic, habitumque jacentis,
Utitur et venas experiente manu,
Judiciique dies, veterum quos scripta celebrant,
Computat, et normas prædicat Hippocratis.
Omnibus expensis tandem responsa profari
Incipit, attollens grande supercilium :
Si lateris cesset dolor, et ravis aspera fauces
Deserat, atque abeat febris anhela tibi,
Non tibi mors veniet morbo pleuritidis : ista
Quippe reversuræ signa salutis erunt.
Pone metum : tabulas legum dictante perito
Confice; nec vitæ sit tibi cura super,
Et medicum propter bona me responsa memento
Hæredem quarta scribere parte tuum.

383. PALLADÆ.

Ergo sors etiam bona vel mala versat asellos,
Sunt et quadrupedum quæ genus astra regant.
Iste Alabarchiæ fuerat sagmarius, at nunc
Paret, Saturni sidere, Grammatico.
Restat, aselle, feras quod sors jubet : omnia curtant
Grammatici, dicunt, es, quoque, non comede.

384. EJUSDEM.

Si monachi, cur tot? si tot, cur nomine tali?
Solos se dici non bene turba volunt.

385. EJUSDEM.

Fictus amor tuus est : metus auctor et auctor egestas;
Non est hic, credi cui bene possit, amor.

386. EJUSDEM.

Cum præferret heri tristem Victoria vultum,
Nescio quis, Quid te tam male, dixit, habet?

Ἡ δ' ἀποδυρομένη καὶ μεμφομένη κρίσιν, εἶπεν·
« Οὐκ ἔγνως σὺ μόνος; Πατρικίῳ δέδομαι. »
Ἦν ἄρα καὶ Νίκη πολυώδυνος, ἣν παρὰ θεσμὸν
Πατρίκιος ναύτης ἥρπασεν ὡς ἄνεμον.

387. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντες ἅπαξ τρώγουσιν· ὅταν δὲ τρέφῃ Σαλαμῖνος,
οἴκαδ' ἀριστῶμεν δεύτερον ἐρχόμενοι.

388. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Ἄχρις ἂν ᾖς ἄγαμος, Νουμήνιε, πάντα δοκεῖ σοι
ἐν τῷ ζῆν εἶναι τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά·
εἶθ' ὅταν εἰσέλθῃ γαμετή, πάλιν εὐθὺ δοκεῖ σοι
ἐν τῷ ζῆν εἶναι πάντα κακῶν τὰ κακά.
Ἀλλὰ χάριν τεκνίων — Ἕξεις, Νουμήνιε, τέκνα,
χαλκὸν ἔχων· πτωχὸς δ' οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

389. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὲν ζῇς ἐλάφου τανὸν χρόνον, ἠὲ κορώνης,
συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ·
εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, οὓς αὐτίκα γῆρας ἰάπτει,
μή σέ γ' ἀπειρεσίων οἶστρος ἕλῃ κτεάνων·
μὴ σὺ μὲν ἀτλήτοισιν ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀλέσσῃς,
χρήσωνται δ' ἄλλοι σοῖς ἀγαθοῖς ἀπόνως.

390. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴ με φιλεῖς, ἔργῳ με φίλει, καὶ μή μ' ἀδικήσῃς,
ἀρχὴν τοῦ βλάπτειν τὴν φιλίαν θέμενος.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐγὼ πολὺ κρέσσονα φημὶ
τὴν φανερὰν ἔχθραν τῆς δολερῆς φιλίας.
Φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείους
τὰς ὑφάλους πέτρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

391. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῦν Ἀσκληπιάδης ὁ φιλάργυρος εἶδεν ἐν οἴκῳ,
καὶ « Τί ποιεῖς, φησίν, φίλτατε μῦ, παρ' ἐμοί; »
Ἡδὺ δ' ὁ μῦς γελάσας, « Μηδέν, φίλε, φησί, φοβηθῇς,

Hæc autem lamentans et quærens de judicio, dixit :
« Non nosti tu solus? Patricio data-sum. »
Erat igitur et Victoria multo-dolore-confecta, quam præ- [ter legem
Patricius ut nauta rapuit ventum.

387. EJUSDEM.

Omnes semel *die* edunt : quum autem nutrit Salaminus,
domum venientes cœnamus iterum.

388. LUCILLII.

Donec es cœlebs, Numeni, cuncta videntur tibi
in vita esse bonorum bona :
dein quum ingressa-est uxor, rursus statim videntur tibi
in vita esse omnia malorum mala.
At puerorum causa *ducenda est*. Habebis, Numeni, li- [beros,
si æs habes : mendicus vero ne liberos quidem amat

389. EJUSDEM.

Si quidem vivis cervi extensum tempus, aut cornicis,
venia *erit* maximas divitias colligenti;
si vero unus es mortalium, quos illico senium attingit,
ne te utique infinitorum prurigo capiat bonorum;
ne tu quidem intolerabilibus in doloribus animum perdas,
utantur vero alii tuis bonis sine-labore.

390. EJUSDEM.

Si me amas, factis me ama, et ne me lædas,
initium nocendi amicitiam ponens.
Omnibus enim hominibus ego multo meliorem dico
manifestam inimicitiam dolosâ amicitiâ.
Dicunt autem navibus etiam per-mare-errantibus pejores
esse sub-salo petras manifestis scopulis.

391. EJUSDEM.

Murem Asclepiades avarus vidit in domo,
et « Quid agis, inquit, carissime mus, apud me? »
Dulce vero mus subridens, « Nihil, amice, ait, timeas;

Reddidit illa, dolens eventum litis iniquæ,
Solus id ignoras? sum data Patricio.
Non igitur sine jure dolet, quod surpuit illam
Patricius, ventum quomodo nauta solet.

387. EJUSDEM.

Mos semel est prandere, vocat nisi cum Salaminus;
Altera tunc facimus prandia namque domi.

388. LUCILLII.

Donec eris cœlebs, Numenie, cuncta putabis
Vitæ non aliud, quam bona plena bonis.
Intrârit conjunx tua limina, cuncta putabis
Vitæ non aliud quam mala plena malis.
At sobolis causa. Fueris nummatus, habebis
Et sobolem; si non, est gravis et soboles.

389. EJUSDEM.

Tantas unus opes? sed possem ignoscere, corvi
Cornicisve dies si tibi fata darent.
At si hominum e numero es, quibus est festina senectus,
Distendi immensis parce cupidinibus :
Ne tua carnifices consumant corda dolores,
Deque tuis partis vivere des aliis.

390. EJUSDEM.

Si mihi tu bene vis, bene fac, vel non male saltem
Ne damno causam præstet amicitia.
Omnibus hoc dictum mortalibus esto : professum
Est odium melius, quam simulatus amor.
Sic etiam scopulis, pelagi qui fluctibus exstant,
Plus ratibus sub aquis abdita saxa nocent.

391. EJUSDEM.

Murem Asclepiades cum conspexisset avarus,
Quid facis ah nostræ, dixit, amice domi?
Cui mus, Parce metu, respondit dulce renidens,

« οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρῄζομεν, ἀλλὰ μονῆς. »

non dapem apud te cupimus, sed mansionem. »

392. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μύρμηκος πτερόεντος ὑπὲρ νώτοιο καθεσθεὶς
Ἄδραστος ῥήτωρ τοῖον ἔλεξεν ἔπος·
« Ἵπτασο· τὸν σὸν ἔχεις, ὦ Πήγασε, Βελλεροφόντην »,
φέρτατον ἡρώων, ἡμιθανῆ σκελετόν.

392. EJUSDEM.

Formicæ alatæ super dorso sedens
Adrastus rhetor tale edixit verbum :
« Vola, tuum habes, o Pegase, Bellerophontem »,
præstantissimum heroum, semianime sceletum.

393. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἔστιν θυγατρὸς μεῖζον βάρος· εἰ δὲ δοκεῖ σοι,
Εὐκτήμων, εἶναι κοῦφον, ἄκουσον ἐμοῦ.
Ἔστιν σοὶ κήλη, κἀμοὶ θυγάτηρ· λάβε ταύτην,
καὶ δός μοι κήλας ἀντὶ μιᾶς ἑκατόν.

393. EJUSDEM.

Non est filiâ majus onus; si vero videtur tibi,
Euctemon, esse leve, audias me.
Est tibi hernia, et mihi filia : cape hanc,
et da mihi hernias pro una centum.

394. ΑΛΛΟ.

Ποιητὴς πανάριστος ἀληθῶς ἐστιν ἐκεῖνος,
ὅστις δειπνίζει τοὺς ἀκροασαμένους.
Ἢν δ' ἀναγινώσκῃ, καὶ νήστιας οἴκαδε πέμπῃ,
εἰς αὐτὸν τρεπέτω τὴν ἰδίαν μανίην.

394. ALIUD.

Poeta omnium optimus vere est ille,
qui cœnæ-accipit eos-qui-audierunt *recitantem*.
Si vero recitet et jejunos domum mittat,
in se-ipsum vertat proprium furorem.

395. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Πορδὴ ἀποκτέννει πολλοὺς ἀδιέξοδος οὖσα·
πορδὴ καὶ σῴζει τραυλὸν ἱεῖσα μέλος.
Οὐκοῦν εἰ σῴζει, καὶ ἀποκτέννει πάλι πορδή,
τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

395. NICARCHI.

Crepitus interficit multos quum-erumpere-nequit:
crepitus et servat, balbum quum-emittit cantum.
Ergo si servat, et interficit rursus crepitus,
regibus æquam crepitus habet potentiam.

396. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας ἐμοί, καὶ πολλάκις ἔγνων
σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος.
Νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· οὐ δέομαι γὰρ
οἴνου τοιούτου, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

396. LUCIANI.

Sæpe vinum misisti mihi, et sæpe habui
tibi grates, dulci nectare delectatus.
Nunc autem, si quidem me amas, ne mittas; non egeo [enim
vino tali, non-jam habens lactucas.

397. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλὰς μυριάδας ψηφίζων Ἀρτεμίδωρος,
καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων,
πολλάκις αἳ χρυσοῦ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι
πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον.

397. EJUSDEM.

Multas myriadas supputans Artemidorus
et nihil impendens, vivit vitam mularum,
sæpe quæ auri pretiosissimum pondus habentes
multum super dorso, fœnum edunt solum.

Heic ego non victum quæro, sed hospitium.

392. EJUSDEM.

Formicæ cum terga premens equitaret Adrastus
Rhetor, Jam volita, Pegase noster, ait.
Quippe et Bellerophon tuus est tibi, maximus heros,
Qui sua seminecè vix tegit ossa cute.

393. EJUSDEM.

Nullum majus onus quam filia : si leve credis,
Euctemon, audi quæ tibi vera loquar.
Hernia magna tibi : nata est mihi, tu cape natam,
Et mihi vel ramex centuplus adveniat.

394. ALIUD.

Ille poetarum clarissimus est mihi, cujus
Larga auditores pascere mensa potest.
At si quis recitat, jejunantesque remittit,
In dominum vertat se precor iste furor.

395. NICARCHI.

Occidit crepitus clausis egressibus : idem
Est aliis, tremulum cum canit, ipsa salus.
Qui servare potest multos, occidere multos,
Quis neget hunc magnis regibus esse parem ?

397. LUCIANI.

Artemidorus habet decies quod computet, et nil
Erogat : haud aliter vivere mula solet
Bajula, quæ multo cum sudet pressa sub auro,
Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

398. ΝΙΚΙΟΥ.

Τὴν κεφαλὴν βάπτων τις ἀπώλεσε τὰς τρίχας αὐτάς,
καὶ δασὺς ὢν λίαν, ᾠὸν ἅπας γέγονεν.
Τοῦτο βαφεὺς ἐπόησε, τὸ μηκέτι κουρέα τέμνειν
μήτε κόμην λευκὴν μήτε μελαινομένην.

398. NICIÆ.

Caput tingens quispiam perdidit capillos ipsos,
et licet-fuisset hirsutus valde, *velut* ovum totus evasit
Hoc tinctor fecit, ut jam-non tonsor cæderet
neque comam canam, neque nigrescentem.

399. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ.

Γραμματικός ποτ' ὄνῳ ἐποχούμενος ἐξεκυλίσθη,
καὶ τῆς γραμματικῆς, ὡς λόγος, ἐξέπεσεν·
εἶθ' ἑξῆς ἐβίου κοινὸν βίον, ὡς ἰδιώτης,
ὧν ἐδίδασκεν ἀεὶ μηδὲν ἐπιστάμενος.
Ἀλλὰ Γλύκων ἔπαθεν τοὐναντίον· ὢν γὰρ ἄπειρος
καὶ κοινῆς γλώττης, οὐχ ὅτι γραμματικῆς,
νῦν Λιβυκοὺς κάνθωνας ὀχούμενος, εἶτ' ἀποπίπτων
πολλάκις, ἐξαίφνης γραμματικὸς γέγονεν.

399. APOLLINARII.

Grammaticus quondam asino vectus provolutus-est
et grammaticâ, ut dicitur, excidit;
dein vixit communem vitam, ut illiteratus,
eorum-quæ docebat usque nihil tenens.
At Glyconi evenit contarium : quum enim esset rudis
etiam communis linguæ, nedum grammaticæ *peritus*,
nunc in-Libycis asinis vehens, dein excidens
sæpe, repente grammaticus evasit.

400. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ἴλαθι, Γραμματικὴ φυσίζοε, ἵλαθι λιμοῦ
φάρμακον εὑρομένη « Μῆνιν ἄειδε θεά ».
Νηὸν ἐχρῆν καὶ σοὶ περικαλλέα δωμήσασθαι,
καὶ βωμὸν θυέων μή ποτε δευόμενον.
Καὶ γὰρ σοῦ μεσταὶ μὲν ὁδοί, μεστὴ δὲ θάλασσα
καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια Γραμματική.

400. LUCIANI.

Propitia-sis, Grammatica vitæ-necessaria-gignens, propi-
· remedium quæ-reperisti « Iram cane dea ». [tia, famis
Ædem oportebat etiam tibi pulcherrimam condi,
et aram sacrificiis nunquam egentem.
Etenim te plenæ quidem viæ, plenumque mare,
et portus, omnium exceptrix Grammatica.

401. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰητήρ τις ἐμοὶ τὸν ἑὸν φίλον υἱὸν ἔπεμψεν,
ὥστε μαθεῖν παρ' ἐμοὶ ταῦτα τὰ γραμματικά.
Ὡς δὲ τὸ « Μῆνιν ἄειδε » καὶ « ἄλγεα μυρί' ἔθηκεν »
ἔγνω, καὶ τὸ τρίτον τοῖσδ' ἀκόλουθον ἔπος
« πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν »,
οὐκέτι μιν πέμπει πρός με μαθησόμενον. [« ἑταῖρε·
Ἀλλά μ' ἰδὼν ὁ πατήρ, « Σοὶ μὲν χάρις », εἶπεν,
« αὐτὰρ ὁ παῖς παρ' ἐμοὶ ταῦτα μαθεῖν δύναται·
« καὶ γὰρ ἐγὼ πολλὰς ψυχὰς Ἄϊδι προϊάπτω,
« καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικοῦ δέομαι. »

401. EJUSDEM.

Medicus quidam mihi suum carum filium misit,
ut disceret apud me has grammaticas-res.
Ubi autem « Iram cane » et « dolores infinitos imposuit »
novit, et tertium hæc subsequentem versum
« multas vero generosas animas Orco ante-tempus-demi
non jam eum mittit mihi ut-disceret. [sit »
Sed me conspicatus pater, « Tibi quidem *sint* grates,
at puer apud me hæc discere potest. [dixit, amice
etenim ego multas animas Orco ante-tempus-demitto,
et ad id minime grammatico egeo. »

---

398. NICIÆ.

Tingenti nimium cuncti periere capilli.
Glabrior est ovo, qui prius hirtus erat.
Sic opera tinctoris agit miser otia tonsor,
Cui coma nec nigrans ulla nec alba cadit.

399. APOLLINARII.

Grammaticus tardo (sic fama est) vectus asello
Excidit, atque ejus pectore Grammatica.
Ex illo, quæcumque aliis dictaverat ante,
Nesciit, et vulgi pars rudis ipse fuit.
Diversam sortem sensit Glyco. Cum foret expers
Communis linguæ, non modo Grammaticæ,
Vectus et interdum Libycis delapsus asellis
Evasit subito, cernite, Grammaticus.

400. LUCIANI.

Grammatica o salve, donatrix musa salutis ·
Iram Diva refer, nam medicina tua est.
Et tibi debuerant poni fulgentia templa,
Araque perpetuo turis honore calens.
Nam fora plena tui, pleuæ sunt æquoris undæ
Et portus, altrix optima Grammatica.

401. EJUSDEM.

Natus erat medico carus, qui mittitur ad me,
Totum Grammaticæ discat ut artis opus.
Iram Musa refer, jam noverat, atque *Dolores
Mille dedit*, sed et hoc quod solet inde sequi,
Multasque illustres animas demisit ad Orcum.
Mittere discipulum desiit ille mihi,
Meque videns genitor, Tibi gratia, dixit, amice, est,
Discere sed de me filius ista potest.
Multæ quippe animæ per me mittuntur ad Orcum;
Grammaticum nec ob id quæro magisterium.

402. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηδείς μοι ταύτην, Ἐρασίστρατε, τὴν σπατάλην σου
ποιήσειε θεῶν, ᾗ σὺ κατασπαταλᾷς,
ἔσθων ἐκτραπέλως στομάχων κακὰ, χείρονα λιμοῦ,
οἷα φάγοιεν ἐμῶν ἀντιδίκων τεκνία.
Πεινάσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον, ἢ πρὶν ἐπείνων,
ἢ χορτασθείην τῆς παρὰ σοὶ σπατάλης.

403. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς ποδάγραν.

Μισόπτωχε θεὰ, μούνη πλούτου δαμάτειρα,
ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη,
εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιϊζομένη ποσὶ χαίρεις,
πιλοφορεῖν τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται,
τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὐσονίου πόμα Βάκχου.
Ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίνεται οὐδέποτε.
Τοὔνεκα νῦν φεύγεις πενίης τὸν ἀχάλκεον οὐδὸν,
τέρπῃ δ' αὖ πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

404. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
ἐμβαίνει μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι·
τῆς κήλης δ' ἐπάνωθε τὰ φορτία πάντα τεθεικὼς
καὶ τὸν ὄνον, διαπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.
Ὥστε μάτην Τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
εἰ καὶ κηλήτης ταὐτὸ ποιεῖν δύναται.

405. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου ἄριστα,
οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως.
Ἐν τρισὶν ὥραις γὰρ θεριναῖς μόλις αἰσθάνετ' αὐτὸς,
ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.
Ὢ μεγάλου μυκτῆρος! ὅταν ποταμὸν διαβαίνῃ,
θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

402. EJUSDEM.

Nemo mihi hanc, Erasistrate, luxuriam tuam
faciat deorum, qua tu luxuriaris,
edens immaniter stomachorum mala, pejora fame
quæ utinam manducent meorum inimicorum pueruli
Esuriam enim rursus adhuc magis quam prius esuriebam,
potius quam satier ea quæ apud te est luxuria.

403. EJUSDEM.

In podagram.

Odio-habens-pauperes dea, sola divitiarum domitrix,
tu quæ belle vivere semper scis,
etsi et alienis insidens pedibus gaudeas,
coactilia-ferre scias, etiam unguenta tibi curæ-sunt,
oblectat et corona te, et Ausonii potus Bacchi.
Hæc apud mendicos adsunt nunquam.
Ideo igitur fugis paupertatis sine-ære limen,
juvarisque rursus divitiarum ad pedes stans.

404. EJUSDEM.

Nunquam in navem herniosus Diophantus
intrat in alterum litus abiturus :
sed super herniam onera cuncta postquam-posuit
et asinum, pernavigat velum tollens.
Ita-ut frustra Tritones in aquis laudem habeant
si et herniosus idem facere potest.

405. EJUSDEM.

Nasutus Nico odoratur vinum optime,
non potest autem dicere quale sit celeriter.
In tribus horis enim æstivis vix sentit ipse,
quippe qui habeat cubitorum nasum ducentorum.
Proh! magnum nasum! quum flumen trajicit,
venatur illo sæpenumero pisciculos.

---

402. LUCIANI.

Delicias a me faciant, Erasistrate, longe
Illas dico tuas, quæso rogoque Deos.
Namque horrenda voras stomachi mala, quod fame pejus;
Has cupiam nostris hostibus esse dapes.
Quin optem tolerare famem, quæ maxima; dum ne
Cogar deliciis me satiare tuis.

403. EJUSDEM.

Mendicos fugiens domitrix Dea divitiarum,
Exemplum vitæ tu potes esse bonæ :
Alterius pedibus nam quamquam insidere gaudes,
Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu,
Serta nec, Ausonii nec desit copia Bacchi,
Mendici præbet qualia nulla domus.
Unde et egestatis ferratum limen abhorres,
Ad dominique venis in lare dite pedes.

404. EJUSDEM.

Navi nil opus est Diophanto, ut transeat amnem;
Implet enim turgens hernia navis opus.
Huic nam sarcinulas ipsumque imponit asellum,
Et sinuosa levans lintea transit aquas.
Frustra se jactant igitur Tritones in undis,
Cum Diophon magno ramice præstet idem.

405. EJUSDEM.

Olfacit egregie nasutus pocula Nicon,
Sed cito sit vinum dicere quale nequit;
Nam tribus æstivis vix ipse id percipit horis,
Bis centum quoniam nasus it in cubitos.
Egregius nasus, qui, si quem forte per amnem
Ducat iter, pisces non semel ipse capit.

406. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τοῦ γρυποῦ Νίκωνος ὁρῶ τὴν ῥῖνα, Μένιππε·
αὐτὸς δ' οὐ μακρὰν φαίνεται εἶναι ἔτι.
Πλὴν ἥξει, μείνωμεν ὅμως· εἰ γὰρ πολὺ, πέντε
τῆς ῥινὸς σταδίους, οἴομαι, οὐκ ἀπέχει.
Ἀλλ' αὐτὴ μὲν, ὁρᾷς, προπορεύεται· ἢν δ' ἐπὶ βουνὸν
ὑψηλὸν στῶμεν, καὐτὸν ἐσοψόμεθα.

406 NICARCHI.

Nasuti Niconis video nasum, Menippe:
ipsum vero non procul apparet abesse amplius.
Sed veniet, maneamus tamen; maximum enim, quinque
a-naso stadia, puto, non abest. [multum
Sed ipse quidem *nasus*, vides, præcedit; si vero in tu-
excelsum ascenderimus, et ipsum *Niconem* spectabimus.

407. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν λεπτὸν θακεῦντα Μενέστρατον εἴαρος ὥρῃ
μύρμηξ ἐξελθὼν εἵλκυσεν εἰς ῥαγάδα·
μυῖα δ' ἐπιπτᾶσ' αὐτὸν ἀνήρπασεν, ὡς Γανυμήδην
αἰετὸς εἰς θαλάμους οὐρανίους Κρονίδεω·
πίπτεν δ' ἐκ χειρῶν μυίης, χοὐδ' ὣς θίγε γαίης,
ἐκ δ' ἀράχνης ἱστοῦ τῶν βλεφάρων κρέμαται.

407. EJUSDEM.

Gracilem sedentem Menestratum veris hora
formica egressa traxit in rimam;
musca vero advolans eum rapuit, ut Ganymeden
aquila in thalamos cœlestes Saturnii.
Excidit autem manibus muscæ, et ne sic quidem tetigit
sed ex araneæ tela palpebris pendet. [terram.

408. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις,
οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί· τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος
καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

408. LUCIANI.

Caput tingis, senectam vero nunquam tinges,
neque genarum explicabis rugas.
Ne igitur faciem totam cerussa effinge,
ita ut larvam, et non faciem habeas.
Nil enim prodest. Quid insanis? nunquam fucus
et cerusa faciet Hecubam Helenam.

409. ΓΑΙΤΟΥΛΙΚΟΥ.

Τετράκις ἀμφορέως περὶ χείλεσι χείλεα θεῖσα
Σειληνὶς πάσας ἐξερόφησε τρύγας.
Εὐχαῖτα Διόνυσε, σὲ δ' ὕδασιν οὐκ ἐμίηνεν·
ἀλλ' οἷος πρώτης ἦλθες ἀπ' οἰνοπέδης,
τοῖόν σε προὔπινεν ἀφειδέως, ἄγγος ἔχουσα
εἰσότε καὶ νεκύων ἦλθεν ἐπὶ ψάμαθον.

409. GÆTULICI.

Quater amphoræ circa labra *sua* labra apponens
Silenis omnes absorbuit fæces.
Crinite Bacche, te vero aquis non contaminavit;
sed qualis prima venisti a vinea,
talem te propinavit abunde, poculum tenens
donec et mortuorum venit ad arenam.

410. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Τοῦ πωγωνοφόρου Κυνικοῦ, τοῦ βακτροποσαίτου,
εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίαν.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο καὶ ῥαφανίδων,
μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν

410. LUCIANI.

Barbigeri Cynici, mendici-baculo-minantis,
vidimus in cœna magnam sapientiam.
Lupinis quidem enim primum abstinuit et raphanis,
non oportere inservire ventri dicens virtutem.
Quum autem oculis vidit niveam vulvam

---

406. NICARCHI.

Conspicio nostro magnum de rhetore nasum,
Utque reor, non est ipse, Menippe, procul;
Jam veniet : maneamus adhuc; nam quinque profecto
Non hinc jam stadiis longius esse potest.
Nonne vides ut jam procedat nasus? et ipsum
Cernere sit celsa, si lubet, e specula.

408. LUCIANI.

Tinge comas, si vis : tingi negat ipsa senectus;
Nec dabitur rugas explicuisse genis.
Parce precor vetulum cerussa pingere vultum :
Personam videor cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi : fucus et omne
Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

409. GÆTULICI.

Cum sua labra cadi labris quater applicuisset,
Silenis fæces ebibit usque merum.
Nec corrupit aquis tua pocula, maxime Liber:
Sed satus e vitis palmite qualis eras,
Ducere sic purum te sueverat. Iret ad orci
Cum congerrones, tunc quoque vas tenuit.

410. LUCIANI.

Mendici quæ sit Cynici sapientia (barba
Quid facit aut baculus?) cœna videre dedit.
Caulibus abstinuit primum, tenuique lupino :
Nam, Virtus ventri non famulatur, ait :
At postquam vulvam vidit niveamque bonamque,

στρυφνὴν, ἣ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον,
ᾔτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
κοὐδὲν ἔφη βόλβαν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

acrem, quæ prudentem jam abstulit mentem,
petivit præter exspectationem, et manducavit revera,
et nihil dixit vulvam virtuti nocere

411. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς βαλανεῖον ἐκπύρωτον.

Τοῦτο πυρὰν μᾶλλον κλῄζειν δεῖ, κοὐ βαλανεῖον,
ἥν ποθ' ὁ Πηλείδης ἧψε Μενοιτιάδῃ,
ἢ τὸν Μηδείης στέφανον, τὸν ἀνεῖρεν Ἐρινὺς
ἐν θαλάμοις Γλαύκης εἵνεκεν Αἰσονίδου.
Φεῖσαί μου, βαλανεῦ, πρὸς τοῦ Διός· εἰμὶ γὰρ ἀνὴρ
πάντα γράφων τὰ βροτῶν ἔργα καὶ ἀθανάτων.
Εἰ δὲ πρόκειταί σοι πολλοὺς ζῶντας κατακαίειν,
ἅπτε πυρὰν ξυλίνην, δήμιε, μὴ λιθίνην.

411. ANONYMI.

In balneum igne percalefactum.

Hoc rogum magis vocare oportet, et non balneum,
quem quondam Pelides succendit Menœtii-filio,
aut Medeæ coronam, quam nexuit Furia
in thalamis Glaucæ gratia Æsonis-filii.
Parce mihi, balneator, per Jovem: sum enim vir
cuncta scribens hominum opera et immortalium-deorum.
Si vero destinatum-est tibi multos viventes exurere,
succende rogum ligneum, tortor, non lapideum.

412. ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπὸν, μορφὴν δὲ χαράξαι
ῥᾴδιον· ἀλλ' ἐπὶ σοὶ τοὔμπαλιν ἀμφότερον.
Τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα
ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ Φύσις εἰργάσατο·
τὸν δ' ἐπὶ τῆς μορφῆς θόρυβον καὶ σώματος ὕβριν
πῶς ἄν τις γράψαι, μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων;

412. ANTIOCHI.

Animum quidem pingere arduum *est*, formam vero delineare
facile; sed in te contrarium *est* utrumque.
Animi quidem enim pravitatem extra proferens
inter apparentia Natura posuit;
formæ vero tumultum et corporis injuriam
quomodo aliquis pingat, ne videre quidem volens?

413. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Ὡς κῆπον τεθυκὼς, δεῖπνον παρέθηκεν Ἀπελλῆς,
οἰόμενος βόσκειν ἀντὶ φίλων πρόβατα.
Ἦν ῥαφανὶς, σέρις ἦν, τῆλις, θρίδακες, πράσα, βολβοὶ,
ὤκιμον, ἡδύοσμον, πήγανον, ἀσπάραγος·
δείσας δ' ἐκ τούτων μὴ καὶ χόρτον παραθῇ μοι,
δειπνήσας θέρμους ἡμιβρεχεῖς, ἔφυγον.

413. AMMIANI.

Tanquam hortum immolasset, cœnam apposuit Apelles,
putans pascere pro amicis oves.
Erat raphanus, intibus erat, fœniculum, lactucæ, porra, bulbi,
basilicum, menta, ruta, asparagus:
veritus autem post hæc ne et fœnum apponeret mihi,
ut-prandi lupinos semimadidos, effugi.

414. ΗΔΥΛΟΥ.

Λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης
γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.

414. HEDYLI.

Membra-solventi Baccho et membra-solventi Veneri
generatur filia membra-solvens podagra.

Clam vires animi noluit esse sui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit,
Virtuti vulvam posse nocere negans.

411. INCERTI.

de balneo fervente.

Crede mihi, non sunt hæc balnea, sed rogus ille,
Quem Patroclo pietas struxerat Æacidæ,
Colchidos aut sertum cui propter Iasona Glauces
Intulit in thalamo sæva Megæra facem.
Jam mihi per quæso superos, here, parce lavacri;
Scribere namque hominum gesta Deumque meum est.
Aut tibi si, tortor, stat multos urere vivos,
Fac flammam ligno surgere, non lapide.

412. ANTIOCHI.

Ardua res animum, facilis depingere formam,
In te sed se rem constat habere secus.
Nam pravos animi mores natura latere,
Exponens oculis obvia signa, vetat:
Sed fœdum corpus, confusa sed ora videre
Cum metuant omnes, pingere nemo potest.

413. AMMIANI.

Convivas hortum quasi sacrificasset Apelles
Excipit. An solas forte vocavit oves?
Ponit enim mentam, lactucas, ocyma, bulbos,
Intubaque et raphanos, allia et asparagos.
Aufugi pastus male semimadente lupino,
Sollicitus fœnum ne daret ille mihi.

414. HEDYLI.

Solvere membra Venus, Bacchus quoque solvere membra,
Solvere et ex illis nata podagra solet.

415. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ἢ ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἐκ τοῦ, Μεντορίδη, προφανῶς οὕτως μετέθηκας
τὴν πυγήν, ὅπου τὸ στόμ' εἶχες πρὸ τοῦ; [γείων.
βδεῖς γάρ, κοὐκ ἀναπνεῖς, φθέγγῃ δ' ἐκ τῶν κατα-
Θαῦμά μ' ἔχει τὰ κάτω πῶς σου ἄνω γέγονεν.

416. ΑΔΗΛΟΝ.

Χρήματα καὶ πόρναις παραγίνεται· οὐκ ἀλεγίζω.
Μισείτω με τύφας Χρυσὸς ὁ πορνοφίλας.

417. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς γυναῖκα παιδεραστίᾳ νέῳ ἐνοχλοῦσαν.

Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, Μενέσθιον· οὐ γὰρ ἔγωγε
ἀκαίρων μήλων προσδέχομαι ῥυτίδα·
ἀλλ' αἰεὶ πεπόθηκα συνακμάζοντας ὀπώρη.
Ὥστε τί πειράζεις λευκὸν ἰδεῖν κόρακα;

418. ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Ἀντίον ἠελίου στήσας ῥῖνα καὶ στόμα χάσκων,
δείξεις τὰς ὥρας πᾶσι παρερχομένοις.

419. ΦΙΛΩΝΟΣ.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ γεραρώτεραι· αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ
μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.

420. ΑΛΛΟ.

Αἱ τρίχες, ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες· ἢν δὲ λαλήσῃς,
ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τρίχες.

421. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ.

Ἂν μὲν ἀπόντα λέγῃς με κακῶς, οὐδέν ἀδικεῖς με,
ἂν δὲ παρόντα καλῶς, ἴσθι κακῶς με λέγων.

422. ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Εἰς ἀπαίδευτον ἐπιδειξάμενον.

Βήσας, εἰ φρένας εἶχεν, ἀπήγχετο· νῦν δ' ὑπ' ἀνοίας
καὶ ζῇ καὶ πλουτεῖ, καὶ μετὰ τὴν πάροδον.

415. ANTIPATRI, aut NICARCHI.

Quis tuam, Mentorida, manifeste sic transtulit
natem, ubi os positum-erat prius? [bus-partibus.
Pedis enim, et non spiras: loqueris autem ex inferiori-
Miror ima tui pars quomodo summa evaserit.

416. INCERTI.

Divitiæ etiam meretricibus adsunt: nihil moror.
Oderit me miser Thesaurus-auri meretrices-amans.

417. INCERTI.

De vetula puerulum persequente.

Aliam quercum excute, o Menesthium: non enim ego
intempestivam pomorum accipio rugam; [quidem
sed semper desideravi mecum-pariter-florescentem fru-
Ergo quid tentas album videre corvum? [gem.

418. TRAJANI IMPERATORIS.

Contra solem ubi-posueris nasum et os hians,
ostendes horas cunctis prætereuntibus.

419. PHILONIS.

Cani cum prudentia *sunt* venerabiliores: iidem absque
magis multorum sunt dedecus annorum. [prudentia

420. ALIUD.

Capilli, si taces, sunt mens: si vero garris,
ut apud juventam, non mens *sunt*, sed capilli.

421. APOLLINARII.

Si quidem absenti de me dicis male, nil me lædis:
si vero de præsenti bene, scito-te de me maledicere.

422. ANTIOCHI.

In indoctum qui publice verba fecit.

Besas si cordatus esset, se-strangulasset: nunc vero præ
et vivit et dives-est vel post recitationem. [amentia

---

415. ANTIPATRI, *aut ut alii volunt*, NICARCHI.

Quis tibi, Mentoride, posuit, quibus artibus, anum,
Dic precor, os fuerat qua tibi parte prius?
Non ibi respiras, sed pedis, podice faris.
Mirum! quæ fuerant infera sunt supera.

416. INCERTI.

Divitiis florere vides et scorta. Quid ad me,
Si me odit, solitus nummus amare lupas?

417. INCERTI.

I procul hinc, aliamque, Menesthion, excute quercum:
Arida cum rugis non mihi poma placent.
Hos amo, quos mecum video florescere fructus,
Albentem corvum non volo conspicere.

418. TRAJANI IMPERATORIS.

Si nasum radiis obvertas solis et hiscas
Ore, videbit ibi, qui volet, hora quota est.

419. PHILONIS.

Canities prudens venerabile: quæ sine mente est
Ætatis longæ triste sit opprobrium.

420. ALIUD.

Cani, si taceas, mens sunt: si stulta loquaris,
Non mens, sed tantum crinis, ut in pueris.

421. APOLLINARII.

Si de me absenti loqueris male, nil nocet: at si
Præsentem laudas, te male scito loqui.

422. ANTIOCHI.

In hominem ineruditum, sua recitantem

Besas, si saperet, sese suspenderet: at nunc
Cum recitarit, adhuc vivit et auget opes.

423. ΕΛΛΑΔΙΟΥ.

Βάπτων πάντα, βαφεῦ, καὶ χρωματίοις μεταβάλλων,
καὶ πενίην βάψας, πλούσιος ἐξεφάνης.

424. ΠΙΣΩΝΟΣ.

Γαίης ἐκ Γαλατῶν μηδ' ἄνθεα, ἧς ἀπὸ κόλπων
ἀνθρώποις ὀλέ ειραι Ἐρινύες ἐβλάστησαν.

425. ΑΔΗΛΟΝ.

Γινώσκειν σε θέλω, Πλακιανὲ, σαφῶς, ὅτι πᾶσα
ἔγχαλκος γραῖα πλουσία ἐστὶ σορός.

426. ΑΛΛΟ.

Εἰς Ὀπιανὸν ἡγεμόνα πότην.

Γράμμα περισσὸν ἔχεις τὸ προκείμενον· ἣν ἀφέλῃ τις
τοῦτό σοι, οἰκεῖον κτήσῃ ἁπλῶς ὄνομα.

427. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀζόστομος ἐξορκιστὴς
ἐξέβαλ', οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρων δυνάμει.

428. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης·
οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

429. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐν πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
τοὔνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς ἔδοξε μόνος.

430. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖς σοφίαν περιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων αἶψ' ὅλος ἐστὶ Πλάτων.

431. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

423. HELLADII.

Tingens cuncta, tinctor, et coloribus immutans,
etiam paupertatem ubi-tinxisti, dives apparuisti.

424. PISONIS.

E terra Galatarum ne flores quidem *sunt*, cujus e sinu
hominibus exitiosæ Furiæ surrexerunt.

425. INCERTI.

Scire te volo, Placiane, aperte, omnem
nummatam anum divitem esse loculum.

426. ALIUD.

In Opianum ducem bibacem.

Litteram supervacuam habes initialem : si abstulerit aliquis
hanc tibi, proprium possidebis pure nomen.

427. LUCIANI.

Dæmonem multa garriens ore-graveolens exorcista
ejecit, non formularum, sed stercorum vi.

428. EJUSDEM.

Quid frustra-lavas corpus Indicum? abstine-te ab-arte:
non potes obscuram noctem in-solem-vertere.

429. EJUSDEM.

Inter omnes ebrios Acindynus voluit sobrius-esse;
quare et ebrius-esse ipse visus-est solus.

430. EJUSDEM.

Si nutrire barbam existimas *esse* sapientiam parare,
etiam hircus belle-barbatus statim integer est Plato.

431. EJUSDEM.

Si citus ad-cœnandum et ad cursum tardus es,
pedibus tuis manduca, et curre ore.

---

423. HELLADII.

Dum tibi tincta nitet mutato lana colore,
Pauperie tincta dives et ipse nites.

424. PISONIS.

Nec flores cupiam, profert quos Gallia, cujus
Ex gremio Furiæ mortalia sæcula vastant.

425. INCERTI.

Omnis anus locuples, hoc te, Placiane, monebo,
Est dives tumulus, prætereaque nihil.

426. *In Vinnium, Præsidem ebriosum.*

Vinnius esse cupis. Si verum vis tibi nomen,
Sola suo cedat litera quarta loco.

427. LUCIANI.

Dæmonas haud paucos olidus fugat exorcista,
Non oris sancta voce, sed illuvie.

428. EJUSDEM.

Quid lavis Æthiopem? perituro parce labori.
Noctis enim tenebras irradiare nequis.

429. EJUSDEM.

Sobrius in potis dum quærit Acindynus esse,
Solus ab his potus cur habeatur, habet.

430. EJUSDEM.

Si promissa potest sapientem reddere barba,
Barbatus poterit jam caper esse Plato.

431. EJUSDEM.

Manducare celer cum sis, et currere tardus,
Manduca pedibus, curre sed ore tuo.

432. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔσβεσε τὸν λύχνον μῶρος, ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
δακνόμενος, λέξας· « Οὐκέτι με βλέπετε. »

433. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· οὐ δύνασαι δὲ
φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειθόμενος.

434. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
μηδὲν ἐρωτήσῃς· μῶρον ὁρᾷς φαλακρόν.

435. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστὴς,
οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμὸν ἔχων.

436. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

437. ΑΡΑΤΟΥ.

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται,
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

438. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ.

Κορινθίῳ πίστευε, καὶ μὴ χρῶ φίλῳ.

439. ΔΙΦΙΛΟΥ.

Τὸ μὲν Ἄργος ἵππιον, οἱ δ' ἐνοικοῦντες λύκοι.

440. ΠΙΤΤΑΚΟΥ.

Μεγαρεῖς δὲ φεῦγε πάντας· εἰσὶ γὰρ πικροί.

441. ΦΙΛΙΣΚΟΥ.

Ὁ Πειραιεὺς κάρυον μέγ' ἐστὶ καὶ κενόν.

442. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξεν
δῆμος Ἐρεχθῆος, καὶ τρὶς ἐπηγάγετο,
τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
ἤθροισα, σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον·
ἡμέτερος γὰρ κεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

432. EJUSDEM.

Exstinxit facem stultus, pulicibus a multis
quum-morderetur, dicens : « Non jam me videtis. »

433. EJUSDEM.

Pictor, formas surripis modo : non potes vero
vocem prædari colori confidens.

434. EJUSDEM.

Si conspexeris depile caput, et pectus, et humeros,
nihil interroges : stultum vides calvum.

435. EJUSDEM.

Mirari mihi lubet, quomodo Bytus sit sophista,
neque sermonem communem, neque mentem habens

436. EJUSDEM.

Citius contingeret albos corvos, volucresque testudines
invenire, quam probum rhetorem Cappadocem.

437. ARATI.

Doleo Diotimum, qui in saxis considit,
Gargarensium pueris beta et alpha dicens

438. MENANDRI.

Corinthio crede, et ne utere amico.

439. DIPHILI

Argos quidem equis-aptum, incolæ vero lupi.

440. PITTACI.

Megarenses vero fuge cunctos : sunt enim acerbi.

441. PHILISCI.

Piræeus nux magna est et inanis.

442. ANONYMI.

Ter me rerum-potitum toties expulit
populus Erechthei, et ter reduxit,
magnum in consilio Pisistratum, qui Homerum
collegi, sparsim prius decantatum;
noster enim ille aureus erat civis,
si quidem Athenienses Smyrnam coloni-condidimus.

---

432. EJUSDEM.

Lumen ut extinxit vexatus pulice multo
Morio, Jam me non invenietis, ait.

433. EJUSDEM.

Surripis, o pictor, formam; at vox sola recusat
Artificis dextram victa colore sequi.

434. EJUSDEM.

Si caput absque pilis, humerosque et pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic est fatuus.

435. EJUSDEM.

Miramur rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit et ratio.

436. EJUSDEM.

Albus erit corvus prius et testudo volabit,
Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

437. ARATI.

Lugeo te, Diotime, cui saxa horrida sedes,
Gargaridum pueros unde elementa doces.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XI.

Glossator: Ἀρχὴ σκοπτικῶν (sic Cod. fere semper). Τὸ συμποτικὸν εἶδος ἐκ σκωμμάτων σύγκειται καὶ συμβολῆς, τῶν παλαιῶν ἀεὶ παρὰ τὸν πότον ἀλλήλους αὐτοσχεδιαζόντων. Ἵν' οὖν μηδὲ τούτων ἀμοιρῇς, καὶ ἐξ αὐτῶν ὑπέταξα τὰ ἐμπεσόντα. Quæ sunt ipsius Cephalæ ut alia pleraque titulis capitum adjecta; conf. initium cap. VII.

I. — Conqueritur poeta de vino in convivio, quod Mercurii festo agebatur, effuso et perdito. — 1 χοὰς Cod. — 2. « Αἴρων. Eodem afferendi sensu Theocritus XV, 27 : αἶρε τὸ νᾶμα· ubi vid. mea not. in edit. altera. — 3. Respicitur Hom. Od. Φ, 295 : Οἶνος καὶ Κένταυρον. Conf. ep. 16. » *B.*

II. — « Quæ fuerit epigrammatis occasio vix divino. Cum calculosis lite implicitus poeta, Theodorum eorum medicum rogare videtur, ut se ab illis defendat qui lapides gerunt. » *B.* — 1 οἱ ἄριστοι Cod., corr. Jac. — 2. « Λίθους ἔχειν dici non solum qui saxa pro telis gerunt, sed etiam οἱ λιθιῶντες, *calculo laborantes*, apparet ex facete dicto Gnathænæ ap. Athen. XIII, p. 578, E. Non vere igitur, sed ridiculi causa, illi appellari videntur ἄριστοι. » *Jac.*

III. — « Mortis contemplatio divitiarum cupiditatem imminuit; inde monentur mortales ut vita fruantur. — 4. Γλωσσόκομα comice loculos, quibus mortui componuntur, appellat. » *Jac.* Boiss. : « Schol. Wech.: κιβώτια, θῆκαι λειψάνων ξύλιναι, ex Hesychio. Est ποιεῖν πρός τι locutio præsertim in usu de remediorum vi : adi Bernard. ad Nonn. t. I, p. 43 et 437. » — 5 πάσας Cod. « Farinam spargens, quo sensu ἀκτὴ dicitur VI, ep. 299, 5, et alibi. Vinum autem inspergebatur interdum farina, ut ap. Hom. Il. Λ, 639. Athenæus X, p. 432, B : ἔπινον δ' οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ, ubi in versibus Comici rex Seleucus vinum cum melle et farina miscuisse dicitur :

Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν τὶ φυράσας ὑγρὸν,
κατησίμωσε πῶμα, καύματος λύσιν.

Alii [ut Grotius] ἀκτὴν de *littore* accipiunt et huc trahunt amœna τῶν ἀκταζόντων convivia : quam explicationem contextus non videtur admittere. » *Jac.* — 6 Ἀσίαν Plan. « Juncta μύρα καὶ στέφανοι et ep. 8. Sic Philemo fragm. inc. 80 : Ζῶν γὰρ ἀσκοῦ σαυτῷ στεφάνων καὶ μύρα. Est στεφάνους in codice 2720. Conjicio :

Ζῶν ἔτι παράσχου σαυτῷ στεφάνους καὶ μύρα.

[Ζῶν γὰρ παράσχου στέφανον αὐτῷ κ. μ. Meinekius.] Conf. infra ep. 19, 35, 168, Lucian. Contempl. § 22. » *B.*

IV. — « In virum qui non sibi uxorem duxerat, sed vicino, per quem ipsi bene erat nihil agenti. Conferendus Juvenalis Sat. I, 55 seqq. et Ovid. Amor. II, el. 4, 45 seqq. » *Jac.* — 1. « Sententia esset nitidior, scripto : Αὐτῷ τις γήμας πιθανὴν καὶ γείτονι. Est simile ἑτέροις γῆμας ep. 70, 4. » *B.* Esse videtur *soli*. Male Bothius Αὐτός τις. — 3. Μὴ πλεῖν μὴ σκάπτειν fere parœmiacum. Εὐστομάχως figurate, ut ap. Ciceronem εὐστομάχως *ferre* aliquid — 4 ἀλλοτριοδαπάνη Cod., corr. Brunck.

V. Μαρτισίου enotavit Salmas., non Μοντισ. Eandem rem tractat quam modo Parmenio, cui epigramma tribuit Plan. — 2 ἀμαλθαίας Cod. Hac comparatione fortasse etiam ad κερασφόρου appellationem salse respicitur. « De Amaltheæ cornu monui et citavi ad Babrii Fab. CVIII, 11, p 212. » *B.*

VI. E Codice editum a Jac. Fateor me non satis intelligere. An πτωχὸν maritum dicit eum qui præbere non potest quæ uxoris profusa luxuria quotidie poscit? — 1 κυανέα μ. Cod. « Suspicabar olim σκυλμὸς, μάχα. Nunc prætuli leniorem correctionem κυνέα, *pugna canina,* de iis qui impudenter rixantur. Initio hiatus vitari poterat scripto Ἔστι γάμος πτωχοῦ vel Πτωχῶν ἐστι γ. » *Jac.*

VII. Νικάνδρου Cod., sed Plan. Νικάρχου, quod probabilius. « Ad sententiam confer V, ep. 302, 5. » *B.* — 2 αἰνεῖν Plan. — 3 ἡ φύσις Cod. « Φιλόκνισος, id est φιλοῦσα τὸ κνίζεσθαι. Hoc enim libidinoso amori proprium ab honesto cum matrona connubio abest. » *Jac.* Qui cum ceteris Toupii conjecturam ἀλλοτριόχρως recepit; ἀλλότριος χρὼς Cod. et Plan., quod tuetur Otto Schneiderus ad Nicandr. p. 130 : « Sensus : adeo mentulæ grata titillatio est : alienam ubi sentit cuticulam, penitus gestit frui cunno non suo. » — 4 ξενοχυσταπ. legebatur, correxit O Schneider. Sic Agathias βρωματομιξαπάτη.

VIII. « Cum varietate quadam ex marmore dedit Muratorius p. 1321. Solebant autem seriores vetusta epigrammata in cippo repetere, mutationibus interdum factis, non semper magno cum judicio. [Iterum in lucem protractum marmor anno 1819 et a Niebuhrio editum : habes totum in Sylloge Welckeri LX, p. 89.] — Impensas funeribus fieri solitas rectius viventibus adhiberi. Sententia est odarii IV Anacreontici. Conf. ep. 19. — 1 στεφάνους στήλῃ χαρίσῃ, λίθος ἐστί marm. — 2 φλέξεις marm. *Noli solemnem rogi ignem incendere;* ita articulus non frustra additus. Probabilius tamen videtur quod post Scaligerum multi proposuerunt : τὸ πῦρ βρέξῃς, *rogi ignem vino restinguas.* Vide Kirchmann. De funerib. III, 7. » *Jac.* Φλέξῃς argute dictum videtur de igne quod unguentis affusis ardentius fit quam solet de nudis lignis et quam erat necessarium cremando mortuo : ne ignem, qui per se ardet, tanquam ascititio igni uras. — 3 εἴ τις (sic) ἔχεις et τεφρὰν marm. — 4 τίεται Plan. Respici ad locutionem parœmiacam οἴνου πηλὸν ποιεῖν (Thes. p. 1048, A) observat Jac. Sic integrum et absolutum epigramma, cui aliunde additum in marmore :

Τοῦτ' ἔσομαι γὰρ ἐγών· σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας,
εἰπὲ ὅτε οὐκ ὢν ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα,

quæ emendavit Meinekius ad Callimach. p. 298, not. :

Τοῦτ' ἔσομαι γὰρ ἐγώ· σὺ δὲ γ' ὀστοῖς γῆν ἐπιχώσας,
εἴφ' « Ὅ τι οὐκ ὢν ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα. »

Minime vero hoc distichon eidem poetæ tribui debet, quod « ut intellectu difficilius resecuisse Cephalam » putabat Heckerus I, p. 196.

IX. — Ad aliquem qui in convivio lautiores cibos in

...me epulorum apposuerat. — 2 ἄρτι Cod., ἆρα conj. Jacobs.: ἄρτι, pro ἄρτι, proposueram ad Simoratt. p. 317. Plan. scripserat ἄρτι, quod retinuit, non explicuit Chardo Roch. Misc. t. I. p. 221, ubi et latinam anonymi versionem edidit. » B. Fivius in Thes. sub v. conj. χαρτί. Cum Piccolo dedi ... — 3 ... Cod : recte Plan. « 'Ἔργα sunt culta arva; hinc ἔργα ... Vid. not. ad Simoc. p. 294, Fischer. ad Anacr. XXXVII, 9. » B.

Sequitur in Codice epigr. *Simonidis*, supra exhibitum V, 161, tanquam *Hedyli*.

X. In Plan. est *Luciani*. — Invitatio ad cœnam modicam, sed ob absentiam poetarum recitantium et grammaticorum commendabilem. Conf. Martial. IX, 36; III, 45. » *Jac.* — 3, 4. « Juncta ἔχει et παρέχειν πράγματα in gnome Epicuri ap. Diogen. Laert. X, 139 : τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει: vertente Cicerone De nat. deor. I, 17, pari cum verborum dispositione : *quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam nec exhibere alteri*. B. Magna pars conviviorum eruditorum continebatur ζητήμασι grammaticis, ad quorum exemplum illustre illud Sophistarum apud Laurentium convivium ab Athenæo est compositum.

XI. — « De Epicrate quodam, qui ad cœnam invitatus cum plurimis pueris venerat, haud secus ac tragœdus, qui histrionum gregem, aut choraules, qui chorum saltantium secum duxisset. Totus ille grex dum erudiebatur, victum accipiebat ab eo qui histrionibus præerat: v. Boeckh. Œcon. pol. t. I. p. 489. De choraule Salmas. ad Hist. Aug. Scr. t. II. p. 819 : « Postquam a comœdia se ipsos separaverunt choraulæ, et seorsum artis suæ specimen in scena exsequi cœperunt, chorum etiam suum habuerunt, qui ubique eos comitabatur. » Hinc Dio Chr. Or. IV, p. 147 : τοιοῦτον περὶ αὐτὸν ὄχλον εἶχεν, ὥσπερ οἱ σοφισταὶ καὶ αὐληταὶ καὶ οἱ διδάσκαλοι τῶν χορῶν. — 2 ἄλλον οὐδεν' Cod., corr. Salm.: ὢν est inter versus. — 3 ... Cod. — 4 * ὀρχηστῶν ... e Cod. refert Paulss. Ὀρχηστῶν non proprie accipiendum, non enim revera Epicrates chorum ducebat, sed servos, qui ad nutus heriles attendebant, ut saltantes ad signum τοῦ χοροδιδασκάλου. 'Ὀπίσω ἑδρῶν, quod servis *retro herique ad pedes* stantibus porrigebat ipsi appositos cibos auferendos domum. Sic Martialis III, 23 :

> Omnia quum *retro* pueris obsonia tradas,
> Cur non mensa tibi ponitur *a pedibus?*

[Conf. ep. 205, 2; 207, 2. *Boiss.*] — 6 δ' αὐτοῦσι πρὸς Cod., quod lenissima mutatione emendavi. » *Jac.* in Del. « Si αὐτοῦ servandum, erit pro adverbio loci. » *Boiss.*

XII. Lemma ... Φίλιππον. « Potius εἰς 'Επικράτη. De Epicrate, qui fuit poeta comicus, Fabric. Bibl. Gr. t. II in Catalogo comicorum. Necatus fuit in convivio a Philippo Macedoniæ rege, non illo quidem Alexandri M. patre, sed Demetrii filio, immanissimo tyranno ac sævissimo; necatur simul Callias, poeta tragicus, de quo et Fabricius : vide Dorvill. ad Charit. p. 580. — 1. Οἶνος κα. Κ... Cf. ad ep. 1, 3, et Chardon. Rochett. Misc. t. II. p. 208. — 3 Μονόμματος, epithetum de Philippo Alexandri patre proprium, fuit ænigmatice ad hunc Demetrii filium detortum, si Dorvillio credendum. Potuit et alter ille Philippus luscus esse. » B. Neque hoc necessarium; nam « qui Cyclopum indolem et mores referrent, poterant μονόμματοι vocari, quo nomine Cratinus τοὺς Κύκλωπας afferebat, teste Phrynicho p. ... » *Jac.* Plan. male ... Alterum sic explicat Dorvill. : « Philippus et Charon in vino, qui non per stygiam aquam et sutili cymba homines ad inferos transvectat, sed toxicato vino et poculis medicatis in Tartara mittit miseros convivas. — 4. Nota est πρόποσις a Theramene Critiæ propinata.

Sequitur in Codice epigramma τοῦ αὐτοῦ, jam exhibitum IX, 519.

XIII. In Plan. 'Αδέσποτον. — Tandem mors omnes dejicit, aliis aliis modis. — 1 ἧ ὡς Cod. — 2. 'Ο ... scilicet θάνατος, quem eo epitheto decorat Homerus non uno loco. Vide quæ monui in Notitt mann. t. XI, part. 2, p. 97. » B. — 3. 'Ὀπτήσας de febribus. Jac. comparavit Lucian. Contempl. c. 17. — ἐς εἰς ἐν Cod.

XIV. In Plan. 'Αδέσποτον iterum, et in duobus quæ sequuntur. — De culcitra durissima, cui in Procli domo incubuerat. — 2 ... Cod. Gorgo omnia in saxum mutans, Niobe mutata ipsa. — 3 οὐδεὶς μὲν ὅς. Plan. post Stephanum. « Sed prior in ... producitur vi sequentis literæ ... Imo augmenti. Sic VI, ep. 265, 4; XV, ep. 32, 11. Vide Jacobs. in Anal. t. XIII, p. 745. Classicum Diarium t XIV, p. 9?, et grammaticum in meis notis ad Planud. Metamorph. p. 509. — 4. Schol. Wech.: εἰς τὸν οἶκον τοῦ Πρόκλου· καὶ διὰ τοῦτο δείκνυσιν ὅτι ὁ Πρόκλος ἐξένισεν αὐτόν. B. — ὁ ἐστὶ εἰ Cod.

XV. — In nescio quem Lucium, medicum forsan, qui plures ægros, quorum nomen a litera alpha incipiebat, sustulerat. B. Doctiores conjecturas alias, sed longe incertissimas, habes apud Jacobs. t. X, p. 145 seq. — 1. In Athoo glossa : ... Amphibiam inesse verbis ... puto cum Jacobsio, ut etiam ii intelligantur qui dignitate, opibus et honore florebant. Quare v. 2 distinctionem post ... sustuli. — 2. Editum 'Αδέλφου mutavit Boiss.

XVI. Sine lemmate Cod : 'Αδέσποτον Plan. — « Ludit poeta in vocabulo ἐγχεσίμωρος, quod ap. Hom. *bellicosum*, *hasta furentem* significat, hoc loco autem sive τὸν ἔγχει μωραίνοντα, hasta inepte utentem, sive summo cum labore jaculantem, secundum etymologiam a veteribus probatam : οἱ περὶ τὰ ἔγχεα μεμοχθηκότες, ὅ ἐστι κακοπαθοῦντες. Simplicius tamen cum Stephano in Thes. *stultos et fatuos pugnatores* intelligas. » *Jac.* — 2 ἐγχεσιμωρότεροι Cod., una voce, sed duobus acc.

XVII. In Plan. ἄδηλον. — Ridet Stephanum quendam qui re familiari aucta etiam nomen augendum esse putavit. De qua re comparantur Demosth. Pro cor. p. 270, Lucian Somnio c. 14 et 29, Timone c. 22 et Hemsterhus. p. 179 seqq. — 1. Pro lectione Codicis et Plan. καὶ παῖς ἅμα, recepi Jacobsii conjecturam κτηνεῖ; θ' ἅμα, quæ facillima est ac verisimillima. Jam enim intelligitur cur ... sit pars nominis ... et cur in ... tam bene sit notus Stephanus. Schol. Wech.: ... τῶν πλουτούντων ..., οἵτινες οὐκ ἀγαπῶσι τοῖς ἰδίοις καλεῖσθαι, ἀλλ' εἴ τις αὐτοὺς ἐπ' αὐτῷ προσφωνήσει ὀνόματι, δύσχεραίνουσι πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς. Ἐνταῦθα δὲ παίζων ὁ Λουκιανὸς (huic tribuit epigramma ἄδηλον) φησὶν ὡς Στέφανος ὢν πτωχὸς αὐτὸ τοῦτο ὕστερον ὀνομάζεσθαι, πλούσιος δὲ γενόμενος Φιλοστέφανος καλεῖται. Προσδεκτέον δὲ ὅτι αἱ προσθέσεις τοῦ ὀνόματος οὐχ ἁπλῶς οὕτω καὶ εἰκῆ πρόσκεινται. Φιλοστέφανον γὰρ ἐνταῦθα τὸν κωμῶντα (sic) κα

περὶ μέθην διατρίβοντα νοεῖ· οἱ γὰρ κωμῶντες ἐστέφοντο, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλωθήσεται. Ἐκ μὲν οὖν Στεφάνου, γέγονε Φιλοστέφανος, προσθεὶς τοῖς ὀκτὼ τέσσαρα γράμματα· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔσται Ἱπποκρατιππιδίας, ἔτι προσθεὶς τοῖς ιβ' καὶ ἄλλα δ'. Δαιμονίως δὲ τοῦτο πεποίηκε. Ἡ δὲ λέξις τὸν ἱπποκρατοῦντα καὶ ἱπποτρόφον δηλοῖ, ὅπερ τῶν πλουσίων ἐστίν. Ἡ διὰ τὴν σπατάλην Διονυσιοπηγανόδωρος· τοῖς ἑκκαίδεκα καὶ ἕτερα προσθεὶς, δηλοῖ ὡς πηγάνῳ δωρήσεται τὸν Διονύσιον· οἱ γὰρ πλούσιοι τοῖς δυνάσταις δῶρα πέμπειν εἰώθασιν, ἀεὶ θεραπεύοντες, ἤτοι ὅπως τοῖς παροῦσι καὶ ἄλλα προσθήσωσιν, ἢ ὅπως μὴ καὶ τῶν παρόντων αὐτοὺς ἀποστερήσωσιν. Τέθεικε δὲ τὸ πήγανον ἀντὶ τοῦ οὐτινοσοῦν δώρου. Πήγανον δὲ κυρίως φυτὸν ἐν σκεύεσι κεραμικοῖς εἰωθὸς φυλάττεσθαι, ἅτε δὴ καὶ τοῖς οἰκειοτέροις τῶν τόπων τὰ μάλιστα οἰκειούμενον· συμβάλλεται δὲ καὶ εἰς ὀξυδέρκειαν γυναικείῳ μιγνύμενον γάλακτι· τὸ δὲ πήγανόν ἐστιν ὅμοιον μινυανθεῖ ἢ τριοφύλλῳ κατὰ τὴν ὄσφρησιν, ὥς φησι Νίκανδρος (Ther. 520). De causa adjecti nominis πήγανον errat scholiastes. Fingitur lepide hic homo πήγανον addidisse, oblitus pristinæ conditionis, vel non cogitans, sic memoriam horti a se culti et herbarum renovari. De aucto ac mutato nomine vide et ep. 358, coll. Corayo ad Theophr. Char. 28, p. 327; Mercero ad Aristæn. I, 19, p. 504; Gaulmino ad Eumath. p. 41. » *B.* — 4 ἔστα δ' Cod.; ἱπποκρατιππιδίας Plan.

XVIII. — Historia de muliere quæ, licet gravida non esset, Heliodoro intra sex dies puellam et puerum peperit. — 1 τῇ μὲν γαστρὶ Plan., unde Grotii error. — 2 ἀπαυτομάτου Cod. (non enotatum a Salm.) — 5 οὕτω Plan.; βουβάστις Cod. « Schol.: Ἡρόδοτος Εὐτέρπῃ (c. 156)· Αἰγυπτιστὶ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος, Δημήτηρ δὲ Ἶσις, Ἄρτεμις δὲ Βούβαστις. » *B.* Lucina Diana. Καταλύονται qui a munere solvuntur idque obire desinunt. Conf. ad IX, ep. 311, 7. — 6 τεύξεται Cod.

XIX. — Hortatur amicum ut, dum vivat, bibat atque amet. — 1 πίνε Cod. et Plan., corr. Brunck.; νῦν καὶ τέρπου Plan. — 2 ἀεὶ et συνεσόμεθα Cod.; αἰεὶ τέρψιος ἑξόμεθα Plan. — 4 αὐτοὺς Cod. Vide ep. 8 et not. — 5 νῦν ἐμοὶ Cod. Salmas. scribebat νῦν μὲν ἐμοί, quod nimis debile. Dicit ossa, dum pars sunt ipsius viventis. — 6 καταχλασάτω Cod., non enotatum a Salm. — Conf. ep. 8.

XX. — « Antipater Archilocho et Homero sacra facturus invehitur in poetas jejunos (ὑδροπότας), obscuræ eruditionis captatores, versificatores ἀκανθολόγους, ut ep. 347 grammatici vocantur σῆτες ἀκανθολόγοι, ubi ἄκανθαι sunt sublilitates grammaticæ, hoc loco glossematicæ voces, quarum specimina v. 1 offert, quibus illi carmina sua onerant, velut Nicander, Lycophron, Euphorion, Callimachus. » *Jac.* — 1 φεύγετ' et χαμασῆνας Cod. ap. Jac., sed Salm. χαμισῆνας enotavit, Paulss. χαμ σηνας. Plan. χαμισύνας et χαμασύνας. « Hesychius : λοχός, φαλακρός. Tzetzes ad Lyc. 48 : λοφνὶς ἡ μεγάλη λαμπάς. Tum ad χαμασῆνας Schol. W. : Οὐ λανθάνει δέ με ὅτι κοινῶς πάντες οἱ ἰχθύες χαμισύνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν τοῦ φυσικοῦ, οὕτω πως· Καὶ μὴν δένδρεα μακρὰ καὶ εἰνάλιοι χαμασῦνες. Οὕτως Ἀθήναιος. Vide Athenæum VIII, c. 10, ubi... τοῦ φυσικοῦ, οὕτως· Πῶς καὶ δ.... χαμασῆνες. Ex scholiasta sumendum omnino: οὕτω πως· Καὶ μὴν καὶ δ. — 2. Ποιητῶν φῦλον. Hesiodus Theog. extr. : γυναικῶν φῦλον. Oracula Sibyll. II, p. 199 : φῦλα γυναικῶν. Conf. VIII, ep. 120, 4, similia in not. ad Simoc. p. 244. Cum ἀκανθολόγων conf. ep. 122, 2, et ex Cicerone De fin. IV, 28, *spinas disserendi*. — 3 λελιγυσμ. Plan. [Sunt cantus per nimium ornatum fracti et elumbes.] — 5. Pari honore colebant veteres Archilochum et Homerum, et eodem die utriusque poetæ natales celebrabant. Vide Viscont. Icon. Gr. t. I, p. 62 seq. » *B.* — 6 κρατὴρ οὐ δέχετ' Cod.

XXI. Iterum legitur cum varietate XII, 242. Conf. Hecker. I, p. 221. — De mentula Agathonis pueri. — 1 σαῦραν Cod., corr. Jac. « Eodem obscœno sensu est ep. eundem Stratonem XII, ep. 3, 5, et 207. In ῥοδοδάκτυλος et ῥοδόπηχυς opponit non illepide mensurarum nomina. » *B.*

XXII. — Poeta Draconis pueri nomine ad obscœnum lusum abutitur.

XXIII. In Plan. est ἄδηλον. — Memor vaticiniorum quæ brevem ipsi terminum vitæ portendunt, se ad potandum excitat.—3 ἀίδην πάντεσσι Plan.; τάχειον Cod.; τάχιον Plan.; ταχίων Boiss. ex Bothii emendatione. — 4 μήνω Cod. — 5 πίνομεν Cod.; καὶ γὰρ δὴ Plan. « Οἶνον ἵππον dixerat Cratinus. Conf. XIII, ep. 29. Mavult vino ut equo uti; nam peditibus semita tantum, non via, ad Ditem patet, qua itur tardius. » *B.*

XXIV. — Celebrat Heliconem, puerum pincernam, quem præfert Heliconio fonti. — 1. « Schol. W. : περὶ τοῦ Ἑλικῶνος ὄρους εὔγεω ἐν τοῖς μάλιστα πάντων τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὀρῶν πολλὰ παραδέδωκε Παυσανίας. — 3. Κοῦρος ὁμώνυμος, videlicet servulus quidam a cyathis nomine Helicon. In Appendice ep. 334 nominatur Helicon Salaminius statuarius. Tropus in Βάκχον ἀντὶ τοῦ οἶνον est notissimus; conf. ep. 25, 3; 28, 3; 33, 4; 34, 7; 57, 1. Tibullus I, el. 5, 3 : *multo perfusum tempora Baccho*. Ovidius Met. VII, 450 : *Bacchi tibi sumimus haustus*. Ibid. 246 : *Tum super invergens liquidi carchesia Bacchi*, ubi glossa *vini* multos codices invasit. Conf. ad ep. 60. » *B.* — 4. Ἀμεριμνοτέρης, nam Heliconem poetæ scandunt non sine difficultate et sudore, de quo aliquoties vidimus querentes.

XXV. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 411. » *B.* — Dormientem convivam poeta ad potandum excitat. — 1 ὑπνώτης Cod.; ὦ ἑταῖρε idem cum Plan., corr. Salm. — 2. « Somnus imago mortis : quare qui somno indulgent, *mortem* (τὸν μοιρίδιον θάνατον) *meditari* videntur. Similiter ep. 300 silentium ut mortis μελέτη commendatur, moneturque loquax : σίγα, καὶ μελέτα ζῶν ἔτι τὸν θάνατον. » *Jac.* — 3 ὀλισθῶν Cod. — 4. « Ἄχρις ἐπί, ut IX, ep. 90, ἄχρις ἐς πόλιν. Theocritus XXV, 31 : μέχρι πρὸς ἐσχατιάς. Id. III, 17 : ἐς ὀστέον ἄχρις. Callimachus Dian. 11 : ἐς γόνυ μέχρι. Supra V, ep. 201 : ἕως πρὸς ἑῷον ἀστέρα. Et sic in prosa. Heliodorus p. 1 : τὸ γὰρ ἄχθος ἄχρι καὶ ἐπὶ τρίτον ζωστῆρα τῆς νεὼς τὸ ὕδωρ ἀνέθλιβεν· codex Venetus 409 : ἐπὶ τρίτου ζωστῆρος. — 5 πολὺς χρόνος· ἀλλ' Plan. Nominis χρόνος ellipsim hic observavit Schæfer. ad Ellips. p. 543. Male Plan. ἀλλά γ' ἐπ. — 6 ἡ πολιὴ Plan. Ἡ συνετή, scilicet ἡλικίη, collatis epigr. V, 112, 4; XI, 41, 4. Confer et infra ep. 420. » *B.*

XXVI. — Poeta vino probe prolutus de Bacchi iniquitate conqueritur. — 3 ὅτ' εἵνεκεν Cod., δθ' οὕνεκεν Plan. In fine Cod. ἔγωγε. — 4 τοὔμπαλι Plan. Inde παράφορος dicitur de ebriis.

XXVII. — Poeta salutat terras figlinas, unde fiunt præstantissimæ lagenæ ad vinum recipiendum. — 1 συρέντου Cod. « Plinius H. N. XXXV, 46, 2, Surrentum, Astam, Pollentiam inter Italiæ urbes nominat terrenorum vasorum fabrica nobilitatas. Ibi Harduinus duobus primis

hujus epigrammatis distichis est usus cum eleganti Grotii versione. Vide qui Surrentinas antiquitates tractat Hayterum in Classico Valpyi Diario t. V, p. 272. » *B.* De μυρίπνοε Jacobs. : « *Unguentum redolens*, quod Surrentinæ terræ aut naturale erat aut arte comparatum. *Terram quæ unguenta sapiat* optimam esse dicit Plinius XVII, 5. Solebat etiam terra fictilibus adhibenda aromatis misceri, ut apparet ex Athen. XI, p. 464, B. » — 3 αἱς ταὶ θ' αἱ τριπόθητοι Codex, quibus *Astæ* mentionem inesse vidit Holstenius, scribens Ἀσταὶ θ' αἱ τριπόθητοι. Sed quum nullum exemplum sit hujus pluralis, in Codice autem sequatur ἀφῆς (ἀφ' ἧς), a Jacobsii propositum singularem recepit Boiss. Fortasse præferendum erat hoc Matthæi Sladi, Ἀστῆς θ' ἡ τριπόθητος. — 5. Ultimum distichon non noverat Grotius.

XXVIII. In Plan. ἄδηλον. — « Cincium quendam invitat, ut vitæ brevitatem et mortem propinquam reputans genio suo indulgeat. Color est fere ut in Horatiano carmine 28 libri I. » *Jac.* — 3 ζωρὸς Cod. « Ἕλκε, vide ad V, ep. 12, 2. » *B.* — 4 ἀγκάς ἔχων ἄκοιτιν codices Planudei ap. Brunck., qui ἀγκὰς ἄκοιτιν ἔχων edidit. — 5. « Num ἀθανάτου σοφίης? » *B.* Non raro junctim commemorantur hi Stoicæ disciplinæ principes.

XXIX. — « Secum loquitur Automedon, convivio ut videtur parato, ad quod meretricem arcessi velit. Sed mox eum facti pœnitet, timentem ne se ridendum propinet. » *Jac.* — 1. ἐστιν ἑτοιμά Cod. « Κάλει, meretricem scilicet, cum qua inter cœnaudum ludas. — 3 αὐτὴ γ. λ. σισαρωτέρη πρὶν Cod. Αὕτη (ita Jac.), *Hæc*, illa ad quam intendit oculos pars præmortua Pro σισαρωτέρη sunt proposita alia nomina, a Brunckio χαλαρωτέρη, bene saltem ad sententiam. » *B.* Jacobsii σιπαλωτέρη non est « debilior et languidior. » Ingeniose L. Dindorf. ad Thes. v. Τερμερεῖο; scripsit αὕτη γὰρ σισάρου χαλαρωτέρη, quod ipsius esse poetæ videtur, et apparet quomodo fuerit corruptum. Eadem imagine Catullus LXV, 21 : *Languidior tenera cui pendet sicula beta.* — 5 αν (sic) inter versus scriptum. — 6 ἐρέτου legebatur, quod optime correxit Boiss.

XXX. — De virium suarum ad venerem deminutione queritur. — 3 οἴμοι καὶ τοῦτο Cod., corr. Jac. « Referas τοῦτ' αὐτὸ ad ἕν : *et illud unum momento temporis exiguo.* Nam debiles viri vel non possunt, vel, si forte possunt, rem brevi tempore absolvunt, vix percepta et impertita voluptate. — 4. Ἡμιθανὲς θνήσκει non omnino ineptum videtur [quod videbatur Jacobsio]. Pars quæ est semimortua sæpe omnino moritur. » *B.* Qui in græcis scripserat ἡμιτανὲς θν. Brunckius ἡμιτελές, Jac. ἡμιτανές. « quum vix dimidia apparuerit, subito concidit. » — 4 τὸ τερμόριον Cod., quod correxit Pauwius. In proverbio erant τὰ τερμέρια κακά (v. Thes.), « in proverbialibus autem locutionibus sæpenumero, non sine venustate quadam, pars tantum locutionis exprimitur. » *Jac.* Edebatur cum Brunckio τὸ τερμόνιον, quod nullo modo satisfacit. Non illepide Græfius τοῦθ' ὅ τι περ μόριον, *membrum hoc quantulum et qualecumque.* — 5, 6. Ovidius Amor. III, el. 7, 17 :

Quæ mihi ventura est, siquidem ventura, senectus,
Quum desit numeris ipsa juventa suis?

XXXI. — Improbos et aquæ potores odit atque metuit magis omni maris cœlique tempestate. — 1. « Πληιάδων δύσις. Schol. Wech. :

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
δὴ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Ex Hesiodo Ἔργ. 617. Conf. XII, ep. 132. Rutilius I, 187 *Occidua infido dum sævit gurgite Plias;* ibi Sitzm. Æschylus Ag. 835 tradit Trojam esse captam ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν· ubi Stanl. De Pleiadibus multa in Chevræanis t. II, p. 147. » *B.* Intelligendum esse οὕτω φοβερή apparet ex v. 3. — 2 ὠρυμον Codex, corr. Salmas; ὀρνύμενον Plan. — 4 ταρδω Cod., ταρβῶ Plan. et Boiss. « Arsenius p. 357 : μισῶ μνήμονα συμπότην : ubi Walz. Est μνήμων συμπότης in Schotti Prov. metr. 1270. » *B.*

XXXII. — De dramatis satyrici inventione apud Sicyonios, quam Phliasiis quoque tribui vidimus VII, ep. 707. — 1. Βάκχος, quippe cujus festa inventioni locum dederunt. — 3, 4. « Jucunda inest in illo poematum genere reprehensio et vituperatio, et aculeus risu temperatus : quo fit ut auditores per temulentos Bacchi ministros ad temperantiam adducantur. Faciunt huc quæ de μανίας vi et virtute disputavit Plato, cum alibi, tum in Phædro, ubi p. 245, A, etiam hæc ait : ἡ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία, τὴν ψυχὴν ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα,... μυρία τῶν παλαιῶν ἔργων κοσμοῦσα, τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. » *Jac.* — 4 αὖον Orellius, ut μεθύων habeat oppositum, quod Bothius recepit; αὐτὸς tacite intulit Boiss. pro ἀστόν, quod de Sicyonis intelligendum. Cod. ἐσωφρόνιζεν.

XXXIII. — « Hedera vituperatur quod vitem arcto complexu constringat ejusque incrementum impediat. — 1. Πόδα χορεύσας, active ut VII, ep. 214, 3; κισσὸς ὄλοιτο πόδας, VII, ep. 36, 2. — 2. Laberius : *Ut hedera serpens vires arboreas necat.* — 3 δέ σε. Plan. Potantes tempora cingunt coronis hederaceis; qui honor hederæ habitus cessabit vino cessante. In fine Plan. ἔλοιτο, Cod. ὀλεῖται, cui quod proximum erat posui. » *Jac.*

XXXIV. — Splendida et magnifici sumptuosique apparatus convivia odit et repudiat præ simplicibus. — 1 λευκοίνους Cod., i. e. λευκοΐνους, scilicet στεφάνους, quæ ellipsis hic aptissima, ut contemptus aliquid habens, quemadmodum toties repetita illa πάλι satietatem indicant. Cod. πάλι δεῖ, et iterum v. 2, correcta in apogr. Vossiano. — 2. Myrrha Syria inter pretiosissima erat unguenta, item ut coronis inserviens *malobathrum Syrium*, Horat. Carm. II, od. 7, 6. — 3 ἔχει Cod., corr. Brunck. « Δεψάδα, *vinosam* aut *rapidam.* [Imo prius; multibibæ fere sunt meretrices in comœdiis.] — 4. Τὰ πρὸς μανίην, i. e. τὰ μανιώδη, ut dicitur τὰ πρὸς ἀνάγκην et alia. — 6. Πλαγιαύλων γεύσατε, tibiarum modulationis aliquid mihi exaudiendum præbete. Hanc vim enim habet verbum γεύειν, ut nonnisi aliquem, nec plenum rei fructum significet. *Crocinum* unguentum Philodemi tempore, ut apparet, inter viliora numerabatur. — 7 μιτυλ. Cod. — 8. Φωλάδα, e lustro, i. e. lupanari. Horatius : *Quis devium scortum eliciet domo? Jac.* Cf. ejusdem Od. I, 38.

XXXV. — « Loquitur cum servo de cœna apparanda. Narrat quæ quisque convivarum jam miserit, tum alia quædam emenda jubet; in his sandalia, quorum domi utendum erat. » *B.* — 3 μνᾶς Cod. — 5 στέφανος Cod, corr. Reisk. « Σάμβαλα, i. e. σάνδαλα, de more Romanorum, qui *soleas* non gestabant nisi in tricliniis et cœnaculis. Hanc ob causam tribulis ap. Horatium (Ep. I, 13, 15) ad cœnam properans soleas sub ala portat. » *Jac.* — 5 ὠιον Cod. — 6 λάμβανε καὶ δεχ. Cod., corr. Meinekius p. 198. Fortasse vertendum erat : *volo ut appellant, adveniant, procedant.*

XXXVI. — « In puerum qui, dum floruit pulchritudine, poetam spreverat; nunc, *in faciem mutatus hispidam*, ultro se ejus amplexibus offerebat. — 2 οἰνωπὸς corrigebat Pauvius et recepit Brunck., quæ fortasse vera scriptura. [Adverbialiter dictum accipe ἀμφί, *utrimque*.] — 4. Ἀφανίζω, usitatum in hac re verbum. — 5. Ἐπιπερκάζεις, metaphora de uva quæ nigrescere incipit translata ad puerum, cujus genas prima lanugo obumbrat. » *Jac.* Boiss. in hanc rem citat not. ad Aristænet. I, 3, p. 273. — 6. Conf. Asclepiad. XII, ep. 36.

XXXVII. — Amicum quendam hieme adveniente vestimentis idoneis carere queritur. — 1, 2. Conf. Aratum 94 seq. « Arcturus autumnum oriens nuntiat. Isidorus Orig. III, c. 70, p. 910, de Boote: *signum multis spectabile stellis, inter quas arcturus est, sidus post caudam majoris ursæ positum in signo bootis.... oritur autem autumnali tempore.* Hyginus Astron. III, c. 3 : *Bootes habet..... in zona unam clarius cæteris lucentem* (stellam) : *hæc stella arcturus adpellatur.* » *B.* — 5 θέρμη κροκυαι ουτε Cod., corr. Huschkius, coll. Hesiod. Op. 534 seq. — 6. Mihi distichon unum alterumve hic perditum esse videtur.

XXXVIII. In Plan. ἄδηλον. — Poeta viso anaglypho, in quo ἀρτολάγυνος, calvaria et corona sculpta erant, vita quam lætissime fruendum esse monet. « Ultimum distichon legitur in sarda annulari, literis ex albo colore exstantibus : superne est hominis calvaria, infra scalpta mensa dapibus referta. Edidit Gorius Inscrr. ant. Etrur. t. III, p. 21, Bœckhius C. I. n. 7298. » *Welcker.* — « 1. Πανοπλίη ἀρτολάγυνος est pera cui insunt panis et lagena. » *B.* Sic interpretantur Brodæus et Schneiderus. Huetio est « panis offa in lagenæ usum excavata ». Esse videtur quod Otto Jahnius statuit : lagena eum in modum parata ut panis ei affigi posset et utrumque simul portari. — 3. « Strue καὶ τοῦτο τὸ ἱερὸν ὀστοῦν [non id quidem quod medici vocant], φθιμένου ἐγκεφάλου προάστιον. Facit huc mos apud Ægyptios receptus, in conviviis mortis imaginem circumferendi, cum voce : ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε καὶ τέρπευ. Ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. » *Jac.* Conf. Petron. c. 34. — 5. « Τὸ γλύμμα, anaglyphum scilicet in quo mendici ficta pera, corona et calvaria. » *B.* Recens potius illa corona, a prætereunte amico imposita monumento, non insculpta ei. — 6 γιγνόμ. Plan.

XXXIX. In Plan. ἀδέσποτον. — Recte rejicit Jac. expositionem scholiastæ Wech., de muliere φαρμακοποιῷ et saga cogitantis. « Imo puella oris impurioris intelligenda videtur. Hanc impuritatem quum aversetur poeta, pueros pocula frangere jubet. Unice huc facit Martialis XII, 75, vitreos calices amico commendans :

> Hoc quoque non nihil est, quod propinabis in istis,
> Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

Quæ Heraldus sic explicat : His scyphis poteris propinare et eosdem absque magno damno frangere, si impuri oris homini propinaveris. Sic enim solebant. » *Jac.*

XL. — In puerum Cleodemum, Eumenis filium, Bacchica sacra celebrantem. — 1 εὐμενέος Cod., corr. Jac. — 5 ωνασ ὑμῖν κχδμε Cod., corr. Dorvill. — 6 ἡβήτας et ἄγε Cod.; ἄγοι Dorv. et Boiss., Jac. quoque p. LXXVII.

XLI. In Plan. ἄδηλον et mutilum. — Poeta, jam elapsa juventute, tamen se amori adhuc et voluptatibus indulgere fatetur. — 2 βρότου Cod., alterum Plan. « Illi enim jam elapsi sunt quasi paginæ totidem e vitæ volumine avulsæ. » *B.* Sed præsens σχιζόμεναι ejusmodi interpretationem vix admittit. Multo probabilior Jacobsiana : « Ducta videtur metaphora a tabella, in quam rationes referuntur. » Quæ σχίσις tum fit quando declives ætate esse incipimus. — 3 om. Plan. Salmas. eum « apud Suidam quoque » esse scribit, ubi non vidi. — 4 ξανθίππη Cod. (-ίππη Salm.); Ξανθίππης Plan. — 5 κῶμοι τε Cod. — 6 ἐν Cod.; ἐνὶ Plan., qui sequens distichon omisit. Jacobs. malit τύφεται ἐν κραδίῃ. — 7. Id est, facite ut jam desinam amores. « Synesius Calvit. p. 83 : εἴρηται δὲ οὕτω καὶ περὶ τοῦ Διὸς, ὃν κορωνίδα σῷ λόγῳ Δίων ἐπέθηκεν· ibi Krabing. p. 234. » *B.* — 8. Ταύτην Jacobsium in Anal. recte intellexisse putamus de Xanthippes amore, quem poeta coronidem amorum suorum esse cupit. In Pal. de scriptura dubitat, in nott. mss. de v. 7 hariolatur : « Fort. χυρτὴν ἀλλὰ τ. » Heckerus p. 149 αὐτὴν (pro ταύτην), ut cum vi repetitum. Nihil mutandum. Distichon abest a Plan.

XLII. — Adhortatio ad iter Athenas suscipiendum et mysteria ibi spectanda, quibus ipse Crinagoras initiatus fuisse videtur. — 1. Eodem hiatu in σοι Crinagoras V, ep. 108, 5. — 3 ἂν ἐκείναις Cod., ἐν ἐκείναις Plan.; ἐκείνας Brunckius, « cum emphasi nota pronominis, quæ placet unice lectio ». *Boiss.* ad Philostr. Epist. p. 207. In nostro exemplo receperat Jacobsii ἐκείνῃ, « de quo adverbio vide me ad Eunap. p. 505. » Geistius ceteris præfert Jos. Scaligeri conjecturam ἐπαινῇς. Ἐπιβήμεναι pro imperativo. — 4 δημήτριος Cod. — 5 ἀπὸ κὴν Cod.. κὰν Plan. et Geistius. De re Hymn. Hom. in Cerer. 485 seqq. — 6. « Ἐς πλεόνων, *ad plures*, ad mortuorum sedes. Vide ad VII, ep. 731. » *B.*

XLIII. In Plan. ἄδηλον. — Testaceum poculum postulat poeta. — 2 ὑφ' ᾧ Cod.

XLIV. — Lucium Pisonem juvenem (illum Ciceronis adversarium) Philodemus ad εἰκάδα sive vicesimæ festum celebrandum invitat. « Hoc epigr. gallice convertit et fuse explicuit videndus omnino Chardo Rochett Miscell. t. I, p. 200-209. » *B.* Erat illa εἰκὰς festum ab Epicuro institutum, vicesimo unius cujusque mensis die a discipulis in suam Metrodorique memoriam celebrandum; unde Epicurei εἰκαδισταὶ appellabantur. Philodemus Epicureus, quum v. 3 ἐνιαύσιον vocet, aut semel anno hanc εἰκάδα obiverit, aut semel sollemniori apparatu, natali, ut probabile est, magistri die, vicesimo Γαμηλιῶνος mensis. — 1. Καλιάδα, *tugurium*, modeste de suis ædibus. — 2 ἐταρις Cod., corr. Salmas. De nona hora diei homines sobrii et negotiosi cœnatum accumbere solebant. — 3 ἀπολείψης Cod. « Pro quo scripsi ἀπολείψεις. Vide notam ad mea Anecdota t. IV, p. 432, 433. — 6 πολὺ Cod., superposito υ. Φαιήκων γαίης, *quam quæ audias apud Phæaces* Quæ est in comparatione brevitas, illustratur nota ad V, ep. 48, 4. » *B.* — 7. « Στρέφειν τὰ ὄμματα εἴς τινα dicuntur dii, tum patroni. Est reverentiæ qualis clientem in patronum decet significatio, nec quicquam hic amatorii quærendum. » *Jac.* Gemella eodem tempore scribebat Chardo.

XLV. — Necessitatis leges bibendo adhibitas vituperat, quæ et Horatio *leges insanæ*. — 1 ποτὸς Cod. sec. Salm.; sequitur ὁς δέ. « Mutavi vulgatam et scripsi ὃς δ' ἐν ἀνάγκῃ. » *B.* Sed vulgata melior videbatur. — 3. Γαίῃ, i. e. εἰς γαῖαν. Τὸν δὲ τὸν οἰνοπότην. — 5 πουλὺ μεθεὶς χ. τὰ δ' Cod., recte Plan. Ἡδὺ, scil. ἐστί. — 6 εὔφρ. Cod. Μέτρο., justa in bibendo mensura.

XLVI. Ἀντιμέδοντος κυζηκ. Cod. — Laus vini, hominem reddentis humaniorem. — 1 ὅτ' ἐπίν. Plan. editus, sed codd. recte.

XLVII. In Anacreonticis XV; Bergk. VII. — 1 τὰ om. Cod. et Plan., qui male Γύγαο. — 4 οὐκ ἀρνέω Cod. a pr. m., ab eadem, ut videtur, in αἰνέω mutatum; οὐ φθονέω S; οὐδὲ φθονῶ Plan. — 5 et 7 ἐμοῦ S. — 10 οἶδε Cod.

XLVIII. In Anacreonticis XVII, Bergk. III. — 3 om. Cod. et S, præbet Plan. cum altero : τί γὰρ μάχαισι κἀμοί; — 7 μὴ αμαξας Cod.

XLIX. Εὐινου Codex. In Plan. ἄδηλον. « Veteris Eueni videtur, et fortasse *Elegiæ* particula. » *Jac.* In qua posuit Bergk. p. 474. — De justo modo vini justaque temperatione. — 2 μανίας malit Bergk. — 3 κιρνάμενος τρισὶ Νύμφαις τέτρατος αὐτός Plan. — 5 ἀπέστρα μὲν Cod. — 6 βαπτίζεται δ' Plan.; τῷ θαν. Cod.; τοῦ Plan., quod nunc Jac. in nott. mss. et Bergk.

L. — Practicam quam dicunt philosophiam docet, quæ sequenda sit omissis Epicuri nugis physicis. — 3. « In codice 1630 (B) pro γήμῃ est μίγῃ. Facta primum syllabarum transpositione μήγῃ, quod frequens est, pronunciatio et sententia scribi jusserunt μίγῃ, quod metrum non patitur. » *B.* — 4 μεγίστην S. — 5. Μάτην junge cum ζητεῖν.

LI. — Ad puerum. — 1 ταχὺ om. S, et alius codex quem vidi n. 2722. — 2 ἀντ' ἐρίφου S et alter.

LII. — Ad pæderastam. — 1 Παρθενικῷ Plan. (quocum Grotius); Θρασύδουλε idem cum Cod., corr. Dorvill. — 2. Proverbialis locutio : *delphinus in arida.* — 4. Comparatur horatianum : *Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra*, Carm. I, od. 27.

LIII. — « Tempore utendum esse rosæ exemplo docet Versus proverbialis est apud Suidam :

Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν. »

Jac. — 1 Καὶ ῥόδον recte codex S, in quo hoc distichon subjunctum epigrammati 29 capitis XII. Et hæc disticha conjungenda esse jam observavit Meinek. Anal. Alex. p. 397. Idem S εἰ δὲ π. Quæri potest an non παρέλθῃς potius sit scribendum, quod suadet versus a Suida positus. — 2. « Βάτον, conf. V, ep. 28, 6. » *B.*

LIV. — Se nihil curare senectutem, sed hilaribus conviviis sollicitudines omnes abigere. « Imitatio Anacreontici odarii XI. » *B.* — 3 λευκὰς φέρω Cod.; φορέω Plan., quod recepit Boiss. In nott. mss. Jac.. ἐγὼ εἴτε φέρω λευκὰς τρ., quod est Brunckii. — 5 μύροις καὶ Cod. Hoc distichon cum sequenti epigr. junctum præbent S et B, ille Εὐόδμοις δὴ μύροις, hic Εὐόδμοισι μύροις. — 6 παῦσον S et B.

LV. Delenda esse significavi τοῦ αὐτοῦ et numerum. Jacobsius : « Hoc distichon cum præcedenti epigr. videtur jungendum. » Cui nunc accedit auctoritas bonorum codicum. — 2 sic Cod. cum S, B. Male Plan. : ῥηγνυμένας καθαραῖς εὐϋάλοις φιάλαις. Aldinæ modo ex Lectt. Aldi : αἶψα δ' ἀναθερμαίνων ψ. κρ.

LVI. — Vitæ præcepta ex brevitate ejus ducta. — 1. Τὸ γὰρ αὔριον malit Hofm. Peerlkamp. Nov. Bibl. crit. IV, p 53. Vulgo distinguitur τί τὸ μέλλον; sed melius hæc pendebunt ex γινώσκει. Sic. Jac. Del. p. 229. Eodem modo Boiss. : « Malui sententias jungere. Junguntur in eadem orationis forma ep. 86 et 119. » — 2 γιγν. Plan. — 3. Ut alibi θνητὰ φρονεῖν, quæ decent eum qui est mortalis. — 5 ῥοπὴν Cod. et Plan., sed Salmas. ῥοπὴ μόνον ἂν προλάβῃς σόν enotavit, ῥοπὴ non exaraturus nisi in Codice vidisset aut ibi exstare credidisset; σοῦ scribit in nott. editis; προλάβῃ τις Plan.

LVII. — De Œnopione quodam sene, qui gnaviter potando juvenes superabat. « Conf. quæ de Isidoro quodam narrat Suidas in v. Ἀπίκιος. » *Jac.* — 4 ἀφεισαμένῃ ed. princ. Flor. — 7 γέρων Cod. Ζῆθι, *vita fruere,* ut vidimus X, ep. 43. Respicit ad Iliad. Θ, 102, ubi Diomedes ad Nestorem :

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

LVIII. — « Elegans epigramma strenui potatoris, nec divitias nec honores petentis, dum ipsi in amicorum cœtu bibere liceat. Color fortasse ductus ex Anacreontico od. XV. — 1. In toto hoc loco poetæ obversabantur dona Achilli ab Agamemnone oblata Il. I, 264, quæ ille repudiat, ne accepturus quidem [v. 381]

οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

— 5 φίλων χορὸς Plan. Περισσοί sunt homines severitatis molestæ et importunæ, augendæ rei unice intenti. Συνέπινε et κάμνον pendent ab ἵνα. » *Jac.* — 6. « Schol. Wech. : Ἡμερὶς ἡδώωσα, τέθηλε δὲ σταφυλῇσι. Quod est Homeri Od. E, 69, ubi schol. : τὴν ἄμπελον εἶπεν... πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς ἀγρίας. Conf. ep. 63, 2. Frustra conjecit Grotius [sive Salmasius, qui hoc legendum præcepit in exemplo Buher.] κάμνον ἐφημερίων, deficiente præpositione, nec satis distincta nominis significatione. [Sunt fœneratoris diaria.] Lepidus est poeta qui homines severos et abstemios ut operarios ad vites amandat, quas multo cum sudore in eorum gratiam colant, qui sciunt vivere et bibere et desipere in loco. » *B.* Quod præferendum videtur his Lennepii p. 236 : « Equidem puto vindemiæ celebritatem respici. Erat hoc in votis, inquit, ut vindemiæ festum cum amicis celebrans bibendo simul vindemiatores spectarem gnaviter operantes. » — 8. « Χρυσέων κυάθων anonymus conjecit, sed accipiendum ὑπάτων de consulibus, qui sub imperatoribus Constantinopolitanis *auratis trabeis* ornati procedebant. Etiam *aurati fasces* iis tribuuntur a Claudiano XXVIII, 646. » *Jac.*

LIX. — Potatores hortatur ut Cereris muneribus neglectis Bacchi tantum latice fruantur. — 1. « Χανδοπόται. Schol. Wech. : χανδὸν πίνειν εἴρηται ὡς ἀπό τινος ἀγγείου διαχάσκοντος ἀεὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑγροῦ. Εὐστάθ. Οδ. Φ (294). — 2. Εἰλαπίνης. Idem : θυσίας καὶ λαμπροτέρας παρασκευῆς. — 3 σπεύδοντες Cod. Icarium vinum est Pramneium. Scholiastes Platonis in Ionem : Πράμνειος οἶνος ἤτοι ἀπὸ τῆς πραμνείας ἀμπέλου... Τινὲς δὲ ἐπειδὴ ἐν πράμνῃ (Codex 3017, πράμνῳ) πρῶτον ἐφυτεύθη ἄμπελος τῇ ἐν Ἰκάρῳ. De hoc vino Millin. *Monum. ined.* t. II, p. 250. » *B.* — 5 ἰστοβοεὺς ἐχέτλης Cod. — 7. Βαλεῖν non raro pro ἐμβαλεῖν. — 8. « Sic Bacchus gloriatur apud Nonnum XII, 211 : εἰ δὲ ἐγὼ μερόπεσσι καὶ οὐ πόμα μοῦνον ὀπάσσω. » *Jac.*

LX. — Simile argumentum præcedenti. — 1 σπείσαμεν Cod. — 2 ὤσαμεν ἀνδροφόνων Cod. (non annotante Salm.); ἀνδροφόνον cum Plan. Brunck. et Boiss. Alienæ hinc sunt

sanguineæ rixæ Horatii Carm. I, 27. — 4 περσεφ. Cod. superposito φ. — 4 « Matrem Proserpinæ, quæ est Ceres. Nota metonymia Δήμητρος et Cereris pro pane. Quam metonymiam observavit Tryphon et Cocondrius in meis Anecdotis t. III, p. 277 et 293. Ad Virgiliana Æn. I, 177, *Cererem corruptam undis*, Servius : *metonymia pro frumento*. Serenus Moreto 27 : *Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu*. Rursus 43 : *emundata Ceres*. Conf. Sext. Empir. p. 552, § 18; et supra ad ep. 24. » *B.* — 5 αἱμαλέα Cod., quod ego præferam. — 7 ὀστέα γὰρ επόδων Cod., in quibus solita in hoc codice permutatio litterarum ρ et ν (« ρ patuli »), Γ et Υ. Sunt spinæ piscium, edentibus periculosæ. — 9 ἀεὶ καὶ μέθυ καὶ β. ἔστιν — 10 δ' om. Cod., qui ἐθέλει.

LXI. — Poeta medicum, qui vino eum abstinere jubet, Homeri auctoritate refutat. — 2 ἀπειπόμενος cod. Medic. — 3 οὐδεδιδ. Cod., id est οὐδὲ διδ., ut Medic. — 4. Iliad. I, 706 et Z, 261.

LXII. — « Ad hodierni diei fructum invitat. Sic Horat.: *Carpe diem, quam minimum credula postero.* Expressi sunt in hoc carmine versus Euripidis Alc. 798, ubi Hercules :

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται·
κοὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅστις ἐξεπίσταται,
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.
Τὰ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἱ προβήσεται...
Ταῦτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα,
εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν
βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς Τύχης. » *Jac.*

« Ibi similia contulit Monk. Primum versum inter Sententias Sing. εἰς θάνατον invenies. Vide et Euripidem in Ægeo fr. 6, ubi Matth.; Welcker. Syllog. Epigrr. p. 109; mea ad Planud. Metam. p. 422; Classicum Diar. t. XXI, p. 139. Conf. et X, ep. 105; Append. ep. 122. » *B.* — 5 τέρπεο καὶ σκίρτα Plan. Conf. VII, ep. 736 : περιπλάνιον βίον ἕλκων.

LXIII. — Laudes Bacchi, hilaritatem et fortitudinem præbentis. — 2. *Tunc pauper cornua sumit*, Ovid. — 4 ἄγχι πίθος Plan. 'Ενδιον, *sedes*, ut quæ *gerat jocos*, ut est ap. Horat. Carm. III, od. 21, 2, de amphora. — 6 καναστρέοις μαρναμένην ἐθέλης Cod., sed Salmas. enotavit μαρναμένην ἕως ἐθέλης. Plan. μαρναμένειν ἐθέλω, sed optimus Brunckii μαρναμένην. Locum correxit Hermannus. « Schol. Wech. : Κάναστρα, ἄκρον Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας. Id sumpsit e Tzetzæ scholiis in Lycophr. 526 : Κάναστρα, ἀκρωτήριον, Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης μεθόριον, οὗ πλησίον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες. Potter. ad Lyc. et Larcher. Geogr. Herod. Hinc intelligunt viri d. παισὶ Καναστραίοις de Gigantibus vel Thracibus. Malim, quod et Brodæus est suspicatus, jocum quærere ex duplici sensu nominum Κάναστρα et κάναστρον, quod est Latinis *canistrum* : ut sint παῖδες καναστραῖοι bellaria quæ insunt canistris et Gigantum Canastræorum filii. Pro παισί, quod displicet, possit legi πᾶσι. » *B.* At verissima est interpretatio de Gigantibus.

LXIV. — « Vindemiarum, in quibus Bacchus cum Amore junctus, vivida descriptio. — 2. Anacreon od. LII : μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις. Ἀνεπλέκομεν apte de iis qui junctis manibus saltantes canunt. — 4 νήχετ' Cod.; νῆχεν Wernickius ad Tryphiod. p. 272. — 5 ἠνομένηδὴ Cod. Ex ipso vini lacu haurientes compotationem instituebant *extemporalem*, σχέδιον, non, quod vulgo fieri solebat, calidam aquam admiscentes. » *Jac* — 6. « Potus calidæ cum vino mixtæ erat olim in deliciis Butius, qui libro De potu antiquorum c. 10 monstrat etiam tempore imperatorum Byzantinorum durare apud Græcos calidæ usum, Agathiæ loco poterat uti, et Aristæneteo I, 3, ubi not. p. 291. Conf. IX, ep. 587; XIV, ep. 52. » *B.* — 8 μαρμαρυγῇ Plan., quod tenet Both. — 12 τοῖς δ' et ἐλπωρὴ Cod. (Salm. ὑπελπωρή), recte Plan. In edit. Palat. post hunc versum defectus signa posita erant, quæ recte delevit Boiss.

Quæ sequuntur epigrammata mere sunt σκωπτικὰ quum in præcedentibus pauca tantum hujus generis cum συμποτικοῖς mixta essent. Glossator : πολλὴ κατὰ τὸν βίον τῶν σκωπτικῶν ἐπιγραμμάτων ἡ χρῆσις· φιλεῖ γάρ πως ἄνθρωπος ἢ αὐτὸς εἴς τινας παίζειν, ἢ ἑτέρου πρὸς τοὺς πλησίον ἀποσκώπτοντος ἀκούειν, ὅπερ, οἶμαι, διὰ τῶν ἑξῆς τοῖς παλαιοῖς γινόμενον (γενόμ. Boiss.) ἐπιδείξομεν.

LXV. — Phillis inopia ad concubitum cum divite vetula redactus. — 2 καὶ κοίτη δ' εἰ τὸ δυνηροτέρα Cod., correxit Reiskius, præter primam vocem, pro qua Jacobs. ἡ, quod dudum oportuit receptum. — 4 φιλλίς Cod. Ἀχλήρου, ut ap. Hom. Od. A, 488.

LXVI. Lemma : εἰς γραῖαν. Quæ arte faciem sibi facere conabatur, sed frustra. — 1. Τείνεις, explanes et læviges, rugis cera et fuco obductis; v. infra ep. 374, 1. — 2 ἐπ' ἀνθρακίῃ Cod. (superposito orbiculo velut litera ο), quod optime correxit Meinek. p. 212 : *carbonum fuligine inducas*, coll. interprett. ad Juvenal. II, 93. Vox nova, ut ἀβλέφαρος. — 3 βάψεις Cod. Conf. Lucian. infra ep. 408. Πυρίφλεκτα Jac. de colore accepit, coll. intt. ad Juvenal. VI, 119; sed usta et ignis ope οὖλα reddita intelligi videntur. — 5. Hunc versum ab alia manu profectum esse annotaverat Spaletti, dubitat Paulssen. Γελοῖα pro γελοία, *o ridicula*, positum putat Meinek., similia colligens, sed Hermannus : « Valde dubia correptio feminini, quum præsto sit γελοῖε, ut IX, ep. 32 δείλαιον. » Boiss.. « Pro γελοῖα, forsan τελέει. » In idem fere incidit Ungerus *Beitr.* p. 32, qui οὐδὲν ταῦτα τέλεια, « fere ut Tzetzes Anteh. 120 de Helena dicit : πάντα φέρουσα τέλεια. » Integrum puto, cum vi omissa particula adversativa : *nihil hæc efficiunt, imo ridicula sunt, etiamsi.* Deinde Cod. καὶ ἦνί τι πλεῖον ῥ., corr. Jacobs.

LXVII. Lemma : εἰς γραῖαν. Eamque annosissimam, cui Myrinus aperit quomodo tenera puellula possit videri. — 1 τετριγηκόσι' Cod., τετραχ. Plan. Quum ὃ sit ἐπίρρημα θαυμαστικόν, Jac. fingit « vetulam more infantium omnia admirantem, ore balbutiente et blæso. Qua frequenti illius interjectione poetam abuti, ut eam annorum suorum numerum clamare dicat. » Quod non probavit Boissonadius, qui scribat : « Non facile nunc intelligitur quid sit faceti in primo hemistichio. — 2 λατ κορῶν (Salm. κορῶν) ἐκ. Cod.; πενταχόρων' 'Εκάβη Plan., secundum Hesiodum. Κορωνεκάβη [restitutum a Salmasio] compositum est ex κορώνη et 'Εκάβη. De κορώνῃ quæ novem nostras vivit ætates vid. ad V, ep. 289. Schol. W. : ἡ γὰρ κορώνη εἰς μῆκος χρόνου βιοῦν λέγεται τῷ Ἡσιόδῳ, οὗ τοὺς στίχους περὶ τούτου ἀνάγνωθι. Hecuba sæpius symbolice pro vetula femina, ut pro sene Priamus, aut Nestor ac Tithonus. Martialis III, 76 : *Quum possis Hecubam, non potes Andromacham.* — 3 μάχη Cod. — 4 δὲ ex Plan. accessit. Fuit τατᾶ nomen quo pueri patrem appellabant balbutiente lingua. Sic prorsus Afra vetula ap. Martialem I, 101 :

Mammas atque tatas habet Afra; sed ipsa tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest. » *Boiss.*

LXVIII. Lemma : εἰς γραῖαν. — 1 λέγουσι Cod. — 2 μελανωτάτας Cod., illud Plan.; « de quo Lobeck. Paralip. p. 139. » *Jac.*

LXIX. Lemma : εἰς γραῖαν. — 1. Horat. : *parem Cornicis vetulæ temporibus Lycen.* — 2 γίγν. Plan.

LXX. Lemma : εἰς Λεωνίδην ἰσόψηφον. Sic Salm.; εἰς.... λεωνίδα ἰσόψιφον ap. Jac. — In Philinum qui juvenis vetulam, senex virginem duodecim annorum duxerat. « Ex observatione glossatoris, in re tenui gravissima, vidi esse legendum v. 2 Παφίηι vel Παφίῃ pro vulgato Παφίη, et v. 3 ποτὲ palatinam scripturam omnino esse præferendam Planudeæ τότε, etsi hæc habeat quo possit placere. Distichon unumquodque ad numeros exactum summam parit 7246. De legendo Παφίῃ sententiæ causa jam cogitaveram ante numerationem. Admiror Leonidæ felicitatem, qui, tam arctis adstrictus vinculis, potuerit tam libere scribere, tam eleganter. » *B.* — 2 Παφίη legebatur, correxit Boiss. — 3 τὸν γὰρ Cod., corr. Jacobs.; καὶ γὰρ Plan., et mox τότε σπ. ἐς ἄκαρπα, Cod. εἰς (non enotatum a Salm.). — 4. Ἀμφοτέρων, scil. τοῦ σπείρειν καὶ τῶν παίδων.

LXXI. Lemma : εἰς γραῖαν. In Plan. ἄδηλον. — 1 νεικονόη Cod., ex quo Salm. ἤκμασεν εἰκονόη. In fine Cod. αὕτη. — 2 ἴδεν Cod.

LXXII. Lemma : εἰς γραῖαν. In Plan. *Nicarcho* tribuitur. — 1 Κυτωταρὶς ap. Salm.; Κοτυτταρὶς Plan., qui meminerat Theocriti VI, 40, ubi γραῖα Κοτυτταρίς. — 2 γραία Cod. — 3. Ἔλαφος secundum Hesiodum est τετρακόρωνος sive *quater egreditur cornicis sæcula*, ut vertit Ausonius. « Confer ad V, ep. 289. Sequentia explicabit Nicolaus Smyrnæus De digitali computatione : ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ ὀφείλεις τὰς μονάδας καὶ δεκάδας κρατεῖν, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τὰς ἑκατοντάδας καὶ χιλιοντάδας. Primam igitur senectutem ad centum aut mille etiam annos quæ dextra computaverat anus vivacissima, secundam senectutem quum numerare inciperet, læva utitur qua unitates et decades supputet. » *B.* — 5 ζώει κλεπουσα Cod., literis κλ superposito αἱ, « ubi duæ confluxisse videntur lectiones λεύσσουσα, ut Plan., et βλέπουσα. » *Jac.* Quod ipsum postea ex vestigiis primæ scripturæ monstravit Paulss. p. 71. — 6. « Notus euphemismus πάσχειν τι pro θνήσκειν : *ut dubitem ne Mors mortua sit.* » *B.*

LXXIII. Lemma : εἰς γραῖαν. In anum olim formosam, nunc insana libidine prurientem. — 1 τί γὰρ οἶσθα ὅτῆνέα Cod., quod una litera addita, C ante O, correxerunt Meinek. ad Menandrum et Phil. p. 122 et Heckerus; οἶσθ' ὅτ' ἔην νέα Jac., « quæ scriptura satisfacit, quamquam Meinekii lectionem probante, ut videtur, viro docto in Thes. Steph. Didot. sub οἶδα. Vide not. ad VI, ep. 191. » *B* — 2 δεθέλει Cod. Ἐλαυνομένη de metaphora navis, quo nomine aliquoties vidimus meretricem intelligi. — 3 εὑρήσει τεχνίτην Cod., corr. Salm. — 5 ἦν θελήισι Cod., corr. Jacobs., sic potius quam ἢν ἐθέλῃ τις, ob accentum. — 6 ἐκ τούτου Cod., corr. Brunck. « Ad intelligenda obscœne detorta verba γίνετ' ἄνω τὰ κάτω facient collata epp. 329 et 415. — 7. Κνίζει, conf. V, ep. 129. » *B.* Cod. ἤν τι, « ut ubique apud hunc scribam, qui non novit ἤν. » *Paulss.* — 8 ἦν μη διαώ Cod., corr. Jacobs.

LXXIV. Lemma : εἰς γραῖαν κωφήν. De ancilla surda conqueritur, cujus ridiculos quosdam errores commemorat. Onesimus aut patronus aut amicus erat poetæ, in illius domo habitantis. — 1 ὀνησίμε Cod. — 2. « Πράγματα. Schol. Wech. : ἐνοχλήσεις. Ἀριστοφάνης (Plut. 20). « ἀλλά σοι παρέξω πράγματα ». Philostr. Her. : παρέχειν πράγματα· ibi schol. : ὀχλήσεις. Ibi et ego notavi. Aristoph. Av. 1027 : μὴ πράγματ' ἔχειν· ibi Beck. » *B.* — 5. Dioscor. III, 47 : πήγανον σὺν ῥοδίνῳ τε καὶ ὄξει κεφαλαλγοῦσι βοηθεῖ. — 6. Alibi τάγηνον, *sartago*. — 7 ἄνοπον αἰτ. δοκὸν εἰσφ Cod. « Scaliger malit ἂν πόκον, ut similius sequenti δοκόν. Ὀπός inter condimenta numeratur ap. Athen. III, p. 100, F, ubi laseris succum significat. » *Jac.* De quibus Boiss. ad Tzetzæ Alleg. p. 265 : « In Scaligeri mutatione vocis ὀπὸν in πόκον accentus non conveniunt; anus autem, ut surdastra, percipiendo accentui præcipue fuit intenta. Servo ὀπόν et propono pro δοκόν, quod est omnino rejiciendum, nomen simillimum λοπόν. » Quod recepi. — 8 πινῶν εὐθὺς Cod. « Λάσανον. Schol. W. : ἡ χυτρόπους, καὶ τὰ μαγειρεῖα ὅπου τῇ βουλῇ συσκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα. Id habet a Suida; sed λάσανον hic est vas foricarium. » *B.* — 9 ὄξος ἂν αἰτήσω Cod. et Plan., correxit vitium metri Hermannus Opusc. t. IV, p. 376. Deinde Cod. ἂν δὲ τόξον, Hermannus ἂν δὲ τὸ τόξον. — 10 ὅσλως Cod. Hiatum qui sequitur mora in legendo excusabilem reddi observavit Jac. Boiss. l. c. p. 264 : « Friedemanno facilius vir doctus alius ὅλως δὲ λόγων οὔποτ' ἐπ. Ipso facilius etiam propono : ὃ λέγω μήποτ' ἐπ. Auctoritate non caret μήποτε pro οὔποτε. » — 12. « Præcones, quorum multus usus in rebus publicis, in certaminibus præsertim, in quibus ipsi quoque peculiaria sua habebant certamina, vocis exercitia (μελέτας) in agris, ut videtur, instituebant : ἔξω, extra domum urbemve. » *Jac.*

LXXV. Lemma : εἰς πύκτας. Qui est sectionis titulus. In pugilem adversariorum plagis ita deformatum, ut non amplius agnitus patrimonio privaretur. « Gallice vertit Burettus in Memor. Acad. Inscriptt. t. III, p. 261. » *B.* — 1 τοιοῦτος omissum in codicibus Plan., ed. princ. Flor et Aldina prima; in ceteris suppletum βέλτιστος, et in fine τὸ πρόσθεν Plan. pro Σεβαστέ, cui (Neroni aut Hadriano) poeta rem narrat. — 2 ὀφρὺν Plan. — 3. Ἀπογραψάμενος, nomen professus in pugilibus. Non video quid hic sibi velit excerptum ex Euphorionis Chalcidensis ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι (Athen. IV, 40) a Boiss. ex schol. Wech. relatum. — 4 μηδὲ τὸ λαβεῖν Cod. — 6 ὅμοιον Cod. Conf. Ælian. De nat. anim. VIII, 10, ab Jac. indicatum.

LXXVI. Lemma : εἰς τὸ αὐτό sive potius εἰς τὸν αὐτόν, ut Salmas., scil. Olympicum. Mirum vero eundem, tanquam ex Codice, scribere : εἰς αἰσχρούς. Λουκίλλου, etc., sicuti Plan. hoc epigr. non inter ea quæ ἀγωνιστὰς spectant posuit, sed in versibus εἰς δυσειδεῖς. — 2 μήτ' ἐν ὄρει legebatur. « Sed quum mentio montis vix ferenda sit, recepi facillimam Brodæi et Opsopœi conjecturam, μήτ' ἐνόρα. » *Boiss*

LXXVII. Lemma : εἰς Στρατοφῶντα. Pugil ille in speculo se ipse non agnosceret. « Gallice vertit Burettus Memor. Acad. Inscr. t. III, p. 261. » *B.* — 1 ὀδυσσέως Cod. — 2 Ἀργὸς Plan. Vide Odyss. P, 291 seqq. — 4. « In οὐ κυσίν non puto esse supplendum μόνον. Est : *non canibus quidem*, quos non habes, qui te non noverant ut olim noverat Argus Ulyssem, *sed civibus.* — 5 ἔσοπτρα σεαυτοῦ Plan. Ἑαυτοῦ pro σεαυτοῦ, et alibi pro ἐμαυτοῦ. Id tractavi ad Philostr. Her. p. 326. » *B.* Qui initio versus recte Codicis lectionem reduxit ἢν ἐθέλῃς, sine particula; Plan. ἢν ἐθέλῃς δὲ πρ. De Jacobsii conj. editum erat ἢν δ' ἐθ. — 6 ὀμόσαι Cod.

LXXVIII. Lemma : εἰς Ἀπολλοφάνην, pugilem per vulnera cribro similem redditum. « Gallice versum ap. Burett. ibid. p. 262. » B. — 2 ἡ τῶν σιτοκόπων βυβλαρίων Cod., ad quæ Salmas. : « Perperam; sunt σητόκοπα, ὑπὸ σκωλήκων κοπτόμενα, ut σητόβρωτα. » Et Alciphro I, 26 : χιτῶνα ὑπὸ σητῶν ἡμίβρωτον. Etiam Plan. σιτ. βυβλ. ante Ascens. Boiss. βιβλ. dedit ex aliis edd. Plan. — 3. « Schol. Wech. : παίζει περὶ τὸ ὁμώνυμον· μύρμηκες γὰρ τὰ ὅπλα καὶ ἱμάντες. De formicis earumque cuniculis puto duntaxat loqui poetam. — 4. Γράμματα τῶν λυρικῶν. Idem : οἱ γὰρ τούτων χαρακτῆρες ἄνισοί εἰσι πάντες. Notæ musicæ, quibus in modis Lydio ac Phrygio lyrici poetæ utebantur. Literæ ipsæ erant alphabeti, γράμματα. Burettus, qui musicæ veterum fuit peritissimus, illarum specimen exhibuit in Memor. Acad. Inscrr. t. V, p. 206. » B. — 5. Ἄνωθεν Jac. vertit *insuper*, aliud agens : sunt vulnera *capiti* illata.

LXXIX. Lemma : εἰς Κλεόμβροτον. Qui pugil postquam artem facere desierat, conjuge ducta, graviores quam antea pugnas domi sustinebat. — 1. Κατέλυσε. Schol. in codice Lasc. κατέστρεψε καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ πυκτεύειν. Conf. ep. 161, 3. — 2. Πληγῶν Ἰσθμια. Idem : Ἰσθμίων καὶ Νεμέων πληγάς· μετάθεσις. Imo intellige : domi habet Isthmicos ludos plagis constantes, sine cetera festivitate. — 3 καὶ πας' ἑαυτῷ Plan. præter optimum Brunckii. — 5 δέρκεται, ut videtur, Cod. a pr. m. — 6 « Ὡς ἀποδῷ. Schol. Wech. : ὡς αὐτῇ τὸ ποθούμενον χαρίσηται. Jungebatur male, πληγὰς ὡς ἀποδῷ. Sed jungendum δέρεται τὰς παντὸς ἀγῶνος πληγάς, ὡς ἀποδῷ, immaniter cæditur, ut debitum absolvat. » B. Sive ut Jac. : vapulabat ut officium faceret, et ubi id fecerat, nihilominus vapulabat.

LXXX. Lemma : εἰς Ἄπιν (sic). *Luciano* tribuit Plan. — Apidi pugili statuam posuerunt adversarii, quod nunquam eorum ullum vulneraverat. — 2 ἄπιν Cod., corr. Jac. Ἄππιον malebat Græfius. « Pronunciatio nota literam ν producebat : sic et IX, ep. 168, 1. Eam vim liquidæ alibi notare memini : vide ad Hom. t. IV, p. 328; ad Theocr. p. 276 et 278; ad Æsch. t. I, p. 295. Schol. Wech. : ἐνταῦθα Ἄπιν ἀντὶ τοῦ ἀθλητοῦ ἀστόχου ληπτέον καὶ μηδένα πώποτε καταπυγμαχήσαντα, ἅτε δὴ ἀμαθῆ τῆς τέχνης καὶ τῆς πυγμῆς οὐκ εὖ ἥκοντα. » B.

LXXXI. Lemma : εἰς Ἀνδρόλεων. *Luciani* ap. Plan. — Hic pugil enumerat locos Græciæ ubi partes sui corporis reliquerit. « Gallice vertit Burettus in Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 262. Androleo loquitur ipse de se. — 1 ὅσην Plan., idemque in sequentibus dorismum mutavit. — 2. In repetito nomine πᾶσαν vivida est ac fortis asseveratio. — 3. Ἔσχον, *habui*, retinui, servavi, amissa scil. altera. Πλαταιαῖς (πλαταίαις Cod.). Schol. W. : μεταξὺ Κιθαιρῶνος καὶ Θηβῶν, ἐν ὁδῷ τῇ εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα· παραρρεῖ δ' αὐτὰς Ἀσωπός· ἔνθα Μαρδόνιον καὶ τὰς λ' μυριάδας Ἕλληνες ῥίψαντες, ἱδρύσαντο Ἐλευθερίου Διὸς ἱερόν, καὶ τοὺς ἐν μάχῃ τελευτήσαντας δημοσίᾳ θάψαντες, ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν τὰ Ἐλευθέρια. Ex Strabone IX, t. II, p. 182 (412 Cas.) » B. — 5 ἐκορύσσετο Plan. pessime. « Ἐκηρύσσετο, sicut post pugnam occisi per præconem a victoribus ad sepulturam expetebantur. » *Jac.* Non recte acceptum a Grotio. — 6 μ' ἐκ σταδ. Plan.

LXXXII. Lemma : εἰς δρομέας. — In Charmum, dolichodromum eximiæ tarditatis. — 1 Κάδμος ed. princ. Flor., Ald. 1, et ut varietas in Schol. Wech. In Arcadia ludos gymnicos celebratos esse tam Tegeæ quam ad Lycæum montem annotavit Jac. Conf. ad IX, ep. 21, 4. — 4. « Erat ἐν ἱματίῳ amicus iste, non nudus, ut cursor, igitur tardius etiam incedens; et tamen pone se etiam nolens Charmum reliquit. — ὁ παραγίγν. Plan. — 6. Schol. W. : τοῦ δὲ Χάρμου, φησίν, ἐν Ἀρκαδίᾳ σὺν πέντε ἄλλοις ἀγωνιζομένου δολιχῷ, ὕστατος πάντων, τουτέστιν ἕβδομος, ἔπεσεν. Εἰ δέ τις εἴποι· πῶς ἂν εἴη κεῖνον πεσεῖν ἕβδομον πέντε ἀγωνιζομένων; καίτοι ἔδει εἰπεῖν ἕκτον· τῶν τις παρόντων, φησίν, θαρσύνων αὐτῷ προσῆλθεν· ὁ δὲ οὐδὲ τοῦτον ἐδύνατο παραδραμεῖν, ὥστε πεσεῖν ἕβδομος· οὕτω δὲ ἦν ἀτυχής, ὥστε καὶ εἰ ε' εἶχεν ἔτι φίλους, ἐπ' ἴσῃ δωδέκατος [ἔπεσεν]. Ἀριθμὸν ἀντὶ οὑτινοσοῦν ἀριθμοῦ τίθησιν. » B.

LXXXIII. — Ridet Erasistratum stadiodromum, qui ne terræ quidem motu moveri potuerit. Similiter jocatur in Thessalum equum Erasistrati, ep. 259. — 1 σταδίην Cod. et Plan., corr. Scaliger.

LXXXIV. — « In pentathlum sive pancratiasten, in omnibus quinquertii exercitiis mira facilitate et celeritate superatum. Certabatur autem in πεντάθλῳ lucta, cursu, disco, saltu, jaculo. — 2 ὅμως cum Brunckio Bothius. — 3. Οὐκ ἤγγισα, scil. τοῦ σκοποῦ. — 5 ἠκόντιζον Cod. Perspicuitas sermonis poscit ἠκόντιζ' ἂν ἀμείνονα sive ἠκόντιζέ τ' ἀμ. » *Jac.* — 6 πέντετριαζ. Codex una voce. « Schol. Wech. : πεντάκις νικώμενος. Ἐπὶ πεντάθλου τὸ νικῆσαι ἀποτριάζειν λέγεται· τριάζειν γὰρ ἐπὶ τῶν παλαιστῶν, ἀντὶ τοῦ νικᾶν· καὶ ἀτρίακτος, ἀνίκητος. Ὅθεν τὸ ἀτρίακτος ἄτα παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι (Choeph. 333). Καὶ τριαχθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιστρικοί, ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν, ἢ τὸ τρὶς στοχάσαντα νικηθῆναι. Ultima sumsit ex Suidæ Lexico. Vide Blomf. Gloss. ad Agam. 165; Burett. Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 249, et conf. ep. 316, 5. » B.

LXXXV. — Ridet stadiodromum longe tardissimum. — 1. « Ποιεῖν de tempore tractavi ad Anecd. t. V, p. 63. Adde Reisk. ad Constant. Cerim. p. 396, qui ipso Lucillii versu utitur. Conf. et ep. 330, 3. — 2 πάντοθεν Cod. — 4. Schol. Wech. : τὸ ἑξῆς· οἱ τοῦ ἀγῶνος, φησίν, ἐπιμελούμενοι κατέκλεισαν τὸ στάδιον, οὐκ ἔμψυχον, ἀλλά τι τῶν ἀνακειμένων τοῖς θεοῖς ἀγαλμάτων τοῦτον οἰόμενοι. — [4 τὸν λίθινον Salm. tanquam ex Codice ascripsit, Bothius de conjectura dedit, frustra.] — 5 γαρ' Cod. Εἰς ὥρας ἠνοίγετο. Idem : ὑπερβαλλόντως δὲ τοῦτον ὡς βραδὺν διαβάλλει, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἑξῆς ὀλυμπιάδι (imo *proximo anno*) ἀνοιγομένου τοῦ γυμνασίου, ἔτι τρέχων εὑρέθη, ἀπολειπόμενος (τῆς) νύσσης διπλέθρου. Quæ ultima planudeam scripturam explicant. Longe facetius est palatinum στάδιον. Jam non mirum est pro statua fuisse habitum qui currens ne pedem quidem moveret. » B. — 6 σταδίῳ δίπλεθρον Plan.

LXXXVI. — In alium stadiodromum tardissimum. Imitatio est veteris epigrammatis in Plan. 53 : quorum lepidam parodiam Nicarchi videbimus ep. 119. — 1 εἴτ' bis Cod. — 3 ὕσπληγγος Cod. « De ὕσπληγγι Salmas. Climact. p. 269; Burett. Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 293, qui alterum distichon gallice vertit, Lucillio epigramma tribuens, ab errante Brodæo male seductus. » B. Plan. στεφανοῦται, non male. « Ad hæc respexit Lucianus Timon. c. 20. » *G. Wolff.* Qui mecum communicavit Henrici Jacobi egregiam conjecturam, in Progr. schol. Posenensi a. 1861 prolatam; vix erit enim cui non videatur jejunum ἄλλο; in versu 4. Sic igitur Jacobi inserto epigrammate Plan. 53 (quod tractavit Benndorfius p. 14) :

Τὸ στάδιον Περικλῆς εἴτ' ἔδραμεν, εἴτ' ἐκάθητο,
οὐδεὶς οἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής.
τὸ στάδιον Λάδας εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
οὐδὲ φράσαι δυνατόν· δαιμόνιον τὸ τάχος.

Ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
Λάδας; — καὶ Περικλῆς δάκτυλον οὐ προέβη.

LXXXVII. Lemma : εἰς μακρόν In longissimæ staturæ hominem Timomachum. — 2 οἴκοσι Cod., et ὑπεργαίη idem sec. Salm. — 5. « Πέντ' ἐπὶ πέντε πόδας · verbum verbo gallice : *cinq pieds sur cinq.* » *B.* Quod me non intelligere confiteor. Lucillius, ob præcedens πεντόργυιος, haud scio an dicere maluerit πεντεπίπεντε, *quinque super quinque.*

LXXXVIII. Lemma siglis : εἰς μικρὸν λεπτ. Fort. εἰς μικρὰν καὶ λεπτήν. « In puellam staturæ exiguæ, quæ a culice rapta, ab Jove se per aquilam abripi existimabat, æquo animo summi deorum voluntati se subjiciens. » *Jac.* — 1 ἥρπασεν Cod. — 2 τί φησιδῶ ζευ Cod., τί, φησίν, δῶ Ζεῦ Plan., correxit Jacobsius, egregia sententia; propius ad traditas literas maluerunt Ritschelius εἴδως, Heckerus δρῶ. Deinde omnes εἴ μ' ἐθέλεις, Boissonadius ἠθικώτερον : « Scripsi quod conjeceram ad Simocatt. p. 313. »

LXXXIX. In Plan. ἄδηλον, quod post edit. princ. accessit, male, quum præcedat Lucillii epigramma. In hominem brevissimum. « Lucillius hyperbolam in hyperbola quærens ea scripsit quæ ipse non posset explicare. » *B.* — 2. Πρὸς τὰ κάτω, sed alii omnes πρὸς τὰ ἄνω.

XC. — In alium brevissimum. — 2 πυῤῥῆνα Plan. Ita vocatur *specillum*, in cujus parte superiore est quasi nucleus sive globulus. Codex αὐτόν, idemque in sequenti epigrammate.

XCI. — In hominem incredibiliter macilentum. Ejusdem argumenti sunt quæ sequuntur. — 3 κατώβρισεν Cod. Βαρύς, pondere suo, quod erat nullum. Αὐτῶν, scil. ἀθέρος καὶ τριχός.

XCII. — 2. « Quod in fabulis divino fato contigisse nonnullis dicitur, ut eorum cadaver nusquam appareret, idem propter macilentiam evenit Caio. » *Jac.* — 3 καταβὰς οἷος ὅτ' ἔζη Cod.; οἷόσπερ ἔτ' ἔζη Plan., utroque juncto Bothius dedit quod recepit Boiss., qui hæc præterea : « Non displicet, quod Brodæus conjecit, τέρας. Nam πέρας, *tandem*, vix sententiæ convenit. » Jacobsius præferebat καταβὰς ὅλος οἷος ὅτ' ἔζη, quod Brunckius restituit, artis legibus, quam superiora, multo convenientius. Jam ex Planude recepto v. 4 λεπτότερος, quæ terminationes frequentissime confunduntur, necessarium τέρας confirmatur. Sic igitur distichon edendum erat :

καὶ τέρας εἰς ἀίδην καταβὰς ὅλος οἷος ὅτ' ἔζη,
τῶν ὑπὸ γῆν σκελετῶν λεπτότερος πέταται.

5. Φράτορες, συγγενεῖς, οἰκεῖοι, Lex. Bekk. p. 315.

XCIII. — 1 ἐπικούρων Cod.; ὁ μικρὸς Plan. « Proposuit ἄτομον Scaliger. Distinxi ut εἰς μέσον ἀτόμων jungeret lector, ad verbum τρήσας subaudito pronomine αὐτάς. » *B.*

XCIV. — 1 εἰς σάλπιγγ' ἐνέπνευσεν Plan. — 2 εὐθὺς ἀπ. Plan.; ἀπῆλθεν Cod.

XCV. *Ammiano* inscribitur in Plan. — 2 μικροῦ τοῦ Cod. et Plan., corr. Salmas., cui eadem sentiebat Boiss., hæc scribens : « Forsan μικρὸς, scilicet mus. Nam parvum Macronem parvum habuisse pedem vix lector fuit monendus. » Cod. μύς. — 3 ψιλῶς Cod. Ψιλὸς est γυμνός, ἄνευ ὅπλων.

XCVI. In Plan. est ἄδηλον. — Exsecratur turdos valde macilentos. — 4 ἑτοίμως Cod. Novum vespertilionum genus dicit, non in ædibus, sed in campis atque pratis versantium.

XCVII. In Plan. ἄδηλον. — De homine ingentis amplitudinis. — 1. An Στρατονικείῳ accipiendum : *filio Stratonici?*

XCVIII. In Plan. ἄδηλον. — De obscuro quodam oppido, quod *metropolis* appellari volebat. — 1 εἶτα Cod.

XCIX. — Alia epigrammata de exilibus et macilentis. — 2. « Participium ἔχων illustrat Reisig. Conject. p. 220. » *B.* — 4. *Atomis*, quæ in vacuo natant.

C. — « Obversabatur Lucillio historia de Phileta, quam narrant Athen. XII, p. 552, B, et Ælian. Var. H. IX, 14. » *Jac.* — 1 ὥστε (Salm. αἴστε) κολυμβᾶν Cod. — 2 μόλιβδον Cod.

CI. In Plan. ἄδηλον. — 1 ῥηπίζων Cod. Ventulum flabello faciebat heræ dormienti. — 2 « Est δῶμα *tectum*, quod ostendi ad Fab. V, 5. Dormiebant præ calore nimio in tectis ædium planis, quod et nunc in regionibus Orientis solitum. » *Boiss.* ad Babrium p. 223.

CII. — Conf. ep. 308.

CIII. Schol. Wech. : παίζει εἰς δόγμα Ἐπικούρου εἰπόντος πάντα καθεστηκέναι ἐκ τῶν λεπτοτάτων ἀτόμων. Λουκίλλιος δέ φησι Διόφαντον λεπτότερον ὑπάρχειν τῶν ἀτόμων. — 1. Dubitat Jac. de distinctione post ἔγραψεν an post εἶναι melius ponenda. — 4 πολύ τι Cod.

CIV. — 1. « Respicitur proverbialis locutio, *Præ formicis exilem esse.* Lusus Priap. XXXIII : *suisque membris Formicas facit altiles videri.* — 3. Τὸ καίριον, scil. λάκτισμα vel τραῦμα. — Vertit Ausonius Ep. CXXII, in postrema parte paulum a sententia aberrans :

Faustulus insidens formicæ, ut magno elephanto,
Decidit, et terræ terga supina dedit.
Mox idem ad mortem est multatus calcibus ejus,
Perditus ut posset vix retinere animam.
Vix tamen est fatus : « Quid rides, improbe Livor,
Quod cecidi? cecidit non aliter Phaethon. » *Jac.*

CV. — 1 ὃς δὲ καθ. Cod. — 2 ὀξυιαφω Cod., literæ ι superposito β. « Schol. W. : τουτέστι τρυβλίῳ, ὅπερ Νίκανδρος κύμβον καλεῖ (Ther. 525)... Αὐτὸς μὲν Νίκανδρος ἐν τοῖς ἑξῆς (598) χρῆται τῇ λέξει · « Σπέρματα, μεσσωθὲν δὲ χάδοι βάθος ὀξυβάφοιο ». Adde schol. Nicandri ad v. 526. » *B.*

CVI. Lemma in RS : εἰς λεπτὸν ἄνθρωπον. — 1 ἵσταται δι' RS. — 3 ἐρύζητο Cod., altero ρ superposito; ἐῤῥύζητο RS; ἐῤῥοίζοιτο vetustæ edd. Plan., sequentes ἐῤῥοίζητο — 4 ἐμπηχθεὶς RS. — 5 τε om. RS, qui ἡμ. cum Cod.

CVII. Cohæret cum præcedenti epigr. in RS. — 1 φυλλῳ πεφρημένος Cod., posito ο super φρ, recte RS et Plan. — 3 δὲ Τιτ. RS; δὴ Τιτ. Plan. In fine omnes ἡ παλικάμπη. « Quod nomen esse putatur proprium pro Πιτυοκάμπτη. Placuit mihi, quod et nonnulli suadebant, divisim scribere, ἣ πάλι κάμπῃ. [Etiam Jac. in nostro exemplo : « Scribi poterit ἣ πάλι κάμπῃ. Lennepius p. 234 cogitabat de Κάμπῃ, ap. Apollodor. I, 2, 1. » Monstrum illud ab Jove vel Baccho dejectum; quam expos. unice probat Hecker

de ἢ πάλι locos congerens p. 350.] Plus est in sententia festivitatis, si Chæremon immani illi Tityo aut erucæ comparetur, quam Tityo simul aut Pityocamptæ. — 4 κανάβιον Cod. Schol. W. : τὸ ξύλον ᾧ περιπλάττουσι τὸν πηλὸν οἱ κοροπλάθοι κάναβος καλεῖται· ὅθεν καὶ Στράττις τὸν Σαννυρίωνα διὰ τὴν ἰσχνότητα κάναβον καλεῖ. Ἡσύχιος δὲ οὕτως· Κάναβοι, τὰ ξύλα περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασι· ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται. In priore scholii parte, quæ sumpta est e Polluce X, 189, editionem Pollucis sequutus sum, quum esset mendosus Wechelii contextus. » B. Nostram vocem *canevas*, de proplasmate fictorum pictorumque, ex hac græca derivari probabile est. Plan. κανάβινον vel καννάβινον, quod confirmat RS et Jacobsio tum olim « restituendum videbatur, » tum in nostro exemplo. Vidi etiam in cod. 1773, qui non ubique cum Plan. conspirat.

CVIII. Ex Codice edidit Jac., ubi ἄδηλον. Sed in RS et cod. 1773 legitur hoc lemmate : ἄδηλον ἀστεῖον τοῦ σατὰν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, ubi ἄδηλον ex præcedentis in illo codice epigrammatis (XI, 220) lemmate delapsum videri observat Schneidewin., Juliani autem similes iambos εἰς κοντοπαίκτην legi in Append. ep. 42. Boiss. : « De hoc epigr. egi in not. ad Simocatt. p. 279, et monui Juliani Cæsaris lusum esse videri. » Qui liber nunc non ad manus. — 1. τεττάρων Cod.; recte τεσσάρων RS. — 3 ποῖ scribit Jac. rectius.

CIX. Cum præcedente cohæret in Cod. Nicarchi vel Lucillii esse dicas, sed hi non admittunt mensuram qualis est versu 2. — 2. Ἐῤῥιπται correptum in incerto admittendum; Jac. conj. ἔῤῥιπται δὲ χαμαί, Boiss. ad Simocattam p. 303, ἀλλὰ χαμαὶ ῥῥιπται.

CX. — Certamen trium macilentorum. — 2. « Λεπτεπιλ., conf. ep. 238, 4. — 5. Fere crediderim, τρώγλην, quod exponitur *caverna murium* quam ille habitabat, hic esse acus foramen. Demas et ipse ut Hermon per acum transit, sed et Hermonem longe gracilitate superat; nam foramen acus egressus se araneolæ texenti obvium sistit, quæ eum totum quantulus erat unum e filis esse rata telæ immiscet intextum. » B.

CXI. Sine lemmate. *Lucillio* inscribitur in Plan., cum sequentibus usque ad ep. 117. *Nicarcho* dedit Jac., ut in serie Nicarcheorum positum; nam nomen novum fuisse omissum minus est credibile quam τοῦ αὐτοῦ. Salmasius, propter *Olympici* nomen in ep. 212, Lucillio ea tribuere mavult. — 2 ἀπηγχόνισε Cod.

CXII. Lemma : εἰς ἰατρούς, sectionis titulus. — Demonstratum monet ne fidem habeat Dioni, medico oculario, Olympici exemplum commemorans, quem ille non ipsum modo excæcaverit, sed statuam quoque ejus vel pictam imaginem luminibus privarit. Posterius voluit schol. Wech. : τυφλοῦ γὰρ ὄντος αὐτοῦ ἐνδέχεται καὶ τὴν εἰκόνα τυφλὴν εἶναι. Quod quum aut frigidum et hebes aut ridicule hyperbolicum sit, Lessingius t. VIII, p. 519-523 Lachm. hoc epigr. tractans, aliam viam iniit, de qua ad v. 3. — 1. « Χαῖρ', ἱερὸν φῶς. Hac formula, qua morituri vitæ, hic lippus collyrio Dionis inungendus valedicere lumini jubetur. — 2 τάλαν et εὔσκοπος Plan.; οὕτω Cod. Εὔσκοπος, ut peritus jaculator nunquam a proposito fine aberrans. » *Jac.* — 3 ἀλλὰ διαυτοῦ Cod., ἀλλὰ δι' αὐτοῦ Plan.; δὴ αὐτοῦ Boiss., quod et recepit citata « nota ad Simocattam p. 317 et ad ep. 240. » Prætuli correctionem Jos. Scaligeri (διαυγοῦς) ab Jacobsio absolutam διαυγῆ, oppositum obscuratis oculis vel exstinctis Olympici. Nam egregie demonstravit Lessingius oculos *ex gemma perlucidos* intelligi, qui statuarum marmori inserebantur : his furtive ablatis Dio imaginem cum viro simul excæcaverat.

CXIII. — « Frigida hyperbole de medico, qui quum Jovis statuam attigisset, effecit ut insequenti die deus efferretur. Ludit poeta in ambigua significatione verbi ἐκφέρεσθαι, quod de mortuis usurpari solet, sed de signo quoque in alium locum translato accipi potuit. Sic accepit Ausonius Ep. LXXIV :

> Alcon hesterno signum Jovis attigit. Ille,
> Quamvis marmoreus, vim patitur medici.
> Ecce hodie jussus transferri ex æde vetusta
> Effertur, quamvis sit deus atque lapis. » *Jac.*

CXIV. — Historia de medico astrologum artis efficacia facile vincente. In eosdem scriptum ep. 257. Hermogenem Triccensem, Erasistrateum ex Galeno et Smyrnæorum nummis cognitum, intelligi posse monuit Welcker. in Sylloge p. 48. — 1 Ἑρμογένη Plan. — 3, 4 sic Cod. et Plan. « Vulgo, λέγεις σὺ νόει. Aliter distinxi. Subaudio διὰ ante μηνῶν. *Quid intra menses novem portendat Saturni grave sidus, tu intelligas, sive intelligere tuum sit; certior est mihi ac brevior agendi ratio.* » B. Jam Jacobsius : « Saltem junge : νόει εἰ ὁ Κρόνος... » Sed alia tentabat in Pal. et Delectu p. 187, quibus hoc addit in nott. mss. : « Aut lege, quod lenissimum : τί μέγ' εἰ Κρόνος ἐννέα μηνῶν, φησί, τελεῖν τι νοεῖ; τάμ' ἴδε, σ. σ. » Quorum ἴδε inutilissimum. In fine distichi majorem distinctionem posui. — 5. Ἐκτείνας, scil. τὴν χεῖρα. — 6. Ἀπεσκάρισεν, « spasmo correptus animam reddidit » . *Jac.* Schol. W. : μετενήνεκται ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν σπαιρόντων ὅταν τοῦ ὕδατος ἐκβληθῶσι. Conf. Hom. Il. Γ, 293 cum schol. — Similis argumenti epigramma vertit Ausonius Ep. LXXIII :

> Languenti Marco dixit Diodorus haruspex,
> Ad vitam non plus sex superesse dies.
> Sed medicus divis fatisque potentior Alcon,
> Falsum convicit illico haruspicium;
> Tractavitque manum victuri ni tetigisset;
> Illico nam Marco sex periere dies.

CXV. — « De medico oculario quovis deo ad nocendum promptiore. — 1 ἔχεις Plan. ante Steph. — 2 ἴασιν Cod., sed α punctis notato, et ἀλφικράτη. Ἀμφικράτη Plan., corr. Casaubonus. Inter Isidis virtutes fuit et privare posse oculis et reddere lumen; v. intt. ad Juvenal. Sat. XIII, 93. » *Jac.* — 3 θεὸν Plan.

CXVI. — 1. « Cæsarem alloquitur poeta. Vixisse autem imperante Nerone dicitur. Conf. ep. 132 et 185. [Libertum Cæsaris fuisse Menophanem conjicit Jac.] — 4. Epigramma non est ex optimis. Nam, ut Menophanes vocandus sit Eurystheus, debuit esse inter ægrum et Herculem aliquid similitudinis, quæ nulla est. » *B.* Nisi alium loquentem hic fecit poeta, ut in his sæpe vidimus.

CXVII. — De efficacia collyriorum Capitonis, « fortasse ejus qui Hadriano imperante Hippocratis opera recensuit. Lepidum carmen. » *Jac.* — 1 ἔχρισεν Cod. superposito ιν. — 2 μακρῶν « nonnulla exemplaria, alia μικρόν. » *Opsop.* — 5 διπλέθρω Cod., imposito ductu ut fiat ων. Cum κατόμενον junxit Grotius; debebat cum κατιδεῖν. — 10. Nota syntaxis significans φοβητέον μὴ οὐκ ἴδῃ ἔτι.

CXVIII. Cohæret in Codice cum præcedenti epigr.; ap. Plan. *Nicarcho* inscriptum. « Sed in Palatino iterum alio

loco [post ep. 332] appositum est cum nomine *Callicteris*. Inde feci mihi lemma. Est inscriptio sepulcralis. Mortuus ipse loquitur. » *B*. Similis lusus in ep. 257 et alibi.

CXIX. Altero loco, post ep. 332, ut *Callicteris* repetitum, hic in serie Nicarcheorum, cujus est ap. Plan.; neque ego hoc et sequentia Callicteri tribuerim cum Jacobsio t. X, p. 39. — Scita parodia veteris epigrammatis quod supra legitur n. 86, ubi vide. — 1 ἰατρὸς Cod. hoc loco. — 2 γιγν. Cod. altero loco et Plan. — 4 τὸν τάφον Cod. altero loco et Plan., unde Grotius. « Non solum mortui, sed lectus etiam quo efferebantur, et tumulus coronis solebant ornari. In ferali epulo sive silicernio, περιδείπνῳ, *lentem* inprimis adhibebant. Plutarch. Crass. c. 19 : φακοὺς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα Festus in v. *Faba : Fabam nec tangere nec nominare flamini Diali licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere et parentalibus adhibetur sacrificiis.* » *Jac.*

CXX. — 2. τετραπόδους Scaliger. « Est vulgaris dialecti forma, saxum quattuor pedum et in quadram formatum significans. » *Jac.*

CXXII. — 1 πέντε ἰητρ. Cod. — 2. « Ἴδεν. Sic vernacule verbum *voir* de medicis ægrotos invisentibus — 4. Κοπετός. Schol. W. : μετὰ ψόφου χειρὸς ἦχος. » *B*. Parodiæ speciem hæc habere observat Jac.

CXXIII. In ed. princ. Flor. et Ald. 1 ἄδηλον, « qua vox fortasse ex ἠδύλου nata. — 2. In talibus καὶ indicat *statim* aliquid insecutum esse. Thucyd. II, 93 : ὡς δ' ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς. — 3. Ἀκόνιτος (ἡ, scil. βοτάνη) quæ alibi τὸ ἀκόνιτον. Femininum ex Euphorione affertur. — 4. Quod fit victoribus post egregia facta domum redeuntibus. » *Jac.* Boiss. : « Ritus phyllobolia. Euripides El. 163 : οὐ μίτραισι γυνή σε δέξατ', οὐδ' ἐπὶ στεφάνοις. Vide ad V, ep. 147. »

CXXIV. — Zopyrus medicus, alter Ἑρμῆς ψυχοπομπός. — 2 ἐστέρησεν Cod. et Plan. ante Ascensium et Steph., qui ἐστέρισεν, quod cum Brunckio dedit Boiss.; ἐστέρεσεν Schæferus et Jac. « Zopyri Epicurei medici meminit Plutarchus in Convivalibus quæstionibus. Celsus V, 23 antidotum describit ab eo Ptolemæo regi paratum, Galeno [vitiose] dictum ἀντίδοτον Ζωπυρίου. » *Brodæus*. — 4. « Ex mentione Paraetonii innuitur medici Zopyri patria Ægyptus. — 5 ἔχω Cod. [Bothius inutili cura κηρύκειον ἔχων.] — 6. Ὡς Ἑρμῆς. Schol. W. : παρὰ τὸ (Od. Ω, 1) « Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν Καλὴν, χρυσείην. Zopyrus medicus scipione inter ambulandum utebatur, et calceos habebat peculiares. Inde similitudinem quandam Zopyri cum Mercurio aucupatur facetus poeta. » *B.*

CXXV. — Pactum inter medicum et vespillonem. — 3. Τελαμῶνας. Schol. W. : τοὺς σινδονίτας ἴσως νῦν ..., περὶ ὧν Πολυδεύκης βιβλίῳ ζ' (72). Καὶ Ἡρόδοτος Εὐτέρπῃ (86,) « λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι. Sunt alibi ταινίαι. — 4 εἰς ἐπιδέσμ. e Codice enotavit Salmas. pro planudeo εἰσεπιδ. — 5 εἰσεντας. Plan., non Cod. Satis rara articuli ellipsis inter præpositionem et infinitivum.

CXXVI. « Lucillii ingenium sapit. » *Jac.* — 1. « Schol. Wech. : μήλη ἰατρικὴ δι' ἧς ψηλαφᾶται τὰ πονούμενα· μηλιοῦν γὰρ τὸ ψηλαφᾶν, καὶ μήλωθρα τὰ πορφυροβάμματα. » *B*. Conf. Foesii Œc. — 2 κενεὸν Plan., et γναφικῶν cum Codice; γραφικῶν plures de conjectura, sed γναφικῶν « multis obscurum, alibi se planum facturum » promisit Salmas., qui promissis non videtur stetisse. In tam frequenti permutatione harum literarum, qua hic præsertim Codex laborat, γραφικῶν pro certo habeo. — 5. Conf. ep. 117, 9.

CXXVII. Lemma : εἰς ποιητάς. Sectionis titulus. — In poetam invita Minerva versus pangentem. — 1 ἐρινύες Cod. « Furiæ, ut cognata ipsis Ἄτη, hominum animos pervertunt interdum, ita ut quæ ipsis obsint faciant; quod quibus accidisse videbatur, ii appellabantur θεοβλαβεῖς. Opinionem veterum deos improbis sanam mentem eripere, ita ut errores suos non agnoscant, illustravit Ruhnken. ad Vellei. II, 57, 3. » *Jac.* — 3 σου Cod. — 4 μανίην Plan.

CXXVIII. — Obscurius poematis argumentum sic effert Boiss.: « Florus quidam, victor in certamine poetico, Polliano succensebat, quod ipsi ob victoriam non fuisset gratulatus. Excusat se Pollianus, gaudere se affirmans, non sine gravi ironia. » Brunckius invitatum non adfuisse statuit convivio a victore instituto, qui ei frustum suillæ carnis miserit, quam esse v. 4 τὴν χοιρείαν μερίδα τοῦ στεφάνου. — 1, 2. Hæc de *versuum* pedibus intelligenda sunt quos lauro donatus ille male torserat. Specta autem numerorum pravitatem et parilem gressum in primis hemistichiis hexametrorum trium, haud dubie Flori versus scita imitatione referentem. — 3. Eleganti brevitate dictum pro νὴ τὴν εὐκληρίαν ἣν εὐκλήρησας. — 4. « Χοιρείας est lectio palatina. Fuit olim χηρείας et χειρείας. Vix credo veram lectionem esse cognitam. Interim videtur syntaxis sic instituenda : ὃν εὐκλήρησας ἐν ἄθλοις, περὶ τοῦ στεφάνου ὡς περὶ χοιρείας μερίδος· de corona poetica decertaturus ad certamen accedens, sine studiis, sine exercitatione prævia, non salutatis vel a limine literis, plane quasi de suillæ carnis vili portione cum infimissimis hominum contendendum fuisset. » *B.* Quibus facile præferes Brunckianam interpretationem indicatam supra, quam unam Jac. in ed. Palatina posuit. Lennepio tamen p. 235 « lectio χηρείας faciliorem interpretationem habere » videtur, quæ referenda est : « Recte Casaubonus ad Persii Prol. p. 14 ineptulum poetam Florum in agone musico non suo merito, sed inopia vel imperitia antagonistæ coronam adeptum judicat. Eo pertinet versus, ubi Pollianus dicit eodem modo posse Florum vincere vel dolichum, quamvis non cursorem. Huc igitur referendi etiam versus 3 et 4. In certaminibus fere sorte comparabantur adversarii : Floro sorte imperitissimus obvenerat, vel forte evenerat ut solus certaret sine adversario, sine compare. Sic erat ὡς χηρεία μερὶς τοῦ στεφάνου, vidua quasi et destituta, de qua Florus ἐν ἄθλοις sortitus erat. » Grotius quid legerit, non apparet. — 5 τοὶ γὰρ θάρσει Cod., post γὰρ inter versus posito τοι. Idem πάλιν, Plan. γίγνου.

CXXIX. Scribendum esse Κεφαλίου annotavit Salmas. Λουκιανοῦ est in Plan. — Ridet poetam in Isthmicis certaminibus victum. — 2. « De παρισθμίοις schol. Wech.: Πολυδεύκης (II, 98)· « ἰσθμοῦ δὲ διὰ στενότητα τῆς φάρυγγος κληθείσης, τὰ ἑκατέρωθεν εἰκότως παρίσθμια ἐκλήθη. Παρίσθμια νόσος ἐν τῷ φάρυγγι γινομένη. » *B.* — 4 ἔχειν Cod. aliquis Dorvillii.

CXXX. — Epicis poetis, veteres impudentissime compilantibus, elegorum carmina præfert. — 1 ἔπειτα Cod. Exigua ars et copia cyclicorum poetarum, Homeri simiorum, etiam nunc in tenuibus fragmentis cognosci-

tur. Conf. Callimach. XII, ep. 43, 1. Sed Pollianus non proprie dictos *cyclicos* solum intelligere videtur, sed recentes etiam qui in Trojanarum rerum cyclo elaboraverunt. « Particulæ αὐτὰρ ἔπειτα, narrationi connectendæ inservientes apud Homerum, apud seriores, ut Quintum Smyrnæum, ad nauseam usque iterantur. » *Jac.* — 4 πάλιν Cod. Notus elegiarum scriptor Parthenius. — 5. « Eustathius ad Il. Λ, p. 817 : θὴρ οὐατόεις παρὰ Καλλιμάχῳ (fr. 320) ὁ ὄνος. Et quum modo Parthenium nominaverit, vix dubitandum est verba ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια esse Parthenii. Herbæ chelidonii color est viridis, sed subpallidus, ut epitheton χλωρὰ sit aptissimum. De Parthenio Schol. Wech.: δύο ὑπῆρξαν Παρθένιοι ποιηταί· ὧν ὁ μὲν Νικαεύς, ὁ δὲ Χῖος, ἀπόγονος Ὁμήρου, ὃς ἔγραψεν ἐλεγεῖα εἰς Ἀφροδίτην..... Quæ elegiæ ad Parthenium Nicænum sunt referendæ, teste Suida. — 6 χελιδόνεα Cod., corr. H. Stephanus. — 8. Id est, Vel ipsa prima Iliadis verba furantur impudentissime. » *B.*

CXXXI. — In Potamonem poetam et Hermogenem chirurgum, pestes humani generis. — 1. « Distinxi ut ὕδωρ fieret nominativus verbum ἔκτεινεν sibi adjungens. Jam mente addendum sequentibus, ὅτε τὰ πάντα ἐγενήθη ὕδωρ, ni possit et fieri syntaxis, ὅτε ὕδωρ ἐγενήθη πάντα. *Nec Deucalionis tempore aqua, quando aqua facta est omnia.* » *B.* Præferam cum Jacobsio, ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη, ut supplendum sit τοσοῦτοι ἀπώλοντο, poeta autem varians orationem in activam structuram transeat. Idem in nott. mss. : « Fort. ᾧ πάντ' ἐπεκλύσθη [ut Brunckius tacite]. Aliter V. D. in Nova bibl. crit. IV, p. 53, ὅτι scribens, reliquis servatis. » — 5 κατὰ τεσσ. Cod.

CXXXII. In Plan. est ἄδηλον. — In recentium poetarum osores ob solam eorum ætatem. De qua re Horatiana quivis meminit. — 1. « Conf. ad ep. 116. — 2 ἤρεσκε Plan. ante Steph., et εἶποι. Quamvis ipsis utatur Homeri summi verbis; ut id in junioribus ipsum carpant quod in antiquis admirantur. » *B.* — 4. « Similis locutio parœmiaca apud Francogallos de imperito : *il ne sait pas faire la panse d'un A.* — 5 οὕτω Plan.; ἔχων Cod. [« Hanc locutionem pro οὕτως ἔχει illustravi ad Anecd. t. IV, p. 186 et 492, 6. Adde Heindorf. ad Phædon. p. 193; Uster. ad Plut. Consol. Apoll. p. 12. » *Boiss.*]— 6. Κηλήτας, herniosos senes, quos communis opinio tanquam stultos ridet. Conf. Martial. XII, 85. » *Jac.*

CXXXIII. — In Eutychiden, lyricum poetam modo mortuum. — 2 εὐτυχίδας Cod. — 3 αὐτῷ Cod. « Sicut ille Etruscus Cassius ap. Horat. Serm. I, 10, 62 : *capsis quem fama est esse librisque Ambustum propriis.* — 4. Νόμων, modorum musicorum. — 5 ποῦ τις ἀπέλθει Cod., ἀπέλθῃ Plan.; ποῖ restituit Schæferus. [« paulo calidius » *Boiss.* ad Pachymer. p. 164.] Sensus : Nunc demum obiisse videbimini. Ὁ Χάρων aut pro ὁ θάνατος dictum aut pro cymba Charonis. » *Jac.* — 6 ἐπεὶ καὶ γῆν Cod. et Plan.; Jacobsii correctionem χᾄδην receperunt Boiss. et Both.

CXXXIV. — « Lucillius Heliodorum ad poeticum certamen provocat, ut appareat uter alterum nugis proferendis antecellat. Similis provocatio est ap. Horat. Serm. I, sat. 4, 14 : *Crispinus minimo me provocat .... uter plus scribere possit.* — 2. Fort. ἄντα πρὸς ἀλλ., homerice. » *Jac.* — 3. « Versus est Iliad. Z, 143, quem suum facit poeta, nec absolvit, ut notissimum, præsertim Heliodorum et ipsum poetam provocans, qui Homerum callere debebat : Ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. » *B.*

CXXXV. — In Marcum, qui næniam in filii obitum recitans enecat auditorem. — 2 παρὰ σοῦ Plan., sed scholiastes memorato σοί. — 3 πάλιν addidit Plan., nescio quam vere explens lacunam Codicis. — 4 σταζόμενον Cod. « Forte στιζόμενον. » *Salm.* Melius Plan. — 5 πάσχων Cod. — 6 οἱ καταλείξαντες Scaliger, ad Caligulæ illam legem respici putans qua *qui in certamine græcæ latinæque facundiæ displicuissent, scripta sua spongia linguave delere* jubebantur, *nisi ferulis objurgari aut flumine proximo mergi maluissent.* Quod recte Huetius judicavit esse doctius quam verius, sic locum interpretans : Quæ utinam ii paterentur, qui usum librorum et calamorum hominibus monstrarunt. Scaligerum secutus est Grotius. « Δεικνύναι, καταδεικνύναι, *docere, monstrare,* illustrat nota 16 p. 162 ad Æneam Gaz. » *B.*

CXXXVI. — Recitatorem acerbum rogat ut inducias certe secum faciat. — 1. Parodia noti versus Aratei, Phæn. 131, de hominibus æneæ ætatis :

Οἱ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο σίδηρον
εἰνοδίην.

— 3 προελθὼν Plan. — 6. « Eadem sententia Simocattæ Epist. 49 : ἠδέσθη καὶ Πρίαμον ὁ τῆς Θέτιδος πρεσβευόμενος. Ad ἡμερίων subaudio πολεμίων. Cogitabam de scribendo ἡμεοέων, *dies oblinuit.* » *B.* Idem volebat Lennep. p. 235. Heckerus conjiciebat ἠρέμ' ἰὼν, quod mihi non tam « feliciter » excogitatum videtur ac Piccolo.

CXXXVII. In Plan. ἄδηλον. — In Heliodorum malos versus in mala cœna recitantem. — 2 Τρία, scil. pocula. Mala varietas ap. Schol. Wech.: καὶ θρία μοι... — 4, 5. « Respectu ad Odysseæ locum, M, 350, de bobus Solis quas Ulyssis socii manducaverunt, hortante Eurylocho, cujus ipsa verba usurpat poeta : Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι Ἢ... — 6 ἔνθεν μακρὰν ἄρα; Cod. et Plan. Ἔνθεν μάκρ', a Jacobsio hic editum, est valde durum. Forsan fuit Ἔνθεν τῆλ', et glossema μακρὰν genuinum vocabulum loco pepulit. » *B.* Receptum a Bothio Friedemanni ἔνθε μακρὰν sine exemplo est. An erat ἔνθα? id est ἐνθάδε, *hic ubi sumus.* Eleganter Jacobsius : εἰ δ' ἐστὶ τὸ κῦμα Μακρὰν, ἀλλ' ἄρας etc.

CXXXVIII. Lemma : εἰς γραμματικούς, sectionis titulus. — In Heliodorum grammaticum solœcissantem. — 2 σολοικίζων Codex. Jac. explicabat : « os mihi tanquam vi magica ad solœcismos adigitur, per prolepsin addito σολοικίζον, i. e. ὥστε σολοικίζειν. » Ad quæ Boisson. : « Si verbum δέδεται de magica quadam incantatione ceperis, forsan plus intelliges quam voluit auctor dicere. Significat tantum os ligari ac præpediri, ut plane et recte et grammatice loqui nequeat. » Scripturam σολοικίζων « reponendam esse judicat Mehlhorn. in Zimmermanni Diariis 1838, n. 102, p. 827. » *Jac. mss.*

CXXXIX. In Plan. ἄδηλον. — « Epigramma scriptum in mulierem grammatici mœcham. Nomen Ζηνωνὶς fictum fortasse ad significandam mulierem philosophiæ et eruditionis studiosam. Illa Menandrum quendam alebat grammaticum, eique se filium in disciplinam tradidisse narrabat. Sed ille Zenonidem exercebat per noctem casus, conjugationes et schemata illi tradens. » *Jac.*, quæ probaverunt Heckerus p. 35 et Boiss., qui hæc modo addit : « Pro πώγωνα versu 1 cogitavi de reponendo πύγωνα, cinædum, libidinosum. Sed de usu nominis dubito. » Improbabiles aliorum conatus jam silentio premendi. —

1 Γραμματικὸς Ζήνων ὃς ἔχει πώγωνα Μένανδρον Plan. male. Πώγωνα dici ut πωγωνίαν docuit Hecker. e Lexico rhet. Bekkeri p. 4, 14 : Ἄπλυτον πώγωνα· εἰ θέλοις ἀνεπαχθῶς σκῶψαι τινὰ πωγωνίαν. Grotius Ζήνωνος et Μένανδρος. — 2 φησὶ συνεστ. Cod. et Plan. — 3 αὐτὴ μελέτη Cod.; αὐτῇ μελέτῃ Plan.; μελετῶν Scaliger et Salmas. In fine οὕτω; Cod. et Plan., cui Salmas. ascripsit : « vel οὗτος », ut videatur in Cod. utroque modo accipi posse.

CXL. In Plan. ἄδηλον. — Grammaticorum præsentiam in convivio deprecatur. — 1 ταύταις ταῖς π. δ. ἀοιδομάχαις Cod., correxit Plan. Ἀοιδομάχοι, quod Homeri aliorumque poetarum versibus, quorum auctoritate utuntur, tanquam armati pugnas suas ineunt. — 2 ταῖς Plan. « Schol. Wech.: λικριφίσιν δὲ εἶπε ἐκ τοῦ πλαγίου. Ὅμηρος Ἰλ. ξ' (462) « Πουλυδάμας δ' αὐτὸς μὲν ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν Λικριφίς ἀΐξας ». Derivant grammatici ab λέχριος. Credo significari Aristarcheos illos criticastros qui obliquis fere versibus, non rectis nec eleganter dispositis, ad margines codicum glossas et scholia congerebant. » *B*. Jac. exponit : « qui opinionum suarum commentis quasi impetum faciunt in veterum scripta, ut aper *ex obliquo* in venatorem incurrens. Passovius vertit *grammatische Querkœpfe*. — 3 πειν Cod., πὶν Plan. Buttmannus probante Huschkio, πῖν, quod pro πιεῖν dictum cum aliis similibus ad plebeium sermonem refert. Putes poetam data opera fuisse usum forma a grammaticis damnata, ut eos pungeret. — 4. Id est, de rebus Trojanis, antiquis illis et obsoletis, nugantes et delirantes. » *Jac*. — 5. « Homerica locutio. Sic Od. Γ, 271 : Κάλλιπεν οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. Est κατὰ λέξιν *à la lettre, littéralement*, non illepide dictum, quum de grammaticis agatur. » *B*. Non recte acceptum a Grotio.

CXLI. Lemma : εἰς ῥήτορας, sectionis titulus. — « De absurdo causidicorum more orationes suas alienissimo loco magnorum virorum nominibus et exemplis exornandi. Simile est epigr. Martialis VI, 19. Plurimum huc facit Luciani locus Rhett. præc. c. 18, jam a schol. Wech. memoratus. » *Jac*. — 2. « Quæritur a Brodæo, nec reperitur quis sit ille Menecles, causidicus male disertus, qui quum de porcello et vacca agere coram judicibus deberet, in Othryadem et trecentos Thermopylarum heroas, Xerxem et Spartanos exspatiabatur. Fuit Menecles orator ridiculus, de quo ut rideatur id novisse sufficit quod nunc narratur. Si proverbium revera esset ultimi versus sententia, quod credidit Erasmus proverbiorum cupidior auceps, cujus inter Adagia ex hoc uno epigrammate receptum est adagium : *alia Menecles, alia porcellus*, fere putarem fictum fuisse Meneclis nomen ut lepide ex proverbio lusus quæreretur. At proverbium hic nullum est; sed sententia non inficeta, in qua inexspectatum de porcello verbum λέγει facit acumen. — 4 θεοποπ. Cod. — 6 ἔνθα δέ μοι Cod. — 7. Νόμου χάριν, ut ep. 206, 2. Est Latinis *dicis causa*. Similes formulæ λόγου χάριν, ὁσίας χάριν, de quibus ad Marinum. Vernacule : *ne fût-ce que par manière d'acquit; pour la forme*. » *B*. — 8. Similiter Lucianus ap. Jac., de malo saltatore (c. 80) : ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δὲ ὁ ῥυθμὸς λέγει.

CXLII. Ap. Plan. inter *Ammiani* epigrammata. — « Ridet rhetores et sophistas, qui se oratores et meros Atticos existimabant, si orationem voculis quibusdam et vocularum formis crebro distinxerant. Eandem cacozeliam perstringit Lucian Rhett. præc. c. 16. (Conf. ep. 144 et 157.) — 1. Latini dicunt : *tertio quoque verbo*. — 3 ταύτῃ Cod. — 4. Σκέπτομαι usurpatur de oratore qui dicenda dispicit et meditatur : unde ἐσκεμμένος ῥήτωρ, *probe meditatus*. Verus orator res et orationem, Criton voculas tantum et vocularum formas circumspiciebat. — 6. Φαθί et μιν ionica sunt et epica, γρῦ comicum. » *Jac*.

CXLIII. — Una perstringuntur Marcus rhetor et Rufus grammaticus. — 3 ἐθέλεις Cod. cum varietate ἐθέλῃς in marg. *Melito*, pessimus tragœdiarum scriptor, de quo v. ep. 246, 6. — 4 μελεται Cod., « ceu μελέτα » *Salm*.; μελέτω Plan. — 5 γάρ σου Plan. — 6. « Num ille Rufus, cujus Rhetoricam post Tiberii Figuras edidi? Meminit Juvenalis Rufi cujusdam, *qui toties Ciceronem Allobroga dixit*. » *B*.

CXLIV. — Conf. ad ep. 142. « In hac affectatione exagitanda versatur Lexiphanes Luciani. — 1. Παράσημα, vocabula quasi nota insignita, sicuti numi, modo ob raritatem, modo quia suspecta habentur. Suspecta sunt autem inprimis τὰ σολοικοφανῆ, quæ sophistas summo studio sectatos esse constat. » *Jac*. — 3 κάρκιρε Cod. Hom. Il. V, 157. Schol. Wech. : ταῦτα πάντα παρ' Ὁμήρῳ σημαίνουσιν ἦχον ἀπὸ τοῦ πράγματος εἰλημμένον. — 5 τοῖς πράγμασιν Cod. et Plan. edd. ante Ascens. et Steph., qui recte γράμμασιν. — 6 ὡς γε Cod. Notum est C. Julii Cæsaris præceptum, *tanquam scopulum fugiendum esse inauditum atque insolens verbum*.

CXLV. — 1 sic Cod.; vulgo Σέξτ. — 2 ῥήτωρ ἦν εἰκών Cod. et Plan. « Transponi oportere vidit Jacobsius. Id poscit antithesis. Et erit ἦν pro ἐστί, quod fit alias (conf. ep. 241, 2); ni legendum, εἰκὼν νῦν ῥήτωρ. Et conf. ep. 151. » *B*.

CXLVI. Ἀδδιανοῦ Plan. — 2 πέντε διαχ. Plan. præter ed. princ. et duas alias ex vetustis. Schol. Wech. affert variet. πέντε διηκ. et πεντάκι διαχ. quod damnat, sed est synizesis nunc satis nota. — 3. Ἀριθμῷ, ut *paucos*, quod significat et ἀριθμητοί. — 4. « Puto Flaccum rhetorem fuisse Cyprium, tunc patria absentem, ac polliceri se, quum fuerit redux et intra bibliothecæ parietes totus potuerit suis litare Musis, jam solœcismos modio esse missurum, quos nunc numeratos mittit, scilicet ex tempore et ex improviso scribens. » *B*.

CXLVII. — *Asiaticus* hic esse proprium nomen, Thebarum mentio ostendit. — 2. « Thebis, quæ tot ac tantis jam miraculis clarebant. » *B*.

CXLVIII. — In Flaccum oratorem pessimum. — 1 πρώτην Cod. « Omnis sinisteritas concinnitatisque defectus non solum in loquendo, sed etiam in gestibus, *solœcismus* vocabatur, de quo Quintil. Institt. I, 5, § 36 : *in gestu quoque nonnulli putant idem vitium inesse, quum aliud nutu et manu demonstratur*. Eadem de saltantibus Lucianus Salt. c. 80. Ap. Philostrat. Vitt. Soph. I, 25, histrio τῇ χειρὶ σολοικίζει. » *Jac*. — 4. « In ἰδὼν τὸ στόμα δέδεται, pro ἰδόντος, notandus usus nominativi absoluti non omnino rarus. Figura est quæ grammaticis dicitur σολοικοφανής. Ingeniose nunc eam ad. hibet auctor. Conf. et ep. 138 » *B*. Lineolam posuit Jac. in nostro exemplo.

CXLIX. *Ammiani* in Plan. « In imaginem Medonis rhetoris. — 1 Μέδων Plan. — 2. Conf. ep. 151 et Plan. ep. 318. » *B*. Jac. : « Medon videri debet aliquando quum

declamandi causa surrexisset, toga sumpta et composita, subito obmutuisse. »

CL. — « Dedicationem pilei ab Athenagora rhetore Mercurio factam poeta ridet. — 1. Pro κατ' ἐνύπνιον dicendum fuerat ἐνύπνιον ἰδὼν vel ἐξ ὀνείρου. Illud enim significat *somniantem* Athenagoram dedicasse pileum. — 3. Οἴσομεν Ἑρμῇ, *nos Mercurio dedicabimus*, cujus favore Athenagoræ ars, sicut ἑρμαῖον aliquod, forte per somnium obtigit. » *Jac.* Quam esse sententiam distichi putamus. Boissonadii sunt hæc : « Lecta inscriptione donarii, quæ præcedenti disticho continetur, ludit poeta in constructione formulæ ἐνύπνιον. Vertendum puto οἴσομεν Ἑρμῇ, *feremus sive tolerabimus* scribi Ἑρμῇ, nomen addi Mercurii. Vel scribendum Ἑρμῆ, *id feremus, o Mercuri.* »

CLI. *Ammiani* ap. Plan. — Conf. 145 et 149, ex quibus profecit anonymus. — 1 εἰκόνος εἰκών Casaub. et Brunck., ut oportebat. — 2 λαλέει omnes. Comparatur Ausonii Ep. LI :

Ore pulchro et ore muto, scire vis quæ sim? Volo.
Imago Ruti rhetoris Pictavici.
Diceret sed ipse vellem rhetor hoc mi. Non potest.
Cur? Ipse rhetor est imago imaginis.

CLII. — 1. « De locutione διδάξαι τινὰ ῥήτορα not. ad Simoc. p. 250. » *B.* Erravit Grotius. — 2. Eadem præcipit egregius ille *Rhetorum præceptor* ap. Lucianum c. 14.

CLIII. Lemma : εἰς φιλοσόφους, sectionis titulus. Plan. Λουκιλλίου, ut plerumque. — In Cynicum. — 3 παραρπάζῃ Plan. — 4. Ergo, ut in canem, in te utar fuste. Jac. confert Martial. IV, 53 :

Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa.
Non est hic Cynicus, Cosme. Quid ergo? Canis.

CLIV. — « De Cynicæ philosophiæ professione, pessimi cujusque ad victum parandum perfugio. Res non uno loco a Luciano deplorata; conf. Bis Accus. c. 6, Fugitiv. c. 12, etc. — 5. Cynicus erat, ut videtur, illius ætatis Hermodotus, aliunde non cognitus. » *Jac.* — 6. « Cynici enim tunicam non gerebant. Diogenes Epist. a me edita Notitt. mann. t. X, p. 225, ad Antisthenem accessisse se narrat ejus sectam amplectendi causa : ἀφαιρεῖταί μου, inquit, τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα. Ultimum distichon interpretatur Dacier. ad Horat. I, Epist. XVII, 24. » *B.*

CLV. *Ammiano* tribuitur in Plan. — In philosophum deprehensum in turpi flagitio. — 1. « Ex nomine ἀδάμας fere crediderim Adamantium vocatum fuisse quem carpit poeta Cynicum. » *B.* — 2 ῥινομάχας Plan., quod fortasse verum. Recte Brodæus statuit respici ad Diogenis Cynici exercitationem statuas nive conspersas amplectendi, quando incalescebat. — 4 κακοστομάχων Cod. et Plan. « In κακοστομάτων bene reposito a viris doctis lusus est idem et ambiguitas eadem atque in Martialis versiculo, III, 80 : *Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.* » *B.*

CLVI. — 2. « Tam longam barbam nutris ut possit fieri muscarium, μυιοσόβη. Ad muscaria Paciaudius digreditur De umb. c. 7. » *B.* — 3 χείρων Cod. — 4. Martialis XII, 59 : *menti dominus pediculosi.*

CLVII. « Lemma in codice 1630 (B) : εἰς τοὺς βρενθυομένους διὰ τῶνδε τῶν λέξεων καὶ σοφιστιῶντας. Conf. ep. 142, 144. » *B.* Epigramma legitur etiam in cod. S. — 1, 2. Voces et formulæ Atticæ stili elegantioris, ap. Platonem sæpe occurrentes. — 2 κομιδῇ Cod. « de more »; ἴσθι S. — 3. Μάλιον, coma; v. Thes. v. Μαλλίον. A μάλη, in ὑπὸ μάλῃ ἔχειν, derivabat Salmas., pro more se alibi hoc pluribus expositurum promittens. « Ὦμιον ἔξω. Cynici enim humerum e pallio exserebant. Vide Gataker. ad Anton. IV, § 30, p. 118, qui et hujus epigrammatis meminit; mea in Notitt. mann. t. X. part. 2, p. 189. Diminutivis usus est de industria, quod sic loqui Cynici solebant ac Stoici. » *B.*

CLVIII. — Pera et totum Cynici choragium lamentatur se servire homini improbissimo. — 1. « Lucianus De morte Peregrini Cynici c. 37 : ἀποθέμενος τὴν πήραν καὶ τὸ τριβώνιον καὶ τὸ Ἡράκλειον ἐκεῖνο ῥόπαλον. Se Herculis esse æmulatores prædicabant Cynici. Vide quæ congessi in Notitt. mss. l. c. p. 180; Gesn. ad Lucian. Cyn. c. 12, Orell. ad Epist. Socrat. p. 185. — 2 βριθὺ σιωπείου διογένους Cod.; βριθοσινωπίτου Διογένευς Plan. — 3 ῥυπόωντι Plan.; πεπαλαγμένον liber Aldi; planudeæ ante Steph. πεπλασμένον, πεπλαγμένον, πεπλαμένον. Ἐσθὸς διπλάδιον vulgo dictum διπλοΐς. Vid. VII, epigrr. 65, 66, 68, 413. Diogenes in Notitt. mann. l. l. p. 225 : περιβάλλει με τρίβωνα διπλοῦν· ubi ego. Adde Gatak. ad Antonin. p. 117, Ruben. De re vest. p. 44, et conf. Dacier. ad Horat. I, Epist. XVII, 24. — 4 διπλάσιον Plan, præter librum Aldi — 5 ἦν γὰρ nonnullæ Plan. (ap. Salm. η sine acc.). Diogenes Epist. 7 : καλοῦμαι γὰρ κύων, ὁ οὐρανοῦ, οὐχ ὁ γῆς. Cercidas Diogenis Laert. VI, 77 : ἦν γὰρ ἀλαθέως Διογένης Ζανὸς γένος οὐράνιός τε κύων. Vide mea in Notitt. l. l. p. 153. — 6 οὐν Cod. — 7 ὅπλατ' ἃ μὴ Cod. (?). — 8. Theodorus Prodr. in meis Anecd. t. IV, p. 434, ubi et sunt alia comparanda : Καὶ γὰρ γενειάσκουσιν εἰς βάθος τράγοι, Ἀλλ' οὔτε τῷ πώγωνι δοῖμεν τὸν λόγον. » *B.* Ὄρωρε, i. q. ἐστίν, ut Apoll. Rh. I, 712.

CLIX. Lemma : εἰς μάντεις. — Astrologi mendaces reperti.

CLX. — Exsecratio in astrologos. — 2. « Τυπάνου. Schol. Wech.: ξύλον ἐν ᾧ ἐτύπτοντο ἐν τοῖς δικαστηρίοις. [Equuleus sive stipites ita constructi, ut illis adstricti illigatique rei membris expansis distenderentur, totoque corpore plagis paterent. *Hemsterh.* ad Ar. Plut. 476.] — 3 ποιεῖ Plan. De ποεῖ conf. ad V, ep. 40, 4. Schol. W. explicat : ἤγουν κατεξεσμένους καὶ σπαραττομένους ὑπὸ ταύρου καὶ λέοντος (in Circo scilicet), ἐπεὶ τὰ ταύρου καὶ λέοντος τῶν ζωδίων εἰδέναι σεμνύνονται. » *B.*

CLXI. — Historia de astrologo et pugili. « Schol. Wech. : διαβάλλει Ὀνήσιμον ὡς ἀτυχῆ (miserum) πύκτην. Imo vatem carpit. — 3 ἐάν γ' ἤδη Hermannus. De καταλύσῃς v. not. ad ep. 79, 1. — 4. Putat Brodæus esse lusum in ambigua pronuntiatione nominum Κρόνος et χρόνος. Puto errare Brodæum. Ridere voluit poeta, non pugilem, sed vatem, qui responsum faceret tam vulgare, ut vel puer, qui non astra, ne literas quidem cognosceret, talia potuisset sciscitanti dicere. Simile acumen epigrammatum sequentium. » *B.*

CLXII. — Ὀλυμπικός et Ὄλυμπος nescitur an de eodem vate sint dicta. — 1 πλεῦσαι, τίς Plan. — 3 κενεὴν ἔχε ed. princ. et aliæ etiam post Aldum qui correxerat. — 6 σε βάλῃ Cod., ut sæpe erratur.

CLXIII. — Idem responsum certaturis datum non vati

tribuit Ausonius Epigr. XCIII, sed Jovis Ammonis oraculo; hoc tamen vel simillimum epigr. græcum ille expressit. — 2. « Πένταθλος Schol. Wech. : Πολυδεύκης γ (§ 151)· πένταθλος καὶ ὁ πέντε ἀγωνιζόμενος· ἴδια δὲ αὐτῷ, πηδᾶν, ἅλλεσθαι. Cf. ad ep. 84. — 5. Idem : Σέ, τὸν πένταθλον, τὸν σταδιέα. Immo referendum τὸν σταδ. ad σὲ παρατροχάσῃ. » *B*. — 6 καταστέψῃ Cod. « Καταστρέψῃ ad luctatorem pertinet; nam in ὀρθοπάλῃ qui dejiciebatur, habebatur pro victo. Versu 4 ἱερά accipienda esse de *victimis*, visceribus victimarum, etiam Ausonii imitatio probare videtur. Possint tamen esse *sacri libri artis*, ut Petosiridis, inter cujus opera memorantur ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα. Ejusmodi libris illius ætatis superstitio utebatur, quam vides ap. Juvenal. VI, 577 seqq. (ubi v. intt.), Ammian. Marc. XXVIII, 1, al. » *Jac.*

CLXIV. — « Imitatus est liberius hoc epigr. versibus gallicis P. Pelisson. » *B*.— 4 ἡ πέμπτη, καὶ Plan., sed alterum exquisitius. — 5 πετόσειριν Cod. Vide paulo ante dicta. In μετέωρος duplex sensus est, et pendens *sublimis*, et τῶν μετεώρων πραγμάτων studiosus. — 6 θνήισκει Cod. bis. Item ep. 169, 5; 170, al.

CLXV. Lemma : εἰς μικρολόγους, sectionis titulus. — 1 γλίχωνι Cod. Schol. W.: ἔστι τὸ ὀρίγανον. Galenus : τοὺς βουλιμιῶντας ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνακτησόμεθα ὄξει ἢ γλήχωνι. Ut stomachi malum in Critone videatur languor βουλιμιώντων esse ex nimia avaritia contractus.

CLXVI. — Similia his et sequentibus monere amat Horatius. — 3, 4 γίγνεται Plan.

CLXVII. — « Conf. ep. 173. » *B*.

CLXVIII. — 2 ἐπερχόμενον Plan. — 4 γνούς τι μελισμάτιον Plan.— 6 ὀβελῶν Plan., male. « Conf. ep. 171, 7; 209, 3. » *B*.

CLXIX. *Nicandro* tribuitur in ed. princ. Flor. et aliis nonnullis, transiitque in codices recentes Nicandri. — Avarus se suspensurus, sed resti parcens. — 1 δίναρχος ὀφείλων Cod., Δείναρχος ὁ φείδων Plan. — 2 χαλκοῦς Cod. — 4 ἴσος Cod. — 5 ὅς κ' ἀποθν. Cod.

CLXX. In iisdem *Nicandro* tribuitur. — Avarus non obitum, sed impensas in loculum factas deplorans. — 3 ταῦτ' Plan.

CLXXI. — Avarus postquam se ipsum scripsit heredem, cur cernere hereditatem noluerit. — 2 ἔγραψε Cod.; γράψατο quam planudeum malebat Jac. — 3 δ' a Plan. suppletum. — 4 μισθὸν Scaliger, frustra. — 6 λυσιτελῆ Cod. — 7 δέ γ' οὐδὲν Plan.; δ' ἄρ' οὐδὲν malebat Jac. Bothius κεῖτο δὴ οὐδ. Sed verum videtur κεῖται δ' οὐδὲν, in Addendis a Jac prolatum. Sequens versus non est in Codice neque in libris planudeis; accessit in Aldina secunda; et talia erant cujusvis.

CLXXII. — ; τὸ τέκνον Plan. Κνιπός, schol. Wech. ὁ φειδωλός, καὶ κνιπεία ἡ φειδωλία ἐστίν.

CLXXIII. *Lucillii* in Plan. Ut *Palladæ* citavit Salmasius, cui maxime convenire judicat Jacobs. « Conf. ep. 177. » *B*.

CLXXIV. Lemma : εἰς κλέπτας, sectionis titulus. — Elegans parodia est epigrammatis Antipatri in Plan. n. 178, quod ante hoc legendum. « Probabile est Dionem, de quo agitur, non furem ex vulgo, sed magistratum aliquem fuisse. Tum certe argutior in versu ultimo sensus. » *Jac.* — 1. Dorismum abstersit Plan. — 4 ὁλοσφύριστον Plan. editus, non codd. Adonis πάρεδρος Veneris in templo Amathuntio memoratur Pausaniæ IX, 41. — 5 αὐτοὶ τοίνυν Cod. et liber Aldi. In fine ἄριστα Cod.

CLXXV. — 1. « Ὀρχίζεσθαι, judice, ut videtur, jubente. » *Jac.*

CLXXVI. — « Mercurii statuam fur auferens se magistro præstare gloriatur. Simile quid de Cilice fure habet Martialis VI, 72. — 1 τῶν θεῶν Cod. — 2 τῶν ἀρχ. Cod. — 4 νυκτοκλέπτης Plan. — 5. Versus citatus a Cicerone Ad fam. IX, 7. » *Jac.* Boiss.: « Ad hunc proverbialem senarium alludit Cyrillus Catech. 15, p. 161, 5 : ἔξεστι καὶ ἀκρατὴν καλλίονα γενέσθαι τοῦ διδασκάλου. Vide Menagii Antibaill. § 129, p. 191. »

CLXXVII. — Simile de Apolline, cui fur minas ingerit — 1 μηνύτ. Plan. — 3 τέχνῃ τέχνην Plan. Χείρεσι, manuum mearum dexteritati. — 5 δ' supplevit Plan. « De nomine ἀχαλίνωτος vide ad Simoc. Ep. LXVII, not. 3. » *B*.

CLXXVIII. — Parodia epigrammatis IX, n. 715, Anacreontis de vacca Myronis.

CLXXIX. Sine lemmate Cod., *Lucillii* in Plan. — Simile XII, ep 75, Asclepiadæ de Amore.

CLXXX. — In Antonium Polemonem sophistam, cujus vitam Philostratus scripsit I, 25, apud Smyrnæos fraudis suspectum et multis invisum. — 1. « Εἰδοὺς oppositum νώναις significat *idibus*. Sed est quasi εἰ δοὺς, *si dans*, *si dederis*. In νώναις, *nonis*, est respectus forsan ad latinam negationem *non*: quasi « *si non dederis* » *B*. Εἰδοῖς scribebat Huschkius, quod necessarium videtur, ipsum quoque δοίης sonans. — 2 δῶς... δῶις Cod.

CLXXXI. In Plan. ἄδηλον. — 2. Literæ Αντ, ut jam sis ὤνιος, *venalis*.

CLXXXII In Plan. ἄδηλον. — « Loquitur ineptiuscule χοιρίδιον furibus qui ipsum subripuerant et dicebant se mactare χοιρίδιον, sc. χοῖρι ἴδιον. » *B*. Salmas. adscripsit : « χοῖρι et χοῖριν pro χοίριον. Sic μέλανιν pro μελάνιον, *ceratin* pro κεράτιον, et similia. Quod alibi pluribus. » Scite imitatus est Grotius.

CLXXXIII. — De Heliodoro fure, qui Saturni auream statuam e templo abstulit. — 1. Infestum, *triste*, *grave*, κακοποιὸν habebatur *sidus Saturni*. — 2. Κρόνον repetitum, ut de re alia ac sidere cælesti. — 4. Id est : uter nostrûm alterius sit pernicies et calamitas. Nam τίς dicitur etiam pro πότερος. — 5. « Est Callimachi versus, fragm. 222. » *B*. — 6. Τιμὴν ambigue dictum : aut *honorem* victoriæ de Saturno reportatæ, aut *pretium* simulacri venditi. Intelligendum posterius. Πᾶν ὃ θέλεις ἀνάτελλε (conf. ep. 177, 6), ortu tuo portende quidquid volueris.

CLXXXIV. — Meniscus furto et exitu Herculi similis. — 2. « Τρία μῆλα Hercules ex hortis Hesperidum surripuerat, secundum Comicos ap. Athen. III, p. 84, B. Cæsaris autem hortos esse apparet illas *Hesperidas Jovis*, quo nomine Imperatorem vulgo afficiebat adulatio, fortasse nobilissimos illos Sallustianos, quos inde ab Augusto

delicias imperatorum fuisse constat. Poma proprie intelligenda, *aurea* appellat, ut in allegoria persistat. — 3. Καὶ τί γάρ; Conf. ep. 85, 5; 91, 2. » *Jac.*

CLXXXV. Lemma : εἰς κιθαρῳδοὺς, ἀλλὰ μὴν καὶ τραγῳδοὺς καὶ κωμῳδούς, sectionis titulus. — De Hegelocho qui Nauplium in tragœdia egerat. — 1. « Ἀπέλυε nec explicare queo, nec emendare, in summa ignoratione rerum hujus Hegelochi. » *B.* Huschkii ἀπόλυε, *libera*, minime aptum. Jacobs. conjiciebat ἀπάμυνε (pro ἀπήμυνε), *puniebat*, vel ἀπέκλυσε, fere ut Nauplius Græcos. — 2 αισαι Cod., literis extremis in compendio, sed certo. — 4 ἢ κιθ. Cod., alterum modo hemistichium præbens; ἢ Jac. « Lacunæ inserui mea verba, νηυσὶν ἐπεμβάλλων. De Nauplio vide ad Philostr. Her. p. 553. » *B.*

CLXXXVI. *Leonidæ* tribuunt edd. antiquæ Plan., *Lucillio* posteriores. — De pessimo cantore. — 1. « Νυκτικόραξ a plerisque pro noctua habetur aut bubone, ave pessimi ominis, cui *ferale carmen* tribuit Virgil. Æn. IV, 462, ubi v. intt. Theodorus Prodr. hoc ep. citans in Notitt. mss. t. VI, p. 552, εἰ δέ ποτ' ᾄσει. » *Jac.* — 2 καὶ αὐτός Cod.

CLXXXVII. In Plan. *Lucillii.* — De pessimo psalte.

CLXXXVIII. — Laudare videtur Nιceten ut cantorem et medicum Apollini comparandum, sed etymum nominis laudem in contrarium vertit. — 1 ὤτων Brodæus, quod vertit Grotius. « Ludit in Ἀπόλλωνος nomine, quod a verbo ἀπόλλυμι derivat. Vide Stanl. ad Agam. 1090. » *B.* Euripidis Phaethon :

> Ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας!
> ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.

— 2 δὲ ἰατρ. omnes. corr. Friedemannus. Anceps vocalis.

CLXXXIX. — Histrio propter egestatem apparatum scenicum vendens. — 2. *Emit* Grotius, errore. — 3 Ποσειδῶνος δὲ τρίαιναν Plan. — 4. « Ὅπλον nunc est *clypeus*; vide Reisk. ad Constant. p. 48; Larch. ad Xenoph. Exped. t. II, p. 14; Drus. Animadv. I, c. 51. Aristophanes Vesp. 28 : Δεινόν γέ πού 'στ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα. Ibi schol. τὴν ἀσπίδα. — 5. Ex Homero Il. Δ, 1 : Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Conf. et Il. H, 443. » *B.*

CXC. Lemma : εἰς κουρέας. — 1 Ἑρμογένη Plan. — 2 ὀνθ' ολον Cod.

CXCI. — In tonsorem carnificem. Ejusdem argumenti habes Martialis XI, ep. 84. — 1. Versus Homeri Il. E, 455, ultimo vocabulo τειχεσιπλῆτα mutato. — 2 ἔχει et τέμει; Cod., corr. Salm.; τάμης Plan. — 3. « Schol. W. : μύες, αἱ πρὸ τῶν ἄρθρων ἐν ταῖς κινήσεσιν ἐπανιστάμεναι σάρκες. -- 4. Puto misellum hominem dicere καὶ παρέχω, quod adeo sit imbecillus ob sanguinis largum effluvium, ut resistere, si velit, nequeat. » *B.* Τῶν γναθμῶν conj. Jacobs.; sed juberi videtur tonsor a genis transire ad suras, illis firmiores. — 5. Ὁ τόπος, taberna tonsoria.

CXCII. Lemma : εἰς φθονερούς. « Gallicis versibus imitatus est P. Pelisson. » *B.* — 2 τήκομαι et *tabesco* de invidis sollemne.

CXCIII. — « Gallicis versibus reddit Moneta Opp. Sel. t. I. p. 181. Comparat similes sententias Tollius Insign. itin. p. 74. » *B.* Distichon ductum videri ex his Isocratis Euag. p. 190, B : τούτων αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν, observat Jac. In cippo Lugduni eruto a. 1825 hoc ipsum distichon subscriptum legitur titulo latino, edito in *Bulletin des sciences hist. antiq.* t. IV, p. 139. — 1 ὁ φθ. ἐστὶ κάκιστο; Cod., ἐστὶ κάκιστον Plan.; ὡς κακόν ἐστιν cippus, quod sine controversia ab ipso poeta scriptum; « rectius » esse jam dixerat Heckerus I, p. 196. Sed ἀμέτρως idem cippus ἔχει γάρ τι. Cod. ἐν ἑαυτῷ.

CXCIV. Lemma : εἰς θηρατάς. — « Carpit, ut videtur, dedicationum poetas, qui post magnificum exordium, multisque diis in partes vocatis, pusillæ tandem rei dedicationem concelebrant. » *Jac.* Quod in hoc epigr. non cadere existimo. Carpitur singulare et ingratissimum numinibus quibus dedicatur donarium venatoris irati, nihil aliud. — 2 τ' ἔδνον vel θ' ἕδνον Heckerus, *donum* (v. Thes.); τ' ἔνδον legebatur, de quo Jac. : « in antro puta : nam antra Nymphis erant pro sacellis », quod hoc loco probari non potest. — 3 sic versus, pede mancus, scribitur in Cod. et Plan. ante Aldinam sec., in qua λογχαις ταῖς πρὶν συοφ., « frigide. » Friedemanni supplementum (coll. ep. 275, 276) recepit Boiss., sed recte Jac. : « Veram dicerem suspicionem, si causa appareret cur *venatoris* in nostro epigr. desidia notaretur. » — 4 αὐτὸς Cod. et planudeæ ante Stephanum, qui αὐτούς, quod scripserat Opsopœus. Necessarium videtur; receptum a Bothio et fort. Boiss., qui literam ὁ in ὑ mutavit. Cod. ἐχρέμασε.

CXCV. Iterum legitur post ep. 301. — Histrio qui Temenidas et Hyrnetho saltaverat conqueritur se explosum, dum plausum tulisset Gallum saltans Aristagoras. — 2 τιμενίδας Cod. hoc loco et Plan. « Schol. Wech. : Τήμενος Ἀργείων βασιλεύς, περὶ οὗ καὶ τῶν αὐτοῦ υἱῶν καὶ τοῦ γαμβροῦ Δηϊφόντου καὶ θυγατρὸς Ὑρνηθοῦς πολλὰ διηγεῖται Παυσανίας ἐν Κορινθιακοῖς (c. 28). Τημένου παῖδες ἦσαν Κεῖσος, Γερύνης, Φάλκης, Ἀγραῖος, καὶ θυγάτηρ Ὑρνηθώ, ἣν ἔγημε Δηϊφόντης. Vide a Matthiæo scriptum argumentum Temenidarum Euripidis. » *B.* — 3 τιμήεις Cod. altero loco. — 4 εἰς (εἰς Salm.) φόβος Cod. altero loco. — 5 ἡρώων ὁ πολὺς πόνος Cod. altero loco. — 6 φθέγγετ' Cod. ibidem; φθέγξατ' Plan., quod non præferendum. Proverbialem locutionem jam vidimus.

CXCVI. Lemma : εἰς αἰσχρούς. — Detestatur vetulam turpem, amplexibus ipsius se offerentem. — 1. « Simiis comparantur deformes vultus. Vide loca in notis ad Aristænet. p. 555. Adde Reiff. ad Artemidor. p. 337; Palladam XII, ep. 353. » *B.* — 2 αὐτὴν a librario Codicis omissum supplevit Plan. « Præ invidia, ut videtur, se suspensuram dicit Hecaten, quandoquidem deformitate suam exercebat potentiam. Talis illa fingebatur, ὥστε ἐκ μόνης τῆς θέας καταπλῆξαι καὶ δειματῶσαι τοὺς ὁρῶντας, Eudocia Viol. p. 144. Talia magis facere posse quum videret Bitonem, indignabatur. » *Jac.* post Lennepium p. 234. — 5 εἰ δὲ λέγεις μισεῖ με Cod.; ὃς δὲ λέγει μισεῖν με Plan., in quo sententia conspicitur, elegantia desideratur. Vana tentavit Piccolos p. 45. Melius hoc Jacobsii in nott. mss. : « Fort. εἰ δέ γε τις μισεῖ με », neque tamen prorsus satisfacit. Quare sivimus planudeum. Cod. τοιοῦτον. « Talem uxorem hostibus evenire imprecatur; quod votum solemne est. Vide quæ contuli ad Soph. El. 643. — 6. Schol. W. : ὁ δυσμενὼς, φησίν, ἔχων πρὸς ἐμὲ τοιούτων πατὴρ παίδων γένοιτο, οἷα ἂν εἰκὸς ἐκ τοιαύτης γίνεσθαι· διαβάλλει δὲ αὐτὴν ὡς πόρνην. » *B.*

CXCVII. — « Qui erat δριμὺς, *severus et morosus*, factus est δρῖλος, *verpus*, Priapus potius quam homo. » *B*. — 1 ἱερώνιμος Cod.

CXCVIII. — Jocus de naso ingenti Hermocratis. Similia quæ sequuntur. — 1 τὰς (sic) et τὰν Cod.; τῆς et τὴν Plan.

CXCIX. — « Conf. ep. 203. — 1 ἰχθῦν Cod. — 2. Schol W. comparat Aristot. H. An. III, 25 : ἔχει ἡ χώρα τοιαύτην τὴν εὐβοσίαν » *B*.

CC. — 1 ὑπεκχαλάσαι Scaliger; recepit Boiss.; legebatur ὑπερχαλάσαι. — 3. Οὐχ ἔφθανεν, nihil proficiebat.

CCI. Ἀμμωνίου Brunck. — De fœdissima muliere.

CCII. — Laudatur Moschus qui, elata vetula, duxit virginem. — 3 ὤνησαι Cod., frequenti errore in literis α et αι. « Μόνος non omnino placet. Malim καλὸν aut simile quid. » *B*. Imo optimum est μόνος. — 4 τίνα δὴ κ. Cod.

CCIII. In marg. Cod. τ͞ρα, quod Ἡρακλείδου esse videri annotavit Brunck. In Plan. ἄδηλον. — In nasum longissimum et ad plurimos usus habilem. — 2 σάλπιγδ' ἂν Cod. — 4 ναύταις non convenit, et jam memoratus nautarum usus tanquam ancoræ; ἄγκιστρον δ' ἁλιεῦσ' Eldikius; ἀγκ. νηκτοῖς olim Jacobs., *hamus contra pisces*, quod non recepi cum Boissonadio. Deinde Brunck. malebat ὀψοποιῷ. — 5 κενδυλα Cod.; κένδυλα Plan., cui adscripsit Salm. : « σχένδυλα, χαλκευτικὸν ὄργανον. Vide Hesych. » — 6. Κόραξ, ap. Hom. κορώνη, aliis κρίκος, quo porta attrahitur. — 8 ἐργασίας Plan.

CCIV. Lemma : εἰς Αἰγύπτιον ῥήτορα. In Plan. est ἄδηλον. — 2 χείλεσι τριτταίοις Plan.; ἰόντα Cod. « Pro φόνον forsan φόβον. Mutationi favet verbum ἐτεθήπεα. Potuit τεθηπέναι, si mitteret rhetor metum; si mortem, τεθνάναι debuit. » *B*. Nihilominus non tangenda vox est.

CCV. Lemma : εἰς ἀπλήστους. — Ab Aulo invitatus Eutychides omnia servis domum suam auferenda dedit, unde lautis epulis paratis Aulum non vocavit. — 2. Vide ad ep. 11, 4; infra ep. 207, 2. — 4. « Argutius in simili re Martialis II, ep. 37. Conf. VII, ep. 20. » *Jac*.

CCVI. — Dionysium convivam in cœna Publii voracissimum rogat, sibi quoque ut aliquid relinquat. — 1 πέμψαι Cod. « Οὕτω. De illa optandi et obtestandi formula vide not. ad Nicet. Eugen. p. 106. Conf. V, ep. 23. — 2. Νόμου χάριν, vide ad ep. 141. — 4. Apud Publium cœnabant simul Dionysius ac poeta. » *B*. — 6 οὕτω Plan.; λαθόντι Cod.

CCVII. — Item in voracem convivam. — 2. Sic modo ep. 205, 2. — 3. Cophinus, in quo frusta et reliquias collectas ponebant. Salse jubetur Gamus, præter fercula, etiam scobes, scopas et purgamenta auferre.

CCVIII. — 2. Ὥστε λέγειν, scil. τοὺς ἀνθρώπους. Melius est πέτεται.

CCIX. Lemma : εἰς παροριστήν. Sic Cod., etiam Salm. recte, non παροριστάς. De uno homine sermo est, qui *usque proximos revellit agro terminos et ultra limites clientium salit*, ut Horatius loquitur Carm. II, od. 18. — 3 κείσηι δ' ὁμοίως Cod. « lacuna relicta »; sed nihil de lacuna Salmasius, qui etiam literæ δ' defectum notat; in margine Cod. ιρί. Plan. δ' Ἶρῳ ὁμοῖος. Deinde Cod ἔχων βολοῦ.

CCX. Lemma : εἰς δειλούς. — In militem valde meticulosum. — 1. Ἄνθρακα καὶ δάφνην Jacobs. explicabat δάφνην ἐν ἄνθρακι, folia lauri carbonibus impositæ. Sic schol. Wech. : φοβοδεὴς στρατιώτης, μηδὲ ψόφον τῆς δάφνης φέρειν δυνάμενος, ὅταν ἀνθρακιᾷ τὰ φύλλα αὐτῆς ἐπιτεθῇ· ψόφον γὰρ ἀποτελεῖ. Παραδαίνεται σὺν αὐτᾷ ὁ Αὖλος, ἵνα μὴ ἀκούσῃ τὸν ψόφον. Sic enim vel παραμείβεται ille inepte legebat pro eo quod in omnibus scriptum est παραδύεται. Cui verbo hanc notam allevit Salmasius : « Ita legendum. Nam παραδύεσθαί τινα est quod vulgo dicimus, *se cacher de quelqu'un*. Sic Diogenes Laert. in Diogene Cynico : νεανίσκων τινῶν παρακρυπτομένων αὐτόν, *se cachans de lui*. » Quæ sua fecit Brunckius, hoc addens : « At vim verbi παραδύεσθαι penitius inspicienti ipsissimum est gallicum *se fourrer*. *Il se fourre dans un trou; il en a si grande peur qu'il ne sait où se fourrer*. » Quod quamvis admittat analogia grammatica, nihil tamen proprietatis inesse fatendum est huic verbo cum ἄνθρακα καὶ δάφνην juncto, quali in junctura cuivis lectori usitata *ingurgitandi* notio se offerret. Præterea « nomen ἄνθρακα valde suspectum est. Metuisse videtur ignavus miles carbones, quod ipsius menti flammarum et incendiorum imagines objectarent. » Hæc Boissonadius. De iisdem Jacobs. : « Δάφνην timet imbellis homo, quod ut victoriæ præmium belli memoriam excitat. Pronum esset θώρακα (?) καὶ δάφνην corrigere, sed huic conjecturæ nihil tribuo. — 2. Ἀποσφίγξαι accipio : condidisse et constrinxisse in arca sepositam vestem militarem, ne ejus adspectu terreretur. Μήλινον λῶμα dicitur ea vestis ex colore militibus usurpato, quem russum aut croceum vel luteum interpretari licet; v. Salmas. ad Hist. Aug. t. II, p. 563. » — 5, 6. Schol. Wech. : διὰ τὰ ὀνόματα. Πολέμων γὰρ ἀπὸ τοῦ πολέμου, Στρατοκλείδης δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοῦ, Λυσίμαχος δὲ παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην.

CCXI. — « Comparanda Libanii declamatio de timido, in cujus ædibus quidam pugnam pinxerat, t. IV, p. 1021. — 2. Notandum ὡς ἔθος ἐστίν, unde creberrime hoc pugnæ Trojanorum ad naves argumentum obvium fuisse apparet. » *Jac*. — 5 καὶ μὴ τέτρ. Brunckius frustra. — 6 τότε τοῖς Plan.

CCXII. Lemma : εἰς ζωγράφους. Neglectum Salmasio epigramma initio mutilum e codice produxit Jacobs. — « Erasistratus lanius de pictore queritur, qui cervici filii Zopyrionis caput caninum junxerat, ita ut Anubis esse videretur, non Zopyrion. Versum primum qui in Codice aberat ipse feci. — 3. Codex, ὥστε με καλεῖν. Scripsi κλάειν. Nil vicinius : ΚΑΛΕΙΝ ΚΛΑΕΙΝ. [Jac. proposuerat κάμνειν, in nott. mss. « μεταλλᾶν, i. e. ζητεῖν, vel με χαλχεῖν, i. e. καλχαίνειν. » — 4. Hecubam notum est in canem μεταμορφωθῆναι.] — 6. Codex ἰσίων. Scripsi Ἰσείων. Anubim habeo ex Isidis sacellis, in quibus passim cernuntur Anubis imagines. » *B*. Ἰσικίων scripserat Jac., *ex isiciis*, quæ lanio ille vendebat, lusu captato ex similitudine cum nomine Isidis, quæ Anubin adoptaverat.

CCXIII. Λεωνίδου Cod., ut videtur. — 1 ἔθηκε Plan.

CCXIV. *Leonidæ* in Plan. « In caput de pictoribus relatum, fortasse recte : nec minus tamen apte de poeta explicaveris. In poetam certe similiter lusit Martialis V ep. 53. » *Jac*. — 2 τινος Cod.; recte Plan. τίνος.

CCXV. — 2 οὐδ' ἐπὶ τῶν Plan., sed ἀπὸ multum præstat : ne *hinc* quidem similitudinis exprimendæ laudem fert. Boissonadii hæc sunt : « Tangitur Eutychus ut uxorem habens adulteram; nam liberorum patri similium procreatio indicium habebatur maternæ castitatis. Vide Kiessl. ad Theocr. XVI, 44 et mea in secunda edit. p. 237. Adde Duport. Gnomol. Hom. p. 148, et Nossidem VI, ep. 353. »

CCXVI. Lemma : εἰς ἀσελγεῖς. — « Poeta se rem novam et tantum non incredibilem amicis narraturum esse fingit : Cratippum ex pæderasta factum pathicum. Oratio interjectionibus et interrogationibus sæpe interrupta animum vehementi admiratione percussum vivide pingit. » *Jac.*, qui comparat Catulli LVI : *O rem ridiculam*, etc. — 1. « Φιλόπαιδα. Schol. W. : ἐνταῦθα τὸν Κρατιππονγράφεται, ὡς κίναιδον ὄντα πρότερον ἄγριον εἰς τοὺς παῖδας καὶ τοῦτο εἰς τοὺς τὴν ὥραν τοῖς βουλομένοις αἰσχρῶς καπηλεύοντας. — 2. Duæ fuerant Nemeses. Conf. ep. 226; XII, ep. 193; not. ad Eunap. p. 332. Est Eichstædtii dissertatio de Ate, Dice et Nemesi, quam non novi, sed ob nomen auctoris eruditissimi securus legendam commendo. » *B.* — 3 γένος· τί; Plan. male. Intellige γενόμενον vel ὄντα, et jungenda ἄλλο γένος τῶν ἑτεροζήλων, quod Boiss. indicavit distinctione. — 5. Poeta sibi ipse respondet. « Λύκοι sunt pæderastæ pueris insidiantes; v. Straton. XII, ep. 250, 2, qui ut ἄρνα vocat tenellum puerum, sic Lucillius pilosum cinædum ἔριφον appellat. Vide et supra ep. 51, 2. » *Jac.* Accedat Thesauro usus vocis in notionem *cinædi pathici* detortæ.

CCXVII. In Plan. ἄδηλον. — Impudicus suspicionem nefandæ libidinis ut effugeret, uxorem duxit, nec tamen effugit.

CCXVIII. — Euphorionis, Chalcidensis poetæ, turpes et spurcos amores acerbe perstringit Crates, rebus vocibusque quæ in consuetudine sunt grammaticis, in obscœnum sensum deflexis. « Carmen obscœnum interpretatus est Moneta, Epist. ad Buherium, in Menagianis t. II, p. 14. Idem tractavit Nækius ad Chœrilum p. 97. — 1. *Chœrilus* antiquus, non ille Alexandrum M. sectatus. — 2. Respicitur ad χοῖρον, partem corporis. Est λέγειν διὰ στόματος perspicuum nimis. — 3 καταγλῶσσ' Cod.; κατάγλωττ' ἐποίει Brunck. Κατάγλωσσα ποιήματα ea sunt quæ, ut Euphorionis [v. Meinek. Anal. Alex. p. 33 seq.], glossematis scatent, aliis κατεγλωττισμένα dicta; alter sensus patebit inspicienti poetarum eroticorum ineptias de basiis. Deinde Cod. τὰ φίλιτρα, edd. τὰ φίλητρα, quo nomine Nækius alludi putat ad φίλ' ἦτρα, qui lusus non alienus est a reliquorum nominum acumine ambiguo. Sic v. 4 ὀυηρικὸ; dictum est per se et cum relatione ad nomen μηρός. » *Boiss.* Qui ignorabat Dobræi egregium inventum, καὶ τὰ Φιλητᾶ, cujus carmina in meris amoribus versabantur, idemque glossematicis studiis clarus.

CCXIX. — Non in δυσώδη, quod putabat Plan., sed in fellatorem scriptum. — 2. « Est φιλεῖς, *amas*; φίλει, *osculare*. Idem lusus ep. 252. » *B.*

CCXX. Lemma in RS : εἰς Ἀλφειόν τινα καλούμενον. « Schol. Wech. : εἰς λείχοντα τὴν πόσθην τῆς γυναικός· ἔστι δὲ ὄνομα κύριον Ἀλφειός. Ex nota fabula fluminis Alphei, de qua vide not. ad Nicet. Eugen. p. 207, sumsit poeta nomen Arethusa. — 1 φίλει RS. — 2. Ἁλμυρὸν πέλαγος ambiguum; quum fluvius olim Alpheus curreret δι' ἅλμης, *per Tethyos arva*, et Alpheus ille, porcus, non homo, in sentinam urinæ salsæ caput demitteret. Conf. ep. 328 3. » *B.*

CCXXI. In Plan. ἄδηλον. — 2 ποεῖς ed. princ. et Ald. « Ὅτι τοῦτο ποιεῖς, scilicet ὅτι λείχεις. Schol. Wech. : εἰσί τινες οἵ ὑπ' ἀργίας τον δάκτυλον ἢ τον κάλαμον λείχουσιν· ὁ δὲ φησίν· οὐκ ἀπεχθάνομαί σοι ἀργῷ ὄντι, ἀλλ' ὅτι οὐ μόνον τὸν κάλαμον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι λείχεις· λέγει δὲ ὡς τὸ Ἀλφειοῦ· scil., in præcedente epigr. » *B.* In quibus de ἀργίας nota nemo non dubitabit. Cogitabam de Ægyptiorum more calamos teneros et dulciores mandendi, quem morem Ammianus oderit. Sed fellatricem alloqui videtur quæ simul cunnilinga erat.

CCXXII. In Chilonem fellatorem lusus grammaticus. — 1 χίλων καὶ λίχων Cod. « Schol. Wech. : ἀντὶ τοῦ, τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν ἀμφω γράφονται· ἢ ὅτι Χείλων καὶ λείχων τὸν αὐτὸν σημαίνουσιν ἀριθμόν (hæc ratio vera est, illa falsa). Ἀλλὰ τί φημι περὶ τῶν γραμμάτων; λείχει γὰρ, φησί, κἂν ἴσα κἂν ἄνισα. » *B.* Cod. ἔστι δὲ. — 2 λίχει γαρ χίλων Codex, sed Salmas. sic : « καὶ λίχει γὰρ Χίλων· ita legend. »

CCXXIII. — 4. « Lusus in ambigua syntaxi, εἶπεν ἰδίῳ στόματι, βινεῖν ἰδίῳ στόματι. Ad hanc fœditatem translatum verbum βινεῖν potest advertere grammaticorum attentionem, eo ipso securiorum quod verba, non res attendere ipsis objiciunt homines quidam ingenii capitalis. Sic *futuere* translatum est a Martiale II, 31, in Chrestillam fellatricem : *Sæpe ego Chrestillam futui. Det quam bene quæris? Supra quod fieri nil, Mariane, potest.* Quod notandum videtur, quoniam Ramirezius, qui eruditam nimis adolescentiam in obscœnis Martialis exercuit, ob id ipsum verbi de alio nec bono sensu cogitavit. » *B.* — 1 βείνει et βείνειν Cod.

CCXXIV. — 1. « Ἐστυχὸς legendum. » *Salmas.* Sic etiam Brunckius, quem falli ostendit Jac.

CCXXV. — 3 τὸ ἐν μέσῳ Cod., recte Plan. Vertit Ausonius ep. CXIX :

Tres uno in lecto : stuprum duo perpetiuntur.
Et duo committunt : quattuor esse reor.
Falleris : extremis da singula crimina, et illum
Bis numeres medium, qui facit et patitur.

CCXXVI. Lemma : εἰς πονηρούς. Latine versum Martialis subtexuit epigrammati in Philænidem, IX, 30 :

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Ne tua non possint eruere ossa canes.

CCXXVII. — In hominem per omnia malevolum et invidum. — 3 ἔχοντι Cod., medio vocabulo superponens ω, deinde ἄξιες, superposito η. « Plan. ἐχών τι. Et sic reperi scriptum in codice 1630. » *B.* Idem est et in S Cramerі.

CCXXVIII. — 1 ἀπέκτονον Cod. — 2 Πολλιανὸς Plan. « Œdipo comparato acumen epigrammatis ipse retundit auctor; quum nec matrem nec fratrem occiderit Œdipus, sed ipsis fuerit, idque invitissimus et inscius, mortis causa. » *B.*

CCXXIX. — 1. « Ad paræmiacum dictum, εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν (v. Theocr. X, 17), videtur respici. » *Jac.*

CCXXX. — 1. « Qui conjecerunt λασταύρων, non statim

audiendi. Nam si λάσταυρος, i. e. πόρνος, Marcus fuerit, ex illo nomine ipsi debito nullam literam detrahere voluerit poeta malevolus; vel per longius epigramma talis sententia fuerat protrahenda et explicanda, ut monstraretur literas minui, augeri dedecus. Cum Brodæo Μασταύρων de patria hominis intellexerim. » *B*. Sic et Jac.

CCXXXI. — « Scriptum est, ut videtur, in eundem Μάρκον. Est Μάρκος homo διὰ γράμμα, est bellua παρὰ γράμμα· dempta enim litera μ ex Μαρκος fit ἄρκος, i. q. ἄρκτος, bellua. Tiberius Rhetor c. 27, p. 46, ait esse χαριέστερον σχῆμα, ὃ παρὰ γράμμα γίνεται· et ex Demosthene exemplum profert, in quo lusus est inter verba μέλλει, μέλει. Vide not. variorum in Aristot. Rhet. III, c. 11, 6, et infra XII, ep. 28. *B*. — 2. *Dignus multis* ursis, qui te discerpant.

CCXXXII. Καλλέου Cod.; Ἀργείου om. Plan. — In hominem, qui vir bonus esse videbatur, sed vino epoto malus et improbus exstitit. Quam esse ejus naturam docet poeta. — 1 θηρίον ἦσθα Plan., pessime. Χρυσίον hic quod alibi χρυσοῦς, ut Theocritus noto loco : ἦ ῥα τότ' ἦσαν χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες. — 3. « Vinum esse mentis speculum ostendit nota ad Const. Manassem post Nicet. p. 417. Adde Walz. ad Arsen. p. 317 et 378; ad Isidorum Pelus. II, 109, Rittershusium, qui hoc ipso Calliæ epigrammate utitur, quod vertit, sed mala usus lectione Planudeæ, θηρίον. » *B*.

CCXXXIII. Lemma : εἰς νομικούς. — Lepidum certamen inter pragmaticum et pictorem. *Pragmaticus* erat quem nos dicimus *homme* vel *agent d'affaires*, qui rerum agendarum formulas et negotiorum tractandi modum legitimum doctus novit. Certarunt illi uter citius possit et similius γράφειν. — 1 φαιδρὸς Cod. — 3 ἔμελλε Plan. — 4 ἔγραψεν Cod. Ἀποχή, etiam Latinis *apocha*, est quæ nobis *quittance*. Εἰκονικὴ Harmenopulus explicat ἐσχηματισμένη, Latinis *imaginaria*, speciosa, non vera (Buher. citat Salmas. Confut. Thes. de Mutuo p. 176): ut hic quoque, sicut pictor, εἰκόνα quandam exegerit. « Scripsit pragmaticus apocham εἰκονικήν, in qua scilicet scripturæ Rufi imaginem adeo similem effecerat, ut ipsa esse Rufi manus videretur, ac sic Phædro liberatio pecuniæ contingeret non solutæ. Intellexerat Rufus γράφειν de pingendo, Phædrus de scribendo; Rufus ὁμοιότερον de similitudine faciei pictæ, Phædrus de similitudine scripturæ quam imitaretur. » *B*.

CCXXXIV. In vett. edd. Plan. ἄδηλον. Qui ipse quoque inter epigrammata εἰς νομικοὺς retulit. Sed nihil hic de jure, ut scriptor absurdus exagitari videatur. — 1 οὐχ ὁλοκλ. Cod., correxit Plan. — 2 οὐκ ἂν τ. Cod. et Plan.; οὐκ ἆρα τ. Jacobs. « Conjecturam probavit Schæferus. Malui meam, οὐκ αὖ. » *B*.

CCXXXV. « Schol. Wech : μέμνηται τοῦ ἐπιγράμματος Στράβων ἐν δεκάτῳ τῶν Γεωγραφουμένων (p. 418, § 12 ed. Did.), οὐ μὴν περὶ τῶν Χίων, ἀλλὰ περὶ τῶν Λερίων, οὐδ' ὅτι Δημοδόκῳ, ἀλλὰ Φωκυλίδῃ πεποίηται λέγοντι·

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὐ
πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.

Καὶ Εὐστάθιος ἐν τῷ εἰς τὸν Περιηγητὴν ὑπομνήματι (ad v. 530) συμφωνεῖ τῷ Στράβωνι. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πραγματείᾳ μονονουχὶ τῇ Γεωγράφου παραφράσει φιλοτιμεῖται. Λέρος δὲ μία τῶν Σποράδων ἐστί. Est Phocylidis sententiæ parodia, ut et sequens distichon. — 1. Formulam οὐχ ὁ μὲν ὃς δ' οὔ attigi ad Anecd. t. II, p. 216. » *B*. — 2. De correpta syllaba in Χῖος v. Thes.

CCXXXVI. In solo Codice servatum. Vide ad ep. præced. — 2 κινύρης δὲ κινύρης δὲ Cod., in quo prius δὲ delendum esse significatur; corr. Jac.

CCXXXVII. Legitur cum sequente epigr. ap. Constantin. Porph. Themat. I, 11, p. 7 Band. — 2. Ob hiatum in media syllaba, quæ non ferre videbatur, Friedemannus hemistichia transposuit, quo eventu sentiet quivis; φλέγματος conj. Jac. — « Hinc Voltairius profecisse videtur :

L'autre jour au fond d'un vallon
Un serpent piqua Jean Freron.
Que pensez-vous qu'il arriva ?
Ce fut le serpent qui creva.

Profecit potius ex Martinerio, cujus similes versiculos descripsi n. ad Const. Manass. p. 421. Id notare debuisset non indiligens Voltairii editor, sed qui post se messem reliquit. Vide Memorias Secretas t. I, p. 166. » *B*.

CCXXXVIII. — 1. « Non intellexerim φαῦλοι de ignavis, ut dicantur Cappadoces, cingulo militari sumpto, esse solito ignaviores. Esse hic videntur φαῦλοι, *mali*; φαυλότεροι, *pejores*. Notum est quam fuerint milites rixosi, impudentes, rapaces, sævi; ceteros superabant Cappadoces in vim ac vitia omnium hominum proclivissimi. — 3. Reiskius videndus ad Constantin. Cerim. p. 368: *quando Cappadoces iterum et tertium apprehendunt magnum carpentum; quando toties præsides provinciarum aut præfecti urbi vel prætorio fiunt.* — 4 δὴ τότε γίνονται Cod. et Plan. (hic γιγν.). Dedi versum ut apud Constant. Porphyr. [Themat. I, 11, p. 7 Band., et Joann. Laurent. De magistr. III, 57, p 252; conf. Jac. Add. p. LXXVIII seq.] De ultima voce conf. ep. 110, 2, ubi Nicarchus λεπτεπιλεπτότερος. — 5, 6. Hoc distichon omisit Constant. [et Jo. Laur.] Numerus definitus indicat certum quendam Cappadocem tangi, cujus quarta præfectura metuebatur. » *B*.

CCXXXIX. Lemma : εἰς βαρυόδμους. In Plan. *Luciano* tribuitur. — 1 οὔτε vel οὔτι Cod., litera ob correctionem ancipiti. Chimæra apud Homerum Il. Z, 182, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. « Vide Notitt. manuscrr. t. XI, part. 2, p. 92. — 2. Sunt tauri qui vellus aureum custodiebant. Ovidius Metam. VII, 104 : *Ecce! adamanteis vulcanum naribus efflant Æripedes tauri.* — 3 σύμπασ', οὐχ Ἀρπ. Plan.; ἁρπυιῶν in Cod. De Lemniadum fœtore multa Schol. Wech., e schol. Apollonii Rhod. I, 615, desumta. Addatur Antigonus Caryst. c. 130, cum not. Beckm.; Larch. ad Herodot. VI, not. 240. De Harpyiis Heyn. et Claver. ad Apollod. Sed nunc satis est lectori, si Virgilii sui meminerit Æn. III, 244. Τὰ περισσά, quæ alibi περισσώματα. — 5. De accentu nominis Τελέσιλλα ad Simoc. p. 313. » *B*.

CCXL. In Plan. ἄδηλον. — 1. « Vulgo legebatur ἀλλὰ δι' αὐτῆς. Quod emendavi scripto δή. Ejusdem mendi eadem correctio ep. 112. » *B*. Simile Martialis VII, ep. 94.

CCXLI. In Plan. ἄδηλον. « Conf. ep. 415. — 1 θεόδωρέ σου Codex « de more ». — 2. Est ἦν pro ἐστί, ut ep. 145. [Καλὸν ἦν, *res esset præclara, laude digna*; nam ἂν subaudiri præstat. Eldikius conj. χαλεπόν.] — 3. Forsan σ' ἂν ἔδει, ut vitetur hiatus. » *B*. Quod alii aliter egerunt; ἤ σε γράψαι Heckerus p. 348. — 4. Deest in Codice finis epigram-

matis, quem Aldina secunda supplevit verbis κάμμιγα περδομένου, cum sequentibus continuans : οὐ δύναμαι γνῶναι, etc. Sic deinde planudeæ, male junctis poematiis, altero nomine mutato. Expressit Grotius. « Verba βδεῖν σ' ἐνόμιζον ἐγὼ inserui lacunæ e Jacobsii conjectura, quæ nec ipsi placet valde. Sed non mala est et, quantum fieri potest, lectorem hærere nolo circa asteriscos. » *B.*

CCXLII. — 1 πότερον χαμαὶ διόδ. Cod.; πότερον ἔχανεν Θεόδωρος Plan. « Fort. χαῖνε. » *Salm.*; χαίνει Jacobs. — 2 ἠβόησεν ἔχει (cum acc. Salm.) γὰρ πνεῦμα Cod.; ἢ βδέσ'· ἔχει γὰρ ἔχει πν. Plan. Edebatur ex Huschkii conjectura ἢ βδέσ'. ἔχεις γὰρ ἔχει vel ἔχει γὰρ ἔχις πν. Eldikius : ἢ βδέσεν· ἓν γὰρ ἔχει πν., scil. τὸ αὐτό, quo sensu εἰ; non admodum raro ponitur. « Quum possit verbum βδέω habere aoristos ἔβδεσα et ἔβδησα, miror facilem quam feci emendationem mihi fuisse relictam. » *B.*

CCXLIII. Lemma : εἰς βαλανεῖον ψυχρόν, tam in Codice quam ap. Plan. Errorem inesse viderunt Scaliger, Huetius et alii, et oportere : εἰς βραδεῖς. De carmine autem hæc Boissonadius rectissime : « Fere credo epigramma duobus primis distichis absolvi; et tertium distichum finem esse alius epigrammatis de eodem argumento nunc deperditi. Si fuit Onesimus adeo tardus, ut, ad balneum pergens puerulo domi relicto adhuc lactente, esset rediturus post multos annos, illo puero jam facto patre; qui potuit scribere se anno insequente esse rediturum? Duo fuerunt homines tardi; Onesimus qui viginti et amplius annis iter ad balneum absolveret; alter qui anno tantum uno. » Lacunam indicavi. — 2. Δύστρος, nomen mensis Martii Macedonicum. — 4 ἄλλον Cod. — 6. « Agitur de sicca sudatione in vaporariis, in quibus ad excitandum calorem silices calefacti, fortasse etiam ferri massæ candentes cumulabantur. Quibus quum tepidarium satis calefactum esset, ἡ πυρία remota est. Vide Strab. III, p. 232, ibique Casaub., et Foes. Œc. Hipp. p. 330. » *Jac.*

CCXLIV. Lemma : εἰς μιλιάριον ψυχρόν, nomine auctoris non addito. « *Nicarcho* probabiliter tribuit Plan. Etiam de *Lucillio* auctore cogites, cujus alia quoque sunt in Heliodorum epigrammata. » *Jac.* — 1. « Schol. Wech. : Μιλιάριον τὸν ἰπνολέβητα καλεῖσθαί φησιν Ἀθήναιος (III, p. 98, C, ubi Casaub.)· τὸ δ' ὄνομα Ῥωμαϊκόν· ὅθεν μιλιαρίαι στοαὶ παρὰ Ῥωμαίοις. Ἦν δὲ καὶ τόπος ἐν Ῥώμῃ περὶ τὴν ἀγορὰν, ὅπου αἱ ἀγυιαὶ ἐπερατοῦντο. « Τοιοῦτοί τινες (verba sunt Athenæi) ἦσαν σοφισταί, οἳ καὶ τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων, τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον, ἰπνολέβητα ὀνομάζουσι, καινῶν ὀνομάτων ποιηταί. » *B.* — 3 μὴ κάμνε, μὴ φύσα Cod. et Plan. ante Stephanum, qui transpositione correxit. — 4. Βαύκαλις contrarium miliario usum habet, refrigerando vino, ut ὁ ψυκτήρ, inserviens; conf. Athen. XI, p. 503, C, D, et Schweigh.

CCXLV. Lemma : εἰς πλοῖα σαθρὰ (σαπρὰ ap. Salm.) καὶ βαρέα. — 1 διόφαντες Cod. — 3. Nereides. — 5 τάχα πλεύσει Plan. « Alius navis gubernator per nos et nostram hanc navem aget suam, tanquam per ipsum mare. » *B.* — 6 οὐδὲ γάρ ἐστιν Plan.

CCXLVI. — Ipsa navis loquitur. — 1 ἔτεμες Cod. « Conf. ep. 253. » *B.* — 4. « Ῥιζοβολεῖ, ut illa Phæacum navis a Neptuno in saxum mutata, Od. N, 162 : ὅς μιν λᾶαν ἔθηκε, καὶ ἐῤῥίζωσεν ἔνερθεν. — 5 ἔσεται Plan. — 6. Melito, malus poeta tragicus, malus μελοποιητής, ab eodem Lucillio perstringitur supra ep. 143, 3. » *Jac.*

CCXLVII. — 1 εἰ πέλαγος Cod.; ἐς πέλ. Jac.; εἰς πέλ. Plan. Recte Boiss. : « Sententia non est plane nitida. » Intelligi non potest editum εἰς πέλαγος πλέομεν. Audacter scripsi Ἡ. Sane πέλαγος πλέομεν (ut dicitur τὴν θάλασσαν πλέω), quod sequentia ostendunt intelligi debere ἡμεῖς ὄντες πέλαγος πλέομεν· *Vere nos mare navigamus*, nam mare sumus, non jam nautæ. — 3 ἀδρείας Cod.; τυρρηνικὸν idem et edd. Plan. ante Ascensium; Ἰστρικὸς Cod. et Plan., quæ foret *pars* Adriatici maris jam memorati; videndus Letronn. *Recherches géogr. sur Dicuil* p. 205, qui hunc locum tractavit et correctionem suam Ἰσσικὸς argumentis stabilivit. De postrema voce hæc Salmas.: « Perperam doctus scholiastes αἰγῶν legit, et αἶγας exponit decumanos fluctus, quum Αἴγων hic nihil sit quam mare Ægeum. Distinguendum igitur : Ἀδρίας, Τυῤῥηνικὸς, Ἰστρικὸς, Αἴγων, ut alibi pluribus ostendemus. » Jac. citavit Valer. Flacc. Arg. IV, 715 : *Tyrrhenus et Ægon.* — 5 ἔρχεται Plan.; alterum etiam in Aldi libro.

CCXLVIII. — Navis, quum in littore pice inungeretur, flammis consumpta. — 2 προνόπου Cod. — 4. Schol. Wech. : ἐκ γὰρ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων τῆς πεύκης καὶ πίτυος ἡ πίσσα. — 5. « Navis, quæ perit, non servat fidem vectoribus, qui se ejus fidei commiserunt seu crediderunt. Sed quomodo γαίῃ ἀπιστοτέρην? quia frustrando spem eorum qui ipsam in terra fabricabantur in navigationis usum, fidem quodammodo datam fefellit. » *H. Steph.* Græfius corrigebat πίστιν, fidem quam pix inducta dabat quasi tutum in mari præsidium futura. Cui scripturæ non favet τευχομένην, nec favent similes loci, ubi de mari et terra dicitur quod hic ad ipsam navem refertur.

CCXLIX. Lemma : εἰς ἀγρούς. — De agro Menophanis incredibiliter exiguo. De hoc per hyperbolen jocandi genere alia collegit Jacobs. Del. p. 456; conf. Lessing. Opp. t. VIII, p. 445 Lachm. — 2 αὐτὸν Cod. — 4. (Ἐνεχθεὶς) πός τινα.

CCL. Lemma : εἰς παχύν. — 1 εὖ ἔγραφεν ὁ Cod. et Plan.; εὖ μὲν ἔγρ. conj. Jac.; ἔγραψ' Bothius et Boiss., quo non erat opus. — 2. Μιστὸν Photius et Hesych. inter alia interpretantur : ἡ ἀπληστον τῇ τροφῇ.

CCLI. Lemma : εἰς δυσκώφους. — Surdi duo coram judice surdo litigantes. Pelissonii imitationem memorat Jac. — 2 τῶν om. Cod.; unde Salmas. τούτων δὺς δύο κωφότερος, tmesi pro δυσκωφότερος, prorsus illa inusitata. Nullius usus varietas ap. Apostol. VI, 39, qui hoc citat. — 5. « Ἐς τί. Aliud exemplum comparat Schol. Wech., ex Agathia IX, ep. 643, 3. » *B.* — 6 ὑμῖν Plan.

CCLII. Lemma : εἰς βαρύοδμον. — « Idem lusus in verbo φιλεῖν, *amare* et *osculari*, ep. 219. — 1. *Si me oscularis, odisti me*, etc. » *B.* Καὶ εἰ μισεῖς με, φ. præferunt Scaliger et Jac. — 2 μισῇς ed. princ. Flor. et aliæ veteres.

Hæc expressit Ovid. Amor. II, el. 9, 9 et el. 19, 36. » *Jac.*, qui Ariosti et Cervantis locos comparat t. XII, p. 439. « Vide quæ notavi olim ad hoc epigr. inter Callimachea mihi 32, p. 188. » *B.* — 1 ὠγρ. Cod. — 3 στείβη Cod. *Manet sub Jove frigido venator.* Horat. Od. prima. Late patet usus verbi χρᾶσθαι, sicuti verbi στείβειν, neque ausi sunt editores loco movere vocem κεχρημένος, quorum Meinekius in nota: « κεχαρημένος conjecit Bentleius pro κεχρημένος, quod male tuetur Hemsterhusius (ad Hymn. in Dian. 69). Scribendum videtur τετρωμένος. Nisi præstat βεβαρημένος, coll. Hom. Od. Ξ. 318: αἴθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον. » Bergkius progr. Halensi 1864-1865, p. IX, κεχριμένος, « hoc est *pruina et nive perustus;* nam χρίειν, *pungere*, inprimis huic loco convenit. » — 4 τῇ Brunckius, ut ap. Hom. Od. E, 346: τῆ δέ, τόδε κρήδεμνον, sequente imperativo, et prima persona Callim. infra XII, ep. 7, 2. — 5 χοὐμός ab omnibus editur quod auctoritate omni caret; bis in Codice οὑμός sine χ, et manifesto præstat οὑμός. Iterum scriptum in Codice hoc distichon ut novum epigramma cum lemmate ἄδηλον « Aristænetus (II, ep. 16), monente Ruhnkenio Opusc. p. 250: ἐκείνης διώκεις ὅτι σε πόῤῥωθεν ἀποφεύγει· τῶν γὰρ μὴ ῥᾳδίων ἐπιθυμεῖσθε. — 6. Reiskius ad Constant. De cerim. οἶδε pro *solet* illustrat et eo utitur versu. » *B.* In fine Cod. προσφέρεται altero loco, voluit παραφέρεται.

CIII. — Eadem sententia Philodemi V ep. 107, 1, 2. — 1 κἤν μ' ἄλλῃ Cod., corr. Plan.

CIV. — 1 μόνῳ Plan.

CV. — Amor loquitur. « Si recte intelligo, poeta amoris inter Damidem quendam et puerum initia celebrat. Omnia in eo amore adhuc placida, nulla suspicio, nullus furor. Hinc est quod Cupidinem, quem in Damidis domum ex matris sinu avolasse ait, pusillum et infantem fingat. » *Jac.* Ni fallor, tenerrimi pueri incensus amore poeta, vel adscito nomine Damidis vel pro amico Damide, ipsum puerum sub persona parvi Amoris constantiam suam et animi affectus profitentem inducit, insigni modo optimum puerum celebrans. — 1. Ἔτι εὐθήρατος, quippe parva ætate, ideoque credulus et minime malitiosus. — 2. Pro depravato ὑψοῦ Brunckius, qui *dicendi* verbum abesse putaret, φησίν. « Ac recepit suam conjecturam. Malui meam εἶπεν, quæ visa est longe minus a ductibus corruptæ vocis abire. » *B.* Meinekius p. 162 conjecit ἐξ οἴκων τοῦδε Δάμιδος « ipsum nomen quominus poneret poeta, fortasse metricæ rationes vetabant. Id sæpe factum a poetis epigrammatariis. » Aptum esset etiam τοῦ φιλοῦ Δάμιδος (quod verti, non aptum Goveti τοῦ σεμνοῦ. Ungerus *Stud.* IV commentus est ἐξ ὧν χωνευτοῦ Δάμιδος cum synizesi, exempla afferens confusorum π et ψ. hæc addens: « quod Asclepiadæ χωνευτὸν parvi Amoris imagine ornatum fuisse videtur. » In fine πετομαι Codex, non πέτομαι. — 3 αὐτὸν φιλεῖν videbatur. « Pro edito αὐτὸν revocavi scriptum αὐτοῦ, scilicet ἐν Δάμιδος οἴκοις. Malim φιλεῖν. Sentio tamen habere conjecturam αὐτὸν quo magis placeat. » *B.* Αὐτοῦ item revocavit eodem modo acceptum Meinekius: « Si quid mutandum, malim aut αὐτός aut φιλεῖν. » Quod ut fere necessarium recepi. — 4 δισσεν Cod.: δ' εἷς ἑνὶ Jacobs. et Græfius « Accipi potest *unus uno contentus sum*, ut ap. Plutarch. Mor. p. 461, B: τῷ ἑνὶ ἀρκουμένῳ παραπεμπτέα τοῖς πολλοῖς καὶ μὴ δεομένῳ πολλῶν καὶ περιττῶν. Formam εἷς ἑνὶ illustrat Lobeck. Paralip. p. 224. » *Jac.*

CVI. — Nihil nisi Myiscum oculos suos cernere — 4 ψυχή Cod., ψυχῇ nonnulla apographa, ψυχῆς male Salmas. *Lumina cupidæ faventia menti*, Ovid. Heroid VI, 71 comparat Jac.

CVII. — Dionysium puerum a Gratiis petit ut ornent obsequentem sibi, deturpent aliis. — 1 ἔχοιτε Cod., ἔχοιτο Salmasius. — 2 τερπὰ κεισωσας Cod., τάμά, καὶ εἰς ὥρας Salmas. « Primus igitur flos pulchritudinis Dionysii jam evanuisse putandus est. » *Jac.* — 4 φυόμενον Cod., φαρόμ. Salmasius.

CVIII. — Ad puerum Acratum (*Meracum*), lusus in nomine ejus. — 1 ἄκρατε Cod. — 2 χεῖλε καὶ χείσω Cod. — 3 βαιή... Cod., una alterave litera ut videtur erasa. — 4 ὁ ἐγρῶ τυφόμενος Cod., τερπόμενοι Salmas., φυόμενος Toupius. « Nam τρεπομένων τῶν οἴνων κώνωπες ἀναφύονται, ut est in Geopon. VI, 12, et aliis ap. Schneider. ad Ælian. N. A. II, 4. » *Jac.*

CIX. — Diodorus, alios amore inflammans, ipse Timarii puellæ amore flagrans: ignis igne ustus. — 2. « Apogr. Par. λαμόροις. — 3 γλυκὺ πικρὸν Cod. Vocem γλυκύπικρος illustravi ad V, ep. 134, 4. » *B.*

CX. — Myiscum ut deum aliquem veneratus optat ut sibi sit propitius. — 1. « Ἤστραψε, significatione transitiva, ut ep. 84, 4 [ubi verbum ex mala conjectura legitur]. Vide an integrum sit epigramma. Certe nominativi omissio durior. » *Jac.* Ipsum Myiscum commode appellare γλυκὺ κάλλος potuerat poeta. — 3 ἀκτῖνα Cod. *Fulmen* intelligi observat Jac., et Alcibiadis scutum memorat, in quo ἦν Ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος.

CXI. — Ad Eubium puerum formosum. — 2. Sicco pede hæc transierunt interpretes, sed obscurissima mihi esse fateor, nisi Olympionicam loqui statuas, qui cursus palmam eximiam retulerit: sese neque alas Amoris, neque Achilles pedes pueri reformidare, sed arcu utriusque superari et inferiorem relinqui. Sive potius ἀμφότεροι corrigendum, quod latine reddidi: ut *mutuus* amor indicetur.

CXII. — In Arcesilaum formosum puerum, Amoris victorem. — 1 ἔρωτα λέγει Cod., quod Jacobs. egregie correxit Ἔρωτ' ἄγει, infuscatum postquam A pro Λ acceptum erat. Homerica locutio, ὃν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, Il. B, 231, ab aliis multis expressa. Conf. ep. 119, 4.

CXIII. — Jungendum cum ep. 96 capitis V, ubi vide not. — 2 τοῖς σοῖς ἀγρευθεὶς Plan.

CXIV. — Conf. V, ep. 172, ubi eadem Meleager fusius.

CXV. — Comissabundus se fulmina et tempestatem nihil timere dicit, quem Amoris potentia tueatur. — 1. Μανίην, ex amore, non ex vino. « Μεθύων μύθοις, sermonum in amorem pellicentium plenus, tantum non ebrius. Mimos Plutarchus Mor. p. 712, E, appellat μιμήματα πραγμάτων καὶ λόγων, ἃ πάσης μέθης ταραχωδέστερον τὰς ψυχὰς διατίθησι. » *Jac.* — 4. Βάλλῃ, scil. Juppiter, cujus hoc est, fulmina jacere. Post Reiskium legebatur ἔχω, sed recte tuitus est Schæferus Codicis ἔχων.

CXVI. — Simile præcedenti epigr., sed hic Themisone puero fidit. — 1 ὅλως Cod., corr. Brunck. — 3. Verba ἔστι δ' ἀωρὶ καὶ σκότος famulo tribuebat Brunckius, quod non necessarium. — 4. Jac. comparat hæc Valerii in Anthol. Lat. III, ep. 242 :

Quid faculam præfers, Phileros? qua nil opu' nobis.
Ibimus : hoc lucet pectore flamma satis.

CXVII. — « Abjecto omni, quod paulo ante ceperat, prudentiore consilio, poeta se ad comissationem parat. Egregium carmen propter vim cupiditatis vivide expressam. Alloquitur poeta partim famulum, partim cum animo suo sermocinatur : illi dans mandata; cum hoc rerum rationem iniens. » *Jac.* — 1 τολμᾷ Cod. et apogr. Par. — 2 τὸν ἔχεις Cod — 4 τάχος σπουδῆι Cod.; τάχος, ποῦ δ' ἡ Reiskius. — 5 Conf. ep. 99, 5. — 6. Idem dixit ep. 101, 6.

CXVIII. — Poeta ad Archinum comissatus temeritatem apud eum excusat. — 1 ἄργειν Cod. (non ἀργεῖν), ἀργεῖν apogr. Paris., ἀρχὴν S (cod. Paris. Crameri), 'Αρχῖν' Bentleius; ἐπεκώμασα S. — 2 ἄκων Cod., corr. Meinekius. In fine ὅραι Cod., ὅρα Bentl., Jac., Mein., Boiss.; ἔχε Brunck. cum Anna Fabri; ὁρᾷς Heckerus, parenthetice, jungens τὴν προπέτειαν ἄκρητος καὶ ἔρως ἠνάγκασεν, de duplici accusativo cum verbo ἀναγκάζω advocans intt. ad Plat. Phædr. p. 242, A. Incommoda omnes aut sententia aut structura : verum servavit S, ἔα, quod in OA abierat, unde ὅρα. — 3 ἄκρατος et με ἠνάγκασαν S, quod recepi ob sequentia; μ' ἠνάγκασεν Jacobs.; με ἀνάγκασεν Cod. et Boiss., qui hæc : « Relinquo quem et olim reliqui hiatum a Codice exhibitum, etsi sciam non tam negligentem fuisse Callimachum. [Brunck. μ' ἐπανάγκασεν.] De verbis ὧν ὁ μὲν αὐτῶν vide ad VII, ep. 72, 1. Aristoph. Av. 1237 : οἷς θυτέον αὐτοῖς. » *B.* — 4 ὃ Cod.; εἶα· τὴν βίαν ὅσσην ὅρα S, pannus Byzantinus. — 5 ἐβόησα Cod., S, et Plutarchus distichon citans De ira coh. p. 455, B : αἱ μὲν ἐρωτικαὶ πράξεις, οἷον ἐπικωμάσαι καὶ ᾆσαι καὶ στεφανῶσαι θύραν, ἔχουσιν ἀμωσγέπως κουφισμὸν οὐκ ἄχαριν οὐδ' ἄμουσον· 'Ελθὼν κτλ. Edebatur ἐκόησα ex Piersoni correctione. In fine ἀλλ' ἐφύλαξα S, quod Bergkio placuit progr. ad ep. 102 indicato · « se occupavisse limen ibique pernoctatum esse dicit. » — 6 τὴν ἰασὴν Cod. (in quibus inest ΙΑ pro ΑΙ, genuinum partim expulerit glossa θύρην), τὴν φιλίην S, τ. φίλην codd. Plut. præter unum qui φιλήν, quod conjecerant Salmas. et Toupius, rectissime; nemo nescit Theocriti XXIII, 18 : ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις καὶ κύσε τὴν φλιήν, et illum apud Lucretium (IV, 1175) amatorem qui *foribus miser oscula figit.* Post Plutarchum nunc etiam codicis S interpolatio ἐφύλαξα tuetur antiquum φλιήν. Meinekius tamen Bentleii conjecturam τὴν δειρὴν in Callimacho edidit. Idem ἀδικέω « malit ».

CXIX. — Poeta Baccho, apud quem ab Amore perfugium frustra quæsierat, malam fidem erga supplicem exprobrat. — 1 ἄγεο Cod. — 3. « Conf. Plinii Secundi epigr. in Anthol. Lat. I, 33 :

Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris :
Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dii.

— 4. Et me, qui supplex ad te confugeram, vinculis constrictum retro agis rursusque Amoris servitio tradis. » *Jac.* — 5 καὶ πιστὸς Cod. — 6. Αὐδῶν, ut alibi λέγων, i. q. κελεύων.

CXX. — Sobrium se, quamvis mortalem, satis esse armatum contra Amorem deum. — 1 εὐόπλω Cod., corr. Jacobs. « Pro ἀπεροῦμαι, forma verbi insolita, forsan ἀπορούμαι. Theophrastus Char. I : ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀπορούμαι. » *B.*, qui eadem ad Choric. p. 348.

CXXI. — In Cleonicum puerum, cum quo Gratias venustatem amplexibus suis communicasse ait. — 1 ηρανυπο Cod., corr. Salmas. et Jacobs. — 2 ἠντήσανται λιπ. Cod.; ἤντησαν ταὶ λιπ. Jacobsius in nostro exempl., qui ante cum Brunckio ἤντησανθ' αἱ λ. — 3 ῥοδόεσσιν Cod., ῥοδέαισιν Jac., ῥοδέῃσιν Salmas. Junge προσεπτηχύναντο. — 6 αὐηλὴν Brunckius, tanquam αὐαλέαν. In fine Cod. ἀθερίκαν an ἀθερικαν sine acc. incertum, « sed apogr. Par. ἀθέρικαν, qui accentus firmat Jacobsii scripturam ἀνθέρικα. » *B.*

CXXII. — In Aristagoram puerum præcedentis carminis imitatio Meleagro digna. — 5 ὡς ἀπ' Ὀλύμπου Brunckius, sed γὰρ ægre desideres. — 6 νέοι Reiskius et Wakefieldus, νέου (Ὀλύμπου) Græfius et Boiss., quorum neutrum probabile; θεὸς scripsit Marcellus. Sed integrum puto νέον, quod nobis est *depuis peu*, scilicet nuper pubertatem assecutus.

CXXIII. — « In puerum formosum, in pugilatu victorem. Optimæ notæ carmen, Stratonis ingenio non indignum. — 1 πυγῆι Cod., « quod falsum esse apparet ex versu tertio; πυγμῇ plurima apographa. — 4. Suavius hoc mihi videbatur esse quam si faciem unguento myrrhino inunctam habuisset. » Hæc Jacobsius. Sed Boiss. versu 1 Πυγῇ tenuit cum hac nota : « Apogr. Par. et ipse Codex πυγῇ, quod restitui loco conjecturæ πυγμῇ. Nec valde contradicit versus tertius. » Oscula non præfracte negaverim, sed πυγῆς ἀγῶνα cruentum non noram.

CXXIV. — Echedemum puerum formosum clam et imprudenter poeta osculatus tanquam aculeis vesparum, urticæ et igne cruciatur. — 1 λάθρηι et παραφαιὴν Cod., corr. Salmas. « Pulcher ille Echedemus prope januam latens et furtim prospiciens moribus haud dissimilis est mulieribus adulteris ap. Aristoph. Pac. 979 seq. » *Hecker.* — 2 ἀκρηθὴν Cod., etiam alibi. — 3 φαρέτρη Cod.; dedi φαρέτρην ex conj. Jacobsii. Edebatur φαρέτρῃ. — 4 αἰταιων καὶ δουσείχετ' ἀλ. Cod., ἀ-ταίρων Jacobsius, « quod aliquam saltem a lenitate mutationis commendationem habet »; cetera immemorabilia, malum etiam Heckeri φαρέτρῃ αἱ (vel παῖς) γαίων. — 5 ἀλλ' ὅτε Cod. « *Et subridens amice, et hostis.* Nam pharetra et arcu minabatur, et gallinaceorum munere amatorii aliquid innuebat. Conf. ad ep. 44. » *B.* Hæc vera esse videtur interpretatio, et nihil huc pertinere qui ex Artemidori Onirocr. III, 5, commemorantur galli gallinacei per quietem visi στάσεων καὶ φιλονεικιῶν σημαντικοί. In fine Codex ἀναμελισσέων, apogr. Par. ἀνὰ

μελ., in aliorum apographorum marg. ἀλλὰ vel ἄρα μελ. corrigitur, ἢ ῥα Jacobsius. Sed non video quid magnopere obstet scripturæ ἀλλὰ μελ., quam tantum non exhibet Codex.

CXXV. — Somnium poetæ summum relinquens desiderium pueri visi. — 2 παιδὸς ἔτ' ἐν χλαμύδι (ὄντος), id est *ephebi*, v. ad ep. 78, 1. — 4 ἐτρεπόμαν Cod., ἐτρεφόμαν Salm. et Scaliger, incommode; ἐδρεπόμαν Græfius, « hoc sensu : *vana spe fruebar*, i. e. nil nisi spem, non veram solidamque voluptatem capiebam. Ἐλπὶς est *voluptatis imago*. Sic ep. 145 : ἀπρήκτοις ἐλπίσι μαινόμεθα. — 5 καί μευ νῦν θ. μνήμης πόθος Cod., qui μνήμης πόθος desiderium esse potest ex memoria illius somnii ortum. Tum pro μευ legerim μ' ἔτι, aut, quod lenius, μ' εὖ cum Schæfero. » *Jac.* Boissonadii est καί μ' ἐκ, qui hæc : « Apogr. Par. καὶ μεῦ. Scripsi καί μ' ἐκ, ut sit tmesis verbi ἐκθάλπει, ac μνήμης pro μνήμης. Possit et μνήμην corrigi, vel cum pronomine με. » Ad Choric. p. 339 μ' ἐκ tenet, vertens : *et me nunc calefacit ex memoria desiderium*. — 6. Post hunc versum spatium in Codice relictum, librario sequens distichon haud dubie habente pro peculiari epigrammate : atque « in apogr. Par. incipit novum epigramma, duobus versibus constans. » *B.* — 8 κάλλεος εἰδώλοις Græfius.

CXXVI. — Queritur se novo amore correptum, Diophanti pueri. — 1 ἤρηται Cod., in apographis correctum In fine ἀθύρων scribit Marcellus. — 2 ἀκρονυχη Cod., — νύχη apogr. Par., — νυχεῖ Boiss. — 3 ταχὺ pro πάλι nonnulla apographa; γλυκὺ γράμμα Cod., quod Toupius pro ξύσμα, χάραγμα accipiebat : sed vere τραῦμα Pauwius et Græfius, qui meminit horum Appuleii p. 305 Oud., ubi Venus Amorem rogat *per sagittæ dulcia vulnera, per flammæ istius mellitas uredines*. — 4. Conf. ep. 132, 14.

CXXVII. — Flamma quam Alexis puer in animo poetæ accendit, noctu non desinit, ut solis flamma, ardere. — 1 μεσημβρινόν (sic) Cod.; μεσημβρινὸς Græfius, quod recepi. — 2 ἀστικόμαν x. Cod., in quo multum erratum est; apogr. Par. ἄρτι κόμαν, de tempore messis calidissimo, *quum Æstas frugum comas sibi detonderet*, quod copiose illustravit Græfius p. 68-71, præter multa alia hæc gemina prorsus afferens Tibulli II, el. 1, 47 :

> Rura ferunt messes, calidi quum sideris æstu
> Deponit flavas annua terra comas.

— 3 διπλαῖ Cod. — 8. Κάλλος, sc. pueri.

CXXVIII. — Non jam Daphnis, non Hyacinthus, sed Dio puer in re amatoria principatum tenet. — 2. Nam Daphnis Pani erat in deliciis, ut supra vidimus aliquoties. — 3-4 τὸν στεφθέντα λύρη (λύροι apogr. Par.) ρ. π.ο. δαφνι παρθενίη Cod., στεφθέντα et δάφνη Jacobsius. — 5. Σοὶ δὲ, scil. ὦ λύρη. « Post ἦν γὰρ supplendum esse χρόνος, recte monuit Schæferus; neque hæc ita accipienda ut ep. 33, 1, ubi ὅτ' ἦν est *dum vivebat*. Imo jungenda ὅτ' ἦν τερπνός. Nam illi vivi et mortui carmine celebrati sunt, usque ad Dionis ætatem, qui solus demum eorum gloriam obscuravit. » *Græf.*

CXXIX. — « Ex Bibliotheca Anglica Armandi a Capella tom. X, p. 596, disco Wassium, a quo primo id epigramma fuit in Bibliotheca Literaria [Londini a. 1722] editum, credidisse Philoclem, quem laudat Aratus, unum fuisse ex ducibus Philippi Macedonum regis, ejus cui cum Romanis bellum fuit. Quam rem qui confirmaverit Wassius non refertur. » *B.* De obscuro hoc epigr. Jacobsio et Schneidero (Anal. t. XII, p. 432) probabiliora protulerunt Heckerus et Boissonadius, quæ sola apponam. — 1 οἱ δὲ κορ. Cod., αἵ τε K. Heckerus. « *Philocles Argivus Argisque habitans pulcher est : hoc inscriptum legitur columnis Corinthi et sepulcris Megarensium.* Mos columnis arboribusque inscribendi puerorum pulchrorum et amasiorum nomina frequenter memoratus abunde exemplis illustratus est a viris doctis, sed idem fecisse veteres in sepulcris nemo præter Aratum tradidit, cujus verba tamen nulla tabe infecta esse intelligitur ex v. 5, ubi πέτραις hujus pulchritudinis testes esse dicit. » — 3. Αοετρὰ Ἀμφιαράου, Euphorioni (fr. 69) una cum Aulide et Oropo commemorata, sita erant prope Oropum in confiniis Atticæ et Bœotiæ. — 4 ὀλίγοι Cod., ὀλίγοις Brunckius. « Qui scribit se unum cum eo facit de quo scribit. Sic ep. 111 : τόξοις, Εὔδιε, λειπόμεθα. *Paucis tantum literis vincimur :* scilicet formosi adolescentis quem prædico nomen non in cippis et saxis inscriptum est; unico hujusce pulchritudo Prienei testimonio nititur; et altero Philocle hicce præstantior est. Eam esse sententiam obscuri epigrammatis opinor. » *B.* Qui poetæ mentem assecutus esse videtur : nam aperte Arati Philocles ab alio aliisve celebratis ejusdem nominis distinguitur. In aliena abit Heckerus ὀλίγον scribendum esse putans pro ὀλίγοι, hoc sensu : *sed, quod parvi momenti est, tantum literis nostra terra inferior est Corintho et Megaris.* Inde etiam τῇδ' corrigit versu sequenti, falso. Ambigi tamen potest an non Jacobsius ipsam poetæ manum verbo significaverit : « Fortasse πειθόμεθα, *sed de illo paucis literis fidem habemus.* » Denique Heckerus : « Πριηνεύς fortasse nomen proprium est, quamquam nihil obstat quominus gentili tantum designasse poeta putandus sit virum omnibus tunc temporis notum. Articulus abest ut in Ἀσκραῖος de Hesiodo IX, ep. 653, Ἀρκάς de Mercurio VI, ep. 315, etc. »

CXXX. — « *Meleagri* esse hoc epigr. probabiliter suspicatur Pauwius. Optimæ certe ætatis poeta dignum. » *Jac.* Ut *Callimachi* citat Meinek. p. 203. De pulchritudine formosi Dosithei. — 1 εἶπα καὶ πάλι Cod., quibus γε vel τε vel σε inserunt post εἶπα, Jacobsius καὶ αὖ π., Meinekius εἶπα; καὶ π. — 3. Mente retrahenda præpositio ad primos genitivos. « De inscriptis arborum cortici nominibus testis sit Aristænetus I, 10 : εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον « Κυδίππη καλή » · ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν. Ibi notæ, quæ et de parietum inscriptionibus amatoriis monent. Adde Creuzer. ad Plotin. De pulchr. p. XXV; Kuster. et Bergl. ad Aristoph. Ach. 144. » *B.* — 4 ἐν ἐμῇ ἴσχετ' Cod. et edd. Audiendus erat Jac. in Add. p. LXXXIII : « Suspecta lectio ob vocalium concursum in medio versu, qui facile poterat a poeta evitari. Vera est, ni fallor, lectio ἐν ἐμῇ σμύχετ', cujus correctionis lenitas apparebit literas ἐν ἐμήισχετ' considerantibus. » Deinde verbi usum in re amatoria exemplis ostendit. — 5 ναιμασε Cod. — 6 τὠτρεκὲς Brunck.; ἀτρεκὲς Codicis reduxerunt Boiss. et Meinek., qui : « Pro adverbio valet, ut ap. Glaucum IX, ep. 341 : Νύμφαι πευθομένῳ φράσατ' ἀτρεκές. »

CXXXI. — Callistium meretricula Venerem ut sibi propitia sit precatur. Per errorem in hoc capite positum. — 1. « Tutelare Mileti numen Venus, ubi templum habebat ἐν καλαμοις. Vide Spanhem. ad Callim. Dian. 225. — 2. De Syria Venere jam Herodotus I, 105; Pausan. I, 34, et alii. Scripsi καὶ τὸ καλόν. Nam poetæ illius ævi καλός, ubi in thesi est, corripere solent; item Theocritus

et Theognis. Præterea corrigendum Συρίας et v. 3 ἄ. » *Jac.* Boiss. articulum delevit.

CXXXII. — « Ad animam : sua ipsius culpa fieri ut gravissimis ab Amore cruciatibus afficiatur. Animam poeta alatam fingit, secundum Platonicum phantasma, quod etiam sculptores et pictores secuti sunt. » *Jac.* — 1 οὐσοὶ Cod. — 2 προσπτημένη Cod., corr. Ruhnken. — 5 δ' ἐρανεν λειπόπνουν Cod., δ' ἔῤῥαινε λιπ. Ruhnk.; ἔῤῥανε Græfius. — 7. Hinc quæ sequuntur novum esse epigramma statuens Huschkius Anal. crit. p. 43 criticorum assensum non tulit. — 9 ἀτεκνον Cod., ἄτεγκτον Ruhnkenius, imo jam Guyetus aut Salm. — 10 τρέφεται Cod., corr. Salmasius. — 14 ἕδρασας Cod., ἕδρας Græfius et Porsonus. Conf. ep. 126, 4.

CXXXIII. — Suavitatem osculorum pueri Antiochi celebrat. — 1. Διψῶν figurata significatione accipit Jacobs., nescio qua necessitate. — 3-4. « Sensus : Num tu quoque non tam Ganymedis pocula bibis, quam oscula ejus nectarea, non cyathis, sed labiis propinata? » *Græf.* Aristænet. I, 25, ap. Jac. : καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς καρδίας παρέπεμπον.

CXXXIV. — Signa amoris in compotatione data. — 1. « Pro ὁ ξεῖνος Peerlkampius in Nov. Act. Traject. t. I, p. 142. malit οὐ ξεῖνος. [Imo est : *laborat*, *et nesciebamus*, ut in illo horatiano : *Quanta laborabas Charybdi!*] — 2. Ut hic εἶδες; sic sæpius ὁρᾷς; οὐχ ὁρᾷς; » *B.* Qui (εἶδες;) Sed sine interrogatione scribi præstat. Alii jungunt εἶδες ὡς. — 3 ἠγχ' (ηγχ apogr. Par.) ἔπινε Cod., ἡνίκ' ἔπ. Scaliger et O. Schneiderus; legebatur ἡνίδ' ἔπινε auctore Dorvillio. Intelligendum tertium poculum, tertia propinatio. Sequentia distichi citat Athen. XV, p. 669, D, ubi quærit διὰ τί λέγονται τῶν ἐστεφανωμένων ἐὰν λύωνται οἱ στέφανοι, ὅτι ἐρῶσι. — 4 ἀπὸ στομάτων Cod., ἀπὸ στεφάνων Athen., quod recepi cum Meinekio; quorum Ruhnken. contulit hæc Propertii II, el. 12, 51 :

Ac veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides.

Sed verum invenisse censendus est O. Schneiderus, raram et callimacheam vocem, ἀπ' ὀστλίγγων, *a cincinnis*, quam ignotam sibi in utroque opere mutarunt librarii — 5 ὦπτημαι μεγαλητί Cod., corr. Bentleius. Adverbialiter dicti μέγα δή τι multa exempla habes ap. Jac. p. 762, qui meminit et Theocritei ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας VII, 55. « Vide Brunck. ad Aristoph. Lys. 465. » *B.* Et ad Choric. p. 340 : « Οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ significare videtur οὐ παρὰ λόγον, *non inconsiderate*, *non temere*, sed accurate cogitateque. » — 6. Grammaticus Cram. Anecd. Ox. t. I, p. 410, 12, citat φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθε, quæ erat usitata proverbii forma.

CXXXV. — Idem argumentum quod præcedentis ep. — 1. « Sic XI, ep. 232 : Οἶνος ἐλέγχει τὸν τρόπον. Nota sententia : *in vino veritas*, quam illustravi ad Const. Manass. post Nicet. Eug. p. 416, ad Anecd. mea t. II, p. 291. Plato Sympos. § 41 : οἶνος ἦν ἀληθής· ibi Ast., coll. Hommel. p. 359, Reynd. p. 159. Vide Arsen. Viol. p. 317 et 325, cum Walzio. Symeon Sethi De alim. p. 83 : τινὲς δὲ καὶ φιλαλήθεις ἐπὶ τῷ πότῳ γίνονται· « οἶνος γὰρ καὶ ἀλήθεια » φησὶ παροιμία τις. Isidorus Pelus. Epist. II, 109 : τὸ πεπλασμένον ἦθος ἀπαμφιάσας (ὁ οἶνος) ἐκφαίνει τὰ λανθάνοντα· ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν κεχώρηκε τὸ τοιοῦτο, λεγόντων πολλῶν « ἐν οἴνῳ ἀλήθεια ». Ibi Rittersh. Adde Arnald. De diis παρέδρ. c. 19. « *Il a raison : in vino veritas* » Parnyus ait satis lepide in poemate valde illepido. » *B.* — 2 ἤτησαν ἐν πολλαῖς νικασόρην πρόποσις Cod.; ἤτασαν Albertius ad Hesych. v. Ἤτασεν, αἱ πολλαὶ Νικαγόρην προπόσεις Salmasius, quod in nostro exemplo reposuit Jac., qui ediderat ἤτασεν ἐν πολλῇ N. προπόσει. Wyttenbachius μήνυσαν tentaverat. Meinekius p. 103 ἠτάσαμεν πολλῇ N. προπόσει. Boissonadius ut Jac. in nostro exemplo, sed ἤτασαν νῦν αἱ...., calami ut videtur lapsu, et addit : « Quum nomen προπόσεις videretur certum, reliqua ad id refinxi. » Ægerrime fero quod casu mihi ablatas observationes Ungeri *Stud.* VI jam non licet inspicere. — 3 καὶ ἐνύσταξε κητι Cod., corr. Salmas. — 4 σφιχθεὶς Cod.

CXXXVI. — « Hoc carmen *Meleagri* esse videtur. » *Hecker.* Aves garrulas increpat cum puero quiescentem turbantes. — 1 κεκράγετε apogr. Par.; μή με Cod.; τί μ' ἀνιᾶτε Plan. — 2 τὸν τρυφερῆς παρθένου Plan., quod conjecturis dignati sunt critici. — 3 εἰ δὲ λαλ. Cod. et Plan. « Qua clausula nihil languidius. » *Jac.* Recepi Piccolo quoque probatam correctionem Heckeri εὕδε. — 4. « Δέομαι : quod si (εἰ δὲ) vestra vos natura loquaciores fecit, non jam impero silentium; non jam jubeo, sed rogo precorque ut pauxillum linguis faveatis. » *B.* Perperam reddidit Grotius.

CXXXVII. — « Gallo gallinaceo, qui cantando ei somnum turbaverat, mortem minatur. Expressum ex odario XII Anacreont. » *Jac.* — 2 κλάζεις Græfius, qui hæc : « Πλευροτυπὴς κέλαδος est strepitus qui fit latera pulsando : alis latera pulsant galli, atque sic clangunt. Quare κράζειν, quod oris vel rostri est, non convenit. [Censor editionis : κράζεις πλευροτυπεῖ κελάδῳ.] Meleager hoc dicit : Tu, qui semper perdite amantibus matutino tuo cantu importunus es, nunc adeo, non contentus mane cantare, media nocte clangis, magis enim importune. Atqui gallorum hæc est consuetudo, ut summo mane canant, sed media nocte iteratis vicibus magnos alis clangores excitent. » — 3. Ὑπὲρ κοίτας, ut Theocritus XVIII, 57 : ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ. Edebatur ὅτι μοι, Hermannus et Boiss. ὅτε. — 4 καὶ τὸ φιλεῖν Cod., corr. Huschkius. — 5 θρέπτειρα χάρις Cod., θρεπτῆρι Huschkius et alii. — 6 ἔχατα (sic) γηρύσει Cod., γηρύσεις Jacobsius. « Mihi videbatur γηρύσει esse secundam ab γηρύσομαι personam iotacismo corruptam. Sic ep. 149 est in Codice ληφθήσει pro ληφθήσῃ. Ac sic passim. » *B.* Et ad Choric. p. 264.

CXXXVIII. — « Vitem rogat poeta ut pampinos in Antileontem dormientem decutiat. Fingit puerum mense autumnali sub vitis umbra dormitum ire. Tum pampini in eum decidentes venerationis significationem habere videntur. » *Jac.* — 2. « De occasu Pleiadum v. ad XI, ep. 31. Vitis, quæ compellatur, ante solitum tempus folia spargebat humi. Quærit poeta num metuat Pleiadis occasum adeo ut prævertere velit. » *B.* — 3 ὑπὸ τὸν γλ. Cod., ὑπὸ τὶν Meinekius p. 91 : « Strue μεῖνον γλυκὺν ὕπνον ὑπὸ σοὶ ἐπιπεσεῖν Ἀντιλέοντι. Μεῖνον cum infinitivo junxit, ut jam Homerus fecit : μεῖνον δ' ἐπὶ ἕσπερον ἐλθεῖν. » Quamquam Hermannus articulum ita explicat : dum *ipse* dormit. » — 4 εστοτε Cod., ἐς τότε apogr. Par. « Scripsi ὡς τότε, *quemadmodum tunc* et olim, quando Ampelus eras. » *B.* Ampeli adolescentis, qui Baccho in deliciis erat, in vitem metamorphosin narrat Nonnus Dion. XI. Rem a Boiss. restitutam esse credo, ceteris adhuc in dubio hærentibus : ἐσθ' ὅτε editur e conj. Salmasii, qui etiam χαριζόμεθα, quod una cum illo recipi debebat. Schneide-

winus non Codice sed conjectura nixus scribit ἔσθλ' ὅτε τ. κ. π. χαριζόμεθα. Heckerus ἔσσο τε τοῖς. Ἐς τότε tuetur Meinekius ad Theocrit. p. 235 et 336, sententiam non explicans. De qua Hermannus : « Debilem pentametri sententiam restituas scribendo :

ἐς τότε τοῖς καλοῖς καλὰ χαριζομένα. »

Mæhlyus Philologo XXV, p. 160, præfert ἐς τόδε τοῖς.., *ad hoc tempus*. Jac. in nott. mss. : « Fortasse τοῖσι καλοῖς, ob majorem numerorum elegantiam. » Quem conf. ad ep. 131, 2.

CXXXIX. — Amorem, quo olim flagraverat, nondum omnino exstinctum sentiens et veritus ne denuo exardescat, precatur puerum ne se amplecti velit. — 1 Ἐστί τι Cod. — 2 διόνυσον Cod. — 3 Μὴ μή με conj Meinekius. — 5 τῷ et μένε ξένε Cod. — 6 ὀσειγαρνης Cod., corr Bentleius; ἐς σὸν ἔρ. malit Meinekius; βάλλῃ Cod. « Σιγέρπης apud Hesychium λαθροδάκτης, serpens vel canis subrepens et morsum inferens. Queritur poeta Menexeno, se a puero quodam amplexibus subdole labefactari et in amorem illici. » *Brunck*. Apparet amicum vel sodalem esse Menexenum, non puerum cui μή με περίπλεκε dixerat.

CXL. — « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 237. » *B. Philippo Thessal.* tribuit Piersonus, propter Archestrati nomen quod in Philippi carmine legitur XI, ep. 36. « Quæ admodum incerta conjectura est. Præterea color carminis Callimacho similior quam Philippo. » *Meinek*. Archestratum puerum pulchrum esse negans in Nemesis iram incurrerat; jam precibus puerum ut numen placare conatur. — 4 ἐν πυρὶ πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ ζεὺς Cod. « Olim in Callimacheis Ep. 47 servavi Codicis lectionem. Nunc scripsi παῖς [cum Piersono]. Non semel permutata sunt παῖς et πᾶς. Et sic scribere suadebat Meleager ep. 122, 5, 6. Ante Ζεὺς supplebitur cogitatione ὡς, quæ ellipsis frequens. » *B*. Eadem Meinekius : *puer autem, Jovis instar* vel *alter Juppiter, fulmina in me jacit*, cum Blomfieldo ἐπ' ἐμοὶ corrigens, quod recepimus. — 5 ἰλασσόμεσθ' Cod.; θεῷ μοι Ernestius.

CXLI. — Similis argumenti quo præcedens. — 1 μὴ θεὸς Cod., θέμις; Salmas. « Si verum est θεός, subaudi ἐφθέγξατ' αν vel φθέγξαιτ' ἄν. » *Jac.*, post μαθὼν incidens et sequentia affirmative efferens, « gravis admirationis significationem habentia » Græfii distinctionem interrogativam probavisse videtur Boiss. Anceps judicium. Cod. τόλμαν. — 2 ουμεμαθὼν Cod., corr. Salmas., ut videtur. — 3 αὐτὸν ὑπέστης anonymus (Seidlerus); αὐτὸς ὑποστὰς Græfius. — 4 πτήξεις Cod., πτήξας Brunckius et Boiss. — 5 τοὶ γὰρ ἰδοὺ τὸ πρ. Cod., τὸν πρόσθε Jacobsius. Nimirum jam amore pueri correptus cruciatur. Et alia in hoc ep. temere mutat Marcellus et in fine Νιόβη scribendum esse contendit.

CXLII. — Lemma : ὡς Ῥιανοῦ. Conf. ad VI, ep. 269. — Poeta Dexionicum puerum merulas captantem videns, in harum avium loco ipse esse cupit. — 3. Ἱερὸς ὄρνις de merula canora, v. IX, ep. 76, 5 et not. — 4 ὁ φίλερως Cod., in apographis correctum.

CXLIII. — Obscurum carmen sive potius, ut opinor, fragmentum; nam quocumque modo corrigas primum versum, cetera inde lucem haud ullam accipiunt. — 1. Post Salmasii tentamen irritum Brunckius :

Ἑρμῆς τοξευθεὶς οὐκ ἔσπασε πικρὸν ἔφηβον,

pro quo exspectes ὀϊστόν, « quod phantasma illustrat odarion Anacreontis XIV, 14, ubi Amor,

ὡς οὐκέτ' εἶχ' ὀϊστούς
ἠσχαλλεν· εἶθ' ἑαυτὸν
ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον·
μέσος δὲ καρδίης μου
ἔδυνε καί μ' ἔλυσε.

Ut hic Amor, sic apud anonymum ephebus in Mercurii pectus sagittæ loco penetravit. » *Jac.* Quæ nec credibilia neque illustrant sequentes versus. In Add. Jacobs. conj. ἐξέσπασε πικρὸν ἔφηβος κῆλον, quod est ξύλινον βέλος (Etymol. M.). Boiss. : « Apogr. Par. Ἑρμῆ. Pro ἐξέσπασε scripsi ἐξεσπας, subaudito πνοήν. *Hermæ adolescentis formosuli sagitta percussus summa cum amaritudine spiritum e pectore trahebas.* Sic, ut possum, me e conclamati fere loci tenebris expedio. — 3. Quem compellat amicus fuit palæstrarum ac gymnasiorum assiduus perambulator. » Jacobsius ad Mercurium *palæstræ præsidem* referebat, neque cohærere cum antecedentibus antithesin ἀλλά μ' observat.

CXLIV. — Cupidinem Myïsci pueri amore ægrum fingit. — 1. Φρενοληστά, Quinto Mæcio Plan. ep. 198, 3,

σωφροσύνας ὑβριστὰ, φρενοκλόπε, ληστὰ λογισμοῦ.

Cod. ἀχρεῖα τόξα, Salmasius ἄγρια. « Similem nobis Cupidinis imaginem ob oculos ponit Ovidius Amor. III, el 9, 7, in descriptione funeris Tibulli :

Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram
Et fractos arcus et sine luce facem.
Aspice, demissis ut eat miserabilis alis,
Pectoraque infesta tundat aperta manu. » *Jac.*

— 3. Interrogative accepit Brunckius. — 4 οἴδρος' Cod. « Antithesin quæ est in παθὼν ἔμαθες illustrabit nota ad Æneam Gaz. p. 249. » *B*.

CXLV. — Ut *Meleagri* edidit Wartonus. — Dehortatur a sterili puerorum amore. — 1 ἴσχε μ. Cod., ἴσχετε Salmasius. — 3. « Ἀντλεῖν ἅλα. Simile alii ἀδυνάτῳ, θάλασσαν μετρεῖν, de quo vide not. ad Simoc. Epist. p 305. — 4. Huic alteri simile τὴν ἄμμον θαλάσσης χοφίνῳ ζητεῖς μετρεῖν, in meis Anecd. t. I, p. 396, ubi not. Adde Erasm. Adag I, I, 4, n. 45 : Plan. ep 52, 8. » *B*. Ψεκάδες de rebus quibusque minutissimis, ramentis. — 5 ὢν τὸ κενχυχὲς recte præfert Jac. Lobeckius De figura etymologica p. 515 Paralip., post multa et exquisita exempla : « His ita explicatis inter omnes conventurum puto, παίδων στέργω-πόθον, etsi brevius dici potest στέργω παῖδας, tamen non hoc significare, sed παιδικὸν ἔρωτα ἐρῶ sive ῷ παῖδες στέργονται, *pueriles amores consector*, ut de contrario genere amoris Meleager XII, ep. 41, στέργω θῆλυν ἔρωτα. » — 6 ἡδύ τε ἀκαμάτοις Cod., ἡδύ τε κἀθανατοις Jacobsius, ἡδύ τι Meinekius p. 181. — 7 εἰς κενὸν ἦμαρ (cum lineola super η) μόχθοις Cod., corr. Salmasius. — 8 ἐκκέχυται Cod. Ξηροὶ αἰγιαλοί, qui arari non possunt.

CXLVI. — Queritur puerum, quem multo labore sibi conciliaverat, alieno dolo sibi ereptum. Utitur imaginibus de venatione petitis. — 3 αμογητοι Cod., quod ortum videbatur ex ἀμογητει, Brunck. et ceteri ἀμογητί. Cum

Heckero p. 95 tenemus ἀμόγητοι. — 4. Βαρύς, gravis, iratus : *punias eos.*

CXLVII. — Carmen initio mutilum esse videbatur Salmasio et Brunckio, nobis videtur integrum cum Jacobsio. Ac Graefius : « Olim carmen suppleturus eram ex V, ep. 303. Serius tamen vidi fieri posse ut integrum sit, admissa hac interpretatione : Forte Meleager in Heliodoræ domum venit; puella aut abfuit aut per lusum se abscondidit. Nox est, fores apertæ, lumen extinctum. Omnia deserta videns timere incipit, ne rapta sit; quamquam miratur amores non amplius tutos sacrosque esse (Tibull. I, el. 2, 27). Investigaturus jam lumen accendi jubet, quum gressum aut alium puellæ appropinquantis strepitum lætus agnoscit. » — 1 ἁρπασταί Cod. « Quod scriptum reliqui, mutatum nec male in ἅρπασται. Sed servanda quæ scripta sunt, quum non sint absurda. Exclamat poeta : *latrones! raptores!* » *B.* Cod. ἐναιχμάσσαι ἄγριος εἶναι, Salmasius εἴη, « probante Huschkio ad Tibull. I, el. 6, 30, p. 166. » *Jac.* Graefius præterea τόσσος ἂν αἰχμάσαι. Welckerus ad Philostr. Im. p. 206 ἁρπασταί tenuit et ἐναιχμάσαι improprio sensu intelligit, ita carmen explicans : « Poeta comissabundus Heliodoræ suæ fores frustra pulsavit; quare raptam eam ex domo suspicatur. Tandem sonitus auditur; prodit diu exspectata, jamjam se foras edet, vel januam aperiet, ac animus amanti redit. Hæc se etiam magis commendabit tibi explicatio si comparaveris Meleagri V, ep. 165, 166, 191, Strat. XII, ep. 117. » — 2 τόσον Brunck. et Boiss.

CXLVIII. — Ad Menippum puerum qui poetæ paupertatem exprobraverat. « Epigramma gallicis versibus eisque optimis reddidit Dutheil. Præfat. Callim. p. 22. — 1 μου Cod. Quod reliqui. Pro eo eleganter quidem sed absque necessitate certatim μοι scribunt editores. » *Boiss.* (qui plura ad Callimach. p. 188 seq.). Neque olim hoc visum esse κακόζωνον ostendit Hecker. p. 365. — 2. Vide VI, ep. 310, 6. Utitur Cic. Ad Att. VI, 9 : *Monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem neutiquam relinquerem* : τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί. — 3 ἀλγέω τὴν Cod. Boiss. ad Choric. p. 240 : « Varie tentatum fuit τήν. Ipse olim scripsi μήν. Nunc propono legi τίν, eodem sono, pronominis doricam formam qua usus est poeta H. Cer. 25. Struxerunt ἀλγέω cum dativo, vi præpositionis ἐπί præsentis vel absentis. Propono etiam : Ἀλγέω, ἣν δ.... ἀκούω. » Τίν etiam probatus a Meinekio Heckerus, qui pluribus tuetur : « Diserta mentio ipsius Menippi, a quo hoc sibi objici dolet amator, requiritur. Pronominis forma occurrit et in Hymn. Dian. 80, Anth. VI, ep. 351 et 347, 1, ubi rursus in Codice legitur τήν, ut IX, ep. 316, 11. Dativus jungendus cum ἀκούων, ut Soph. El. 219 : τίνι γάρ ποτ' ἂν πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος, τίνι φρονοῦντι καίρια; » — 4 τὸν παρὰ Cod., corr. Brunck. cum aliis; ἂν ἔσαστ. Cod. Meinekius malit ἀνιηρότατον, coll. Theognide 124, 210, 258.

CXLIX. — Gratias agit Mercurio de recepto puero Menecrate. — 1 ληφθήσει περὶ φεῦγε Cod., περίφοιτε Bentleius. « Conjecturæ ad Eunapium p 145 a me prolatæ περίφυκτε non multum tribuo, quam nec recepi olim, nec nunc recipiam. In composito περίφευγε (sic apogr. Par.) est tamen aliquid insoliti. Panemus et Lous menses se excipiebant in Macedonico anno. » *B.* — 2 λώιου Cod. — 3. « Proverbium de rebus prospere evenientibus, non nostra industria, sed sponte sua et ut fert natura. — 4. Inter εἰκάδα Πανήμου et δεκάδα Λώου viginti dies intersunt. Παρὰ τὰς εἴκοσι, *propter viginti (dies)*, quod παρά cum accus. sæpe significat. » *Bentl.* In repetito εὖ γ' ἐμός merito offendit Meinekius, quod pæne inficetum est; εὗρέ μοι scripsit Diatr. p. 286.

CL. — Poesin et famem efficacissima amoris remedia esse : quæ utraque quum ipsi præsto sint, se Amoris impotentiam ne flocci quidem facere dicit. « Corruptissimum alicubi [in Callim. p. 70 et 191] carmen edidi, nunc iterum fere ad meam pristinam recensionem. » *B.*, Hermanni correctiones secutus, « ut epigramma intelligi possit. » — 1 Ἕως Boiss.; ἀνεύρατο etiam schol. Theocr. XI, 1, qui v. 1 et 3 citat depravatos; ἀνεύρετο scripsit Callimachus. — 2 τώρραμενων σιγαν ου καθημασ ὁ Cod.; τώραμένῳ μανιὰν οὐκ ἀμαθής ὁ Eldikius; sed vere τώραμένῳ· ναὶ γᾶν Heckerus, optime de hoc carmine meritus. Jac. ex sua conjectura edidit τώραμένῳ γ' ἀνιᾶν ὄκκα φίλασ' ὁ, Boiss. τόσσ' ἀμελῶν αἰγᾶν οὐκ ἀλέγιζ' ὁ. « De [ridicula] lectione sibi temere tributa Bentleius graviter conqueritur in Epistola ad Grævium XXVIII, p. 90 sive 74 ed. Lips. » *Jac.* nott. mss. — 3 μοῦσαι Cod. — 4 ἡ πάνες πάντων Cod.; πανακὲς Bentleius restituit ex Clem. Alex. Strom. V, p. 687, 15 : ἡ πανακὴς πάντων φαρμάκων σοφία, Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι γράφει. — 5 τοῦ δοκέω Cod., corr. Salmas. — 6 ἐκκόπτει legebatur; ἐκκόπτειν Heckerus coll. ep. 106, 1, 2 et al., et Meinekius in Add. — 7 ἀμῖν χάκαστὰς ἀφειδ. Cod., χάκαταστάς ἀφιδ. apogr. Par.; κἀκεστὺς Boiss., « quod Piersono debetur; vide Ruhnken. Opusc. p. 850. » Quod nec metrum pati Nækius, nec structuram Heckerus, nec significationem vocis Meinekius monuerunt. Jac. edidit τάδ' ἀκέσματ' ἀ:. Heckerus ἅδ' ἀσπίς, sententia commoda, imagine probabili. De Bentleii correctione infra Meinekius. — 8 τουτιπαικαιρευτα Cod., τουτὶ παῖ καιρευ apogr. Par., τοῦτ' ἐπιχείρει σευ τὰ Jacobs., ἀποκείρει Boiss.; τουτὶ ναὶ κείρει τὰ Brunckius partim ex apographis, quod in re dubia posuimus. Heckerus : τουτεῖ (*hic*, apud nos) τᾷ κείρευ τὰ πτ., passivo. — 9 τί δεδοικαμέσαι γὰρ Cod.; ἀττάραγόν τι δέδοικεν Etym. M. v. Ἀττάραγος. Esse τυ vidit Bentleius. Vulgo σε δεδ. Ἀττάραγος Hesychio το ἐλάχιστον· οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας. — 10 οἶκω Cod., corr. Bentl. Jam commemoranda Meinekii disputatio de altera parte hujus epigr. instituta ad v. 7 : « Vel maxime commemorare debebam Bentleii conjecturam ab omnibus, superbe dicam an inscite, contemptam : ἔσθ' ἀμῖν καὶ παστάς, *est nobis et thalamus* sive *uxor remedium ad vagam libidinem.* Sprevere autem haud dubie critici hanc emendationem ideo, quod ita duabus quas commendat poeta medicinis subito tertium infertur remedium, quum in fine carminis iterum poeta ad duo illa, poesin et inopiam, redeat. Nihilominus verum vidisse Bentleium credo, sed hac lege ut mutato distichorum ordine scribatur :

Οὐδ' ὅσον ἀττάραγόν τυ δεδοίκαμες · αἱ γὰρ ἐπῳδαὶ
οἴκοι τῶ χαλεπῶ τραύματος ἀμφότεραι.
Ἔσθ' ἀμῖν καὶ παστὰς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα
τουτὶ ναὶ κείρει τὰ πτερὰ παιδαρίων.

Jam vides, opinor, quam recte poeta tertium remedium tanquam corollarium duobus illis superaddat. Τὺ (σε) redit ad Philippum : is enim est ille puer a cujus amore se tutum præstare cupit poeta. Τουτὶ nunc servo; atticismos sat multos habet oratio Callimachi. Ultimi versus sententia plana : *hoc profecto scindit alas puerorum nec sinit superbos esse et insolentes, efficitque ne involent in pectus amare nolentium.* Versu 7 scribendum αἱ δ' ἐπαοιδαί ob usum Callimachi, et apta partic. δέ. » Sic transpositis distichis postea edendum erit hoc epigramma. Ultimum quod Meinek. fecit distichon sic in-

telligo : si præter exspectationem illæ quas domi habet ἐπωδαὶ nihil efficiant, *reliquum sibi esse* ut uxorem ducat : ita prorsus præcidi alas catamitorum.

CLI. *Meleagri* esse suspicatur Pauwius, ob ep. 41, quod item, ut hoc, est de venustate Apollodoti pueri. — 3 ἐσίδῶν Cod.

CLII. In Cod. cohæret cum præcedente. Hoc quoque videtur esse *Meleagri*, qui Heraclitum puerum passim celebravit. — 1 ἐμοὶ Cod. « Ludit in nomine Magnesii Heracliti et magnetis lapidis. Vid. not. ad Simoc. Epist. XXVI, p. 258. Reliqui scriptum ἐμοὶ, etsi placeat magis editum ἐμός. Conf. ep 192. » *B.* Quod reliqui.

CLIII. — Puella se ab amante neglectam conqueritur. — 1. « Forsan scrib. μευ pro μοι. Hoc enim dicit : antea Archeades amore mei macerabatur. Verbum θλίβεσθαι cum genitivo personæ conjungi potuit, ut καίεσθαι. » *Meinek.* p. 103. Recte, ni fallor, Jacobsius exponit : Archeadam amplexibus meis fovebam. « Scriptum ταλαινα, mutatum in accusativum ab editoribus, potuit servari. Et reliqui v. 3 scriptum ἀεί. » *B.* Constat literam ν sæpe tenui lineola indicari. Posse aliud quid hic latere putat Geistius, quum epigr. non sit παιδικόν. — 3 μελιχρῶς Cod.: αἰεὶ vulgo. — 4 ἡδείων γ. ἐρωτίθεος Cod.

CLIV. — Laus Myisci. — 2 χαριεστιν Cod., χαρίεις ἵν' Wartonus, χαρίεις, τίν' Græfius, quod recepi. — 4. Conf. Anacreonticum od. XLV.

CLV. — « Dialogus esse videtur pueri cujusdam pulchri et servi ab amatore viro ad eum missi. — 1. Αὐτός, herus. — 3 ἐκείνου Cod. Μένουσί σε, scilicet herus et ejus convivæ te exspectant tecum potaturi. Deinde significare puerum credo se primum velle ipsum amatorem invenire et convenire, tunc iturum. » *B* — 4. Τὸ τρίτον esse videtur quod alibi τὸ λειπόμενον, *cetera* ap. Ovidium. Sed me non intelligere fateor hoc responsum.

CLVI. « Fortasse est *Meleagri*, cujus inter delicias etiam Diodorus. » *Jac.* Quod stilo quoque poetico confirmari et extra dubium poni addit Heckerus. — Amorem suum navigationi, quæ inter vernas procellas fit, comparat. — 2 ὄμμα Cod., ut alibi. Hæc pro appositione vocativi Διόδωρε habet Heckerus : non amorem, sed ipsum Diodorum comparandum esse cum procella, quod ostendere secundas personas in altero disticho; quare et κυβερνωμένου corrigit, ad ὀμμός referendum. Sic aliquoties ingeniosus ille criticus poetas in ordinem cogit et logico cuidam rigori astringit. — 4 εὔδιος Cod., εὐδίων Salmas., εὐδίοι Brunckius. Sic Oppianus a Jac. collatus, ad Amorem : πορὸς δὲ καὶ εὔδιος ἄμμιν ἵκοιο... — 6 μεγάλῳ κύματι Cod., quod reduxit Boiss.; χεύματι Jac. et Huschkius. — 7 πάλιν Cod.

CLVII. — Anima poetæ navis quam Venus et Amor regunt. — 4. Voce παμφύλῳ, quamvis appellative accipienda : *omnis generis puerorum mari*, respici ad *Pamphylium* mare senserunt Schneider. et Brunck.

CLVIII. — Theoclem puerum ut dominum et deum veneratur. — 1 πόσεο Cod. — 3 ἐπὶ ξείνοις Cod., corr. Salmas. — 6 Ἐλί γε Heckerus perperam Sed locus vix poterit pro sano haberi. Græfius συνετῆς, qui antea ξυνῆς σύμβολ' ὁμοφροσύνης, de tessera hospitali accipiens — 7 ἀνὰξ ἔλαθι Cod., corr Græfius. — 8 ἐμοὶ Græfius.

CLIX. — Omnia sua et ipsam vitam in Myïsco posita esse. — 5 ἦν μοι Cod

CLX. « Fortasse est *Alcæi Messenii*, cujus in Nicandrum carmen habes ep. 70. » *Jac.* Se, non nunc primum expertum, scire curas et catenas amoris ferre. — 3 βοᾶς Cod., corr. Piersonus. — 5. Κακῆς βουλῆς, quæ fecit ut resisteret Nicander amanti. « Durum et inexorabilem fuisse puerum ex initio intelligitur. Hinc poeta Adrasteam rogat et Nemesin, ut superbiam ejus pœnis persequantur. » *Jacobs.*

CLXI. — Dorcium puella, virilem vestem induta, inter adolescentes ludens. — 1 ἐπισταιτοσω: ἀπ Cod., corr. Salmas. — 2 εσται Cod., ἔσθαι Salm. — 3 ἡδ' ὑπὲρ Cod., ἧς Salm., in quo me continui, hac sententia : ἡ ὑπὲρ ὤμων αὐτῆς χλαμὺς (ἣν ἐφόρει) σὺν πετάσῳ γυμνὸν τὸν μηρὸν ἔφαινε. Etiam Hermannum video ἧς prætulisse ceteris hariolationibus. « Forsan εὖθ' ὑπέρ. Sed potius abstinendum a conjecturis in loco, ni fallor, mutilo. » *B.* Excidisse distichon ad Anal. statuebat Jacobs. (nec commode sese excipiunt ἐπίστασαι et ἔφαινε), in Pal. conj. εἰ παρὰ κώμῳ, vel εὖτε παρ' οἴνῳ vel οἶνον. Meinekius p. 103 : ἡ δ' ὑπὲρ ὤμων σύσπαστος... χλαμύς, *in humeris collecta.* Sed πέτασον, ephe̱borum item ut χλαμὺς insigne (Pollux X, 164), recte tuetur cum Jacobsio Piccolos p. 74.

CLXII. — Pulcherrimo phantasmate fingit suum Amorem adhuc pusillum a matre Venere, libellum tenentem, elementa doceri, sed pro vocibus ibi scriptis pulchrorum puerorum nomina balbutire. Sic ap. Appuleium Metam. X, p. 680. *quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebatur, imbecillis adhuc ejus viribus.* Ita fere Jacobsius, sed de extremis vide infra dicenda. — 1 τοξοφόρων ουδάριος Cod., corr. Jacobsius, prius etiam Reiskius. « Valde probabiliter, servavi tamen τοξοφόρων, scilicet subaudito τις. Recepi ὥριος. » *B.* Cum Hermanno; Heckerus autem I, p. 209, ἄρχιος scribere malebat. — 2 ὑποτρέχεται Cod., Jac. et Boiss., sed verba παρὰ τὴν Κύπριν postulare ὑποστρέφεται Hermannus recte observat, quod est in apographo Guyeti; Brunckius ἐπιστρέφεται. — 3. « Δέλτον ἔχων, ut puerulus, puto, qui adhuc ad magistrum itat. Et sequenti versu ejus anima *balbutit*, ut pueruli. » *B.* Sed falso suspectum Hermanno Διαύλου, qui δι' αὐτῆς (Ψυχῆς) conjecit. Est pater Philocratis. — 4 ψυχῇ Cod. et Boiss. Jacobsius ψυχῇ, ediditque Ψυχῇ, de *Psyche* tanquam magistra Amoris cogitans, « apud quam legere discens non id quod est in pugillaribus, sed pulchrorum puerorum balbutit nomina et illecebras. » Verum in tota Anthologia nullum esse fabulæ Ψυχῆς vestigium monuit Geistius. Jam Salmasius ψυχῆς φίλτρα, pro quo facile apparet quam pronus fuerit librarius in tali structura ad supponendum nominativum ψυχή. Sequitur in Codice κατ' Ἀντιγένους, quod ita explicat Hermannus : « redit ad matrem cum aurea tabula, ex qua Philocratis incantamenta animæ in Antigenem balbutit, videlicet Philocratem suum, Antigenis, animum amore incantavisse et urere. » Ut ex Antigenis persona loquatur poeta et Antigenis sit ille ὁμοῖος ἔρως. Quæ commentus esse videtur Hermannus quod in fine positum κατ' Ἀντιγένους cum vi esse videbatur. Sed καὶ Ἀντ. legendum esse consentiunt Jac., Græf., Meinek. p. 102, Boiss. et Heckerus, cujus hæc est interpretatio : « Asclepiades dicit amorem suum, quo aut Philocratem aut Antigenem complecti coeperat, recentem et sub ipsa initia moratum, ad matrem revertisse puerulum, quum comperisset Philocratem et Antigenem mutuo se invicem amare, suum igitur amorem

hoc facto in ipso ortu exstinctum esse. » Pulchrorum mutuam inter se amicitiam celebrat etiam Meleager ep. 164.

CLXIII. — Pulchrum pulchro miscere sciens Amor duos pueros venustissimos amicitia junxit. — 1 ἔρωτι καλῷ μίξῃ καλὸν Cod., ἔρως τι Salmas., τί Meinek. p. 102, μίξει Wyttenb. et Hermannus, vulgo μίξαι. — 2 ἃ μήτ' Guyetus, quod recepit Boiss., et ἄνθοι scribit, « quod respondebit optativo, ἐν ἴσῳ autem ad utrumque verbum pertinet. » (Conf. ad Pachymer. Decl. p. 54.) Ceteri singularem ὃ ad mixturam smaragdi cum auro referunt, a veteribus passim ob splendorem et jucunditatem dilaudatam. Non nitere et florere dicit poeta, si compares puerorum quos celebrat nitorem et pulchritudinem. Hermanno excidit ὃ μήτ' αὖθ' ἕν, μήτε etc., qui de ἐν ἴσῳ citat Hemsterh. ad Lucian. I, p. 84. Γένοιτο est pro γένοιτ' ἄν. Jacobsius conj. γανοῦτ', probatum Meinekio, non nobis. Diversus in illis color, non diversus in pueris. — 3 ἐλέφαντ' ἐβένῳ λευκῷ Cod., ἔβενον Brunckius, sed nemo dixit τὸ ἔβενον. Quare post ἐβένῳ distinxi cum Hermanno. Nam versus 2, nisi valde est corruptus, adversatur Meinekianæ distinctioni :

οὐδ' ἐλέφαντ' ἐβένῳ · λευκῷ μέλαν' ἀλλὰ Κλέανδρον,

ne dicam adjectivorum trajectionem in hoc loco, hoc carmine probari nullo modo posse. Collato ep. 165 nihil proficitur. — 4 ἐν βιότῳ Cod., corr. Salmas.

CLXIV. — « Amicitiam Cleobuli et Alexidis puerorum dulcissimarum rerum conjunctioni comparandam esse. Lusus in verbis nititur eleganti imagine, qua φιλίας ἀνακίρνασθαι veteres dixerunt. » *Græf.* — 4 θνατὸν ὄντως τὸ κύπρ. Cod., quod ulcus plurimi tetigerunt, nemo successu fausto. « Variæ sunt virorum conjecturæ. Meam edidi. » *B.*, scil., τὸ θνατοῖς ὄντως Κύπρ. Jacobs. ἀθανάτων ὄντως K., in Add. ἁβροκομῶν vel ξανθόκομος· λῷστον K., in nott. mss. εὐκράτου (quod Wartonus conjecit) · λῷστον K. Heckerus probat Klotzii inventum ὄντως θνητὸν K. Denique Piccolos θνητοὶ vel θνητῷ πινόντων K.

CLXV. — Simul amat pueros duos, candidum alterum, alterum fuscum : quod fatale sit i esse dicit ob nomen, quod Amores ipsi finxerint ex nigro et albo (μέλας et ἀργός). Intelligo autem παίδων v. 3 quasi esset τούτων τῶν παίδων. Aliter assentiendum est Salmasio mutilum esse carmen et uno certe disticho privatum. — 1 ἀντίατο δὲ μ. Cod., τοῦδε apographa. — 4 πλέξειν vitiosum esse apparet; ἐκ λευκοῦ πλέξαι Salmasius, ἐκ λ. πλέξαν, φασί Græfius; πλέξαι μ' ἐκ et φασί τε Jacobsius, in nott. mss. πλέξαι κἀκ λευκοῦ. Heckerus πλέξαι ἴσ' ἐκ λευκοῦ, *æqualiter*, qui verum assecutus esse videtur.

CLXVI. — Amores rogat poeta, ut aut in partem animæ sibi relictæ desinant sævire, aut illam non sagittis, sed igne totam conficiant. — 1 ἔρωτος Cod., corr. Salmas. — 2 τον τογ' ἐχ. π. θεὸν Cod., corr. idem. — 3 ἢ μὴ καὶ τόξοις βάλλ. Cod.; εἰ καὶ μή, τόξοις μὴ βάλλ. Salmas.; Piersoni conjecturam, Meinekio p. 104 non improbatam, εἰ μή, ναὶ τόξοις μὴ βάλλ. recepit Boiss.; ἢ καὶ μὴ τόξοις ἔτι βάλλ. Jacobsius. Similiter Hermannus : ἢ μὴ δὴ τόξοις ἔτι βάλλ., quod recipiendum duxi. Weichertus τόξοισί γε β. — 4 καὶ παντ. Brunck. et Meinek. — 6 ἐξ ὑμέων τούτων εἴσετι Cod., εἴτ' ἔτι apogr. Par., varie tentatum a pluribus qui vel integerrimo ἐξ ὑμέων non pepercerunt, Suam conjecturam his retractat Jac. nott. in mss. : « Lectionem ἐξ ὑμέων tuetur Paulus Sil V, ep. 226, 7. Vitium in alio vocabulo hæret. Fortasse : κάρφων εἴ γέ τι », recte tenens εἴ γέ τι, quod ediderat, servatum etiam a Boissonadio, qui tacite τοῦτ' οὖν posuit pro τούτων, et in hoc acquiescere possumus. Meinekius ἐξ ὑμέων οὐδ' ὧν ἐστ' ἔτ β., *ne ea quidem quæ mihi relicta sunt habere volo* coll. VII, ep. 661, 5, non probabiliter. Hermannus τούτων εἰσέτι β. Heckerus τούτων λίτ' ἔτι β., « sive λειτὰ, ut in Codice hoc adj. scribitur. Sensus : *sagittis vestris confectus*, κεραυνῶν μικρὸν *a vobis deposco, quo in cineres redigar.* Potest τούτων et ad ἀνίαις referri, sententia paulum diversa, aptissima tamen. » Imo neutra apta.

CLXVII. — Amore velut tempestate ad Myïscum rapitur. — 2. Conf. V, ep. 190, 2 : κώμων χειμέριον πέλαγος. — 3. Idem hemistichium ep. 157, 3. Græfius πνεύσας ὁ Πόθος, « ut solet Meleager »: Jacobs. nott. mss. : « Fort. δ' ὁ βαρὺ πν. »

CLXVIII. — Poeta in compotatione ministrum Heliodorum jubet duo pocula in Nannus et Lydæ honorem, in Antimachi et Mimnermi poetarum, qui eas cecinerunt, totidem, alia deinde in aliorum poetarum honorem infundere. — 1 νάννους Cod., in fine φεσεκάστου, Salmas. φέρ' ἐραστῶν, Jacobsius φιλεράστου, « quod epitheton decet poetam qui *nil sine amore jocisque jucundum* esse censebat, Horat. Epist. I, 6, 65. » — 3 ἐμὸν Cod., corr. Brunck. — 4 εἶπα; Cod.; εἶπαι; malit Jac., propter εἶπον imperativum v. 5. Heliodorus ministri nomen est. — 5. « Εἶπον scriptum in Cod. et apographo restitui pro edito εἰπόν. Est εἶπον imperativus formaque legitima; vid. Buttmann. ad Menon. Excurs. et quæ collegi ad Theocr. p. 224. Supra IX, ep. 732 et infra ep. 212, 218 est εἶπον in apographo. Reliqui quod inveni editum εἰπὸν in Plan. ep. 23, quum non memoretur varietas. — 8 οὐχὶ λῃνάχαριν apogr. Par. Versum varie tentatum immutavi et ego ut sensu non careret. » *B.* Scil. οἰνωθέντ' οὐ χλιανεῖτ' ἄχαριν. « Sensum esse puto in versibus male depravatis : Unum poculum tibi, o Venus, bibam; reliqua autem jam sine numero. In hunc sensum corrigendum existimo :

τἄλλα δ' Ἔρωτες,
ὡς νήφοντ' ἀριθμεῖν, οὐχὶ λίην ἄχαρι;

aut, quod malim, sine interrogatione : ναίχι λίην ἄχαρι. » *Jac.* Perdi operam et oleum puto in versu hinc prorsus alieno.

CLXIX. — Poeta se, quum durum dominum jam effugisse se speraverit, in duriorem incidisse queritur. Non dictum de quo dominio agatur; sed vere Cephalas de formosorum puerorum tyrannide accepisse videtur. — 1 εἶπα Codex. « Quod ὅσον εἶπα, *vix dixeram*, recte haberet, si sequeretur καὶ πικρότερός με κατέσχε. Nunc scribo εἶπας, quam analocuthiam illustravi præf. ad Com. t. IV, p. 10. » *Meinek.* p. 160. Jam Pauwius volebat εἶπας. — 3. « Post hunc versum exciderit distichon, quo alter, cui poeta serviebat, nominabatur. » *Hermann.* Nisi scribendum λατρεύσας, qua correctione admissa nihil difficultatis.

CLXX. — « Deos ὁρκίους poeta testes facit fœderis cum Athenæo in convivio juncti. Sed in fine truncatum videtur epigr. » *Jac.* Idem Hermanni judicium, nec facile quis dubitabit. — 1 σπονδῆι καὶ λιβάνῳ τε καὶ ο κρητῆρι Cod. — 2. Euripides : ἁπάντων τέρμ' ἔχοντες θεοί. Conf XIII, ep. 26, 4. — 4 ἀθηναῖος Cod., corr. Meinek

CLXXI. — Zephyrum poeta precatur ut Euphragoram puerum theoriam obeuntem, salvum et incolumem reducat. De nomine pueri non sum securus. — 3 εἰς ὀλίγον τίνας Cod., corr. Brunckius. Ὀλίγον servant Jac. et Meinek. p. 160, qui mire : « εἰς ὀλίγον τείνειν idem est quod συντέμνειν. » Cum neutro ὀλίγον sive μηνὸς sive μῆκος scribendum fuisse monuit Hermannus. — 4 μυριέτης, ut videtur, Cod.

CLXXII. Apud Plan. ἄδηλον. Anacreon.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

— 1 ἐκ δυολυτρῶν Cod., corr. Brunck.; ἐκ δύο λοιπὸν Plan.

CLXXIII. « Gallice vertit Dacier. ad Horat. I Sat. 2, 121; latinis versibus D. Heins. Dissert. ante Horatium a se editum p. ****. Et latinis etiam versibus est imitatus Moneta in Menagianis II, p. 167, ubi et græca frustra sollicitat. » *B.* Meretricis et ingenuæ puellæ amore inflammatus poeta hanc sibi magis desiderabilem videri ait. — 2. Nihil offensionis habet hiatus. — 4 ἣν Cod.; ἣν i. q. ὁποτέραν. — 5 δημάριον Cod., corr. Petitus, vere; nam non apparet cur subito poeta Demonem alloquatur. Sed Boiss. : « Mutant scriptum Δημάριον in Δημαρίου, bene quidem, verum omnino citra necessitatem. Ad sententiam conf. ep. 200. » — 6. Contrarium dicit idem Philodemus ap. Horat. Sat. I, 2, 121 seq.

CLXXIV. Cod. φρόντονος. — « Gallice vertit et illustrat Larcher. ad Charit. t. II, p. 278. » *B.* Puerum ad præbendum invitat obscœno lusu grammatico. — 1 Κύρε Cod. « In πολεμεῖς μ' ὦ notanda est diphthongi elisio, de qua dixit Lobeck. ad Soph. Aj. 191. » *Meinek.* p. 218. — 3. Μήδος, nimirum μὴ δούς. Cod. σάκας, quod correxit Mein. *Sacas* notus ex Cyropædia, sed hic vult *barbatum*; v. Thes. — 4 ποιήσουσιν αἱ Cod., cum brevi syllaba in medio pentametro intolerabili; ταὶ Meinekius; operosius Hermannus καὶ δέ σε ποιήσουσ', et Passovius καὶ ποιήσουσίν σ'. Item fœde dictum Ἀστυάγης, de pileso, ad cujus adspectum pædicones non arrigunt. « Conf. not. ad ep. 11, 4. » *B.*

CLXXV. — Diophonti excusat amicos puerorum ejus mollium, vinum ministrantium, amore correptos. — 1 ἑταίροις Brunckius, perperam. — 8. « Scil. ἐπὶ τὸ οὐδὲν ἰδεῖν. Alia exempla congessi ad XI, ep. 125, 5. — Geminum germanum est et haud dubie ex eodem fonte ductum, unde Strato duxit suum, epigr. Martialis IX, 25 :

Dantem vina tuum quoties aspeximus Hyllum,
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.
Quod, rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?
Aspicimus solem, sidera, templa, deos.
Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon
Porrigat atque oculos oraque nostra petat?
Trux erat Alcides, et Hylan spectare licebat;
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros spectet conviva ministros,
Phineas invites, Afer, et Œdipodas. » *Jac.*

CLXXVI. — « Pilos puero succrevisse poeta suspicatur inde, quod veste usque ad talos demissa oculisque dejectis incedat. — 2. Ἀπ' ἰγνύης, supra poplites sublatum. Alte præcinctus esse solebat puer meritorius, ut juvenili flore conspicuus amantium oculos in se converteret. » *Jac.* Cod. ἀπ', sed ἐπ' correxit Heckerus I, p. 181, coll. Theocr. XXVI, 16 : αἱ δὲ (Ino, Autonoe, Agave) πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι.

CLXXVII. — Mœridis pueri suavitatem osculorum celebrat. — 1. « Ὑγιαίνομεν, *nobis* ὑγίαινε *dicimus*. Ut Latini mane *salvere*, vesperi *valere* jubebant amicos, sic Græcos χαίρειν et ὑγιαίνειν eadem ratione distinxisse constat. Videtur tamen poeta hac periphrasi usus esse, ut simul ad gaudia, quæ nox allatura erat, respiceret. » *Jac.* — 6. Conf. V, ep. 55, 2.

CLXXVIII. — Theudis puer, olim orienti soli similis, nunc enata barba, minus quidem formosus, tamen occidenti soli comparandus. — 2 ἄστρασιν Cod. — 3 νυκτὶ depravatum ut potui reddidi; μῆλα λαχνοῦται Salmasius; πυκνὰ λ. Meinekius p. 228, quod recte Hermannus et Piccolos p. 75 judicant « esse nimium ». Ille proposuit ὅτε καί τι λαχνοῦται, hic ὅτ' ἀνυκτὶ tentat, memor Adonidis Theocritei (XV, 130), cujus οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμα.

CLXXIX. — Quum poeta se jurejurando obstrinxisset, Theudidem puerum sibi morigerum esse factum nemini proditurum, lætitiæ tamen sensu abreptus silentium rumpit. — 2. Nota εἶπε λαθεῖν dictum, non παρεῖχε. — 3 δυσάπιστος Cod., corr. Meinekius p. 217 : « nam δυσάπειστος est *male contumax*; conf. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 140. Minus aptum δυσάπιστος, *male perfida*. » — 4 ἤέρι καὶ legebatur; egregie Hermannus γήθει. Deinde Cod. στέξετ' ἀγ. — 5 κεῖνος δὲ Cod., quod plane græcum et elegantius esse sensit Meinekius quam quod editur ex Salmasii conj. « Κεῖνός γε πέπειστοι », ubi nec γε aptum.

CLXXX. — In sudo puerum rogat ne linteo moto ventulum sibi faciat : alio calore se intus uri. — 3 ἀλλ' ὅτι πῦρ ἐμὸν Cod., in apographis correctum. — 4 παρὰ σῆς ῥιπῆς Salmasius. « Si περὶ sanum est, erit jungendum cum μᾶλλον, ut sit περιμᾶλλον dictum quasi ἐπιμᾶλλον. » *B.* Minime; est poeticus usus hujus præpositionis.

CLXXXI. Legitur in S Crameri, quocum confer Boiss. ad Babrium p. 192. — Non tres, sed plurimas Gratias in Theocle conspici, nec eas mites et placidas, sed crudeles et animabus infestas. — 1 Ψευδὲς μ. S. « Ἀγαθαὶ Χάριτες non bene opponuntur ταῖς ψυχέων ἅρπαξιν. Scrib. sine dubio ἀγαναί, *mansuetæ, mites.* » *Meinek.* Anal. Alex. p. 400. — 2 εἰσὶν ἀν' Ὀρχ. S, quod genuinum esse videtur. « Similia vide in notis ad Aristænetea I, epist. 10, p. 357 : τοῖς ὄμμασι Χάριτες, οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς. Conf. et Peerlkamp. in Nov. Actis Traj. t. I. p. 174. Dixi etiam ad Choric. p. 10 et 181. » *B.*

CLXXXII. — Ad puerum olim severum, nunc amanti æquiorem, sero quidem. — 4 μέν σ' ἀλλ' Cod.

CLXXXIII. — Heliodori pueri oscula frigida accusat. — 1 λάβροισι Cod. — 2 χείλεσιν ηπιλέοις Cod. et apogr. Par., sed ille addito literæ ν ductu qui literæ μ similem reddit et cum sequente η jungit; μὴ φιλ. cetera apogrr., φιλέεις Jacobs. Male Wakefieldus ἀντιπιαζόμενος. — 3. Ἀγροις, scil. χείλεσιν.

CLXXXIV. Sine lemmate. — De Menedemo puero nimium facili. — 3-4. Totum distichon παρῳδία est versuum Homeri Il. Φ, 257 seqq. :

ὡς ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
ἂμ φυτὰ καὶ κήπους ὕδατι ῥόον ἡγεμονεύῃ,
χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀ μ ά ρ η ς ἐξ ἔχματα βάλλων·
τοῦ μέν τε προρέοντος ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
ὀχλεῦνται· τὸ δὲ ὦ κ α κατειβόμενον κελαρύζει
χώρῳ ἔνι προαλεῖ· φ θ ά ν ε ι δέ τ ε κ α ὶ τ ὸ ν ἄ γ ο ν τ α.

CLXXXV. Etiam in S. — Pueros nobiliores, qui fastu suo deterrent amantes, vulturum et corvorum, id est adulatorum et meretricum, prædam fore vaticinatur. — 1 καὶ περιπ. S. — 2 προσαφειέμεθα Cod., προσαφικόμεθα vulgo ex conj. Salmasii; προσεφιέμεθα S, quod posui. — 4 Διόφιλε S. Diogenis ἔννοιαν esse docet Jac. ex Stobæo Flor. XCII, 13, sive Cratetis ibid. XV, 10 : Κράτης τὰ τῶν πλουσίων χρήματα (Diogenes τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων l. c.) ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς εἴκαζεν, ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μηδὲν λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

CLXXXVI. — Puerum superbum monet, ne formæ et ætati nimis confidat. — 4 πυριχὴν Cod. Nam juvenum hæc exercitatio. — 5. Merito Jac. offendit in ἀλλὰ μέγιστον, sed improbabilem conjecturam profert. Fortasse voci ἔσχατον explicatio μέγιστον olim adscripta genuinam scripturam expulit.

CLXXXVII. — In Dionysium, ludimagistrum et pædiconem, carmen spurcum, sed festivum. — 2. Μετεκβαίνειν nos dicimus *transitionem facere* per gradus a tenuiore ad graviorem sonum, quod magni momenti est in arte recitandi. Sequentia ostendunt cur hoc illum nescire sciat Strato. — 3. « Apogr. Par νηκτῆς. Est de νήτῃ et ὑπάτῃ dictum ad XI, ep. 352, quæ sunt instrumentorum chordæ vel soni vocis. Scite ad grammaticam musica nomina transtulit, quum utriusque artis rudimenta ad easdem res pertinerent, prosodiam, rhythmum, ceteras; vide Burett. ad Plut. De mus. in Memor. Acad. Inscr. t. X, p. 190. Per νήτην seu altissimum sonum innuitur amasii os, per ὑπάτην seu gravissimum sonum et ultimum ὁ πρωκτός. Tum ad ἀμφοτέρους χρούων repetatur φθόγγους. Est κρούειν aptum de re utraque, et musica et obscœna. In fine λάμβδα καὶ ἄλφα λέγε vertam : « *dic invidis*, λαβδακίσω ἐγὼ ὑμᾶς καὶ ἀλφηστήσω ». Quæ si non bene græca videbuntur, sumantur Catulliana verba : *pædicabo ego vos et inrumabo* ». *B*. Ut Brunckius. Λάβδα vel λάμβδα de cunnilingis dictum jam ap. Aristoph. Eccles. 915. Ausonius Epigr. 128 : *Cui ipse linguam quum dedit suam λάβδα est*. Litera A ad ἀλφηστὰς respicitur, piscis genus quod pædiconibus nomen dedit, quia (ut exponit Athenæus VII, p. 281) semper duo una capiuntur, altero alterum a cauda sequente eique adhærente.

CLXXXVIII. — Osculari puerum non esse ὕβριν. — « Verba ita collocata manm : καὶ σὺ λαβών με φίλει. » *Jacobs*.

CLXXXIX. — In puerum rosis coronatum. — 2. « Ὄμματα ἔχειν, velut Latinis *habere oculos* et similia sæpe de iis dicuntur qui pulchritudinis spectatores sunt curiosi et intelligentes. Achilles Tat. VI, 21 : παρθένος τοσούτοις συννυκτερεύσασα πειραταῖς· οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς. Ibi Jacobs. Idem V, 26 : δοκῶ, τυφλὸς Θέρσανδρος ἦν. Longus III, 3 : οὐκ ἔμελλον αὐτὸ καταλιπεῖν (καλὸν τὸ μῆλον), ὀφθαλμοὺς ἔχων. Lucianus D. meretr. 1 : ἐκεῖνο θαυμάζω, τί καὶ ἐπῄνεσεν αὐτῆς ὁ στρατιώτης οὗτος, ἐκτὸς εἰ μὴ παντάπασι τυφλός ἐστιν. Theodorus Prodr. Rhod. II, p. 69. Et Galli sic loquimur. Molierius Tart. III, sc. 3 : *vous considérerez.... Que l'on n'est pas aveugle et qu'un homme est de chair*. J. B. Russeavius Adulatore IV, sc. 2 : « *Il a des qualités; votre fille a des yeux*. » *B*.

CXC. — Felicem prædicat pictorem et ipsam ceram, quæ inusta imagini pueri in lignea tabella. — 2 κιρνᾶσθαι malit Jacobs. in Add. nostroque exemplo; sed ipsius poetæ esse hanc argutiam credibile est. — 3. Σύρμα τερηδόνος, ut alibi ὁξιος, quia *tractu* sive *tractim* incedunt hæc animalia. « Grammaticus in meis notis ad Herodian. p. 58, ubi multa de vermium nominibus : δῆκες, τῶν ὑγρῶν ξύλων· θρῖπες, τῶν ξηρῶν. Arsenius Viol. p. 315 : κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δὲ ἶπες· ἄμφω γὰρ λυμαντικοί, καὶ οἱ μὲν (οἱ θρῖπες) τὰ ξύλα, οἱ δὲ τὰ κρέατα ἐσθίουσιν. Adde Creuzer. Melet. I, p. 3; Gesner. ad Lucian. Adv. ind. initio. Themistius Orat. XXI, p. 261, B : εἰ δὲ δὴ συμβαίη τῷ οὕτω φιλοχρημάτῳ καὶ ὁμιλητὰς προσφοιτᾶν θρ ι ξ ὶ ν ὀλίγαις καθάπερ ἰχθῦς δελεασθέντας· ubi miror non receptam fuisse variantem lectionem θριψὶν, quam et divinaverat Schæferus in Thesauro HStephani Londinensi. » *B*.

CXCI. — « In puerum barba subito subnascente fœdatum. Conf. Martial. IV, 7. — 1. Οὐδ' ὄναρ, quod ne minimum quidem vestigium ejus barbæ ante conspiciebatur. « *Jac*. Boiss. comparat Moschi IV, 18 : τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλλῳ. — 2. Τὸ δαιμόνιον, *fortunam, calamitatem*, aliud verbum quam ἀνέβη poscere credebat Jac. et in nostro quoque exemplo commendat Schæferi conjecturam συνέβη. Sed ἀνέβη recte tuetur Meinek. p 228; nam τὸ δαιμόνιον est illa ipsa barba succrescens. Sic etiam Boiss. : « Forsan non sollicitandum ἀνέβη. Scilicet pili illi barbæ turpes a pube ascenderant ad caput. [Imo simpliciter : *surrexerunt*.] Placet tamen conjectura συνέβη. — 4. Priami filiorum fuit *Troilus minimus natu*, teste Darete c. 7. » Eosdem opponit Callimachus ap. Cic. Tusc. I, 39.

CXCII. — Non ornatus, qui arti debentur, muliebres, sed simplex et inornata pulchritudo poetam delectat in pueris. — 4. « Vulgo λιπαινομένη. Scripto dativo visus sum mihi loci difficultatem valde minuere. Scilicet erit dativus pro absoluto genitivo, quod non est insolitum. » *B*. Imo membrorum color talis erat ob o eum per corpus inunctum, talis qualem parat oleum palæstræ. Sed præstare putamus Pauwii emendationem ἄρτι λιπαινομένη, quocum Jac. comparavit Theocr. Id. II, 79 : στήθεα (Delphidis) στίλβοντα (lunâ clarius), ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιποῦσι. Posuimus in latinis. — 5 ἀκαλλόπ. et γοητὴς Cod., γοητὶς Salmas. « Scripsi γόητις cum Jacobsio, ut δεσπότις, πολῖτις. Vide Arcad. De acc. p. 35, 24. » *B*.

CXCIII. — Artemidoro comœdo, crudeli in amantem puero, ut olim ab amasio eadem sævitia tractetur, optat. — 1 συμυρναῖαι Cod. Inprimis culta Nemesis a Smyrnæis; v. Pausan. I, 33, et intt. « De *Nemesibus* vide ad XI, ep. 216, 2. » *B*. Deinde Cod. ὅτι σοί τι λέγ., quod reduxit Boiss., nulla admonitione tuitus. Jac. de sua conjectura edidit ὅ τι σῖγα λέγουσιν, noto oxymoro, sed hic minus apto. Scripsi σοὶ (ἐ)πιλέγουσιν, *de te* sive *proprie in te conveniens dicunt*. — 2. « Μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. Dixerat Thales μέτρῳ χρῶ, et Cleobulus μέτρον ἄριστον. Vide IX, ep. 366, 1; Anecd. mea t. I, p. 139; t. IV, p. 435; schol. Luciani Phalar. I c. 7. Conf. et ad Phocyl. 99 edit. secundæ. » *B*. — 4. « Πάνθ' ὑποκρινόμενος, *omnia* (*dicis*) *quasi in scena versareris*, i. e. ficta et simulata, nihil

verum et sincerum. » *Jac.* — 6. « Fuit comediæ tunc celebris titulus, ἡ ἀποκλειομένη, de uxore a marito, vel meretrice ab amatore exclusa. Verbum ἀποκλείειν illustravi ad Aristæn. II, 16, p. 701. Vide et Upton. ad Arrian. Diss. IV. 1, 18, Schweigh. ad Epict. Man. c. 33, 13. » *B.* Erat Posidippi comici fabula, cujus paucula verba servata habes ap. Meinek. Com. t. IV, p. 514, sive p. 690 Both

CXCIV. — « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 238. » *B.* — Agrippa puer Ganymede formosior. — 5 ἂν ἔσαθρ. Cod., ἦν Brunckius; ἦν σφ' ἔσαθρ. malit Jacobs.

CXCV. — Milesius pueros inter omnes pulchritudine conspicuus, sed nesciens fortasse pilis nascentibus formam aufugere. — 3 εὐγενέας Brunck. — 4 κυπρογένεος Cod.

CXCVI. Est in S. — Lycinus puer, oculis fulgurans. — 1 'Οφθαλμοῖσιν θῆρας S, qui ὀφθαλμοῖς σκ. voluisse videtur. — 3 δύναμαί σε S. — 4 οὕτως ἀστράπτεις Cod., πῦρ γὰρ ἀστρ. S, quod recte prætulit Meinek. Anal. Alex. p. 399, ἀπαστράπτεις restituens.

CXCVII. — Ad Philippum puerum : brevem esse florem ætatis. — 1. « Καιρὸν γνῶθι sententia fuit Periandri (vide mea Anecdota t. I, p. 144); quam Pittaco tribuunt alii, alii Chiloni. Cf. Append. ep. 206. » *B.*

CXCVIII. — Omnes sine discrimine se pulchros pueros amare. « Sic Ovidius Amor. II, el. 4, 9 :

Non est certa meos quæ forma irritet amores;
Centum sunt causæ, cur ego semper amem. » *Jac.*

— 1 προστάσσω Cod., corr. Salmas.

CXCIX. — Ebrietate se corripi sentit in convivio. — 3 χώς λ. Cod., χὼ Brunck., vertens *je vois double.* — 4 πολλάκις Cod. — 6. « Εἰς ὑδροχόον, id est Ganymedem. Mythographus Bodii p. III, 11, p. 256. *Ganymedes factus est pincerna Jovis; qui propter gratiam propinationis meruit fieri signum cœleste, quod Aquarius dicitur.* Ap. Lucian. D. deor. IV, 3, Οὐκέτι ἄνθρωπος, Jupiter ait Ganymedi, ἀλλ' ἀθάνατος γενήσῃ, καὶ ἀστέρα σου φαίνεσθαι ποιήσω κάλλιστον. Codex 1310 [male] ἀλλὰ θεὸς ἀθάν. γ. κ. ἀστ. σοι φαίν. » *B.* Quo loco v. not. Hemst.

CC. — « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 259. Ad sententiam universam epigrammatis conf. ep. 173; V, ep. 42. Et si quæris similia, vide Burmann. ad Anth. Lat. III, 225, meas notas ad Aristæn. I, 12, p. 404, et ad Bertini Amores I, 3, p. 10; Chevræum Opp. Misc. t. I, p 531; Menagiana t. II, p. 165; Carpentariana p. 247; Bellomarchæum Nupt. Figari V, sc. 7. Sed talium quis finis aut modus, si per omnia ibo quæ memini aut notavi? » *B.* Alia Jac. t. X, p. 88. — 2 χειρὸς Cod.

CCI. Sine lemmate. — « Noctem Cleonicus poetæ promiserat. Qui quum datam fefellisset fidem, poeta se jurejurando obstricturus est, se puerum nunquam in posterum in domum suam recepturum esse. Sed statim se ab illo consilio revocat et puerum excusat, et eum proximo die venturum esse sperat. » *Jac.* — 2. « De formula οὐ μὰ τὸν vide ad Sinoc. Opuscula p. 178, Toupium Emend. t. II. p. 324. Conf. VII, ep. 552. » *B.* Sed hic abest nomen non ex illo usu, sed quia se interrumpit poeta nec absolvit orationem. — 4. « Conf. Callimach. ep. 149, 4, ubi Bentl. Gallice : *je ne mourrai-pas pour attendre un jour.* » *Brunck.*

CCII. Etiam hoc sine lemmate. — Literis a Damide puero acceptis, Smyrna Sardes per aerem Amoris alis volat. — 1 ἀγαγέν δέ με Cod. — 2. « Γράμμα ὃ ἔλεγεν. Sic Theophrast. Char. XXIII : γράμματα εἰπεῖν ὡς παρ' Ἀντιπάτρου, τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. In quibus se valde impediunt interpretes. Sensus obvius is est : literas scilicet ab Antipatro venisse quibus nuntietur ipsum cum duobus tantum comitibus in Macedoniam se recepisse. Opponunt quidem nil tale de Antipatro ab historicis narratum fuisse. Sed de re quæ sit vera non est quærendum, sed quæ potuerit tunc non absurda videri. Atqui bello Lamiaco non semper Antipatro fortuna favebat, adeo ut potuerint falsi rumores de afflicto Macedonum exercitu spargi. » *B.* — 3. Supplendum foret ἦλθον, sed probabilius Jacobs. ῥίμφ' ἴδ' ἀπὸ Σμ., deleta distinctione majore post ἔλεγεν, ut ad ἀγαγέν με referatur. Quod et in nostro exemplo commendat. Salmasius scripserat Σάρδιας ἔδραμον · ἦ μου. — 4 εἰ ζητεῖς Cod., corr. Salmas. Ἤτρεχεν, scil. certans mecum.

CCIII. — 2 ἀπάγω Cod., corr. Salmas. Hic versus priorem explicat.

CCIV. — De formosi pueri cum fœdo pædicone consuetudine. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t II, p. 263. — 1 χαλκείων Cod. Χρύσεα χαλκείων verba sunt Homeri Il. Z, 238, in narratione de Glauco ac Diomede arma permutantibus, quæ parœmiace a plurimis sunt scriptoribus usurpata. A me notatis in Notitt. manuscrr. t. X, part. 2, p. 16 et 160, nunc adde notata ad Niceph. Chumni Ep CXLVIII, p. 170 seq. » *B.* De ludo δὸς λάβε conf. ad IX, ep. 546, 7. — 3 σύκα μύκαισιν Cod. — 4. Γαλαθηναὶ ἄρνες Theocr. XVIII, 41.

CCV. — De tenello puero vicini, nondum custodito. — 3 ἀφυλάκτοις Cod., corr. Salmas.

CCVI. — « Dialogus est pædotribæ et pueri, ambiguiter translatis ad luctam veneream palæstricis verbis. Initium [quo mutilum esse epigr. censebat Brunckius] nondum potuit sanari a criticis. — 1. Propono : Νῦν τοῦτ'· ὦ ! φωνῶ. Sic jusserit Diophantus ludimagister; *Nunc hoc age : oh ! aio.* » *B.* Item improbabiliter in apographis correctum ἦν τοῦτο φρονέῃς aut ἦν πού τι φρονέω, hoc Salmasii. Jac. tentabat : ἦν τοῦτ', ὦ φίλ', ὀκνῇς. — 4. Propria erat puerorum lucta, sec. Pausaniam VI, 8, olympiade XXXVII primum exhibita. Hic de diversitate puerilis veneris dictum. — 5 ὄχλου Cod., ὀχλοῦ, « id est κινοῦ, *ceve* » Brunckius. Quod in græcis non mutans Boiss. annotat : « Revocavi ὄχλου. Jungebant etiam ὀχλοῦ καὶ μένε, quod ego sejunxi. Præterea velim μόχλου. Diophantus agentem compellans, μόχλου, ait, id est βαλάνωσον. Tum patientem alloquitur, μένε, Κύρι. Idem amasius nominatur, ep. 213 Sed putidum est circa talia diutius immorari. » *B.* Cod. κύρι.

CCVII. — De pulchra σαύρᾳ (conf. ep. 3, 5) Dioclis pueri. — 1 σαύραν Cod. — 2. Ἔμβασις, solium, latine etiam *descensio.* Participio ad Venerem respicitur, quod majuscula litera Jac. indicavit. — 3 ταύτης Cod., lapsu. — 4 ταύτῃ Cod.; ταύτης οὐ προέκρινε Salmasius. « Sed in προκατέκρινε propter vocabuli longitudinem prima producitur; fortasse etiam ταύτῃ tuearis analogia aliorum quorundam compositorum cum πρό, quæ dativum adsciscunt; malim

tamen ταύτης [receptum a Boiss.]. Ut autem in προκρίνειν præpositio interdum abundare videtur, sic etiam in προκατακρίνειν. » *Jac.* Præstat intelligere πρὸ ταύτης, non duas deas, sed ipsas tres, Venerem quoque, condemnasset *præ hac*, potius quam hanc.

CCVIII. — « Librum quendam, haud dubie carminum suorum volumen, poeta alloquitur, eumque felicem prædicat, quod in puerorum manus venturus sit. Deinde eundem rogat, ut puerorum animos auctori suo conciliet. — 1. *Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in urbem*, Ovidius. — 2 ἀναθλίψαι Brunckius frustra. In evolvendis chartarum voluminibus partem nondum evolutam mento (γενείῳ) subjiciebant, primorem autem partem subinde explicantes ambabus tenebant manibus simulque legebant, eam interim, quæ nondum erat explicata, sub mento convolutam tenentes. Verba sunt Salmasii ad Solin. p. 278. » *Jac.* — 6 θίγειν Cod. et Boiss. Κεῖνα sunt quæ Aristophani τὸ δεῖνα.

CCIX. Etiam in S. - Quomodo concumbere ipsi debeat Diphilus puer. — 2 μὴ δειςησ Cod., δείσῃς S; μηδ' εἴπῃς correctum in apogr. Lips., fort. a Reiskio. 'Εξ ἀγέλης, ut Latini *de grege*, vulgare. — 3 ἔστω που πορνικὰ φιλήματα Cod., ἔστω προύνεικα πεῶτι φιλήματα S; προύνεικα λαλήματα conjecit Salmas.; ἔστω πορνικὰ κεῖνα φιλ. in apographo Lips. « Scribendum ἔστω προυνικὰ πρῶτα φιλήματα. Hæc enim hujus adjectivi genuina scriptura est, non προύνεικος vel προυνεικός. Nec Salmasius recte interpretatur *oscula præcursoria*. Sunt potius ἀκόλαστα, *lasciva*. Pro φιλήματα autem optime Jacobsius θιγήματα. » *Meinekius* Anal. Alex. p. 398. Quæ recepimus. Boiss. scribebat ἔστω πορνικὰ σοῦ τὰ φιλήματα et sequenti versu θίγημα, a Jac. propositum. — 4 κνῆσμα S, « quod vide ne alteri præstet. » *Mein.*

CCX. — Spurcum epigramma ut simile XI, n. 225 et Ausonii CXIX. — 3 εἰς μέσος γὰρ Cod., μέσσος Schæferus et Boiss.; εἰς μέσος· δὲ γὰρ prætulit Jac. « ob lenitatem et rhythmum bucolicum ».

CCXI. — Puerum amanti multo suavius morem gerere quam hero. — 1 ὑπὲρ οὐς ἔτι Cod. — 2 ὀρθῶς αἰδεῖσαι Cod., corr. Salmas. Sic ap. Martialem virgo *metuit teli vulnera prima novi*.

CCXII. — Mercedem poscente puero devovet illum qui docuit. — 1. Scil. εἰ. — 2 εἶπον Cod., non εἰπόν. Vide ad ep. 168, 5. Deinde μὴ δ' δύναι, corr. Salmas. — 3 τὴν χεῖρα μοι Cod. « Gestus est scilicet solitus eorum qui mendicant. Vide Broeckhus. ad Tibull. II, el. 4, 14. Libanius t. I, p. 247 : εἶναι γὰρ ἐνίους τῶν ἄγαν πλουσίων μᾶλλον ἀξίους ἐλεεῖσθαι ἢ οἷς ἡ δεξιὰ διὰ πάσης ἡμέρας ὑπτία τέτακται (cod. 1000 : τέτακται ὑπτία) προκαλουμένη τὸν δώσοντα. Quod conferendum cum Aristophaneis Eccles. 772, de deorum statuis : ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν, Οὐχ ὥς τι δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται. Eum statuarum veterum habitum illustravit Letronn. in Annal. Instituti Archæol. t. VI. Et idolum Moloch manibus stabat expansis, quasi prehensurum oblata dona; vide Buxtorf. Lex., Chevræana t. I, p. 396. Cf Append. ep. 65. » *B.* — 5 φιλίης Cod., φίλιαι Brunckius; κοπτῆς γε φίλης Salmas. Κοπτή, κοπτόν, plene κοπτοπλακοῦς dicebatur placenta μελίπηκτος, ex contusis cum melle mixtis confecta. — 6. « Dexteritas nucum acervos nucibus petendi et dejiciendi. » *Salmas.* Alii ad ἀρτιασμὸν ludum referunt quem describit Pollux X, 101. Legendi *Nucis* elegiæ versus 73 et seqq. de his ludis. — 7 ὡς iv Cod. esse videtur, ὡς Boiss.

CCXIII. — Ad puerum parieti applicantem femora.

CCXIV. Est in S. — Pæderasta puero numos offerens — 2 δώρηται S.

CCXV. — Monitum de forma cito peritura. — 2 κύρις Cod. Sed haud dubie *Cyris*, sæpius memoratus, intelligitur. Quare Κῦρι; scribo, quod cum τί μέλλεις non minus recte dicitur quam vocativus Κῦρι, ob correptum ι non admittendus. In Anal. Jac. Κῦρι; βεβούλευσαι.

CCXVI. — Mentulam alloquitur. Conf. ep. 232. Jac. comparavit Ovid. Amor. III, el. 7, 67 seqq. — 1 κευτονος Cod., non ἢ εὔτονος. — 2 ὅλον Cod., ὅλως nonnulla apographa. Corrigenda superest media syllaba pentametri; ἐχθὲς ἔην Jac. et Passov.; μηδὲν ὅλως Friedemannus.

CCXVII. — Ad tenellum puerum in bellum proficiscentem. — 1 στρατιὴν Salmas. sine necessitate. — 2 οὕτως ὁρῶ Cod., corr. Salmas. Vulgarem distinctionem τί ποιεῖς; οὗτος, ὅρα, μετάθου mutandam esse putavi. — 5 μακάριστος ἐκ. ὁστισποτε Cod.

CCXVIII. — In puerum qui arridet quidem, sed nunquam ad ejus preces respondet. — 2 εἰπὸν vulgo. Cod. πᾶσι φίλε. Ταῦτα assentientis responsum est.

CCXIX. Ad grammaticos mercedem pro pueris erudiendis poscentes : se gratis illos, aut mercede etiam insuper appensa, eruditurum. — 1 διδάσκαλοι « admirative » Jacobs., interrogative Boiss. cum Schæfero. — 5. Πεμπέτω, tradat (mihi).

CCXX. — Festiva interpretatio mythi de Prometheo. — 2. 'Ηφάνισας, *corrupisti*, ut ep. 212, 8. — 3. Pro ἐνέβαλες.

CCXXI. — Tabulam pictam, cui respondet hoc poemation, Benndorfius p. 54 citat ex Plinio XXXIV, 74 : *Leochares* (pinxit) *aquilam sentientem quid rapiat in Ganymede et cui ferat, parcentemque unguibus etiam per vestem puero.* — 1 στῖχε Cod. Deinde verum videtur ἀνέρχεο, quod proposuit Benndorfius : « conf. Jahn. *archæol. Beitr.* p. 20, qui comparat Nonnum XV, 280 et Martial. I, ep. 6, 1. » — 3 μὴ δεδειηι Cod., superposito με inter duas voces; μηδὲ μεθείης Salmas.

CCXXII. Sine lemmate. — Historia de pædotriba puerum in alia, ac jussus erat, palæstra exercente. — 2 κάμψας edebatur, quod ob metrum correxit Meinek. p. 218. Ποιεῖν τὰ ἀπὸ γονατίου, quod Palæstra meretrix dixit ap. Lucian. Asino c. 10, et Aristoph. Eccles. 894 seqq. memorat Jac. — 3 χειρὶ Cod. et κώκους, in marg. κόκκους. — 5 ποσὶν Cod. « Ruhnkenius Epist. ad Valck. p. 37, legendum putat ὡς δὲ τάχος τ. π. ὑποστρώσας, nil quidem affirmans. In fine προσέειπεν et φησὶ stare simul posse negat. Brunckii conjectura φημί, quæ facilis est, inutilis est etiam. » *B.* — 6 χειρὶ Cod. « Sic enim solent palæstritæ : pedes pedibus subvincire et manibus collum stringere; v. Lucian. Gymnas. c. 1, Philostr. Imag. II, 6. » *Jac.* — 8. Sic illato φησί sive ἔφη nihil frequentius.

CCXXIII. Etiam in S. — Quomodo spectet formosum puerum sibi obviam factum. Sed mirum et insolitum est in Stratone hunc puerum non nominari; neque quæ dicit moris esse sui poeta ipse nos multis docuit. Hac causa, ut videtur, nomen pueri in primis verbis latere suspicabatur

29.

Meinek. Anal. Alex. p. 398, cui nec τερπνόν placet. Jam quum ex S editum esset Πεπονόσου τὸ πρ., conjecit Τεπνόσου vel Κεσκούσου, « quod pueri meritorii non magis ineptum nomen est quam Κεσκούριον meretricis ap. Athenæum. » Sed in Stratone hoc ineptum esse omnes qui legerunt consentient. De re audias Boiss. ad Choric. p. 133 : « Mirationem nulli non facit nomen Περπούσου in Anecd. Paris. t. IV, p. 387.... Ipse reperio in meo apographo τερπνὸν ὅλον τὸ πρ. Et nunc inspecto rursus manuscripto reperio τερπν ὅλον literis valde pallidis ac male formato λ ut ρ esse videatur Meam lectionem, nomine Περπούρου procul amandato, confirmat Strato editus. » Scribam Τέρπνου. cujus nominis proprii exempla sunt. ὅλως cum ἀπαρκεῖ jungens Significat poeta in hoc puero se a moribus suis discedere. Conf. ep. 227. — 4. « Veteris poetæ cujusdam parodiam hæc verba redolent. » *Jac.*

CCXXIV. In S. — Diphilum puerum monet, suum amorem et ipsius pulchritudinem esse fugitiva : quare utrique utroque esse utendum in tempore. — 1. Ἀπὸ πρώτης (supplent ἀρχῆς), *primum, statim, ante omnia.* — 2 φράζευ ὅπω: ἔστε S. « Quæ vera videtur lectio. » *Jac.* nott. mss. Legebatur φράζεο πῶς. — 4 χύρια Cod., corr. Brunck. — 5 εἰ δ' ἀσύναπτα conj. Jacobs., sed ἀφύλακτα recte explicat : nisi his alatis mutua adsit custodia. — 6 ᾤχετ' editum ex Cod.; οἴχετ' S, quod recepi.

CCXXV. — Mane non esse prædicandum ne *hesternæ occurras cœnæ.* — 2. Ταῦρον nonnulli nominabant τὸν ὄρρον, *podicem.* Lector ἄκακος intelliget astra Tauri et Canis. — 3 χαρποδόχου μητέρος Cod., correctum in apographis plerisque Δημήτερος, in duobus χαρποτόκου. « Revocavi quod est in Codice χαρποδόχου. An κοπροδόχου? » *B.* Quod alienum a mente poetæ; sed alterum velim explicasset. Suspicabar olim scriptum — τόκου in — δόχου abiisse male intellectis literis Δη ad corrigendum vitium μητέρος adscriptis; sed verum detexit Heckerus p. 81, χαρπολόγου. — 4. Dicit Ἥβην, sed intelligit appellativum ἥβην, *pubem.*

CCXXVI. — Ægritudo poetæ et noctes insomnes, Theodoro, quem deperibat, peregre profecto. — 2 ἄγρυπον Cod. — 3 ἡμιχατουν ἐδ. Cod., corr. Schæferus. — 4 ἐσιδὼν Cod., corr. Jacobs. In patriam urbem suam. — 6 κοίτας Cod., κοῖτας post Brunckium, cujus nihil simile vidi ap. Stratonem : quare corruptam esse vocem assentior Jacobsio, nisi κοίτας μουνολεχεῖς οὐκέτ' corrigas. De νύκτας cogitandum non videtur, in quo librarius nemo erravisset.

CCXXVII. — Non aspiciens præterire formosum puerum non valet poeta, si vel maxime velit. Integrum est epigramma nec potest tanquam clausula adjungi epigrammati 223, cujus longe diversa sententia est.

CCXXVIII. Sine lemmate. — Ad Mœrin, de justo tempore puerilis amoris.— 1. « Ἠλιτόμηνος Hesychio πρόωρος, ὠμός, hoc loco is qui nondum justum annorum numerum explevit. Talis puer dicitur ἁμαρτεῖν εἰς καιρόν, quasi peccare in ipsam illam ætatulam, quæ nondum *æquare amorem* valet, ut loquitur Virgilius. Ἄφρονα autem, a puero ad tempus translato epitheto, de eo qui sensum amoris nondum habet. — 2 φέρε Cod. Τῷ πείθοντι, scil. τὸν παῖδα. — 3 παρήλικα καὶ παιδ. Cod., dittographia. — 5 Τὸ μὲν οὐκέτι ad exoleti ætatem, τὸ μὲν οὔπω ad immaturam referendum. » *Jac.*

CCXXIX. — Ad Alexin puerum, deflorescente pulchritudine justas superbiæ suæ pœnas Nemesi pendentem. « Gallice vertit Larcher. ad Charit. t. II, p. 203, non intellectis verbis δι' ἣν ὑπὸ κόλπον πτύομεν, ad quæ conf. epigr. Plan. 251. De illa spuendi superstitione ad avertenda mala vide Longopetr. ad Theocrit. VI, 39, p. 228, ad quem et ego apposui multa in altera editione. » *B.* — 2 ὑστερόνων Cod., corr. Salmas. — 4. Τὸ φθονερόν, pulchritudo quæ longum sui usum mortalibus invidet. — 5. Τριχάλεπτος i. q. τριχάλεπος, παγχάλεπος, delecta voce ob lusum in τρίχα λεπτός, de quo vide Jacobsii expositionem in Thes. s. v.

CCXXX. — Jovem rogat poeta ut, Ganymedis memor, Theocritum puerum, si morem gerat, favore, adversantem infesto odio prosequatur. — 1 ἐμ' ὀχθεῖ Cod., correctum in apogr. Vossiano. — 4 καὶ ἁ ποθ' ἠράσθης Cod., correctum in edd. Callimachi. De altero amore Theocritus VIII, 60 :

Ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην, καὶ σὺ γυναικοφίλας.

CCXXXI. — Felicem prædicat Eucliden, patre defuncto libere indulgentem amoribus; se esse miserum ob patris « immortalitatem ». — 4. πατρὸς θανάτου Cod., corr. Salmasius.

CCXXXII. — Ejusdem argumenti quo ep. 216, Lusus Priap. 83, Ovid. Amor. III, el. 7, 65 seqq. — 1. Ἀνώνυμον, quod sp. Aristophanem τὸ δεῖνα. — 2 ἐντέτασ' αἰδὼς ἂν Cod. — 3 ὅτε νεμεσ. Cod., sine μοι. — 4 ἃ θέλω Cod. « Vitium frequens quo ω et ο confunduntur animadverti in edito ἃ θέλω. Quum invenerim in apogr. Par. ἃ θέλων, inde feci ἃ ʼθέλον, quod Jacobsio non displicuisse intellexi. » *Boiss.* ad Choric. p. 349. In Analectis quidem, in Pal. autem θέλω servat, recte, opinor. Certe scribi debebat ἃ θέλον.

CCXXXIII. — « Ludit poeta, comœdum quendam amans non satis morigerum, circa titulos Menandrearum fabularum. Vide Meinek. ad Menandri Γεωργὸν p. 34. » *B.* Sive p. 10 ed. Didot., et quæ de ceteris fabulis dicta suis locis. — 1 κώμωδε Cod. Non esse proprium nomen monuit Bœttiger. hoc epigr. tractans in Specim. edit. Terentii p. 60. Strue (τὸ) τὴν ἀκμὴν (florem ætatis) ἔχειν νομίζεις θησαυρόν. — 4. « Τὴν περικειρομένην, scil. ἀκμὴν, crines qui puerum in flore ætatis ornant. Tondebantur pueri annos pubertatis ingressi. Item catamiti, quando nova nupta domum mariti ingrediebatur. In eo situs est aculeus epigrammatis. » *Bœttiger.*

CCXXXIV. In Plan. *Meleagro* inscriptum. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 132. » *B.* Qui similia XXIII, 28 seqq., cum aliis multis. — 1 γίγνωσκ' Cod. — 2 ἐρρίφη Cod., corr. Plan. Nostro exemplo adscripsit Jac. : « Fort. ἄφνως ἐρρίφη ἐν κοπρίοις. » — 4 ομη Cod., ὁμῆ Jac., ὁμοῦ Plan., qui etiam ἐξεμάραν' ὁ χρ.

CCXXXV. Etiam in Plan. hoc ep. sequitur præcedens cum τοῦ αὐτοῦ, quod ibi est *Meleagri.* Habet etiam S.

CCXXXVI. — In eunuchum qui pulchros pueros alit, nec ipse eorum fructum decerpens et aliis invidens. — 2. « Nam fœde eorum pudicitia abutitur, solidæ et robustæ voluptati impar. *Scelus illud ingens* significare videtur, quod in Pontico vituperat Martialis IX, ep. 42; XI, ep. 23.

— 3 φάτνῃ ῥόδα Cod. In quo merito mireris rosas in præsepi servatas, cane custode apposito. Apte proverbio utitur Lucian. Tim. c. 14. » *Jac.* Qui Add. p. LXXXV conj. ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα, sive φρουρῶν ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα, « nam *rosæ* satis apte dictæ de pulchris pueris; et fuit fortasse aliud proverbium ὡς κύων ῥόδα φυλάττων. » Quod ipsum confirmat in aliquot collectionibus relatum prov. Κύων ἐν ῥόδοις (Append. III, 54 ed. Gotting.), et φυλάσσων supplendum, ut in ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον multisque aliis. Itaque φασὶν a Stratone scriptum fuisse credo. Boissonadii hæc sunt : « Pro ῥόδα recepi meam conjecturam σφόδρα, quam proposueram olim ad Holstenii Epist. p. 106. Opponuntur σφόδρα et μωρά. In μωρὰ fit respectus ad κύνας ὑλακομώρους Odyss. XIV, 29. Proverbium κύων ἐν φάτνῃ ibidem illustravi. Molierius Principe Elidis IV sc. 6 : *S'il vous aimait, vous n'en voudriez point, et cependant vous ne voulez pas qu'il soit à une autre; c'est faire justement comme le chien du jardinier.* Sic Retif. Domino Nicolao p. 3052. — 4. Manasses Fragm. VI, 27 describit εὐνούχων γένος· Καὶ μὴ δυνάμενον ποιεῖν, εἴργει τοὺς δυναμένους. Vide quæ ibi notavi. Garatus Mem. Suardi t. I, p. 8, de eunuchis : *Ils ne sont consolés qu'en rendant impossibles autour d'eux les jouissances dont le fer les a rendus incapables* ».

CCXXXVII. — Ad puerum simulatæ castitatis et perjurum. Legitur in S, ubi v. 1 omissus, ceteri hoc ordine positi : 3. 2. 4. — 1. Βάναυσον Automedon quoque appellat puerum corpus non vulgantem, XI, ep. 326, 3. — 2 μηκέτι διδόναι S. — 4. Conf. Ovid. Amor. II, el. 8, 25 seqq.

CCXXXVIII. Sine lemmate. — Par utrique jucunditas in ἀλληλισμῷ. — 3 δ' ἄρ' οἱ αὐτοὶ Jacobs., οἱ δ' αὐτοὶ Heckerus p. 348, ob hiatum. — 5, 6. Strue ὁ ἄλλοτε προδιδοὺς ἵσταται ἄλλοτε πάλιν ὄπισθεν. — 7 ἐστι Cod. — 8. « Admove Erasmi Adagium I, 7, 99, « *fricantem refrica* ». Aristides Orat. XLVI, p. 300 : τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν καὶ τοῖς ὄνοις ἡ παροιμία δήπου δίδωσι. Ibi scholia. » *B.*

CCXXXIX. — 1 καὶ εἴκοσι δ' ἀντία Cod. et Plan., nisi quod hic αὐτίκα, quod recepit Boiss., Jacobs. quoque δ' αὐτίκ' ἀφέξεις, *accipies*, qui olim αὔριον ἕξεις proponebat. Salmasii est quod Brunckius ut de suo edidit δέξο pro δώσω. Hoc servans Jac. ob metrum ἐείκοσι scripsit. — 2 χρυσοῦ Plan. Χρυσοῦς viginti drachmas valebat. In distinctione consentiunt Jac. not. mss. et Boiss. Memoranda est Meinekii conjectura prodita in Curis critt. in Comic. fragm. p. 19 :

α. Πέντ' αἰτεῖς; β. Δέκα δὸς καὶ ἐείκοσιν· ἀντία δ' ἕξεις.
α. Ἀρκεῖ σοι χρυσοῦς· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

Anteriora tibi dabo. Alter respondet nimium pretium esse drachmas triginta, quum ipsa Danae *aureo* contenta fuerit, drachmis viginti. Quod nunc legitur sanum esse potest. Mirificum puerum, cui obviam fit, præterire non poterat Strato; detestans licet postulantes huic cito dat et auget adeo pretium, laude tamen nulla ornans puerum.

CCXL. Sine lemmate. — Per senectutem se jam veneri ineptum redditum queritur. — 1 πολιαὶ αἱ ἐπὶ Cod., corr. Hermannus. Sed prætferam equidem quod olim proposuit Jac., Ἤδη μοι πολιοῦνται ἐπὶ κρ.

CCXLI. In S. — 1 πεποίηκ. S. Nitidiora hæc reddit Jacobsii conjectura, fortasse contra mentem poetæ :

Ἄγκιστρον προέηκας, ἔχεις ἐμὲ δ' ἰχθύα, τέκνον·
ἕλκε δ' ὅποι βούλει, etc.

— 2. Μὴ τρέχε. Nimirum lenta manu hamus adducendus, ne piscis aufugiat.

CCXLII. — Alia recensio epigrammatis 21 capitis XI. Conf. Hecker. I, p. 221. — 1 σαῦραν et ἀνιμ' ἔδειξας Cod. corr. Salmas.

CCXLIII. — 1 ἀπόλωλε καὶ Cod., simili syllaba κε absorpta. — 2 ἐκφέρομαι olim Jacobsius, valde probabiliter, ut mireris in Palat. ne memoravisse quidem. Boiss. : « Vult adhuc, etsi carni morbum debeat, carnem tangere. [Indigna egregio viro explicatio.] Chaulieus abbas et Epicuri de grege porcus ad Curtinum eumque abbatem scripsit inhoneste et indecore :

Quand trouverai corps gentil et cœur tendre,
Qui voudra bien la goutte me donner,
Je suis, abbé, tout prêt à la reprendre. »

Jac. : « Obscuro lusui in ποδάγραν et κρεάγραν fortasse lux affulget ex Eustath. Il. p. 645, 43 : τὴν δὲ κρεάγραν καὶ ἅρπαγα καὶ λύκον ὁ Παυσανίας καλεῖσθαί φησι. Λύκοι autem appellabantur etiam pædicones. »

CCXLIV. — 2 ξανθὸν, εὐθὺς Cod. et Boiss., δ' Hermanno auctore addidit Jac.

CCXLV. — Puerili amore homines præstare bestiis.

CCXLVI. — Inter binos fratres, qui se amant, hæret utri se dedat. — 1 φιλεῖ, κοὐκ Jacobsius, sed hiatum servat Boiss., in hac distinctione sententiæ fortasse quæsitum, ut in similibus ap. Virgilium cernitur. — 3 ἀποστίχει Cod. — 4. « Τὸ λειπόμενον, absentis desiderium. » *Salm.*

CCXLVII. — Theodorum comparat Merionæ ministro et ἑταίρῳ Idomenei. Jam vidimus qui usus fuerit vocis μηριόνης. — 1 τροίη Cod., quod tenet Boiss.; vulgo Τροίην. — 5 τελεῖς Salmas. — 6 νῦν δ' ἄγε (apogr. Par. δέ γε) πεινῶμεν καὶ διὰ μηρ. Cod.; ἄγ' ἐπαινῶμεν καὶ διαμηριόνην (ficto vocabulo) Reiskius; πίνωμεν καὶ διαμηρίσομεν Toupius; ἄγ' ἑταιρῶμεν Jacobs.; ἄγ' ἐπείγωμεν (pro ἐπειγώμεθα) Hermannus; « pro corrupto verbo πεινῶμεν scripsi τείνωμεν. In nomine μηριόνης parilis lusus ep. 37; V, ep. 36. » *Boiss.*, non explicans quomodo διὰ μηριόνην sit intelligendum. Cujus incuriosus erat et Jacobs. nostro exemplo appingens : « Fort. πειρῶμεν. » Idem conjecit Heckerus p. 368, scribens ναὶ Δία, quod mihi necessarium videtur, donec per interiorem harum rerum scientiam aliquis explicet voculam διά. Hecker. confert πειράζεις λίθον ep. 213, 2; τὰ πρὸ πείρας ep. 251, 2.

CCXLVIII. — Semper rem habens cum eodem puero non sentit eum deflorescere. — 4. Σὺ δ' ἀρέσει, scil. τὴν σήμερον.

CCXLIX. — « Ad apem quæ in pueri ore consederat. Expressum ex Meleagro V, ep. 163. » *Jac.* — 1. « Epithetum βουποίητε illustretur ex notatis ad IX, ep. 503 *. Conf. IX, ep. 363 et 548. — 4. Esse ἀκηροτάτου pro ἀκηρατωτάτου monstravit Wyttenb. ad Plut. De adul. p. 433, ubi de formis brevioribus adjectivorum natura longiorum disserit. Est εὐαλώτερος in scholiis ad Pindarum Ol. X,

29. pro εὐαλωτότερος. — 5. Apogr. Par. μελιπαιδας. » *B.* Codex μελιπαιδας. et in fine σίμβλοις, corr. Salmas.

CCL. — Amato puero promissa munera allaturus est. — 1 ἐπὶ κῶμον Brunck. — 2. Versus apud Plat. Phædr. p. 241, D : Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὣς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. Vide ad XI, ep. 216, 5. — 5. « Vulgo τί φέρων cum interrogatione. Malui scriptum apographi τι. » *B.* Alterum visum melius. — 6. « Fuit tempus, quo apud Græcos, Asiaticos præsertim, Romana perfidia in proverbium abire potuit. » *Brunck.*

CCLI. — Ad Diphilum puerum nunc jam ad rem venerean maturum. — 2 εἰς γὰρ Cod., corr. Schneider. — 3 ὄπισθεν Codex. Homeri verbis Od. A, 66 : Νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων... facete abutitur. — 4 ἔστω Cod., quod corrector in ἴστω mutare voluisse videtur.

CCLII. — Comissabundus poeta clausæ amasii januæ incendium minatur. — 1 τᾶι λ. Cod., corr. Jac. — 4. « Πωλήσω. Ostendit Salmasius Observ. ad jus Attic. c. 13, p. 351, esse πωλεῖν *vendere*; πωλεῖσθαι, *sæpius in eundem locum convenire et congredi.* Potuit tamen negligentior usus etiam activum πωλεῖν tolerare. Et nihil mutare visum est. » *B.* Cujus « negligentiæ » in hoc verbo exemplum nullum; φωλήσω, *insidias faciam*, conj. Salmasius, quod arridebat Jacobsio, qui de re addit : « Oblique perstringit poeta lascivos Italorum mores, apud quos pueri facilius admittunt amantes. »

CCLIII. Ebrius ab amato puero irrisus loquitur, de ultione cogitans, ni puer ad patris latus accumberet. Inter duo disticha, laxius juncta, unum fortasse excidisse observat Jac., nec satis apparet totum argumentum, de quo Boiss. confidentius statuisse videtur. — 1 οὐχ ἵνα παύσῃ; Cod. et apogr. Par. « Scripsi οὐκ ἀνάπαυσις, emendatione valde facili, qua sententiam non ineptam distichon lucratur. » *B.* — 2 καί μ' ὁ Cod ; καὶ Jacobs., quod recepit Boiss.

CCLIV. — In puerorum gregem, quos poeta cum Amoribus ex templo forte procedentibus comparat. — 2 καταστίλβειν Cod., corr. Salm. vel Brunck. — 3 οὐ δύναμ' εἰπεῖν Cod., corr. Klotzius. — 5 πολλοῦ Cod., superposito ὠ. 6 πόσους Cod., corr. Brunck.

CCLV. — In pæderastam, qui exoletis delectabatur. — 2 ῥήμασιν Cod., corr. Salmas. Strue ἡ λέξις, τοῦ ῥήματος ἐξ ἑτέρου τ. ἄλλ. — 3. « De nomine βοῦπαις vide not. ad Theoph. Sim. Ep. 69, p. 301 ; Burmann. ad Anth. Lat. II, ep. 257, 258 ; schol. infra ad Plan. ep. 67. » *B.* — 5, 6. Sensus : tu iis pueris oblectaris, quos ego rejeci Pythiorum nimirum celebratio incidebat in vernos menses, Olympiorum in æstivos. Qui ad illa serius venerant, vel ab agonothetis rejecti fuerant, Olympiam proficisci ibique fortunam experiri poterant. » *Jacobs.*

CCLVI. — « Præfationis loco hoc carmen, quo puerorum coronam nectit, Meleager præposuisse videtur ei carminum suorum parti, quæ epigrammata complectebatur παιδικά. Hanc vero coronam non ab ipso poeta, sed, ut par erat, ab Amore contextam, Veneri dedicat. » *Jac.* — 1 χερὶ Cod. — 3 κατέπλεξε Cod. — 5 ἐνέπλεκεν, ὅς ῥ' ἀπ' ἀκάνθης Ἦν ῥόδον Brunck. De sensu Græfius : « Imo etiam Heraclitum intexuit, ut esset rosa de spinis decerpta ; quod in utramque partem, laudem et vituperium, accipi potest, si rosæ ejus fortasse jam spinis obsidebantur, uti alius verbis : οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον, in simili causa lusit. Ita εἰς βέλος ἀσῆκεν ἑαυτὸν Anacreon dixit od. XIV. » — 6 ὡς ῥόδου conj. Jacobs. « Εἰς ῥόδον corruptum videtur. Forsan τις ῥόδον, « velut a spinis decerpit aliquis rosam ». Sed dubito valde de ponendo pronomine τις in ea versus sede. Forsan et τὸ ῥόδον. » *B.* — 10. « Pueri nomen et plantæ, cum qua comparatur, videtur latere. » *Jac.* nott. ms. In Add. conjiciebat μύρτου δ' Ἀρχιτέλην κλῶνας ἀπέδρ. Græfius minus probabilia tentabat. « Corrupta. Quis exspectavit nomen ἀρετῆς? Scripsi ἱμερτοῦς δ' Ἀράτου. Quod quidem poterit lectorem juvare. Sed desidero plantæ nomen. [Verti Ἀρετου.] — 11. Ὀλύσσῃ νήσων T. Conf. ep. 56, 7 ; Plan. ep. 49, 3 — 12. Παίδων Κυπρίδος mihi ἄνθεα τοῦ Ἐρώτων. » *B.*

CCLVII. — Hoc carmine Meleager Coronam in Dioclis gratiam amici compositam claudit. Coronidem ipsam, sive signum quo volumina claudebantur cf. Mart. X, ep. 1), pro se loquentem inducit. — 2 ὀρχοῦρος Cod., corr. Salmas. Frustra Albertius comparat Hesychii glossam Ὄρκοι, δεσμοί, σφραγῖδες. — 4 ὑμνοθέτας Cod., corr. Jac. — 7 δρακοντείοισιν ἀνωτοῖς Cod., corr. Jacobs. — 8. Εὐμαθίας dictum de opere εὐμαθίας pleno. Sed fatendum est carmen operosius minime sonare faciliorem et ἰσχνοτέραν musam Meleagri, quod jam Beckius observavit ; et Græfius hic « nihil nisi ineptum tumorem et vocabulorum idem significantium super re minutissima farraginem » videt.

CCLVIII. — Hoc quoque carmen in fine operis a Stratone collecti positum fuisse videtur. Poeta præter hos lusus se multa alia de puerili amore scripsisse testatur 3. Non mutavi ἄλλοις φιλόπαισι, *aliis puerorum amatoribus*, quamquam miratur Jacobsius Stratonem fateri se pæderastis aliis ingenium suum commodare et utendum præbere, ut apud nos poetæ patellarii » : quod non ita accipiendum : at amicis, quos passim alloquitur, talia lusisse putandus est ovidiana illa qua pollebat versus pangendi facilitate. Nec ab omni parte aptum est quod scribit vir eximius : ἄλλοισιν δέ, οἶδα, παισὶ γράφω. — 4 ἐπεί τις μοι τοῦτ' ἀνέθηκε Cod., corr. Salmasius.

ADD. ET CORR. — LXVI. — 5. Forsan ἀπογώρει recte : et v. seq. similis sententia Pindarico μαχᾶν πάπταινε πόρσιον. Ol. I, fin. Conf. ep. 94, 6 ; 106, 1.

LXXXI. — 1. Δυσέρωτες, eodem sensu quo δυσέρως in lemmate Theocritei Id. XXIII. — 3. Fort. ὦ ὕδωρ, ψυχρόν, δύψης ἄκος, ἄρτι τ. Conf. ep. 132, 6 ; 133, 1.

XCVIII. — 1. Ὁ Μουσῶν τέττιξ anima est Musarum artibus probe instructa. Poetæ cicadis comparantur propter cantus suavitatem » *Jac.* Anal. t. VIII, p. 141.

CV. — 2. Ὑβρεῖ non sollicitandum ; ὕβρει πέτομαι dictum ut μακρὰ πτερῶν Soph. Œd. v.

CXXXVI. — 3. Ἐῶ... recepto, legendum sit v. seq μηδ' ἔτ' ἐᾶν ἔρ. Sed vulgata in utroque præstare videtur

CXCIII. — 1. Fort. Οὐ σὺ Σμυρ .... σοὶ τε λεγ... *tibi quoque*, vel σοὶ παιδεραστῶν, coll. XVI, ep. 225 et 226.

CCXXXIV — 4. Isocr. ad Demon. § 6 : κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανε.

CAPUT XIII.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΜΕΤΡΩΝ.

1. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Χαῖρε θεὰ Παφίη· σὴν γὰρ ἀεὶ δύναμιν
κάλλος τ' ἀθάνατον καὶ σέβας ἱμερόεν
πάντες τιμῶσιν θνατοὶ ἐφαμέριοι
ἐν πᾶσιν μύθοις ἔργοισίν τε καλοῖς·
πάντῃ γὰρ πᾶσιν σὴν δηλοῖς τιμήν.

2. ΦΑΙΔΙΜΟΥ.

Καλλίστρατός σοι, Ζηνὸς ὦ διάκτορε,
ἔθηκε μορφῆς ξυνὸν ἥλικος τύπον·
Κηφισιεὺς ὁ κοῦρος· ᾧ χαρεὶς, ἄναξ,
Ἀπολλοδώρου παῖδα καὶ πάτραν σάω.

3. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
θαρσέων καθίζευ, κἢν θέλῃς, ἀπόβριξον.

4. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Ἀλκίμων σ', ὦ 'ριστοκλείδη, πρῶτον οἰκτείρω φίλων·
ὤλεσας δ' ἥβην, ἀμύνων πατρίδος δουλητην.

5. ΦΑΛΑΙΚΟΥ.

Νικῶ δίαυλον. Ἀλλ' ἐγὼ παλαίων.
Ἐγὼ δὲ πεντάεθλον. Ἀλλ' ἐγὼ πύξ. —
Καὶ τίς τύ; — Τιμόδημος. Ἀλλ' ἐγὼ Κρής.
Ἐγὼ δὲ Κρηθεύς. Ἀλλ' ἐγὼ Διοκλῆς. —
Καὶ τίς πατήρ τοι; — * Κλεινὸς ὥσπερ ἄμμιν. —
Ἔμπη δὲ νικῇς; — Ἰσθμοί. — Τὺ δ' ἔμπη; —
Νέμειον ἂν λειμῶνα, καὶ παρ' Ἥρᾳ.

6. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τοῦτ' ἐγὼ τὸ περισσὸν εἰκόνισμα

EPIGRAMMATA VARIIS METRIS SCRIPTA.

1. PHILIPPI.

Salve dea Paphia; tuam enim semper potentiam
et pulchritudinem immortalem et majestatem amabilem
omnes colunt mortales brevis ævi
in omnibus sermonibus operibusque pulchris.
Ubique enim omnibus tuam manifestam-facis dignitatem.

2. PHÆDIMI.

Callistratus tibi, Jovis o minister,
posuit formæ commune juvenilis simulacrum;
Cephisiensis adolescentulus : quo delectatus, o deus,
Apollodori puerum et patriam serva.

3. THEOCRITI.

Poeta-carminum hic Hipponax situs-est.
Si quidem malus *es*, ne adeas hunc tumulum;
si vero es frugique et prognatus bonis,
impavidus assideas, et si lubet obdormi.

4. ANACREONTIS.

Fortium te, o Aristoclide, primum lugeo amicorum.
amisisti juventam, repellens a patria servitutem.

5. PHALÆCI.

Vinco currens-in-stadio. Sed ego palæstra.
Ego vero quinquertio. Sed ego pugilatu. —
Et quis tu *es?* — Timodemus. Verum ego Cres.
Ego vero Cretheus. Sed ego Diocles. —
Et quis pater tibi? — Inclytus ut nos (?). —
Ubi autem tu vincis? — Isthmi. — Tu vero ubi? —
Nemeum ad pratum, et apud Junonem.

6. EJUSDEM.

Hoc ego eximium simulacrum

HUGONIS GROTII VERSIO.

3. THEOCRITI
de Hipponacte.

Vates sepultus hic quiescit Hipponax.
Abscede busto, si quis es mala mente.
Quod si bonus sis ipse, de bonis natus,
Tutus sedeto; si libebit et dormi.

τῷ κωμῳδογέλωτι, εἰς θρίαμβον
κισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθέν,
ἔστασ', ὄφρα Λύκωνι σῆμ' ἐπείη.
6 Ὅσσα γὰρ κατύπερθε λαμπρὸς ἀνήρ·
μνᾶμα τοῦ χαρίεντος ἔν τε λέσχᾳ
ἔν τ' οἴνῳ τόδε κἀπὶ τοῖς ἔπειτα
ἔγκειται, παράδειγμα τᾶς ὀπωπᾶς.

comici-risus-actori, in triumphum
hedera et coronis redimitum,
erexi, ut Lyconi signum incumberet.
Quantis enim superior erat splendidus vir!
monumentum ejus jucundi et in sermone
et inter pocula hoc etiam posteris
est-positum, specimen vultus ejus

7. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Ὁ Λύκτιος Μενοίτας τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν
ἔθηκε· « τῆ, κέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην,
« Σάραπι· τοὺς δ' ὀϊστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερῖται. »

7. CALLIMACHI.

Lyctius Menoetas arcum hunc dedicavit
dicens : « Hic cornu tibi dono et pharetram,
o Serapis : sagittas vero habent Hesperitæ. »

8. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Ἐκ δολιχοῦ τόνδε σφυρήλατον, ὡς τάχει κρατήσας,
υἱὸς Ἀριστομάχειος ἀνείλετο χάλκεον λέβητα.

8. THEODORIDÆ.

De longo-stadio hunc malleo-ductum, ut velocitate victor,
filius Aristomachi reportavit æneum lebetem.

9. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

[Χίου
Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς
ἀμφορεὺς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης ἄγων.

9. CALLIMACHI.

Venit multa quidem Ægæum secans a vinosa Chio
amphora, multaque Lesbiæ florem nectar vitis agens.

10. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἁ ναῦς, ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζόας
ἄρπαξας, ποτί τε Ζανὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω....

10. EJUSDEM.

Tu navis, quæ solam lucem mihi dulcem vitæ
abstulisti, et per Jovem oro portuum-custodem....

11. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

α. Τίς εἰκόνα τάνδ' ἀνέθηκεν; β. Δωριεὺς ὁ Θούριος.
α. Οὐ Ῥόδιος γένος ἦν; β. Ναὶ, πρὶν φυγεῖν γε πα
δεινᾷ γε χειρὶ πολλὰ ῥέξας ἔργα καὶ βίαια. [τρίδα,

11. SIMONIDIS.

a. Quis imaginem hanc dedicavit? *b.* Dorieus Thurius.
a. Non Rhodius genere erat? *b.* Næ, priusquam exularet.
terribili manu multa exsecutus facinora et strenua.

12. ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Ἐρρέτω ἦμαρ ἐκεῖνο, καὶ οὐλομένη σκοτόμαινα,
βρόμος τε δεινὸς ἠνεμωμένης ἁλός,
οἵ ποτε νῆ' ἐκύλισαν, ἐφ' ἧς ὁ τὰ πολλὰ μελίφρων
Ἀβδηρίων ἄπρηκτα θεοῖσιν εὔχετο·
ῥαίσθη γὰρ διὰ πάντα, προσηνέχθη δὲ κλύδωνι
τρηχεῖαν εἰς Σέριφον, αἰδοίων δθι
προξείνων ὑπὸ χερσὶ λαχὼν πυρὸς, ἵκετο πάτρην
Ἄβδηρα, χρυσσέῳ χαλκέῳ περισταλείς.

12. HEGESIPPI.

Pereat dies illa, et funesta nox-illunis,
mugitusque tremendus ventis-agitati maris;
quæ olim navem evolvere-tortam, in qua maxime jucun-
Abderion infecta diis precatus est; [dus-ingenio
illisus-est enim scopulis omnibus, allatusque-est fluctibus
asperam in Seriphum, reverentium ubi
hospitum-publicorum a manibus nactus ignem, pervenit
Abdera, in-hydria ærea conditus. [in-patriam

13. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τόνδε Πυρῆς ἀνέθηκε Πολυμνήστου φίλος υἱὸς,
εὐξάμενος δεκάτην Παλλάδι Τριτογενεῖ.
Κυδωνιάτας Κρησίλας εἰργάξατο.

13. ANONYMI.

Hunc *tripodem* Pyres dedicavit Polymnesti carus filius,
quum-vovisset decimam Palladi Tritogenæ.
Cydoniata Cresilas fecit.

14. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἀργεῖος Δάνδης σταδιοδρόμος ἐνθάδε κεῖται,

14. SIMONIDIS.

Argivus Dandes in-stadio-cursor hic positus-est,

---

7. CALLIMACHI.

Cum Lyctius Menalcas
Suspenderet Dianæ
Arcum, locutus hæc est :
Et hanc tibi pharetram,
Sarapi, do : sagittas
Habent sed Hesperitæ.

νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλείσας,
Ὀλυμπίᾳ δίς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν Ἰσθμῷ, πεντεκαίδεκ' ἐν Νεμέᾳ·
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι.

victoriis equorum-altricem patriam qui-honestavit,
Olympiæ bis, Delphis ter,
bisque in Isthmo, quinquies-et-decies Nemeæ;
ceteras autem victorias non facile est numerare.

15. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰμὶ Δίκων υἱὸς Καλλιμβρότου· αὐτὰρ ἐνίκων
τετράκις ἐν Νεμέᾳ, δὶς Ὀλύμπια, πεντάκι Πυθοῖ,
τρὶς δ' Ἰσθμῷ· στεφανῶ δ' ἄστυ Συρακοσίων.

15. ANONYMI.

Sum Dicon filius Callimbroti; vici autem
quater Nemeæ, bis Olympiæ, quinquies Delphis,
terque in Isthmo; corono autem urbem Syracusiorum.

16. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σπάρτας μὲν βασιλῆες ἐμοὶ πατέρες καὶ ἀδελφοί·
ἅρμασι δ' ὠκυπόδων ἵππων νικῶσα Κυνίσκα
εἰκόνα τάνδ' ἔστησα. Μόναν δέ με φαμὶ γυναικῶν
Ἑλλάδος ἐκ πάσας τόνδε λαβεῖν στέφανον.

16. ANONYMI.

Spartæ quidem reges mei patres et fratres,
curribusque velocipedum equorum vincens Cynisca
imaginem hanc crexi. Solam autem me aio mulierum
Hellade ex omni hanc reportasse coronam.

17. ΑΛΛΟ.

Ἰφίων μ' ἔγραψεν ἑᾷ χερί, τόν ποκα ὕδωρ
ἔθρεψε Πειρήνης ἄπο.

17. ALIUD.

Iphion me pinxit sua manu, quem olim aqua
nutrivit a-Pirena *fonte manans.*

18. ΠΑΡΜΕΝΟΝΤΟΣ.

Χάλκεα ἔργα, λέγοισθε θοῆς ἐπινίκια πώλου,
ἥτις κεντροραγὴς βαλοῦσα παῖδα,
ψιλὴ λευρὸν ἔθυσε περὶ δρόμον. Ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνου
Παρμένων χρυσέης κύρησε νίκης.
Φώκριτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ Ἀμυκλαΐδαι βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

18. PARMENONTIS.

Ærea opera, dicamini rapidæ victricia-præmia equæ,
quæ calcare-vulnerata ubi dejecit puerum,
nuda lævem ruit per cursum. Atque ex hoc
Parmenon aurea potitus-est victoria.
Phocrite, tuo igitur puero reges Amyclæi (*Dioscuri*)
patriorum dederunt participem-fieri præmiorum.

19. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος ὅσπερ ἐνίκα
ἐν Δελφοῖς ποτε Νικολάδας,
καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε, πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
ἑξῆς, ἀμφιφορεῖς ἐλαίου·
Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέᾳ τρὶς ἐπισχερὼ οἶδεν ἑλόντα
ἀκτὴ Ποντομέδοντος ἄθλον·
καὶ Νεμέᾳ τρὶς ἐνίκησεν, καὶ τετράκις ἄλλα
Πελλάνᾳ, δύο δ' ἐν Λυκαίῳ,
καὶ Τεγέᾳ, καὶ ἐν Αἰγίνᾳ, κρατερᾷ τ' Ἐπιδαύρῳ,
καὶ Θήβᾳ, Μεγάρων τε δάμῳ·
ἐν δὲ Φλιοῦντι στάδιον, τά τε πέντε κρατήσας
ηὔφρανεν μεγάλαν Κόρινθον.

19. SIMONIDIS.

Dedicavit hoc simulacrum Corinthius qui vicit
Delphis olim Nicoladas,
et Panathenæis præmia accepit, quinque de certaminibus
deinceps, amphoras olei;
Isthmoque in valde-divina ter continua-serie novit eum
littus Neptuni præmium; [cepisse
et Nemeæ ter vicit, et quater alias *victorias*
Pellanæ, duasque in Lycæo,
et Tegeæ, et in Ægina, validaque Epidauro,
et Thebis, et Megarorum in-populo,
denique Phliunte stadio; et quinquertio victor
gaudio-affecit magnam Corinthum.

20. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Πατρίδα κυδαίνων ἱερὴν πόλιν Ὦπις Ἀθανᾶς,
τέκνον μελαίνης Γῆς, χαρίεντας αὐλοὺς
τούσδε σὺν Ἡφαίστῳ τελέσας, ἀνέθηκ' Ἀφροδίτῃ,
καλοῦ δαμασθεὶς ἱμέρῳ Βρύσωνος.

20. SIMONIDIS.

Patriam laude-cumulans sacram urbem Opis Minervæ,
progeniem nigræ Terræ, amœnas tibias
has cum Vulcano ubi-confecit, suspendit Veneri,
pulchri domitus amore Brysonis.

21. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα,
τῶ 'λεγοποιῶ·
ἁ Μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα πλάτας

21. THEODORIDÆ.

Mnasalcis hoc est monumentum Plataidæ,
elegorum-poetæ;
Musa autem ejus Simonidæ tabellarum

ἧς ἀποσπάραγμα·
κενά τε κλαγγὰν κἀπιλακυθίστρια
διθυραμβοχάνα.
Τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόεν,
τύμπανόν κ' ἐφύση.

erat abrepta-portiuncula,
vanusque sonore et ampullatus
dithyramborum-hiatus.
Obiit, ne feriamus *eum*; si vero viveret,
tympanum spiraret.

22. ΦΑΙΔΙΜΟΥ.

Τόξον μέν, ᾧ Γίγαντος ὤλεσας σθένος,
ἴσχε βίης, Ἑκάεργ' ἀνάσσων·
* οὔ οἱ φαρέτρη λύεται λυκοκτόνος·
τοῖσδε δ' ἐπ' ἠϊθέοις ὀϊστὸν
στρέφειν Ἔρωτος, τόφρ' ἀλέξωνται πάτρῃ,
θαρσαλέοι φιλότατι κούρων·
πυρὸς γὰρ ἀλκή, καὶ θεῶν ὑπέρτατος
αἰὲν ὅδε προμάχους ἀέξειν.
Μελιστίωνος δ', ὦ πατρώϊον σέβας
Σχοινιέων, ἐπίηρα δέχθαι.

22. PHÆDIMI.

Arcum quidem, quo Gigantis dejecisti robur,
cohibe a-violentia, longinque-jaculans regnator;
non tibi pharetra aperiatur (?) luporum-interfectrix;
sed hos in adolescentes sagittam
verte Amoris, ut auxilientur patriæ,
impavidi amore juvenum.
Ignis enim vis *ille est* et deorum supremus
usque hic ad-propugnatores excitandos.
Melistionis autem, o patrium numen
Schœniensium, studium-tui accipe.

23. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Ἰὼ παρέρπων, μικρὸν, εἴ τι χἀγκονεῖς, ἄκουσον
τὰ Βότρυος περισσὰ δῆτα κήδη,
ὃς πρέσβυς ὀγδώκοντ' ἐτῶν τὸν ἐκ νέων ἔθαψεν
ἤδη τι τέχνα καὶ σοφὸν λέγοντα.
Φεῦ τὸν τεκόντα, φεῦ δὲ καὶ σέ, Βότρυος φίλος παῖ,
ὅσων ἄμοιρος ἡδονῶν ἀπώλευ.

23. ASCLEPIADÆ.

Oh præteriens *viator*, paulum, vel si properas, audi
Botryos immensum sane luctum,
qui senex octoginta annorum sepelivit *filium* ab adolescentia
jam quid ex-arte et scitum dicentem.
Heu! patrem, heu vero et te, Botryos care puer,
quot exsors voluptatum periisti!

24. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Τὰ δῶρα τῇ Ἀφροδίτῃ
Σιμώνη περίφοιτος εἰκόν' αὐτῆς
ἔθηκε, τήν τε μίτρην,
ἣ μαστοὺς ἐφίλησε τόν τε πανὸν
καὶ τούς [ποτ' ἀντίναξεν]
αὐτοῦσ' [ἀν'] ὄρη τάλαινα θύρσους.

24. CALLIMACHI.

Dona hæc Veneri
Simone, vulgivaga, imaginem suam
posuit, et mitram
quæ mammas amavit, et facem
et quos olim vibravit
vociferans per montes, infelix, thyrsos.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ, τῇ τοῦτον οὑκ Πελασγῶν
Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο, ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης
καὶ τῇ κάτω θυγατρὶ τὰ δῶρα Τιμόδημος
εἵσατο, τῶν κερδέων δεκατεύματα· καὶ γὰρ εὔξαθ' οὕτως.

25. EJUSDEM.

Cereri Pylææ, cui hocce ex Pelasgis
Acrisius templum struxit, hæc Naucratita
et infernæ ejus filiæ dona Timodemus
hic posuit lucrorum decimam: etenim voverat ita.

26. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Μνήσομαι· οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχεναύτεω
κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν,
Ξανθίππην Περιάνδρου ἀπέκγονον, ὅς ποθ' ὑψιπύργου
σήμαινε λαοῖς τέρμ' ἔχων Κορίνθου.

26. SIMONIDIS.

Memorabo: non enim decet innominatam hic Archenautæ
jacere mortuam speciosam conjugem,
Xanthippen neptem Periandri, qui olim alte turritæ
imperavit populis potestatem habens Corinthi.

27. ΦΑΛΑΙΚΟΥ.

Φῶκος ἐπὶ ξείνῃ μὲν ἀπέφθιτο· κῦμα γὰρ μέλαινα
νεῦς οὐχ ὑπεξήνεικεν, οὐδ' * ἐδέξατο,
ἀλλὰ κατ' Αἰγαίοιο πόρον βαθὺν ᾤχετο πόντου,
βίῃ Νότου πρήσαντος ἐσχάτην ἅλα.
Τύμβου δ' ἐν πατέρων κενεοῦ λάχεν· ὃν πέρι Προμηθὶς
μήτηρ, λυγρῇ ὄρνιθι πότμον εἰκέλη,

27. PHALÆCI.

Phocus in peregrina-terra periit; fluctum enim nigra
navis non exantlavit, nec sustinuit;
sed per Ægei fretum profundum iit maris,
violentia Noti inflantis imum sal.
Sed tumulum in patrum *terra* inanem sortitus-est, quem juxta Promethis
mater, lugubri avi sortem similis,

αἰαῖ! κωκύει τὸν ἑὸν γόνον ἤματα πάντα,
λέγουσα τὸν πρόωρον ὡς ἀπέφθιτο.

heu, heu, luget suam sobolem per-dies omnes,
dicens *filium* immatura-sorte ut perierit.

28. ΒΑΚΧΥΛΙΔΟΥ ἢ ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
οἳ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
* ἔθηκαν· κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
Εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
Στρούθωνος υἱὸς, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθεὶς,
αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
* θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν.

28. BACCHYLIDIS aut SIMONIDIS.

Sæpe profecto tribus Acamantidis in choreis Horæ
ulularunt hederam-gerentibus in dithyrambis
Bacchicæ, mitrisque et rosarum floribus
doctorum vatum adumbrarunt nitidam comam :
etiam hunc tripodem sibimet testem Bacchicorum certa-
posuere. (Bene) illos Antigenes docuit viros; [minum
ac bene alebat dulcem vocem Doricis Ariston
Argivus suavem spiritum infundens puris tibiis,
quorum choragio-instruxit circulum (*chorum*) dulciso-
Struthonis, in curru Gratiarum evectus, [num Hipponicus
quæ illi per homines nomen clarum splendidamque victo-
præbuere ob Horas et violis-coronatas Musas. [riam

29. ΝΙΚΑΙΝΕΤΟΥ.

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ·
ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοις σοφόν.
Τοῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδώδει πίθου.
Τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ
μέτωπον ὥσπερ καὶ σὺ κεκροκωμένον.

29. NICÆNETI.

Vinum profecto suavi est velox equus poetæ;
aquam vero bibens nihil gignas scitum.
Hoc edixit, o Bacche, et spirabat non unum utrem
Cratinus, sed omne olebat dolium.
Proinde sub coronis magnus florebat, habebatque hedera
frontem, sicut et tu, crocea-cinctum.

30. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Μοῦσά μοι Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱὸν ἄειδε.
Υἱὸν Ἀλκμήνης ἄειδε Μοῦσά μοι καλλισφύρου.

30. SIMONIDIS.

Musa mihi Alcmenæ pulchros-habentis-pedes filium canta.
Filium Alcmenæ canta Musa mihi pulchros-habentis-pedes.

31. ΤΙΜΟΚΡΕΟΝΤΟΣ ΡΟΔΙΟΥ.

Κηΐα με προσῆλθε φλυαρία οὐκ ἐθέλοντα.
Οὐκ ἐθέλοντά με προσῆλθε Κηΐα φλυαρία.

31. TIMOCREONTIS RHODII.

Ceia me aggressa-est garrulitas nolentem.
Nolentem me aggressa-est Ceia garrulitas.

---

29. NICARETI.

Vinum præstat equi divinis vatibus usum;
Aquam bibenti Musa nec cedit bene.

Ille tuus, Liber, cum diceret ista Cratinus,
Madens olebat non utrem, sed dolium;
Carmina sub sertis fundens hederaque revinctus
Florente lætas in tuum morem comas.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XIII.

I. Lemma : Φιλίππου πεντάμετρον μόνον. Simile carmen vidimus IX, n. 485, ex Heliodoro excerptum III, 2, Thetidis, ut hoc carmen Veneris invocationem continens. — 3. « Scripsi τιμῶσιν pro vulgato τιμῶσι. — 4 et 5 πᾶσι Cod. In posteriore pentametri ordine spondeos posuit poeta, qua licentia recentiores usi sunt, isochronia pedum contenti. » *B.* Brunckius ἐργασίας τε καλάς et perperam σὴν φανεροῖς δύναμιν. Nam δηλοῖς τιμήν tam est proprium, ut Philippus putandus sit, quemadmodum in re gravi hexametros spondaicos faciunt, ita in sollemni prece pentametros spondaicos innovasse : « quo sono (ut Plotii verbis utar) hymnos, id est laudes diis immortalibus, decantabant. »

II. Lemma : Φ. τρίμετρον. — « Juvenis Callistratus, Cephisiensis, Apollodori filius, Mercurio statuam dicat. » *B.* — 2 ἥλικος Cod. Nam juvenis forma Mercurius repræsentari solebat, ut utriusque, dei et Callistrati, conspiceretur ξυνὸς τύπος. Sic autem hoc extulisse videtur poeta, laudem quandam juvenis amici a forma et statura dedicationi immiscere cupiens. Ut prorsus nesciam quare hæc « corruptissima » visa sint Heckero I, p. 63, qui corrigit ἔθηκε μορφῆς ξύλινον ἥλικος τύπον, in quibus præter ligneam sententiam etiam tribrachys notandus, a quo in his abstinuisse videtur Phædimus. — 3 κηφεισιεὺς ὁ κ., ὦ χάρις Cod., corr. Bentleius et Reisk.

III. Lemma : Θ. χωλὸν τρίμετρον. — Epitaphium fictum Hipponactis, poetæ choliambographi, malis acerbi, bonis placidi. « Vide mea ad Theocr. Epigr. XXI, edit. secundæ. » *B.* — 1 ἱππῶναξ Cod. — 2 μήποτ' ἔρχευ Cod. — 3 παρὰ χρηστῶ Cod., « unde suspicabar πατρὸς χρηστῷ. » *Meinek.*

IV. Lemma : Ἀν. τετράμετρον. Scil. trochaicum. — In Aristocliden, qui pro patria pugnans cecidit. « Videtur non tam epigramma, quam majoris alicujus carminis exordium esse. » *Bergk.* — 2 δουλείην Cod., corr. Salmas.

V. Lemma : Φ. τρίμετρον μείουρον ἢ κόλουρον κατά τινας. « Conf. Liebel. Archil. p. 23, § 2. Carmen videtur mutilum esse initio. Est dialogus viatoris et quattuor athletarum mortuorum eodemque monumento tumulatorum, ni fuerit cenotaphium. Viator interrogaverat quæ fuerunt eorum victoriæ. Respondent Νικῶ .... » *B.* — 1 νικᾷ Salmas., sed errat. Quattuor responsiones se excipiunt. — 3. Καὶ τίς τύ; sunt viatoris, ejusdemque v. 5, Καὶ τίς πατήρ τοι; — 5 κλεινὸς ἢ οσπερ ἄμμιν Cod. Κλεῖνις Hermannus, sed posse etiam Κλεῖνος scribi, quum sit femineum nomen Κλείνη, observat Heckerus. Salmas. ὥσπερ ὕμμιν, deleto η, Jacobs. ὥσπερ ἄμμε, *inclytus ut nos*, quod in latinis posui. Boisson. : « Si integra est scriptura ὕμμιν, sensus erit : *illustris ut est vobis* viatoribus qui nostrum monumentum, nostras effigies consideratis; non minus illustris quam vobis coram stantibus esse potest. » Quum unum modo nomen patris memoretur, fratres fuisse videantur; sed deinceps etiam exciderunt nonnulla de victoriis singulorum. « Insanabilia et luxata » dicit Meinek. p. 155 : « exciderunt versus, in quibus ceterorum victorum patres nominati erant. » In hoc versu Hermannus scribit : Κλεῖνις, quod viator his excipiat : εἴπερ ἄμμιν, suum quoque patrem hoc nomine fuisse significans. — 6 νίκης ἰσθμὸν ἢ τυδ' Cod. In explicanda voce ἔμπη multum sudatum est ante Schneiderum, qui æolicum adverbium esse vidit, *ubi* significans (v. Thes. s. v.), et νικῆς verbum scripsit. Νικᾷν Ἰσθμὸν dici ut νικᾷν Ἴσθμια ex monumentis docuit Meinek. p. 156. Sed metrum non admittit si sequens ἢ, quod sine sensu est, deleatur : quare adscivimus Hermanni conjecturam Ἰσθμοῖ, annotantis : « Pertinere hoc videtur ad illas formas, in quibus teste Herodiano ap. Steph. Byz. v. Καρία, solutæ diphthongi ι producitur. » Boissonadii nota est : « Pro ἔμπη scripsi ἐμπῆ, ab ἐμπάομαι. Dorice ἐμπῆ pro ἐμπᾷ. Ἰσθμὸν Palatinam scripturam non servavi; placuit Ἰσθμοῖ Salmasianum. Correptio ultimæ in Ἰσθμοῖ non me moratur; nam si Attici poetæ in iambicis ea licentia abstinuerunt, nihil id ad Phalæcum pertinet, nec forsan ad hoc metrum. Post Hermannum [ad Orph.] scripsi ἦ, interrogationis signum, pro edito [ap. Jac.] ᾗ, quod vertitur *ubi*; sed πῆ hoc sensu dicendum fuit, vel πᾶ. — 7 παρ' ἥραν Cod. Sic in Euripidis Electra 173 : πᾶσαι δὲ παρ' Ἥραν μέλλουσι παρθενικαὶ στείχειν· et Ione 1227 : ἐλθοῦσα Φοῖβον πάρα. Plato Menex. § 19 : φίλοι παρὰ φίλους ἀφίξεσθε. Quod annoto ob Brunckianum παρ' Ἥρᾳ. [Quod hoc loco necessarium. Intelligitur *Heræorum* festum.] Deest versiculus unus saltem de victoria quarti athletæ. »

VI. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ἐνδεκασυλλάβιον τρίμετρον οὕτω καλούμενον. Sive *phalæcii*. « In monumentum Lyconi comœdo positum, fortasse ei cui Alexander Macedo εἰς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικόν, γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα, Plutarch. Mor. p. 334, E. » *Jac.* Adde Meinek. Hist. com. p. 327. — 4 ἔστασα Cod. « Quum non appareat qui sit ille qui se statuam Lyconi posuisse dicit, legendum suspicor ἕστακ', ipsa ut loquatur statua. » *Meinek.* p. 156. Probabilius non statuam intelligi, sed *hermam* censet Hermannus. — 5. In depravato versu Salmasius scripsit ὅσσα γὰρ κατέπραξε, Jacobsius γάρ ποθ' ἔπαιξε vel, quod præferebat, ὅσσα γὰρ κάμ' ὁ νέρθε λ., receptum a Boiss. Sed καθύπερθε haud dubie sanum est et servat Hermannus ὅσσον scribens et ἀνήρ. Magis intelligerem

ὅσσων γὰρ καθύπερθε λαμπρὸς ἀνήρ.

Quot numero hominibus superior splendebat ille vir! — 7 τόδε καί τι Cod., κἄτι Jacobs., sed nostro exemplo Salmasianum κῆπι adscribens. Hermannus scripsit τόδ' ἕκατι, scil. μνῆμα τόδ' ἕκατι τοῦ χαρίεντος etc. Cum his confer VII, ep. 440, 5 seqq.

VII. Lemma : κωμικὸν τετράμετρον. « Est asynartetus, ex duplici hephthemimeri iambica constans. Conf. ep. 25. » *B.* Male olim tres tetrametri edebantur tanquam sex Anacreontici, quos reddidit Grotius. — Menœtas Cretensis Serapidi arcum et pharetram dedicat. — 1 μενίτας Cod. *Menalcas* Grotius aliud agens. — 2 τῆι κεραστοὶ Cod., τῇ κεραστῇ Salmas., τῇ, κέρας τοὶ Bentleius, quod edebatur. Cum Meinekio servavi τῇ, *hic*, ut XII, ep. 102, 4. — 3. Ἑσπερῖται in Libya. Steph. Byz. · Ἑσπερίς.

πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερονίκη· ὁ πολίτης Ἑσπερίτης. Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν.

VIII. Lemma : Θ. τετράμετρον ἀρχιλόχειον. » Quale est Horatianum

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.

Conf. ep. 25, 26. » *B*. Donarium ab Aristomachi filio in cursu victore dedicatum. — 1 τόρασφυρήλατον Cod., i. e. τὸ ῥα σφ., Jacobsius τὸ γέρας σφυρ., « revocata syllaba fugitiva. » Heckerus I, p. 70 : « Ego substantivum addi nolim et aptiorem emendandi rationem puto Cobeti τόνδε σφυρ. » Recepi, quamquam in hac sede versus δε productum habet quod offendat. Ceterum ρ et ν in Codicis scriptura simillimæ, et post Δ vel Α rotundum Ε sequente C facile absorbebatur. Deinde Cod. ὃς τάχει, corr. Huschkius. — 2 παῖς ἀριστομάχειος Cod. « Reposui synonymum nomen υἱός. Sic XIV, ep. 23, γαιήϊος υἱός. » *B*. Eadem correctione utitur Heckerus; sed reducere debebam παῖς ὡριστ. Jacobsianum, qui sequentia quoque correxit ita scripta in Codice : ἀνεῖλε τὸν χάλκειον.

IX. Lemma · K. πεντάμετρον βακχικόν (τροχαϊκὸν correxit Bentleius). « Est metrum trochaicum pentametrum catalectum. Pro βακχικὸν forsan scribendum βακχυλίδειον. » *B*. Sed in Bacchylidis reliquiis nullum hujus metri vestigium. In Codice suprascriptum epigrammati : ἔστι δὲ οὐ τέλειον τὸ ἐπίγραμμα. In editione omisit Meinek. hoc et sequens epigr., a Bentleio in Fragmentis posita. — In vini amphoras Chio et Lesbo allatas. — 1 αἰγαίων Cod.; διατήξας vitiose ap. Hephæst. Enchir. p. 19 hunc versum afferentem. — 2 λεσβίην ἀωτονεκταρ (mediæ voci ν superposito) Cod., corr. Bentleius.

X. Lemma : τοῦ αὐτοῦ τετράμετρον ἑκκαίδεκα συλλαβῶν. Οὐδὲ τοῦτο τέλειον. « Choriambicus est versus, similis Horatiano :

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem. » *B*.

Ad navem amicum poetæ avehentem. — 1 ἀνυσατομον φ. Cod., correxit Bentleius, idemque sequentia ἐμεῖν τὸ γλ. τ. ζωᾶς. — 2. ἁρπάξας ποτιτεζηνος Cod., corr. Jacobs. In fine Cod. λιμένος κόπω. « Notandus Ζεὺς λιμενοσκόπος, ubi cogitandum de Jovis simulacro templove in vicinitate maris exstructo. Ita Φοῖβος λιμενοσκόπος XII, ep. 25, 1. Verbum ἱκνεῦμαι *supplicandi* sensu est ap. Theocritum VI, ep. 337, 3. » *Jac.*

XI. Lemma : Σ. πεντάμετρον ὑποχρηματικόν. « Quod postremum non videtur bene lectum fuisse. [Imo hoc ipsum volunt ductus quos Paulssen. testatur.] Quod exhibetur, compendium videtur ducere ad ὑποχρηματιστικόν. Sed nec hoc nec illud nomen intelligo quid velit in re metrica. Lego ὑπορχηματικόν. Cf. lemma ep. 21. Videntur duo primi versus esse asynarteti ex trimetro dactylico et hephthemimeri trochaica; modo legatur, suppresso τις : Εἰκόνα τάνδ' ἀνέθηκεν Δωρ. Tunc unius personæ erit primus versus. » *B*. Certa correctio ὑπορχηματικόν, et communis trium versuum dipodia trochaica catalectica; prior pars variat in tribus, dactylica in secundo, iambica in tertio, ut choriambicam esse in primo existimem et scribendum

τίς εἰκόνα τάνδ' ἔθηκεν,

quemadmodum in notissimo Ἐρασμονίδη Βάθιππε. Epigramma non esse antiqui Simonidis Brunckius annotavit : « Ille ex vivis abierat, antequam natus esset Dorieus; nec nepotis fuerit epigramma, si verum est quod ait Suidas, illum ante Peloponnesiacum bellum vixisse. Nam Dorieus olympiade LXXXVIII secundam ex tribus olympicam palmam adeptus est, et olymp. XCII a. 1, qui erat Peloponnesiaci belli vicesimus, Thuriis navibus præfectus fuit contra Athenienses. » Plura et memorabilia de hoc Dorieo leguntur ap. Pausan. VI, 7 et c. 9, § 4. « Conf. et Xenoph. Hellen. I, 5, 19. Licuerit igitur de *Simonide genealogo* cogitare, sed res nimis incerta. Fuit opinor hoc epigramma, ut multa similia, jam antiquitus ἀδέσποτον traditum. » *Bergk*. p. 928. — 3 τε χειρὶ Cod., γε Bergkius; πολλ' ἔρξας Cod., corr. Jac. probante Bergkio. « Revocavi Codicis scripturam πολλ' ἔρξας, pro qua fuerat editum πολλὰ ῥέξας. Sed sic correptio syllabæ λα erat dubia. Erit iambicus asynartetus ex penthemimeri et hephthemimeri. » *B*.

XII. Lemma : Ἡγ. ἐπὶ ἐξαμέτρου τρίμετρον ἐπαδόμενον (sic pro ἐπαδ.). Boiss. scribebat ἐπαγόμενον : « Sic enim immuto vulgatum ἐπαδ. » — Poeta luget Abderionem amicum, qui naufragio perierat, cujusque corpus in Seriphum insulam delatum ab hospitibus ibi concrematum. — 1. « De nomine σκοτόμαινα vel σκοτομήνη egi ad Anecd. t. V, p. 346. Gregorius Naz. Orat. IV, p. 127 : τὴν νῦν σκοτόμηναν λύσας. Lege, σκοτόμαιναν, vel σκοτομήνην. Idem Or. XXVIII, p. 474 : τὴν σκοτόμαιναν τηρήσαντες. Rursus Or. LIII, p. 752 : ὡς ἐν σκοτομήνῃ πλανωμένῳ. Idem t. II, p. 76 : Ἡ δνοφερὴν σκοτόμαιναν ἑοῖς ἐπικείμενοι ὄσσοις. Codex 39 σκοτόμηναν, qui scribendi modus ab usu abhorret. Menæa apud Allatium ad Methodium p. 308 : πᾶσαν τὴν ἀχλὺν καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας σοφίᾳ λόγων. » *B*. — 2 ἅλος Cod. — 3. Frequentius ἐξεχύλισαν. — 5 ῥάσθη (sic) Cod., corr. Salmas.; διάπαντα Cod., corr. Schæfer. — 6 εἰς ἔριφον αἰδοιον Cod. — 7 πρὸς ξείνων Cod., corr. Schneiderus. « Aut nautarum aliqui ad insulam salvi enatarunt, inanime corpus Abderionis esse indicantes, aut agnitum corpus a proxenis Abderitarum qui Seriphi erant. Sic Ilmarchi naufragi corpus agnitum ejusque cineres ad cognatos missi VII, ep. 738, Theridis ib. ep. 278. » *Jac.* Boiss. : « De proxenis notavi ad Herodianum. »

XIII. Lemma : ἀδ. ἐπὶ ἐξαμέτρῳ πεντάμετρον, εἶτα τρίμετρον. — 1. Πυρῆς (sic Codex) Milesius esse videtur poeta Ionicarum cantilenarum, de quo Meinekius loco in Thes. s. v. exscripto. Legebatur πυρῆ' (πυρῆα a πυρεύς ap. Hesych. v. Πυρέας) ex Salmasii conj. Τόνδε non addito τρίποδα vel alio substantivo, ut in epigr. Simonidæ tributo VI, n. 216 et aliis inscriptt. a Meinekio commemoratis p. 236. — 3 κυδωνίαι τας κρισίας εἰργασατο Cod., correxit Meinekius; « nam Κρισίας primam corripit. *Cresilam* statuarium Phidiæ, ut videtur, æqualem memorat Plinius XXXIV, c. 19, § 14, e titulo Attico correctus. Cresilam Cydoniatam agnovi in tit. Hermionensi C. I. n. 1197, p. 595. » Boiss. εἰργάσσατο.

XIV. Lemma : Σ. ἐπὶ ἐξαμέτρῳ πεντάμετρον καὶ δύο τρίμετροι, εἶτα ἑξάμετρον. — Dandæ Argivi, quattuor ludis celebribus cursu victoris, Olympiæ ol. LXXVII, vel monumento inscriptum vel statuæ subscriptum. Jam quum tantæ virtutis, tot victoriarum neque apud Pausaniam, qui vel nomen Dandæ tacuit, neque alibi ullum vestigium exstet neque probabile sit duos eisdem temporibus eximios cursores fuisse Argivos, contra autem *Ladæ* Argivi laudum pleni sint et græci et latini scriptores poetæque, Benndorfius p. 13 seqq. ΛΑΙΔΑC pro ΔΑΝΔΙC esse restituendum probabiliter disputat et illi ipsi monumento hos versus inscriptos fuisse conjicit quod Pausanias

vidit III, c. 21, cujus hæc verba sunt : προελθόντι δὲ αὐτόθεν σταδίους εἴκοσι τοῦ Εὐρώτα τὸ ῥεῦμα ἐγγυτάτω τῆς ὁδοῦ γίνεται, καὶ Λάδα μνῆμά ἐστιν ὠκύτητι ὑπερβαλομένου ποδῶν τούς ἐπ' αὐτοῦ· καὶ Ὀλυμπίασιν ἐστεφανοῦτο δολίχῳ κρατῶν, δοκεῖν δέ μοι κάμνων αὐτίκα μετὰ τὴν νίκην ἐκομίζετο, καὶ συμβάσης ἐνταῦθά οἱ τελευτῆς ὁ τάφος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν λεωφόρον. — 1 δάνδις σταδιαδρόμος Cod., « posterius fortasse non rejiciendum. » *Bergk.* — 3 ὀλύμπια Cod., corr. Schæfer. — 4 ἴσθμοί Cod., corr. Meinekius p. 189. In fine Cod. νεμαία. « Νεμέᾳ bisyllabum est, ut ap. Pind. Pyth. IV, 75. Quod auctore Schæfero edebatur πεντεκαίδεκα Νεμέᾳ vel propter ictum in ultima syllaba κα probari non potest. » *Mein.* Illud in nostro exemplo restituit Jacobs. — 5. Simonidem fortasse ἀμιθρῆσαι scripsisse Bergkius et Nauckius annotarunt, quod grammatici ex eo poeta ἄμιθρὸν formam pro ἀριθμὸν afferunt. Pentametrum excidisse post hunc versum veri simillima conjectura est Heckeri I, p. 91, probata Benndorfio p. 15 : ille patris nomen virique ætatem, hic mortem Ladæ extra patriam in eo scriptam fuisse statuunt.

XV. Lemma : ἀδ. ἐπὶ δύο ἑξαμέτροις πεντάμετρον. — « De Dicone vide Siebel. et Clavier. ad Pausan VI, 3, § 5. » *B.* Qui easdem victorias referens statuas ei Olympiæ positas narrat. — 2 νεματα Cod. Erant qui τρὶς Ὀλύμπια scriberent secundum Pausaniam, qui : μίαν ἐν παισίν, δύο δ' ἄλλας ἀνδρῶν, ut appareat poetam rationem non habuisse victoriæ ἐν παισίν. — 3 συρακουσίων Cod.

XVI. Lemma : ἀδ. ἐπὶ τρισὶν ἑξαμέτροις πεντάμετρον. — Loquitur Cynisca, Archidami regis filia, Agidis soror et Agesilai, qui eam ἁρματοτροφεῖν jusserat et omnibus ostendere non virtutis, sed divitiarum esse victorias quæ Olympiæ reportantur ; v. Xenoph. Ages. c. 9, § 6, Plutarch. Mor. p. 222, B. Alia Pausan. III, 8 (ubi Siebel.) et VI, 1. — 3 τήνδ' ἔστησε Cod., qui deinde δέ με, sic Boiss., δ' ἐμὲ Brunck et Jac. Conf. infra p. 644.

XVII. Lemma : ἐπὶ ἑξαμέτρῳ δίμετρον. « Imo τρίμετρον. » *Boiss.* Hoc recte, sed perperam scripsit θρέψεν, quum deberet ἔθρεψε, ut Meinek. p. 235 et Hermannus. — 1 μ' addidit Meinekius; τόδ' ἔγραψεν proposuerat Jacobsius, quod est IX, ep. 757. In fine idem hiatum tolerari posse censebat, et similia exempla indicavit Heckerus p. 152 ; ποκα νάμα scripsit Schneidewinus, τὸν ποτὸν ὕδωρ Hermannus. — 2 Πειράνας Mein. et Herm.

XVIII Lemma : Π. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον. Reiskius et Brunck. Παρμένοντος non poetæ, sed dedicantis nomen esse existimant. « Parmenon Phocriti filius est argumentum epigrammatis; potest et id scripsisse. Quidni ? » *B.* — His versibus inscripta ænea *opera*, fortasse ipsius equi κέλητος æneum simulacrum, in memoriam victoriæ a Parmenonte reportatæ. — 2 κεντρορραγῆ βαλοῦσα Cod.; κεντροπαγῆ λαβοῦσα Salmasius et Brunck., κεντρομανῆ λαβ. Jacobsius coll. V, ep. 247, 5, nostro exemplo ascribens : « Fort. κεντροχαρῆ. » Sed Codicis scripturam egregie vindicavit Heckerus I, p. 153, exemplo Phidolæ Corinthii et Auræ equæ, quæ dejecto per casum equite ipsa ψιλὴ accelerato cursu metam attigit et victoriam reportavit, Pausan. VI, c. 13, § 5, et in epigr. supra lecto, quod quærere nunc non vacat. « Adjectivum κεντροραγῆ si active interpretari liceret de puero calcaribus nimium abuso, non mutandum foret. Sed præstat scribere κεντροραγής, ut equus dicatur calcaribus laceratus esse. » *Heck.* Quod haud dubie verum. — 3 ψιλλη Cod., ψιλὴ Reiskius, quod Jac. de *non instrato* equo interpretabatur, sed præcedente (ἀπο)βαλοῦσα est *vectore destituta.* In fine ἐκείνης malebat Meinek. p. 238, sine causa. — 4 χρυσῆ Cod. — 5 καὶ ὑλαΐδαι Cod., vulgo καὶ Ὑλαΐδαι. Sed Jacobsii correctio καὶ Ἀμυκλαΐδαι βασιλῆες, quo nomine dicuntur Dioscuri, qui Olympico certamini præesse credebantur, omnium assensum tulit; vide Meinek. l. c., Lobeck. Pathol. p. 397. Hiatus παιδὶ Ἀμυκλ. offensioni esse non debebat Heckero.

XIX. Lemma . Σ. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ ἐννεασύλλαβον. Scil. versus logaœdicus brevior cum basi. — Celebrantur victoriæ a Nicolada Corinthio reportatæ in plurimis ludis solemnibus. — 1. ἐννίκαι Cod. — 2 νικολάδας in Cod. esse videtur, « quod scripsi cum α, ob alteram nominis formam Νικολαΐδας. — 3 Στέφανοι hic simpliciter *præmia;* nam in Panathenæis præmium certaminis erat amphora olei plena. Vide schol. Pind. Nem. X, 64, 67 ; Villois. Hist. Acad. Inscr. t. XXXVIII, p. 36. » *B.* Hermannus veritus ne quis *pentathlon* intelligat, de quo versu 11, tentabat πέντ' ἐπαέθλους, adjectivum ἐπάεθλος exstitisse ratus. — 4 ἑξήκοντα ἀμφιφορεῖς Cod., corr. Salmasius. « Post ἑξῆς Nækius inserit δ', in Beckii Actis Soc. Lips. II, part. 2, p. 402. » *Jac.* nott. mss. Qui versum recte distinxit, ut sit appositio vocis στεφάνους. Bergkius tamen ἀμφιφορεῖς τ' præstare putat, vel scribendum esse ἓξ ἠδ' ἀμφ., editum quidem in serie exhibens. — 5, 6 ἐπισχερὼ οὐδ' ἐγένοντο ἀκτίνων τομίδων ποταθμοί Cod., ex quibus immaniter corruptis hoc elicuit Jacobsii acumen : ἐπισχερὼ ἀλλ' ἐγένοντο ἀκτῆ Ποντομέδοντος ἆθλα, ob similitudinem literarum ου et α in Codice αΑ in ουΔ abire potuisse annotans. Sed verum videtur quod Schneidewinus et Pflugkius invenerunt οἶδεν ἑλόντα, sequente nominativo ἀκτά. Cum Hermanno exhibui ἀκτῇ Π. ἆθλον, quod et propius accedere ad traditos ductus et magis poeticum esse observat. « Locus nondum persanatus. » *Bergk.* — 7. Ἄλλα (scil. ἐνίκησεν), dictum ut νικᾶν Ὀλύμπια. — 9 καὶ νεμεαι Cod., Τενέᾳ Brunckius, quod recepit Boiss.; aut hic aut versu 7 erratum. In fine δ' Ἐπιδ. vitiose ap. Jac. sine var., ut δ' in Cod. esse possit Schneidewinus cogitabat de κρανᾷ τ', nam Epidaurus teste Strabone περικλείεται ὄρεσιν ὑψηλοῖς, « alterum κρατερᾷ fortasse tum explanabitur, quum quales fuerint illi ludi demonstrare contigerit. » — 11 φλιοῦντι σταδίῳ Cod., Φλιουντείῳ σταδίῳ edebatur post Reiskium, prosodia nominis violata ; στάδιον Hermannus, quod recepi, nam alterum valde incommodum et prono in depravationem loco positum.

XX. Lemma : Σ. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ ἐναλλὰξ τό τε χαμικὸν τετράμετρον δύο συλλαβαῖς λεῖπον καὶ τὸ ἀρχιλόχειον σκάζον τρίμετρον. « Alter versus est iambicus asynartetus ex dimetro et penthemimeri. » *B.* — Opis Atheniensis tibias insigni cum arte ab se confectas Veneri dedicat, amore Brysonis pueri ardens. — 1 ωπις Cod., pro quo in apographo ὦλπις cernere videbatur Jac., quod edidit, Ὦπις Schneidewinus, Ὦπις Bergkius. In fine Ἀθηνᾶς Cod.. Ἀθάνας maluerunt Schneidewin. et Bergk. — 2. « Non placet tibias dici τέκνον Γῆς, tibias *filiam* Terræ. Forsan παῖδας. » *B.* Explicant ex arundine quæ e terra nascitur compactas; mira nec ferenda interpretatio. Argenteæ tibiæ, fortasse ex Lauriensi argento, intelligendæ erunt. Synizesin in χαρίεντας trisyllabo notavit Schneidew — 3. Σὺν Ἡφαίστῳ, auxiliante Vulcano, eximia arte, « nisi forte ad arundinem ære vinctam respicitur. » *Jac.*

XXI. Lemma : Θ. ἐπὶ τῷ ἀρτίῳ τριμέτρῳ δίμετρον ἀπὸ τοῦ

ὑπορχηματικοῦ πενταμέτρου. « Nitidius dixero esse alterum versum ithyphallicum. » *B.* — Satyricum epitaphium in Mnasalcam poetam Sicyonium, Simonidis imitatorem inflatum et tumidum. Epigrammata tamen ejus quæ Meleager in Coronam receperat, ab tumore quidem minime possis notare. — 1. Strabo IX, c. 2, § 31, p. 412 : ἔστι καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθενπερ Μνασάλκας ὁ ποιητής ·

Μνασάλκεος τὸ μνᾶμα (sic) τῶ Πλαταιάδα,

sed quod Codex præbet Πλαταῖδα gentile esse patronymica forma monuit Meinekius, idemque p. 197 versu 2 τῶ λεγηοποιῶ Codicis servandum esse, « doricum sive malis æolicum pro edito λεγειοποιῶ. » — 3 τᾶς σιμ. πλαθας Cod.; τᾶς Σ. πλάτας in aliquot apographis Salmasii esse videtur : quæ πλάται proprie sunt *palmæ remorum latæ* (τῶν σπαθῶν τὰ πλατέα Hesychio), hic pro *tabulis*, *tabellis* in universum, ad quam rem Toupius apte comparavit Aristophanea Thesmoph. 770 seqq. Interpretatio probata Meinekio et Heckero I, p. 12. Qui hoc simili poetam ad verbum πλατειάζειν (i. e. ἀλαζονεύεσθαι, φενακίζειν) respexisse putat, Toupius ad Πλαταῖδα, quod ineptum. — 5 καίνα τε καὶ γὰν καὶ πιλακυδίστρια Cod., in quibus κενά multi, κλαγγὰν Jacobsius, « quod de tympanorum tubarumque strepitu usurpari solet. » Nota λήκυθος et ληκυθίζειν. — 6 διθυραδοχανα (sic) Cod. De quo primum recte Jac. : « Non proprio sensu accipienda hic vox διθύραμβος, quasi Mnasalcas dithyrambos scripsisse dicatur, sed *tumidum et inflatum* dicendi genus in elegis ab eo adhibitum significat. » Edebatur ex Toupii conjectura διθυραμβόχωνα, *dithyramborum infundibulum*, « ut Mnasalcas dithyrambos tanquam ex infundibulo, angusti colli vase, ebullivisse dicatur. » Quod mireris ab eximiis criticis fuisse toleratum. Meinekius διθυραμβοχαύνα, ab adj. χαῦνος. Hermannus in Censura : « Sanum est διθυραμβοχανα, formatum ut καταχήνη, a χάω, χαίνω. » Quod eodem tempore Heckerus quoque senserat, in altera commentatione dilucidius ostendens substantivum esse, non adjectivum, et strui debere Μοῦσα... ἣν ἀποσπάραγμα διθυραμβοχήνη τε κενὴ καὶ ἐπιλ., compositum autem fere eodem redire quo prosaicum διθυραμβοποιία. — 7. « Μὴ βάλωμες, *ne feriamus* eum, ei parcamus. » *B.* Qui deinde cum Schæfero posuit εἰ δέ γ' ἔζοεν. Sed idem Schæferus « se non repugnaturum ait, si quis malit εἰ δέ κ' ἔζοεν, particula κε in utroque orationis membro posita ». Servatum κε ζόεν a Mein. et Heck. — 8 γε εφύση Cod. Locutionem Toupius explicare studuit comparato ἀσκὸν φυσᾶν, qui revera inflatur, sed nemo inflat τύμπανον, quamquam πεφυσημένον τι appellari possit. Quare Jacobsii explicationem probamus : « τύμπανον φυσᾶν is dicitur qui tantum spiritum fundit, ut tympanum exaudire tibi videaris. » Quæ expositio etiam imperfectum planissime explicat, quod « evertere sententiam » judicabat Heckerus. Cujus hæc est conjectura : τύμπανόν κ' ἐκρουσεν. « Quod præter duas literas (inquit, insertas a literarum majorum ductibus proxime abest. Ad sensum conferas Philostr. Vit. soph. I, 21, § 5 : τινὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Πολέμωνα τυμπανίζειν αὐτὸν φήσαντος, λαβόμενος ὁ Σκοπελιανὸς τοῦ σκώμματος, Τυμπανίζω μὲν, εἶπεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Αἴαντος ἀσπίδι. Ejusmodi quid nec injuria Mnasalcam ad hæc Theodoridæ responsurum fuisse puto. » Merum somnium.

Ἔρωτος, quintus τόρρ'... κούρων, sextus πυρὸς ... ὑπέρτ., septimus αἰὲν ... δὸς, octavus πατρ.... δέχθαι. — In Melistionis, nobilis pueri Bœoti ex Schœno urbe, gratiam scriptum. « Poeta Apollinem precatur ut, condito quo Porphyrionem gigantem interfecerit telo, eam nunc promat sagittam, quæ juvenum animos patriæ amore et virtutis studio incendat. — 1. Γίγαντος σθένος Brunckius de Pythone interpretatur, quod insolite dictum esset. Rectius igitur poetam ad Gigantomachiam respexisse dicas, in qua Apollinem Porphyrionis interfectorem exstitisse tradit Pindarus Pyth. VIII, 12. » *Meinek.* p. 149. De Tityo accipit Heckerus, ob cognomen dei Τιτυοκτόνος. Quod probabilius, quia fabula celebratior. — 2 ἀνάσσων Cod., Ἀπόλλων sive Ἀπολλον Salmasius, receptum a Brunckio et probatum Hermanno; βίης ἀνάσσων jungit Meinek. coll. Pindari fr. 115 : ἀγλαΐας ἀνάσσων. Mæhlyus Philol. XXV, p. 693, βίου Ἑκ. ἀνάσσων, vix tolerabili hiatu. — 3 sic Codex, depravate; οὐ σοὶ Brunckius, non improbatum Meinekio; οὐδ' ἡ φ. conj. Jacobs.; καί σοι φαρέτρη λυέτω λυκ. Boissonadius : « correxi, potius correctionem tentavi »; quod λυέσθω esse debebat, si intelligo; neque magis quam Heckerus p. 376 quid scribendum sit dispicio Ingeniose Mæhlyus οὐχ οὐ φαρέτρη δεύεται λ., *non ea* sagitta, *qua eget pharetra ad lupos occidendos;* in quo malim οὐδ' οὐ φ, sed quæ sequuntur scrupulum injiciunt. — 4 ἠιθέοις οἰστρον Cod., ἠϊθέοισιν οἰστρον Brunckii servavit Boiss.; ἠϊθέοις οἰστὸν Jacobsius, quem sequuntur Mein., Herm., Hecker., hic initio τοῖσδε (juvenibus sacræ cohortis, cui Melistio adscriptus erat) vel τῇδε corrigens : nam τόνδε Codex; τοῖσδε verum habeo et recepi. « Οἰστὸν Ἔρωτος. Agitur hoc loco de sancta illa pæderastia sive θείᾳ φιλίᾳ (in oraculo ap. Ælian. V. H. II, 4), in qua Lacedæmonii, Cretenses, Thebani virtutis et victoriæ cardinem verti arbitrabantur. De Thebanorum ἱερῷ λόχῳ συνεστηκότι ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων v. Athen. XIII, p. 561, F et inprimis Ælian. V. H. III, 9, ibique Perizon. Melistion haud dubie Bœotius fuit et huic sacræ cohorti fortasse adscriptus. Strabo IX, p. 408 : Σχοῖνός ἐστι χώρα τῆς Θηβαΐκῆς ... διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους. Hujus fortasse urbis tutelam Apollo habebat. Certe Thebanos pueros Apollinem insigni religione coluisse constat ex iis quæ narrat Pausanias IX, 10. » *Jac.* — 5 τόρρ' ἀλεξ. πάτρης Cod., corr. Salmasius, qui et ὄρρα (quod prætert Herm.), sed τόρρα ab Alexandrinis ita dici constat. « Malim ἀλέξονται. » *Boiss.* — 7 Ἔχω; γὰρ ἀλκὴ Brunckius et Hermann. Sed recte Meinek. supplet ἔστιν ἡ φιλότης κούρων. Mæhlyus πυρὸς γὰρ ἀλκῇ τῶν θ. ὑπ..... ἀέξει, quibus editum prætero. — 8 οἶδεν ἀεὶ Brunckius, sed ἀέξειν ab ὑπέρτατος pendere monuit Heckerus. Sine necessitate Jac. ἀέξει. — 9 μελιστίωνος δῶ Cod., δὸς Salmasius, ab omnibus receptum; in quo accusativum Μελιστίωνα poscere videri sententiam observavit Meinek. : nam « optare videtur poeta ut Melistio bellica virtute eandem apud cives mereatur gratiam et reverentiam, quam pater ejus consecutus erat. » Sed servanda cum Heckero Codicis scriptura δ' ὦ, ut ipse Apollo dicatur πατρῷον σέβας Σχοινιέων. — 10 σχο νέων Cod., corr. Salmas. ob metrum. Ap. Steph. Byz. variatur inter Σχοινεύς et Σχοινιεύς. Certe neque hoc teste neque Strabone usus Boiss. scripsit : « Σχοινιεὺς vocatur qui est Schœnunte Arcadiæ oppido oriundus. » Μελιστίωνος ἐπίηρα, i. e. ἃ φέρει σοι Μελιστίων.

XXII Lemma : Φ. ἐπὶ τριμέτρῳ ἀρτίῳ ἐπῳδὸν τετράμετρον ἡρωϊκὸν κατὰ τὴν παρεσχάτην σκάζον. « Heroicus is versus scazon dicitur vulgo dactylicus logaœdicus. » *B.* In Cod. leguntur tres primi versus quales editi sunt, quartus τόνδε ...

XXIII. Lemma : Ἀσκλ. ἐπὶ τετραμέτρῳ τῷ γεγονότι ἀπὸ ἀρτίου τριμέτρου κατὰ πρόσθεσιν βάσεως τελευταίας, μειουρον τρίμετρον. Ex iambicis tetrametris catalecticis et trimetris μειούροις constat. — Epitaphium juvenis qui jam in elo-

quentiæ studiis profecerat, filii Botryis; octoginta annorum senis sortem poeta luget. — 1 τι κακὸν εἰς (superscripto η) ἀκ. Cod.; εἴ τι καὶ κονεῖς Jacobsius, κἀγκονεῖς Meinek. p. 109, « quum simplex nisi ex grammaticis non innotuerit. » Sic Horatius in carmine de Archyta : *quamquam festinas, non est mora longa*. — 3. Ἐκ νέων significare *a prima adolescentia*, τὸν ἐκ νέων autem pro τὸν νέον dictum insolentissimum esse recte observavit Meinek., quare delevi distinctionem post ἔθαψεν, struens τὸν ἐκ νέων ἤδη τι σοφὸν λέγοντα. Nam ipsius conjecturam τὸν ἐννέων (ἐτῶν), me judice, non satis tuentur exempla τριακόντων et Alcæi δυοδεκαιδέκων. Addit : « Præcocis ingenii fuerit puer, ut sunt sæpe senibus patribus nati. » — 6 ὅσσαν ἀμ. ἡδονὰν Cod., corr. Salmas.

XXIV. Lemma : Κ. ἐπὶ τῇ τοῦ προάγοντος τετραμέτρου ἐσχάτῃ διποδίᾳ ἑνδεκασύλλαβον. « Primus versus est hephthemimeris iambica. » *B*. Mutilum in Codice epigramma. — Simone meretrix Veneri dedicat imaginem suam, mitram, faces et thyrsos. — 1 τῇ ἀφροδίτῃ Cod., τῇ Ἀφροδ. Bentl. et Jac. — 2 σειμονη Cod., tribus punctis sub σει, uno super ι, ut Meinekio nil nisi μόνη fidem habere videtur, unde ingeniose Ἰώνη effecit, quod Bacchæ nomen ap. Nonnum XIV, 221, et puella Ἰωνὶς apud ipsum Callim. V, ep. 6, 1. Sed librarius syllabam in archetypo vidit et puncta sunt correctoris; quare tenendum Σιμώνη, quod Ruhnkenius posuit, Σειλήνη Bentleius. In fine εἰκὸν αὐτῇ Cod., corr. Salmas. — 4 ἡμᾶσ τοὺς ἐπ. Cod., corr. Salmas. Sequitur τόν τε πᾶνα. « Post Πᾶνα posui signum lacunæ; nam deest omnino versiculus brevior. Jam patet non esse nimis quærendum quomodo nomen Πᾶνα corrigatur. » *B*. Jac. proponebat τήν τε πάλλαν, « i. e. σφαῖραν, quæ inter reliqua puellæ munera commode recensetur; v. intt. ad Hesychii gl. Πάλλα, σφαῖρα ἐκ ποικίλων νημάτων πεποιημένη. » Cum Meinekio in textum admisimus felicissima supplementa quibus Otto Schneiderus hoc carmen redintegravit; qui τόν τε πανόν, quod de bacchica face dici dubitans Meinekius malit τήν τε δᾶδα. Eundem calidius puto « ineptum » judicasse μίτραν (τοὺς) μαστοὺς φιλήσασαν, quum similia multa sint in adjectivis cum φιλο- compositis, ut φιληλάκατος καλαθίσκος et alia quæ passim vidimus. Sed, si quid mutandum, quod eximius criticus scripsit σφιν (pro αὐτῇ) ἔδησε, verum esse ne dubita. — 5, 6 καὶ τοὺς αὐτοὺς ὁρῇ τάλαινα θάρσου; Cod., ultimum correxit Bentleius, cetera sunt O. Schneideri. Boiss. servabat editum a Jacobsio καὶ τοῦσδ' ἀντ' ἐσορῇς, μάκαιρα (hoc Brunckii) θύρσους.

XXV. Lemma : τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ διπλασιασθείσῃ τῇ διποδίᾳ ἐπῳδὸς τετράμετρος πλεονάζων μιᾷ συλλαβῇ τοῦ ἑξαμέτρου. « Prior versus est asynartetus ex duplici hephthemimeri iambica, ut ep. 7 ; posterior est archilochium tetrametrum, ut ep. 8 et 26. » *B*. — Timodemus Naucratita mercator Cereri Pylææ et Proserpinæ lucri decimas ex voto dedicat. — 1 τῇ alterum om. Cod., præbet Hephæstio Ench. p. 57 (102 Gaisf.), qui duos versus priores citat. In fine Cod. εὐκεπελασγῶν. « Ceres Pylæa vocatur quæ ad Thermopylas templum habebat, ubi Amphictyones sacra faciebant. Acrisius Amphictyonum ordinem primus instituisse dicitur, et quidem postquam oraculi metu compulsus Argis relictis in Thessaliam concesserat. » *Jac.*, scriptorum de his locos rebus afferens.

XXVI. Lemma : Σ. ἐπὶ τοῦ (sic) τῷ τετραμέτρῳ μείουρον τρίμετρον. « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. V, n. 252. » *B*. Gaisford. ad Hephæst. p. 342 citat Jac. mss. — In Xanthippen ex Periandri Corinthiorum tyranni genere oriundam, Archenautæ uxorem. — 4 τέρμ' Cod., vulgo ἕρμ' ex Salmasii correctione, sed omnes nunc τέρμ'. Conf. XII, ep. 170, 2.

XXVII. Lemma : Φ. ἐπὶ τετραμέτρῳ τρίμετρον ἄρτιον, εἶθ' ἑξάμετρον ἐναλλάξ. « Carmen hoc in duas strophas distinguendum videtur. » *Meinek*. p. 157. Quod Boiss. significare voluisse videtur typothetam jubens versus 3 et 7 promovere paullo minus quam versus 1 et 5. Et esse strophas manifestum est. — In cenotaphium Phoci, qui naufragio perierat. Matris superstitis luctus. — 2 νευσ οὐχ ὑπεξήνικεν Cod., ναῦς οὐχ Salmas. et vulgo, νηῦς Boiss., νεῦς secundum Cod. Meinekius : « quam formam memorat et cum γρεῦς componit Arcadius p. 126, 2. Adde Chœrobosc. Bekk. An. p. 1236 et Etym. M. p. 189, 48. Ad eam formam revocandi casus obliqui νεός, νεί, νέα. » In fine Cod. οὐδ' ἐδέξατο, sine sensu; ἐστέξατο Salmas. et Brunck., quod probat Hermannus : « non cohibuit aquam quominus irrueret in navem. » Schneidewinus ἠλεύατο, Ungerus *Beitr*. p. 58, ἐκνήξατο, quod probarem si sequentium subjectum esset Φῶκος. Boiss. : « Οὐχ ὑπεξήνεικεν significare videtur *non extulit, non ejecit*. Deinde recepi οὐδ' ἠλέξατο, conjecturam Jacobsii. » Sed illud quoque, quod vix explices tolerabiliter, depravatum esse arbitror et scribendum fortasse ὑπεξήλυξεν. Κῦμα est impetus undarum. — 3 αἰγαίοιο πολὺ βαθὺν Cod.; πόρον Salmasius; « non minus probabiliter possis πολὺν βυθόν. » *Meinek.*; Αἰγαίου πολυδενθέος conj. Piccolos p. 76. — 4 ἐσχατάτην Cod. — 5 προμήθεις Cod.; Προμηθὶς Salm., accentum correxit Mein. Ac minime hic « mirum nomen matris, non nominato patre », quod videbatur Hermanno, qui rectius offendebat in hiatu λυγρῇ ὄρνιθι, ita hæc corrigens :

ὃν πέρι προθρηνεῖ
μήτηρ, λυγρῇ τ' ὄρνιθι etc.

— 6 λυγρῇ γ' Salmas.; ἰκέλη Cod. Neque aptum λυγρῇς ὄρνισι, quamquam Halcyones in mente habet poeta. — 8 πρόορον Cod., corr. Salm.

XXVIII. Lemma : Καλλιμάχου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασυλλάβῳ. Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ τετράμετρον ὅμοιον τῷ « Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα (Hipponactis fr. 64) », μιᾷ δὲ μόνον συλλαβῇ πλεονάζον· ἐπὶ τὸν τετράποδον οὐκ ἔχει ἴαμβον, ἀλλ' ἀνάπαιστον. « Pro ἐπὶ τὸν τετράποδον, quo ducunt exhibita compendia, rescribendum ἐπὶ τοῦ τετάρτου ποδός. Versum Hippocratis, qui est iambicus tetrameter, male comparavit glossator. Est brevior epigrammatis versus, monente Jacobsio, asynartetus ex penthemimere iambica et dactylico logaœdico. Cujus dactylici exemplum est in breviore versiculo epigr. 22. » *Boiss.*, qui initium lemmatis prætererat, de quo Jac. : « Ex hoc duplici lemmate factum, ut a nonnullis hoc epigr. Callimacho tribueretur. At Callimachi epigramma excidisse videtur. [Exstare VII, ep. 728 probabiliter conjecit Heckerus I, p. 127, quamquam de minore versu mirum silentium glossatoris etiam illo loco.] Simonidi nostrum vindicat Steph. Byz. v. Ἀκαμάντιον. — Scriptum est carmen in victoriam, a tribu Acamantide ex Dionysiis reportatam, Antigene chorum docente, Aristone Argivo tibiis canente, Hipponico sumtus præbente. » Wunderlichii dissertationem Friedemanni Miscell. criticis insertam t. II, p. 67 seqq. inspicere non licuit. — 1 δὲ φυλ. Cod., corr. Brunck. « Tribûs Atticæ Acamantidis chorus victor dedicat tripodem victoriæ monumentum. Ejusdem tribûs victoriam splendidissime æternitati consecravit monumentum illud

choragicum vulgo Laterna Demosthenis dictum, quod est inter eximias artis antiquæ reliquias. » *B.* — 2 ἀνωλουξαν Codex, corr. Brunck. Κισσοφόροις, nam hedera tempora cincti saltabant choreutæ in certamine dithyrambico. — 3. « Ὧραι Διονυσιάδες « sunt *dies festi Dionysiaci certo tempore redeuntes*, ut Διὸς ὧραι a Pindaro Ol. IV, 3, dicitur *cyclus Olympicus*, et κάρυκες ὡρᾶν, *præcones in sacris certaminibus*, Pyth. II, 34. » *Schneider.* Sed ipsas quoque Horas deas, quæ cum Baccho et Gratiis (conf. v. 10) simul colebantur, una intelligendas esse observat Jac. De iis quæ sequuntur in duas partes discedunt critici. Heckerus I, p. 150 : « Sensus est : Jam sæpe antea in superioribus certaminibus vicit Acamantidarum tribus et rursus hoc anno. Cujus anni mentionem desidero, sive nominis viri quo Archonte eponymo hæc victoria relata. Inepte quoque omnes quotquot prius victores exstiterunt poetæ et choreutæ una hunc tripodem dedicasse dicuntur. Unde conjicio post versum quartum excidisse duos versus, quibus archontis nomen et poetæ choreutarumque mentionem complexus est Simonides. » Quæ recte disputata esse etiam Meinekio videntur Callim. Diatr. p. 299 : « σοφοὶ ἀοιδοὶ quum non possit nisi de poetis dici, sequentia autem de choreutis dicantur, horum memoria facta erat in iis quæ exciderunt » Si nulla est lacuna, scribi debet in versu 5 Καὶ τόνδε pro οἱ τόνδε, sed depravatum hemistichium primum versûs 6 subjectum verbi incertum reddit. Schneidewinus omnia integra esse judicat, particula δὲ fortiter opponi quæ sequuntur antecedentibus opinatus : « hedera tempora vincti erant saltantes, tæniis rosisque cingebantur victoriam adepti, ID QUOD TUNC DEMUM EVENIT. Nam hoc dicit poeta : Sæpe jam tribus Acamantidis in choris Horæ Bacchicæ hederigeros ad dithyrambos acclamarunt; tæniis vero et rosis cantorum capillum coronarunt qui hunc tripodem posuerunt etc., i. e. victoriam adepti sunt ii demum cantores qui etc. Admirabili arte poeta Ceus obnupsit ea quæ detracta imagine offensui esse poterant, Acamantidem tribum ante hanc victoriam frustra victorias Dionysiacas ambiisse; eam ipsam ob causam epigrammatis initium magnificentius est pro reliquorum epigrammatum indole, et vel totum poema Bacchum spirat. » Quæ subtilius excogitata sunt quam verius, sicuti Disseniana quædam in Pindaro. — 5 βακχείων Cod., corr. Brunck. — 6 ἔθηκαν · κείνους δ' Cod.; θήκαντο Bentleius, a plerisque probatum; sed κείνους stare non potest; præterea « ut Aristo *Argivus* dicitur, Hipponicus *Struthonis filius*, ita Antigenes vel patris vel, si non erat Atticus, patriæ nomen additum desiderabat. » *Schneidewin.*, qui Κεῖος conjiciebat, Κικυννεὺς Bergkius p. 917, « nisi turbatus sit versuum ordo », eum autem quem proposuit infra referemus. Meinekius scripsit : ἔθηκαν · εὖ τοῦσδ' Ἀντιγένης ἐδ., « neque enim credibile est Antigenem sine laude memoratum esse a poeta, præsertim quum statim sequantur laudes Aristonis. » Boissonadius hæc modo annotavit : « Ἄνδρας est proprie dictum quod virorum chorus vicerat, non παίδων. Inscriptio Laternæ in Bœckhii Corpore t. I, p. 346, n. 221 : Ἀκαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θέων ηὔλει, Λυσιάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε. Inscriptio sequens : Αἰγηὶς ἀνδρῶν ἐνίκα ... Poterit lector comparationem pleniorem facere. » — 7 ἐτίθην εἰ το γλ. Cod., corr. Salmas. « Quod dicitur Δωρίοις καθαροῖς αὐλοῖς indicat carmen Dorios habuisse numeros et Doriam harmoniam. De tibiis tibicinibusque Argivis, qui teste Pausania IV, c. 27, 4, vel posterioribus temporibus pariter ac Bœotii in pretio erant, v. Müller. Doriens. t. II, p. 332. Tibicines autem et chori magistri, quorum ars diligenti meditatione nec non diurno usu egeret, sæpe Athenis adhibebantur peregrini, cujus rei exempla ex Atticis inscriptionibus dedit Neuius in Bacchyl. p. 72. » *Schneidew.* — 8 καθαρῶς Meinekius; « nam qui sint καθαροὶ αὐλοί vix posse intelligi. » Ac « nondum ab omni parte sanum » esse distichon assentior Heckero. — 9 κύκλων Cod., corr. Brunckius, item ut versuum 10 et 11 σφάλματα. Ipse chorus dicitur κύκλος μελίγηρυς. — 10 στρούθονος et φορηθεὶς Cod. Ἅρματα etiam de uno curru dici a poetis constat *Gratiarum in curru vectum* Hipponicum Schneidewinus cum Hemsterhusio intelligebat *omnibus gratiis instructissimum*, sed « Χάριτες, ut sæpe apud Pindarum, victoriam tribuere putantur » (*Jac.*), ut Charitum curru ferri fere idem sit illi quod Simonides VI, ep. 213, 4, dixit Νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης, quæ comparavit Meinekius. — 11 ὄνομακ' αὐτὸν Cod.; ὀνομάκλυτον ἀγλαάν τε malebat Heckerus, non improbante Meinekio. — 12 sic Codex alienis ab hoc carmine numeris. « Metrum reparavi ut olim feceram in Callimachi editione epigr. 49. » *B.* Nimirum, sicuti postea Neuius, scribens

Μοισᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων,

sive ut cum Mehlhornio Schneidew. et Heck. ἕκατι Μοισᾶν θῆκαν. Alia omitto. « Quorum omnium nihil Simonidea Musa dignum videtur. ΘΕΑΝ quocumque loco ponas moleste abundat et corruptum videtur ex ΟΡΑΝ, i. e. ΩΡΑΝ, errore proclivi. Hinc correxi :

Ὡρᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων τε Μοισᾶν.

Ceterum in hoc postremo disticho, quod nescio quo judicii errore Schneidewinus pro spurio abjecit, subtili consilio poeta Doricis formis usus est; altius enim in fine carminis assurgit oratio, cui haud parum magnificentiæ ex ipsis Doricæ dialecti formis conciliatur; quod etiam de aliorum carminum dorismis dicendum est. » *Meinek.* Quam Bergkius proposuit transpositionem versuum hæc est :

Οἵ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
Μοισᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων ·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος,
Στρούθωνος υἱός, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς,
αἳ οἱ ἐπ' ἀνθρώπου; ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
ἔθεντο · κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας ·
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς.

XXIX. Lemma : Νικ. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ τρίμετρον. « In Plan. inscribitur Νικηράτου. Vide Nækium ad Chœril. p. 31. In cod. Mediceo est ἀδέσποτον. Sine auctoris nomine legitur ap. Athen. II, p. 39, C. Demetrio Halicarnassensi tribuit Zenob. VII, 22, Asclepiadi aut Theæteto Suidas v. Ὕδωρ, versum 2 citans : τοῦτο ἐξ ἐπιγράμματος εἶναι μέρος οἱ μὲν Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Θεαιτήτου φασίν. [« Quæ sua fecit Arsenius Viol. p. 456. » *Boiss.* Et Suidas ex Photio duxit.] — De Cratino, veteris comœdiæ auctore, qui existimabat *nulla placere diu nec vivere carmina posse, Quæ scribuntur aquæ potoribus* (Horat. Ep. I, 19). Et φιλοπότην fuisse poetam omnes dicunt. » *Jac.* — 1 μέγας πέλει ἵππος Plan., etiam Athen. μέγας. De re conf. XI, ep. 23. — 2 τέκοι Cod., καλὸν οὐ τέκοις ἔπος Plan., χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις Athen., Zenob., Phot., Suid. Recte Heckerus I, p. 31 hic quoque τέκοις. « Vide de hoc versu Fritzsch. Quæst. Aristoph. t. I, p. 271. » *B.* — 3 ταῦτ' Plan., Ath., prælatum ab Heckero. Deinde Cod. καὶ ἔπινεν, lapsu librarii. — 4 ὥδωδεν et similia planudeæ post princ. et Ald. 1, ὠδώδει Ath. — 5 sic Cod. et Plan. consensu, « rectissime; dicit enim, ut ostendit primum distichon,

per vinum magnum poetam factum Cratinum. » *Hermann.*, item Hecker. et Huschkius Anal. crit. p. 27. Athenæo autem τοιγάρτοι (codd. τοιγαροῦν) στεφάνων δόμος ἔβρυεν exhibente, pro μέγας Jac. olim μέγαρ' edidit, cum sententiæ detrimento; nec probabilius quod Meinekius p. 155 conjecit, δέμας ἔβρυεν, « nam non capiti solum, sed etiam collo et brachiis corollas circumdatas esse constat. » Δομος Heckerus ortum putat ex varietate πολὺς ἔβρυεν. In fine versus κιττῷ Ath. — ὃ οἷα καὶ σὺ Ath.; conjuncta scriptura utraque οἷάπερ σὺ Heckerus. « Κεκροκωμένον, i. e. ἐστεμμένον. Est enim ὁ κισσὸς κροκόεις, Theocr. I, 31. » *Jac.* Non opus est enim hæc ita premere cum Bentleio : propter perpetuam gestationem coronæ hederaceæ frontem poetæ colore croci infectam fuisse.

Τίπτε δύω βασιλῆες, ὁ μὲν Τρώων, ὁ δ' Ἀχαιῶν,
οὐ ταυτὰ φρονέοντες ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε,
ἤτοι ὁ μὲν πώλοιο γόνον διζήμενος εὑρεῖν,
αὐτὰρ ὁ πῶλον ἄγειν; Τί νυ μήσεαι, ὦ μεγάλε Ζεῦ;

101. ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ ΑΙΝΙΓΜΑ.

Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δυοκαίδεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ
παῖδες * τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι·
αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

102. Ἐκ τῆς Πυθίας τῷ βασιλεῖ Ἀδριανῷ.

Ἄγνωστόν μ' ἐρέεις γενεῆς καὶ πατρίδος αἴης
ἀμβροσίου Σειρῆνος· ἕδος δ' Ἰθάκη τις Ὁμήρου·
Τηλέμαχος δὲ πατήρ, καὶ Νεστορέη Πολυκάστη
μήτηρ, ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολυπάνσοφον ἄλλων.

103. ΑΙΝΙΓΜΑ.

Εἴ με νέην ἔλαβες, τάχα μου πίες ἐκχυθὲν αἷμα·
νῦν δ' ὅτε γηραλέην μ' ἐξετέλεσσε χρόνος,
ἔσθιε τὴν ῥυσαινομένην, ὑγρὸν οὐδὲν ἔχουσαν,
ὀστέα συνθραύων σαρκὶ σὺν ἡμετέρῃ.

96. ALIUD.

Vobis autem, o Spartæ incolæ lata-in-choreas-loca-habentis,
aut magna urbs valde-gloriosa a viris Persis
vastatur; aut hoc quidem non, sed ex Herculis genere
lugebit regem mortuum Lacedæmonis custos.
Non enim hunc taurorum cohibebit vis neque leonum
in-adversa-pugna: Jovis enim habet robur; neque eum dico
repressum-iri donec horum alterutrum omnino sortiatur.

97. ALIUD.

Cogita, barbara-voce-loquens: quando jugum in mare dejiciet
papyreum, Eubœa amovere sæpe-balantes capras.

98. Bacidis oraculum de Græcorum victoria.

Sed quum Dianæ aureo-arcu-decoræ sacram ripam
navium ponte-junxerint et maritimam Cynosuram,
spe furenti splendidas vastantes Athenas,
divina Justitia exstinguet validam Satietatem, Superbiæ filiam,
immane gestientem, sperantem omnia ad-se-tracturam.
Æs enim æri miscebitur, et sanguine Mars
pontum rubefaciet: tunc liberum Græciæ diem
late-intuens Saturnius inducit et veneranda Victoria.

99. ALIUD.

En hunc ad Thermodontem et Asopum herbosum
Græcorum conventum et barbare-loquentium clamorem,
quo multi cadent præter Lachesimque et fatum
sagittariorum Medorum, quum fatalis dies advenerit.

100. Oraculum datum Menelao et Alexandro.

Quid tandem duo reges, unus Trojanorum, alter Græcorum,
non eadem cogitantes in meam domum ascendistis?
nimirum unus pulli sobolem quærens invenire,
sed alter pullum abducere. Quid ergo consules, o magne Jupiter?

101. CLEOBULI ÆNIGMA.

Unus pater, filii duodecim; horumque unicuique
filiæ sexaginta diversum aspectum habentes:
hæ quidem sunt albæ visu, illæ rursus nigræ;
immortalesque licet sint, pereunt cunctæ.

102. A Pythia imperatori Hadriano.

Ignotum me interrogas de genere et patria terra
divinæ Sirenis; sedes autem Ithaca quædam Homeri;
Telemachusque pater et Nestorea Polycaste
mater quæ eum peperit, præ mortalibus longe sapientissimum aliis.

103. ÆNIGMA.

Si me teneram cepisses, forte meum bibisses effusum sanguinem
nunc autem quum vetulam me confecit ætas,
comede rugis-refertam, humidum nil habentem,
ossa confringens una-cum carne mea.

104. ΑΛΛΟ.

Πήρην σὴν ὀπίσω, κάλαθον χερὶ, τὸν τράγον ὤμοις,
αἰπόλε, σῶν ἀγρῶν σύμβολα πάντα φέρεις.

104. ALIUD.

Peram tuam a-tergo, calathum manu, hircum humeris,
o caprari, tuorum agrorum symbola cuncta geris.

105. ΑΛΛΟ.

Εἰμὶ χαμαίζηλον ζώων μέλος· ἢν δ' ἀφέλῃς μου
γράμμα μόνον, κεφαλῆς γίνομαι ἄλλο μέρος·
ἢν δ' ἕτερον, ζῷον πάλιν ἔσσομαι· ἢν δὲ καὶ ἄλλο,
οὐ μόνον εὑρήσεις, ἀλλὰ διηκόσια.

105. ALIUD.

Sum humile animalium membrum : si vero auferas a-me
literam unam, capitis fio alia pars;
si autem alteram, animal rursus ero; si vero et aliam,
non solum invenies, sed ducenta.

106. ΑΛΛΟ.

Τέσσαρα γράμματ' ἔχων ἀνύω τρίβον· ἢν δὲ τὸ πρῶ-
γράμμ' ἀφέλῃς, αἴω· καὶ τὸ μετ' αὐτὸ πάλιν, [τον
βορβόρῳ εὑρήσεις ἐμὲ φίλτατον· ἢν δὲ τὸ λοῖσθον
αἴρῃς, εὑρήσεις εἰσέτι ῥῆμα τόπου.

106. ALIUD.

Quattuor literas habens absolvo viam; si vero primam
literam auferas, audio; et *si* sequentem rursus,
luto invenies me amicissimum; si autem extremam
tollas, invenies adhuc vocabulum loci.

107. ΑΛΛΟ.

Λαμπάδα μὲν προέηκεν Ἔρως καὶ τόξα καὶ ἰοὺς,
Αἰθιόπων δὲ κόνιν ἀντὶ βελῶν προχέει.

107. ALIUD.

Lampada quidem abjecit Amor et arcum et sagittas,
Æthiopum vero pulverem jaculorum loco fundit.

108. ΑΛΛΟ.

Οὐδὲν ἔσωθεν ἔχω, καὶ πάντα μοι ἔνδοθέν ἐστι,
προῖκα δ' ἐμῆς ἀρετῆς πᾶσι δίδωμι χάριν.

108. ALIUD.

Nihil intus habeo, et intus insunt cuncta mihi,
gratuitoque meæ virtutis omnibus præbeo munus.

109. ΑΛΛΟ.

Ἐν πυρὶ κοιμηθεῖσα κόρη θάνεν· ὁ προδότης δὲ
οἶνος· ὑφ' οὗ δὲ θάνεν, Παλλάδος ἦν στέλεχος·
ὁ κτείνας ναυηγός· ἐνὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ
κεῖται μεμφομένη τὰς Βρομίου χάριτας.
Παλλὰς καὶ Βρόμιός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
οἱ τρεῖς τὴν μούνην παρθένον ἠφάνισαν.

109. ALIUD.

In igne sopita puella (pupilla) obiit; proditor vero
erat vinum; et a quo obiit, Palladis fuit truncus:
qui interfecit, naufragus; in viventi autem tumulo
jacet querens de Bromii muneribus.
Pallas et Bromius et inclytus Utrimque-claudicans,
hi terni unam virginem perdiderunt.

110. ΑΛΛΟ.

Οὐδεὶς βλέπων βλέπει με, μὴ βλέπων δ' ὁρᾷ·
ὁ μὴ λαλῶν λαλεῖ, ὁ μὴ τρέχων τρέχει·
ψευδὴς δ' ὑπάρχω, πάντα τἀληθῆ λέγων.

110. ALIUD.

Nemo cernens cernit me; si vero non cernit, videt;
qui non-garrit, garrit; qui non currit, currit :
mendaxque sum, cuncta vera dicens.

111. ΑΛΛΟ.

Ἄγονος ἐξ ἀγόνων, βελεηφόρος, ἔμβρεφος, ἄρσις.

111. ALIUD.

Infœcundus ex infœcundis, sagittifer, puerulus, elevatio.

112. Χρησμὸς δοθεὶς Κροίσῳ τῷ Λυδῷ.

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

112. Oraculum datum Crœso Lydo.

Sed quando semiasinus rex Medis fuerit, [Hermum
tunc vero, Lyde mollis-pedes, calculis-abundantem propter
fuge, neu mane, neu verecundare ignavus esse.

113. Χρησμὸς δοθεὶς Ἀρχιλόχῳ.

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελεσίκλεις,
ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποισιν, ὅς ἂν πρῶτός σε προσείπῃ
νηὸς σῆς ἀποβάντα φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.

113. Oraculum Archilocho datum.

Immortalis tibi filius et celebrandus, o Telesicles,
erit in hominibus, qui primus te allocutus-erit
nave tua descendentem clara in patria tellure.

114. Χρησμὸς δοθεὶς τῇ μητρὶ Ἀλεξάνδρου.

Πέρσαι λάτριν ἐμὸν σημάντορα χειρὶ βιαίῃ

114. Oraculum datum matri Alexandri Macedonis

Persæ famulum meum ducem manu violenta

ἔκτανον, οἰκεία δὲ κόνις νέκυν ἀμφικαλύπτει·
τοῦ δ' ἤν τις Φαέθοντι θοῶς λεύκ' ὀστέα δείξῃ,
οὗτός τοι Περσῶν τὸ μέγα κράτος ἔνδοθι θραύσει·
κεῖται δ' Ἀσίδος ἐντὸς ὁριζομένῃ ἐνὶ νήσῳ
δάφνῃ καὶ ῥείθροισι παραὶ Πελίοιο γέροντος·
φράζεο δ' ἀνέρα μάντιν ὑφηγητῆρα κελεύθου
Φωκέα, ὃς ψαμάθοισιν Ἀπαρνίδος οἰκία ναίει.

interfecerunt, patriusque pulvis mortuum circumtegit;
hujus autem si quis Phaethonti (*soli*) cito alba ossa
hic Persarum magnum robur intus franget; [ostenderit,
jacet autem Asiam intra, circumscripta in insula,
laurum et fluenta prope Peiii grandævi.
Quære autem virum vatem indicem viæ
Phocensem, qui in-arenis Aparnidis domos habitat.

115. Χρησμὸς δοθεὶς τῷ Κωνσταντίνῳ.

Οὐ θέμις ἐν Τροίης σε πάλαι τμηθέντι θεμείλῳ
Ῥώμης ἱδρῦσαι νέον οὔνομα· βαῖνε δὲ χαίρων
ἐς Μεγαρήϊον ἄστυ Προποντίδος ἄγχι θαλάσσης,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν

115. Oraculum Constantino datum.

Non fas *est* in Trojæ te olim destructo fundamento
Romæ ponere novum nomen; perge vero gaudens
in Megaricam urbem Propontidis juxta pontum,
ubi piscis cervusque pascuis vescuntur in iisdem.

116. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΑ.

Τίπτε με τῶν καρύων ἕνεκεν πληγῇσι πιέζεις,
ὦ μῆτερ; τάδε πάντα καλαὶ διεμοιρήσαντο
παρθένοι. Ἡ γὰρ ἐμεῖο Μελίσσιον ἕβδομα δοιὰ,
ἡ δὲ δυωδέκατον Τιτάνη λάβεν· ἕκτον ἔχουσιν
καὶ τρίτον Ἀστυόχη φιλοπαίγμονες ἠδὲ Φίλιννα·
εἴκοσι δ' ἁρπάξασα Θέτις λάβε, δώδεκα Θίσβη·
ἡ δ', ὅρα, ἡδὺ γελᾷ Γλαύκη παλάμῃσιν ἔχουσα
ἕνδεκα· τοῦτο δέ μοι κάρυον περιλείπεται οἶον.

116. METRODORI EPIGRAMMATA ARITHMETICA.

Quid me nucum causa plagis premis,
o mater? hasce omnes pulchræ inter-se-partitæ sunt
virgines. Sane enim mihi Melissium septimas-partes duas,
sed duodecimam Titane ademit; sextam habent
et tertiam Astyoche atque Philinna jocis-gaudentes;
viginti autem raptas Thetis cepit, duodecim Thisbe;
et hæc, vide, suaviter ridet Glauce manibus tenens
undecim: hæc porro mihi nux relinquitur sola.

117. ΑΛΛΟ.

α. Ποῦ σοι μῆλα βέβηκεν, ἐμὸν τέκος; β. Ἕκτα μὲν Ἰνὼ
δοιὰ, καὶ ὀγδοάτην μοῖραν ἔχει Σεμέλη·
Αὐτονόη δὲ τέταρτον ἀφήρπασεν· αὐτὰρ Ἀγαυὴ
πέμπτον ἐμῶν κόλπων ᾤχετ' ἀπαινυμένη·
σοὶ δ' αὐτῇ δέκα μῆλα φυλάσσεται· αὐτὰρ ἔγωγε,
ναὶ μὰ φίλην Κύπριν, ἓν τόδε μοῦνον ἔχω.

117. ALIUD.

a. Quo tibi mala abiere, mi fili? *b.* Sextas-partes Ino
duas, et octavam partem habet Semele;
Autonoe vero quartam abstulit; sed Agave
quintam e meo sinu evasit adimens;
tibi autem ipsi decem mala servantur; at ego,
næ dilectam testor Cyprim, unum hoc modo habeo

118. ΑΛΛΟ.

Δρεψαμένη ποτὲ μῆλα φίλαις διεδάσσατο Μυρτώ·
Χρυσίδι μὲν μήλων πέμπτον πόρε, τέτρατον Ἡροῖ,
ἐννεακαιδέκατον Ψαμάθῃ, δέκατον Κλεοπάτρῃ·
αὐτὰρ ἐεικοστὸν δωρήσατο Παρθενοπείῃ·
δώδεκα δ' Εὐάδνῃ μοῦνον πόρεν· αὐτὰρ ἐς αὐτὴν
ἤλυθον ἐκ πάντων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μῆλα.

118. ALIUD.

Decerpta olim mala inter amicas divisit Myrto:
Chrysidi malorum quintam-partem dedit, quartam Heroni
decimam-nonam Psamathæ, decimam Cleopatræ;
sed viginti mala donavit Parthenopiæ;
duodecim autem Evadnæ modo præbuit; sed in ipsam
venerunt ex omnibus centum et viginti mala.

METRODORI

PROBLEMATA ARITHMETICA.

116.

Quid mihi pro nucibus minitaris verbera, mater?
Has pulchræ inter se dispertivere puellæ.
Septima pars flavæ cessit geminata Melissæ,
Ipsa duodecimam Titane sibi sumpsit, habentque
Sextantem Astyoche, festiva Philinna trientem,
Viginti Thetis, at rapuit Thisbe improba bis sex;
Abstulit et ridens Glauce totidem minus unâ.
Sed numero ex omni nux hæc mihi denique restat. B. M.

117. ALIUD PROBLEMA.

a. Dic ubi, nate, reposta tibi sunt mala? *b.* Trientem
Ino habet, octantem possidet at Semele;
Quadrantem Autonoe sumpsit, properavit Agave
Quintantem e nostro diripuisse sinu.
Mala decem servantur adhuc tibi. Testis amica
Sed Venus, hoc unum jam superesse mihi. B. M.

118. ALIUD PROBLEMA.

Dilectis Myrto divisit mala puellis:
Heronem quartâ, sed donat Chrysida quintâ;
Dat decimam nonam Psamathæ, decimam Cleopatræ;
Pars munus cedit vicesima Parthenopeæ;
Bis sex Evadne capit. Ipsi denique tanto
De numero, centum viginti mala supersunt. B. M.

119. ΑΛΛΟ.

Ἀντομέναις ποτὲ μῆλα φίλαις διεμο.ρ·'σαντο
Ἰνὼ καὶ Σεμέλη δώδεκα παρθενικαῖς.
Καὶ ταῖς μὲν Σεμέλη πόρεν ἄρτια· ταῖς δὲ περισσὰ
δῶκε κασιγνήτη· μῆλα δ' ἔχεν πλέονα.
Ἡ μὲν γὰρ τρισσῆσι τρί' ἕβδομα δῶκεν ἑταίραις,
ταῖς δὲ δύο πάντων πέμπτον ἔδωκε λάχος·
ἕνδεκα δ' Ἀστυνόμη μιν ἀφείλατο, καί οἱ ἔλειπεν
μοῦνα κασιγνήταις μῆλα δύω φερέμεν.
Ἡ δ' ἑτέρη πισύρεσσι πόρεν δύο τέτρατα μήλων,
πέμπτη δ' ἑκταίην μοῖραν ἔδωκεν ἔχειν·
τέσσαρα δ' Εὐρυχόρῃ δῶρον πόρε· τέτρασι δ' ἄλλοις
μήλοισιν Σεμέλη μίμνεν ἀγαλλομένη.

120. ΑΛΛΟ.

Ἡ καρύη πολλοῖσιν ἐβεβρίθει καρύοισιν·
νῦν δέ τις ἐξαπίνης μιν ἀπέθρισεν· ἀλλὰ τί φησίν;
« Ἐκ μὲν ἐμεῦ καρύων πέμπτον λάβε Παρθενόπεια·
ὀγδόατον δὲ Φίλιννα φέρει λάχος· ἡ δ' Ἀγανίππη
τέτρατον· ἑβδομάτῳ δ' ἐπιτέρπεται Ὠρείθυια·
ἕκτην δ' Εὐρυνόμη καρύων ἐδρέψατο μοίρην·
τρισσαὶ δ' ἓξ ἑκατὸν Χάριτες διεμοιρήσαντο·
ἐννάκι δ' ἐννέα Μοῦσαι ἐμεῦ λάβον· ἑπτὰ δὲ λοιπὰ
δήεις ἀκρεμόνεσσιν ἐφήμενα τηλοτέροισιν.

121. ΑΛΛΟ.

Ἑπτάλοφον ποτὶ ἄστυ Γαδειρόθεν, ἕκτον ὁδοῖο
Βαίτιος εὐμύκους ἄχρις ἐς ἠϊόνας·
κεῖθεν δ' αὖ πέμπτον Πυλάδου μετὰ Φώκιον οὖδας,
Ταύρη χθών, βοέης οὔνομ' ἀπ' εὐετίης·
Πυρήνην δέ τοι ἔνθεν ἐπ' ὀρθόκραιρον ἰόντι
ὄγδοον, ἠδὲ μιῆς δωδέκατον δεκάτης.
Πυρήνης δὲ μεσηγὺ καὶ Ἄλπιος ὑψικαρήνου
τέτρατον· Αὐσονίης αἶψα δυωδέκατον
ἀρχομένης ἤλεκτρα φαείνεται Ἠριδανοῖο.
Ὦ μάκαρ, ὃς δισσὰς ἤνυσα χιλιάδας,

119. ALIUD.

Rogantibus olim mala amicis distribuerunt
Ino et Semele duodecim virginibus : [imparia
atque his quidem Semele præbuit paria-numero, illis vero
dedit soror; mala autem habuit plura.
Hæc enim tribus tres septimas-partes dedit amicis,
duabus autem omnium quintam dedit sortem;
undecim vero Astynome ei abstulit, atque ei reliquit
sola sororibus mala duo ferenda. [malorum;
Altera vero quattuor *amicis* præbuit binas quartas partes
quintæ autem sextam partem dedit habendam;
quattuorque *mala* Eurychoræ donum præbuit; quattuor-
malis Semele mansit exsultans. [que aliis

120. ALIUD.

Nux *arbor* multis onusta erat nucibus : [*arbor?*
nunc autem quispiam subito illam totondit; sed quid dicit
« A me nucum quintam-partem cepit Parthenopea;
octavam vero Philinna fert sortem; atque Aganippe
quartam; et septima gaudet Orithyia;
sextamque Eurynome nucum carpsit partem;
ternæque sex *et* centum Gratiæ inter-se-partitæ-sunt;
noviesque novem Musæ a-me ceperunt; septem denique
cognosces ramis insidentes remotioribus. [reliquas

121. ALIUD.

Septicollem ad urbem a Gadira, sexta-pars itineris
usque ad Bætis fluvii armentis-plenas ripas;
illinc autem rursus quinta-pars Pyladæ ad Phocense solum,
Taura (*Vacca*) tellus *est*, bovina nomen a fœcunditate
ad Pyrenen inde per arduum-verticem eunti [*ductum;*
octava-pars, et unius duodecima-pars denarii.
Pyrenen autem inter et Alpes excelso-capite
quarta-pars; Ausonia statim duodecima-pars
ubi-incipit, succinum lucescit Eridani.
O me felicem, qui duo confeci millia *stadiorum*,

---

119. ALIUD PROBLEMA.

Bis senis Ino quondam Semeleque puellis
Pignus amicitiæ mala dedere suæ :
Parcior et Semele paria istis tradidit; illis
Imparia exhibuit pluraque mala soror.
Quintam malorum partem dedit ista duabus;
Est data virginibus septima trina tribus;
Astynomeque decem, sed et unum sumit. At Ino
Germanis retinet bina ferenda suis.
Altera bis geminas gemino quadrante puellas
Donat, sextantem quinta puella capit,
Quattuor Eurychore. Solido Semele quoque gaudet
Quattuor e numero mala relicta sibi. B. M.

120. ALIUD PROBLEMA.

Quæ succisa jacet, multo nux ardua quondam
Pollebat fœtu, numerumque hac arte recenset :
« Nostris ex nucibus quintam sibi Parthenopea;
Octavamque Philinna capit, quartamque Aganippe;
Septima formosæ conceditur Orithyiæ;
Eurynome sextam e numero sibi vindicat omni.
Centenas ternæ Charites senasque tulere;
Demum Pierides novies sumpsere novenas.
Summis in ramis septem tamen ecce supersunt. B. >

121. ALIUD PROBLEMA.

Quisquis adire cupis Romanam Gadibus urbem,
Sextans ad ripam Bætidis usque viæ est.
Quintantem hinc numera Phocensis ad arva coloni,
A multa regio quæ bove nomen habet.
Inde Pyrenæi præcelsa ad culmina montis
Octans est, decimæ parsque duodecima;
Quarta Pyrenæos, gelidas jacet inter et Alpes.
Parte duodecima hinc incipit Ausonia,
Qua Phaethontiades sudant electra sorores.
Sed tamen ulterius millia perge duo;

πρὸς δ' ἔτι πέντ' ἐπὶ ταῖς ἑκατοντάδας ἔνθεν ἐλαύνων·
ἡ γὰρ Ταρπείη μέμβλετ' ἀνακτορίη.

adhuc quinque præter hæc inde centurias pergens!
etenim Tarpeia *mihi* curæ-est regia, *ut assequar.*

122. ΑΛΛΟ.

Εὐβλεφάροιο Δίκης ἱερὰ κρήδεμνα μιήνας,
ὄφρα σε, πανδαμάτωρ χρυσέ, βλέποιμι τόσον,
οὐδὲν ἔχω· πίσυρας γὰρ ἐπ' οὐκ ἀγαθοῖσι ταλάντων
οἰωνοῖσι μάτην δῶκα φίλοις δεκάδας·
ἥμισυ δ' αὖ, τρίτατόν τε καὶ ὄγδοον, ὦ πολύμορφοι
ἀνθρώπων κῆρες, ἐχθρὸν ἔχοντα βλέπω.

122. ALIUD.

Acutum-cernentis Justitiæ sacras ego vittas ubi-fœdavi,
ut te, o cuncta-domans aurum, viderem tantum,
nil habeo: quattuor enim talentorum non-dc bonis
auguriis frustra dedi amicis decadas; [multiformia
dimidiamque iterum partem, tertiamque et octavam, o
hominum infortunia, inimicum habentem cerno.

123. ΑΛΛΟ.

Πέμπτον μοι κλήρου, παῖ, λάμβανε· δωδέκατον δὲ
δέξο, δάμαρ· πίσυρες δ' υἱέος οἰχομένου
παῖδες, ἀδελφειοί τε δύω, καὶ ἀγάστονε μῆτερ,
ἑνδεκάτην κλήρου μοῖραν ἕκαστος ἔχε.
Αὐτὰρ, ἀνεψιαδοῖ, δυοκαίδεκα δέχθε τάλαντα·
Εὔβουλος δ' ἐχέτω πέντε τάλαντα φίλος.
Πιστοτάτοις δμώεσσιν ἐλευθερίην καὶ ἄποινα,
μισθὸν ὑπηρεσίης, τοῖσδε δίδωμι τάδε·
ὧδε δὲ λαμβανέτωσαν· Ὀνήσιμος εἴκοσι πέντε
μνᾶς ἐχέτω· Δάος δ' εἴκοσι μνᾶς ἐχέτω,
πεντήκοντα Σύρος, Συνετὴ δέκα, Τίβιος ὀκτώ·
ἑπτὰ δὲ μνᾶς Συνετῷ παιδὶ δίδωμι Σύρου.
Ἐκ δὲ τριηκόντων κοσμήσατε σῆμα ταλάντων,
ῥέζετε δ' Οὐδαίῳ Ζανὶ θυηπολίην·
δισσῶν ἔς τε πυρὴν καὶ ἄλφιτα καὶ τελαμῶνας,
εἰκαίην δοιῶν σῶμα χάριν λαβέτω.

123. ALIUD.

Quintam-partem mihi hæreditatis, puer, cape; duodecimamque
accipe, uxor; quattuorque filii defuncti
pueri, fratresque duo et multa-gemens mater,
undecimam hæreditatis partem quisque habe.
Sed vos, proconsobrini, duodecim accipite talenta;
Eubulusque habeat quinque talenta amicus.
Fidissimis famulis libertatem et redemptionis-pretium,
mercedem servitii, hisce dono hæc :
sic autem capiant : Onesimus viginti quinque
minas habeto; Davusque viginti minas habeto,
quinquaginta Syrus, Synete decem, Tibius octo;
septem vero minas Syneto filio do Syri.
De triginta autem ornate sepulcrum talentis,
faciteque subterraneo Jovi sacra :
de-duobus et in rogum, et salsas fruges et fascias,
inanem duorum corpus gratiam accipito.

124. ΑΛΛΟ.

Ἠέλιος, μήνη τε καὶ ἀμφιθέοντος ἀλῆται
ζωοφόρου τοίην τοι ἐπεκλώσαντο γενέθλην·
ἕκτην μὲν βιότοιο φίλῃ παρὰ μητέρι μεῖναι
ὀρφανόν· ὀγδοάτην δὲ μετ' ἀντιβίοισιν ἀνάγκῃ
θητεύειν, νόστον τε γυναῖκά τε παῖδά τ' ἐπ' αὐτῇ
τηλύγετον δώσουσι θεοὶ τριτάτῃ ἐπὶ μοίρῃ·
δὴ τότε σοι Σκυθικοῖσιν ὑπ' ἔγχεσι παῖς τε δάμαρ τε
ὄλλυνται. Σὺ δὲ τοῖσιν ἐπ' ἄλγεσι δάκρυα χεύσας,
ἑπτὰ καὶ εἴκοσ' ἔτεσσι βίου ποτὶ τέρμα περήσεις.

124. ALIUD.

Sol, lunaque et circumcurrentis planetæ
zodiaci talem tibi neverunt nascenti-sortem : [manere
sextam quidem vitæ partem dilectam apud matrem
orbum *patre;* octavam vero inter hostes necessitate
servire, reditumque uxoremque et puerum præter eam
sero-natum dabunt dii tertia in parte.
Tum vero tibi Scythicis sub jaculis puerque conjuxque
pereunt. Tu autem illo de luctu fletus ubi-fuderis,
septem et viginti annis vitæ ad terminum pervenies.

Restabunt quingenta tibi tum denique, donec
Carpeio possis sistere colle gradum. B. M.

122. ALIUD PROBLEMA.

Justitiæ sacras ausus convellere leges,
Ut turgens auro cuncta domante forem,
Nil jam possideo, infidis quia nuper amicis
Læva mente quater dona talenta dedi.
Nunc quoque semissem, simul octantem atque trientem
(O duram sortem!) barbarus hostis habet. B. M.

123. ALIUD PROBLEMA.

Assis habe quintam, fili; carissima conjux,
Sume duodecimam. Quattuor alterius
Natorum nati, fratres bini, optima mater,
Undecimam partem quilibet accipiat.
Ferte talenta decem patrueles aucta duobus,
Noster et Eubulus quinque talenta ferat.
Fidis libertas famulis conceditor, hæcque
Sint longi merces munera servitii.
Vicenas quinas sibi sumat Onesimus; atqui
Vicenas sinitor Davus habere minas,
Quinquaginta Syrus, capiat quoque Tibius octo :
At Syneto septem sint, Synetæque decem.
Triginta totis tumulum exornate talentis,
Debitaque inferno sacra parate Jovi :
Bina pyræ, cum fasciolis dapibusque supremis,
Artubus ungendis bina talenta dico. B. M.

125. ΑΛΛΟ.

Τύμβος ἐγώ· κεύθω δὲ πολύστονα τέκνα Φιλίννης,
τοῖον μαψιτόκων καρπὸν ἔχων λαγόνων·
πέμπτον ἐν ἠϊθέοις, τρίτατον δ' ἐνὶ παρθενικῇσιν,
τρεῖς δέ μοι ἀρτιγάμους δῶκε Φίλιννα κόρας·
λοιποὶ δ' ἠελίοιο πανάμμοροι ἠδὲ καὶ αὐδῆς
τέσσαρες ἐκ λαγόνων εἰς Ἀχέροντα πέσον.

126. ΑΛΛΟ.

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος· ἆ μέγα θαῦμα!
καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.
Ἕκτην κουρίζειν βιότου θεὸς ὤπασε μοίρην·
δωδεκάτην δ' ἐπιθείς, μῆλα πόρεν χνοάειν·
τῇ δ' ἄρ' ἐφ' ἑβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἥψατο φέγγος,
ἐκ δὲ γάμων πέμπτῳ παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.
Αἰαῖ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
σοῦ γ' ἑκάης δυεροῦ μέτρον ἑλὼν βιότου.
Πένθος δ' αὖ πισύρεσσι παρηγορέων ἐνιαυτοῖς
τῇδε πόσου σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησε βίου.

127. ΑΛΛΟ.

Παντὸς ὅσου βεβίωκε χρόνου παῖς μὲν τὸ τέταρτον
Δημοχάρης βεβίωκε· νεηνίσκος δὲ τὸ πέμπτον·
τὸ τρίτον εἰς ἄνδρας· πολιὸν δ' ὅτ' ἀφίκετο γῆρας
ἔζησεν λοιπὰ τρισκαίδεκα γήραος οὐδῷ.

128. ΑΛΛΟ.

Οἷον ἀδελφειός μ' ἐβιήσατο, πέντε τάλαντα
οὐχ ὁσίῃ μοίρῃ πατρικὰ δασσάμενος.
Ἑπτὰ κασιγνήτοιο τόδ' ἑνδεκάτων πολύδακρυς
πέμπτον ἔχω μοίρης. Ζεῦ, βαθὺν ὕπνον ἔχεις.

129. ΑΛΛΟ.

Εἶπε κυβερνητῆρι, πλατὺν πόρον Ἀδριακοῖο
τέμνων νηΐ, ἁλὸς πόσα λείπεται εἰσέτι μέτρα;

125. ALIUD.

Tumulus ego, condoque valde-deplorandos liberos Philinnæ,
talem frustra-parientium habens fructum laterum;
partem-quintam in adolescentibus; tertiam in virginibus,
tresque mihi recens-nuptas dedit Philinna puellas;
reliqui vero solis omnino-expertes et vocis
quattuor e lateribus *matris* in Acheronta cecidere.

126. ALIUD.

Hicce tibi Diophantum habet tumulus. Ah magnum miraculum!
et tumulus ex arte mensuram vitæ loquitur.
Sextam in-puerilem-ætatem vitæ deus præstitit partem;
duodecimaque adjecta, genis induxit lanuginis-vestitum;
atque in septima-parte nuptialem accendit facem,
et post nuptias quinto puerum annuit anno.
Heu, heu! sero-nata infirma soboles, dimidiam patris
tui mensuram nactus vitæ luctuosæ crematus-es.
Luctum vero rursus quattuor solans annis
hac quanti sapientia finem attigit vitæ.

127. ALIUD.

Omnis quantum vixit temporis puer quidem quartam-partem
Demochares vixit; adolescens autem quintam; item
tertiam inter viros; canamque ubi venit ad-senectam,
vixit reliqua, tres et decem *annos*, in limine senectæ.

128. ALIUD.

Qualem frater mihi vim-intulit, quinque talenta
non justa divisione paterna impertitus! [criminis hanc
Septem a-fratre undecimarum-partium multis-madens-la
quintam habeo partem. O Jupiter, altum dormis somnum!

129. ALIUD.

Dixit gubernatori latum fretum Adriatici *maris*
secans navi. Sali quot relinquuntur adhuc mensuræ?

---

125. ALIUD PROBLEMA.

Marmore clauditur hoc proles numerosa Philinnæ,
Frustra maternis edita visceribus.
Quintantem juvenes complent; geminumque puellæ
Sextantem; nuptas tres tegit iste lapis;
Quattuor haud viso ceciderunt sole sub orcum
Translati ex utero, proh dolor! in tumulum. B. M.

126. ALIUD PROBLEMA.

Hunc Diophantus habet tumulum, qui tempora vitæ
Illius mira denotat arte tibi.
Egit sextantem juvenis; lanugine malas
Vestire hinc cœpit parte duodecima;
Septante uxori post hæc sociatur, et anno
Formosus quinto nascitur inde puer.
Semissem ætatis postquam attigit ille paternæ,
Infelix subita morte peremptus obit.
Quattuor æstates genitor lugere superstes
Cogitur: hinc annos illius assequere. B. M.

127. ALIUD PROBLEMA.

Quadrantem ætatis puerilibus egit in annis,
Quintantem juvenis decurrit, virque trientem
Demochares; cana demum accedente senecta
Bis quinos reliquum vixit tresque insuper annos. B. M.

128. ALIUD PROBLEMA.

Vim frater facit, in partes nec dividit æquas
Quæ nobis liquit quinque talenta pater.
Nam multum lacrymans septem illius undecimarum
Quintam habeo partem. Juppiter, ista vides? B. M.

129. ALIUD PROBLEMA.

Adriacas dum findit aquas, e puppe magistrum
Nauta rogat, quantum pelagi jam restet arandum.

Τὸν δ' ἀπαμείβετο· « Ναῦτα, μέσον Κριοῖο μετώπου
« Κρηταίου, Σικελῆς τε Πελωρίδος ἑξάκι μέτρα
« χίλια, δοιῶν δ' αὖτε παροιχομένοιο δρόμοιο
« πέμπτων διπλάσιον Σικελὴν ἐπὶ πορθμίδα λείπει. »

130. ΑΛΛΟ.

Τῶν πισύρων κρουνῶν ὁ μὲν ἤματι πλῆσεν ἅπασαν
δεξαμενήν, δυσὶ δ' οὗτος, ὁ δ' ἐν τρισὶν ἤμασιν οὗτος,
τέτρατος ἐν τετόρεσσι· πόσῳ πλήσουσιν ἅπαντες;

131. ΑΛΛΟ.

Οἶγέ με, καὶ πισύρεσσιν ἐνιπλήσω παρεοῦσαν
δεξαμενὴν ὥραις, κρουνὸς ἅλις προρέων·
δεξιτερὸς δ' ἄρ' ἐμεῖο τόσαις ἀπολείπεται ὥραις,
ὄφρα μιν ἐμπλήσει· δὶς δὲ τόσαις ὁ τρίτος
Εἰ δ' ἄμφω σὺν ἐμοὶ προχέειν ῥόου ἐσμὸν ἀνώγοις,
εἰν ὀλίγῃ μοίρῃ πλήσομεν ἠματίῃ.

132. ΑΛΛΟ.

Κύκλωψ* ἐγὼ Πολύφημος ὁ χάλκεος· οἷα δ' ἐπ' αὐτῷ
τεῦξέ τις ὀφθαλμὸν καὶ στόμα καὶ παλάμην,
κρουνοῖς συζεύξας· στάζοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν,
ἠδ' ἔτι καὶ βλύζων φαίνετ' ἀπὸ στόματος.
Κρουνῶν δ' οὔτις ἄτακτος· ὁ μὲν παλάμης, τρισὶ μούνοις
ἤμασιν ἐμπλήσει δεξαμενὴν προρέων·
ἠμάτιος γλήνης· στόμα δ', ἤματος ἐν δύο πέμπτοις.
Τίς κ' ἐνέποι τρισσοῖς ἶσα θέοντα χρόνον;

133. ΑΛΛΟ.

Ὡς ἀγαθὸν κρητῆρι θοοὶ κερόωσι ῥέεθρον
οἵδε δύω ποταμοί, καὶ Βρομίοιο χάρις.
Ἶσος δ' οὐ πάντεσσι ῥόου δρόμος· ἀλλά μιν οἶος
Νεῖλος μὲν προρέων ἠμάτιος κορέσει,
τόσσον ὕδωρ μαζῶν ἀπερεύγεται· ἐκ δ' ἄρα Βάκχου
θύρσος ἐνὶ τρισσοῖς ἤμασιν οἶνον ἱείς·
σὸν δὲ κέρας, Ἀχελῷε, δύ' ἤμασι. Νῦν δ' ἅμα πάντες
ῥεῖτε καὶ εἰν ὥραις πλήσετέ μιν ὀλίγαις.

Cui *ille* respondit : « Nauta, medium inter Criumetopum
« Creticum et Siculam Pelorida *est* septies stadia
« mille, duarum autem exacti cursus [restat. »
« partium-quintarum duplex Siculum adusque fretum

130. ALIUD.

Quattuor tubulorum unus quidem *una* die implevit totum
lacum, duabus vero alter, tertius hic tribus diebus,
quartus quattuor : quanto cuncti implebunt *tempore?*

131. ALIUD.

Aperi me, et quattuor implebo præsentem
lacum horis, tubulus abunde profluens :
dexter autem utique infra-me totidem relinquitur horis,
ut eum impleat; bis vero totidem tertius.
Si vero ambos mecum profundere laticis copiam jusseris,
intra parvam partem implebimus diei.

132. ALIUD.

Cyclops en Polyphemus ex-ære : qualia autem in ipso
finxit quispiam oculum et os et palmam,
tubulis connectens! stillantem vero omnino refert,
atque etiam scaturiens conspicitur ex ore. [tribus modo
Tuborum autem nullus inordinatus : qui palmæ *inest*,
diebus implebit lacum profluens; [quintas-partes.
uno-die *implebit* tubus oculi; os vero, diei intra duas
Quis dicat tempus si tribus æqualiter currat?

133. ALIUD.

Quam bonum crateræ rapidi miscent fluentum
hi duo fluvii et Bromii gratia!
Æquus autem non omnibus fluenti cursus, sed illam solus
Nilus quidem profluens diurnus satiabit :
tantam aquam e mammis suis-eructat; Bacchi vero
thyrsus *implebit* in tribus diebus vinum emittens;
tuumque cornu, o Acheloe, duobus diebus. Nunc autem
fluite et in horis implebitis eam paucis. [simul omnes

Ille refert : Creten inter Siculumque Pelorum
Millia sex numerant, exhausti jamque profundi
Bis gemini nobis quintantes ecce supersunt,
Sicania donec remos lentemus in unda. B. M.

130. ALIUD PROBLEMA.

Totum implere lacum tubulis e quattuor, uno
Est potis iste die, binis hic et tribus ille,
Quattuor at quartus. Dic quo spatio simul omnes. B. M.

131. ALIUD PROBLEMA.

Me resera, et lymphas profundens quattuor horis
Subjectum implebo protinus ipse lacum.
Æquali [?] dexter spatio, duploque sinister
Quando fluit, vitreis hunc tubus implet aquis.
Parte sed implemus longe breviore diei,
Uno si mecum tempore uterque fluat. B. M.

132. ALIUD PROBLEMA.

Æreus hic Cyclops Polyphemus. Respice quali
Arte, quis os, oculum finxerit, atque manum.
Occultos parti salientes cuilibet aptans
Effecit gelidas ut jaculentur aquas,
Ordine sed tali : plenus tribus ecce diebus
Est lacus, e dextræ si fluat unda tubo;
Una dies oculo; geminatus sufficit ori
Quintans. Quod spatium sufficit ergo tribus? B. M.

133. ALIUD PROBLEMA.

Ut miscent pariter dulcem in cratere liquorem
Hinc gemini fluvii, Liber et inde pater!
At non æquali spatio tamen influit humor;
Uno namque potes, Nile, replere die :
Tantum fundis aquæ e mammis. Tribus ecce diebus
Quod thyrso præbes implet, Iacche, merum;
Binos cornu, Acheloe, dies fluis. At simul omnes
Ite, brevi crater tempore plenus erit. B. M.

134. ΑΛΛΟ.

Ὦ γύναι, ὡς πενίης ἐπελήσαο· ἡ δ' ἐπίκειται
αἰὲν ἀναγκαίῃ κέντρα φέρουσα πόνων.
Μνᾶν ἐρίων νήθεσκες ἐν ἤματι· πρεσβυτέρη δὲ
θυγατέρων καὶ μνᾶν καὶ τρίτον εἷλκε κρόκης·
ὁπλοτέρη δὲ μιῆς φέρεν ἥμισυ. Νῦν δ' ἅμα πάσαις
δόρπον ἐφοπλίζεις μνᾶν ἐρύσασα μόνον.

135. ΑΛΛΟ.

Οἵδε λοετροχόοι τρεῖς ἕσταμεν ἐνθάδ' Ἔρωτες,
καλλιρόου πέμποντες ἐπ' εὐρίποιο λοετρά.
Δεξιτερὸς μὲν ἔγωγε τανυπτερύγων ἀπὸ ταρσῶν
ἤματος ἑκταίῃ μοίρῃ ἔνι τόνδε κορέσσω·
λαιὸς δ' αὖ πισύρεσσιν ἀπ' ἀμφιφορῆος ἐν ὥραις·
ἐκ δ' ὁ μέσος τόξοιο κατ' ἤματος αὐτὸ τὸ μέσσον.
Φράζεο δ', ὡς ὀλίγῃ κεν ἐνιπλήσαιμεν ἐν ὥρῃ,
ἐκ πτερύγων τόξου τε καὶ ἀμφιφορῆος ἱέντες.

136. ΑΛΛΟ.

Πλινθουργοί, μάλα τοῦτον ἐπείγομαι οἶκον ἐγεῖραι,
ἦμαρ δ' ἀννέφελον τόδε σήμερον, οὐδ' ἔτι πολλῶν
χρηΐζω, πᾶσαν δὲ τριηκοσίῃσι δέουσαν
πλίνθον ἔχω. Σὺ δὲ μοῦνος ἐν ἤματι τόσσον ἔτευχες·
παῖς δέ τοι ἐκ καμάτοιο διηκοσίαις ἀπέληγεν·
γαμβρὸς δ' αὖ τόσσῃσι καὶ εἰσέτι πεντήκοντα.
Τρισσαῖς συζυγίαις πόσσαις τόδε τεύχεται ὥραις;

137. ΑΛΛΟ.

Δάκρυ παρὰ στάξαντες ἀμείβετε· οἵδε γὰρ ἡμεῖς,
οὓς τόδε δῶμα πεσὸν ὤλεσεν Ἀντιόχου
δαιτυμόνας, οἷσιν * θεὸς δαιτός τε τάφου τε
τόνδ' ἔπορεν χῶρον. Τέσσαρες ἐκ Τεγέης
κείμεθα· Μεσσήνης δὲ δυώδεκα· ἐκ δέ τε πέντε
Ἄργεος· ἐκ Σπάρτης δ' ἥμισυ δαιτυμόνων,
αὐτός τ' Ἀντίοχος· πέμπτου δέ τε πέμπτον ὄλοντο
Κεκροπίδαι· σὺ δ' Ὕλαν κλαῖε, Κόρινθε, μόνον.

134. ALIUD.

O mulier, quam paupertatis es-oblita: hæc autem instat
usque necessitate stimulos afferens laborum.
Minam lanæ nevisti in die; major autem
filiarum et minam et tertiam-partem traxit staminis;
junior vero unius tulit dimidium. Nunc autem una omnibus
cœnam instruis minam pendens *unam* tantummodo.

135. ALIUD.

Aquam in-lavacra-fundentes tres hic adstamus Amores,
pulchre-mananti immittentes euripo balnea.
Dexter quidem ego ex alatis-late talis
diei intra sextam partem hunc *lacum* satiabo;
lævus rursus quattuor ex amphora intra horas;
et medius ex arcu intra ipsum diei dimidium.
Considera jam, intra quam brevem horam impleverimus
ex alis arcuque et amphora *simul* projicientes.

136. ALIUD.

Tegularum-opifices, oppido hanc festino domum erigere,
dies autem innubila hæcce nunc, neque jam multis
mihi-est-opus, sed omnem præter trecentas
tegulam habeo. Tu autem solus die una tot effinxisti;
filius vero tibi a labore post-ducentas cessavit,
generque rursus post-totidem et insuper quinquaginta.
Trium societate-conjuncta, intra quot hoc fiet-opus horas?

137. ALIUD.

Lacrimam mittentes juxta præterite. Hi enim nos *sumus*,
quos hæc domus lapsa afflixit Antiochi
convivas, quibus deus dapisque et sepulcri
hunc præstitit locum: quattuor Tegeatæ
jacemus; Messeniique duodecim; et quinque
Argivi; Spartani autem *erant* dimidia-pars convivarum,
ipseque Antiochus; porro quintæ-partis pars-quinta periere
Cecropidæ: tu vero Hylan defle, Corinthe, solum.

---

134. ALIUD PROBLEMA.

Te tua paupertas mulier latet? Attamen urget,
Et duri stimulos ipsa laboris habet.
Quotidie unam tu; sed major nata solebat
Lanæ cum toto nere triente minam;
Nebat nata minor semissem. Nunc tribus autem
Ex una vobis cœna parata mina est. B. M.

135. ALIUD PROBLEMA.

Qui jaculamur aquas tres hic adstamus Amores;
Sed varie liquidas euripo immittimus undas.
Dexter ego, summis et quæ mihi manat ab alis
Ipsum lympha replet solo sextante diei.
Quattuor ast horis lævus versa influit urna,
Dimidiatque diem, medius dum fundit ab arcu.
Dic age quam paucis euripum implebimus horis
Ex arcu simul, atque alis, urnaque fluentes? B. M.

136. ALIUD PROBLEMA.

Fictores laterum, cesserunt nubila cœlo,
Indulgete operi, domus ut mea perficiatur:
Non multi desunt lateres; finxisse tricenos
Sufficiet. Tantum solus formare solebas
Qualibet ipse die: sed centum, filius; atqui
Illo quinquaginta minus gener edere suetus.
Quod peto, tres pariter quot consummabitis horis? B. M.

137. ALIUD PROBLEMA.

Carpe viator iter lacrymans. Hic namque jacemus
Quos domus una cadens obruit Antiochi,
Queis epulas inter crudeli occumbere leto
Fata tulere. Jacent quattuor ex Tegea,
Bis sex Messene, clarum quinque edidit Argos,
Dimidium Sparte Martis amica tulit;
Occidit Antiochus; quintam quintantis Athenæ
Lugent; extinctum fletque Corinthus Hylam. B. M.

138. ΑΛΛΟ.

Νικαρέτη παίζουσα σὺν ἡλικιώτισι πέντε,
ὧν εἶχεν καρύων Κλειδ' ἔπορεν τὸ τρίτον,
καὶ Σαπφοῖ τὸ τέταρτον, Ἀριστοδίκῃ δὲ τὸ πέμπτον,
εἰκοστὸν Θεανοῖ καὶ πάλι δωδέκατον,
εἰκοστὸν τέτρατον δὲ Φιλιννίδι· καὶ περιῆν δὲ
πεντήκοντ' αὐτῇ Νικαρέτῃ κάρυα.

138. ALIUD.

Nicarete ludens cum æqualibus quinque,
quarum habebat nucum Clidi dedit tertiam-partem,
et Sapphoni quartam, Aristodicæ autem quintam,
vigesimam Theanoni et rursus duodecimam,
vigesimam autem quartam Philinnidi : et supererant
quinquaginta ipsi Nicaretæ nuces.

139. ΑΛΛΟ.

Γνωμονικῶν Διόδωρε μέγα κλέος, εἰπέ μοι ὥρην,
ἡνίκ' ἀπ' ἀντολίης πόλον ἥλατο χρύσεα κύκλα
ἠελίου. Τοῦ δῆτοι ὅσον τρία πέμπτα δρόμοιο,
τετράκι τόσσον ἔπειτα μεθ' Ἑσπερίην ἅλα λείπει.

139. ALIUD.

Gnomonicorum Diodore magnum decus, dic mihi horam
ex-quo ab ortu in-cœlum prosiluerunt aurei orbes
solis. Hujus scilicet quantum tres partes-quintæ cursûs,
quater tantum deinde usque ad occiduum mare restat.

140. ΑΛΛΟ.

Ζεῦ μάκαρ, ἦ ῥά τοι ἔργα τάδ' εὔαδεν, οἷα γυναῖκες
Θεσσαλικαὶ παίζουσι; μαραίνεται ὄμμα Σελήνης
ἐκ μερόπων· ἴδον αὐτός· ἔην δ' ἔτι νυκτὸς ἐπ' ἠῶ
δὶς τόσον ὅσσα δύ' ἕκτα καὶ ἕβδομον οἰχομένοιο.

140. ALIUD.

O Jupiter beate, numquid tibi hæc opera placent quæ
Thessalicæ ludunt? offuscatur vultus Lunæ [mulieres
a. mortalibus : vidi ipse. Supererat noctis ad auroram
bis tantum quantum duæ sextæ-partes et septima confecti.

141. ΑΛΛΟ.

Ἀπλανέων ἄστρων, παρόδους τ' ἐπὶ τοῖσιν ἀλητῶν
εἰπέ μοι, ἡνίκ' ἐμὴ χθιζὸν ἔτικτε δάμαρ.
Ἦμαρ ἔην, ὅσσον τε δὶς ἕβδομον ἀντολίηθεν,
ἑξάκι τόσσον ἔην Ἑσπερίην ἐς ἅλα.

141. ALIUD.

Non-erraticorum siderum transitus et super his planetarum
dic mihi, quando mea heri peperit conjux.
Dies erat, quantaque *est* bis septima-pars ab-ortu,
sexies tantus erat occiduum ad mare.

142. ΑΛΛΟ.

Ἔγρεσθ', Ἠριγένεια παρέδραμε· πέμπτον, ἔριθοι,
λειπομένης τρισσῶν οἴχεται ὀγδοάτων.

142. ALIUD.

Surgite, Aurora procucurrit : quinta-pars, lanificæ,
abiit, restantibus tribus partibus-octavis.

143. ΑΛΛΟ.

Σύρτιος ἐν τενάγεσσι πατὴρ θάνεν. Ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνης
πέντε τάλαντα φέρων ἤλυθε ναυτιλίης
οὗτος ἀδελφειῶν προφερέστατος· ἦ γὰρ ἔμοιγε

143. ALIUD.

Syrtis in vadis pater obiit. Ex illa autem
quinque talenta ferens venit navigatione
hic fratrum provectissimus; sane enim mihi

---

138. ALIUD PROBLEMA.

Mittens Nicarete sociabus dona, suarum
Impertit Cliten læta triente nucum;
Sappho quarta datur; vigesima facta Theanus
Atque duodecima est; quintaque Aristodices.
Pars tibi cum cessit vigesima quarta, Philinni,
Quinquaginta sibi Nicarete retinet. B. M.

139. ALIUD PROBLEMA.

Dic quota jam effluxit pars, o Diodore, diei,
Auratis ex quo radiis sol gnomona tangit.
Quantum decursi tres quintæ temporis; inde
Est tantum quater, Hesperiis dum se occulat undis. B. M.

140. ALIUD PROBLEMA.

Proh superûm pater, ista placet quæ Thessala cantu
Molitur maga? Cum Phœbe pudibunda lateret,
Vidi ego. Bis tantum solis restabat ad ortum
Tertia transactæ quantum et pars septima noctis. B. M.

141. ALIUD PROBLEMA.

Fixorum coitus astrorum, unaque vagantum
Dic age, cum pareret uxor amata mihi.
Lux erat, et quantum septans geminatus ab ortu
Tantum bis ter erat solis ad occubitum. B. M.

142. ALIUD PROBLEMA.

Surgite lanificæ, lux est, reliquæque diei
Octantum effluxit portio quinta trium. B. M.

143. ALIUD PROBLEMA.

Syrtibus in mediis pater occidit; attamen inde
Incolumis rediit quinque talenta ferens
Optimus hic fratrum : gemini mihi namque trientis
Duplum concessit sortis habere suæ.
At caram nostræ partis quadrante parentem
Donavit, certus non violasse deos. B. M.

δῶκεν ἑῆς μοίρης διπλάσιον τριτάτων
δοιῶν, ἡμετέρης δὲ δύ' ὄγδοα μητέρι μοίρης
ὤπασεν, οὐδὲ δίκης ἤμβροτεν ἀθανάτων.

144. ΑΛΛΟ.

α. Ἁ βάσις ἃν πατέω σὺν ἐμοὶ βάρος ἁλίκον ἕλκει!
β. Χἀ κρηπὶς σὺν ἐμοὶ τόσσα τάλαντα φέρει.
α. Ἀλλ' ἐγὼ οἶος ἅπαξ τὰν σὰν βάσιν ἐς δὶς ἀνέλκω.
β. Κἠγὼ μοῦνος ἐὼν σὰν βάσιν ἐς τρὶς ἄγω.

145. ΑΛΛΟ.

α. Δός μοι δέκα μνᾶς, καὶ τριπλοῦς σοῦ γίνομαι.
β. Κἀγὼ λαβὼν σου τὰς ἴσας, σοῦ πενταπλοῦς.

146. ΑΛΛΟ.

α. Δός μοι δύο μνᾶς, καὶ διπλοῦς σοῦ γίνομαι.
β. Κἀγὼ λαβὼν σοῦ τὰς ἴσας, σοῦ τετραπλοῦς.

147.

Ὅμηρος Ἡσιόδῳ ἐρωτήσαντι, πόσον τὸ τῶν Ἑλλήνων πλῆθος τὸ κατὰ τῆς Ἰλίου στρατεῦσαν.

Ἑπτὰ ἔσαν μαλεροῦ πυρὸς ἐσχάραι· ἐν δὲ ἑκάστῃ
πεντήκοντ' ὀβελοί, περὶ δὲ κρέα πεντήκοντα·
τρὶς δὲ τριηκόσιοι περὶ ἓν κρέας ἦσαν Ἀχαιοί.

148.

Χρησμὸς δοθεὶς Ἰουλιανῷ τῷ ἀποστάτῃ, ὅτε τὴν γενέθλιον ἡμέραν ἐπιτελῶν ἑαυτοῦ διῆγεν περὶ Κτησιφῶντα ἀγῶνας ἱππικοὺς θεώμενος.

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητίετα Ζεὺς,
ἔχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.
Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδὴς
μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ
ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ,
νωλεμέως δ' ἐδάμασσε καὶ ἔθνεα πολλὰ καὶ ἄλλα·
ὅς ῥα καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν Ἀλαμανικὸν οὖδας
ὑσμίναις πυκναῖσιν ἑλὼν ἀλάπαξεν ἀρούρας.

149.

Χρησμὸς δοθεὶς Τιμοκράτῃ Ἀθηναίῳ ἐρωτήσαντι περὶ ἐπιληψίας.

Μείζον' ἀειράμενος κεφαλῆς ποιμνηίου εὐλὴν

dedit e-sua parte duplum trium-partium
duarum, e-nostra autem parte duas partes-octavas matri
præbuit, neque in-justitiam peccavit immortalium.

144. ALIUD.

a. Basis quam calco, mecum pondus quantum trahit!
b. Etiam mea basis mecum totidem talenta fert.
a. Sed ego solus semel tuam basin vel bis elevo.
b. Et ego solus sim-licet tuam basin etiam ter pendeo.

145. ALIUD.

a. Da mihi decem minas, et triplex tui fio.
b. Et ego acceptis a-te totidem, quintuplex tui.

146. ALIUD.

a. Da mihi duas minas, et duplex tui fio.
b. Et ego acceptis a-te totidem, tui quadruplex.

147. ALIUD.

Homerus Hesiodo interroganti, quanta Græcorum fuerit multitudo in expeditione contra Ilium suscepta.

Septem erant violenti ignis foci, in unoquoque vero
quinquaginta obeli, et circa *eos* carnes quinquaginta;
ter vero trecenti circa quamque carnem erant Græci.

148.

Oraculum datum Juliano apostatæ, cum natalem suum diem celebrans degeret ad Ctesiphontem vicum certamina equestria spectans.

Gigantum olim genus interemit prudens Jupiter,
infensissimum immortalibus Olympias domos tenentibus.
Romanorum rex Julianus deo-similis
oppugnans Persarum urbes et mœnia longa
cominus-certantium vastavit igne validoque ferro,
immisericorditerque domuit et gentes multas alias,
qui utique etiam occiduorum virorum Alamanicum solum
pugnis crebris ubi-cepit, vastavit agros.

149.

Oraculum datum Timocrati Atheniensi interroganti de caduco morbo.

Majorem tollens capite in-grege-versantis vermem

---

144. ALIUD PROBLEMA.

a. Quam calco basis, hæc mecum pondus trahit ingens.
b. Mecum æquale trahit pondus et ista basis.
a. Solus at ipse tuæ baseos sum pondere duplus.
b. Sum triplus baseos solus et ipse tuæ. B. M.

145. ALIUD PROBLEMA.

a. Minas decem da, triplus ut fiam tui.
b. At tu decem da, quintuplus fiam ut tui. B. M.

146. ALIUD PROBLEMA.

a. Minas duas da, duplus ut fiam tui.
b. At tu duas da, quadruplus fiam ut tui. B. M.

147. ALIUD PROBLEMA.

Homerus Hesiodo interroganti quanta fuisset Græcorum multitudo adversus Trojam militantium.

Septeni luxere foci, sed quemlibet ante
Quinquaginta caro verubus confixa tremebat,
Nongentisque veru Danais data fercula ab uno. B. M.

μηκάδος, ἀγρονόμοιο δέμας περικάββαλε μήλου,
ἑρπηστὰν πολύπλαγκτον ἐϋῤῥήνου ἀπὸ κόρσης.

capræ, agros-pascentis corpus circumdemitte ovis,
serpentem (?) multum-errantem a bene-lanata cervice....

150.

Χρησμὸς δοθεὶς τῷ Αἰγεῖ ἐρωτήσαντι περὶ παιδοποιίας.

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδαιόνα, φίλτατε λαῶν,
μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.

150.

Oraculum datum Ægeo interroganti de sobole gignenda.

Utris prominentem pedem, carissime hominum, [veneris.
ne solvas priusquam ad fœcundum solum Atheniensium

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XIV.

In Codice caput incipit sine titulo, qui in indice membranis præfixo ita conceptus : ἀριθμητικὰ καὶ γρῆφα (sic) σύμμικτα. Unde Boiss. : Ἀριθμητικὰ καὶ γρῖφοι. Σύμμικτα. Prætulimus titulum a Jacobsio re jubente positum. Glossatoris autem hæc est admonitio : Γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῷς τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων. Dubitari hoc loco potest, sitne hoc dictum pro παλαιοί et νέοι, an intelligendi (quod equidem existimo) secundum literam *pueri*, quibus antiqui talia solvenda proponebant, vix proponenda medii ævi progeniei. Sed suis discipulis ad feriale otium suaviter fallendum proposuit hæc problemata die XXX Augusti m. anni MDCCCLIII Bonnensis gymnasii professor *Zirkel*, in eorum gratiam græce edita germanicisque versibus expressa. Qui de editionibus narravit p. 26 seqq.

I. *Socratem* ἐπιγραμμάτων ποιητὴν memorat Diog. L. I, 47. — « Polycratis et Pythagoræ dialogus, quo hunc ille de discipulorum numero interrogasse fingitur. Solutiones sine probationibus, quas e Jacobsio (Analect. t. X, p. 335 seqq.) et Brodæo ad ipsam Anthologiam et Meziriaco ad Diophanti Arithm. lib. V, p. 369 seqq., qui problemata illa omnia edidit, solvit et latinis reddidit versibus, sibi petat lector, hic et in reliquis apponam. » *B.* In ipso Codice sæpe solutiones brevissimæ notatæ in margine, ad prima autem epigrammata septem et infra ad Metrodorea eadem qua ipsi versus manu scholia longiora adscripta, quæ prope omnia missa fecit Jacobsius « propter obscuram et intricatam veterum arithmeticorum in talibus solvendis rationem, unde ad lectores, elegantiori recentiorum temporum methodo adsuetos, parum sive fructus sive utilitatis redundaturum esse mihi persuasum habeo. » Nos ea omnia ex Codice, cujus copia nobis facta est in hac parte, edere constitueramus, sed arithmetica sigla pleraque non capiebat hoc genus typorum, atque erant ambigue multa, nonnulla falso scripta in technicis compendiis, quibus in vulgarem scripturam versis originem erroris jam non licuisset deprehendere. In optimo codice Planudeæ (Par. 2744), pleno lacunarum, superest longum Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη λῆμμα εἰς τὰ προκείμενα προβλήματα usitato more scriptum, sed jam olim editum. — 6 τέτρατοι δ' αὖτε Cod. — « Ἡμίσεες (v. 5) dimidia pars est 14; τέτρατοι (6) pars quarta est 7; ἑβδόματοι (7) septima pars est 4; tres (8) adduntur : summa tota discipulorum est 28. » *B.* Eadem solutio siglis in margine Codicis expressa.

II. — 1 χρυσοῖ Cod.; ἐγὼ τελέθω σφ. Plan. — 2. « Ἠιθέων codex 1630 (B) pro αἰζηῶν. » *B.* — 3. Edebatur Χαρίσιος. sed Codex Χαρίσιος, ut Plan. — 4 ἔθηκε Σ. Plan. — « Ἥμισυ (v. 3) dimidium est 20; ὀγδοάτη, octava pars est 5; δεκάτη (4) decima pars est 4; ἑεικοστὴ (5) vigesima est 2; adduntur (6) novem : tota summa talentorum est 40. » *B.* Marginales notas Codicis negligentius exaratas in eumdem sensum correxit Salmasius. Scholium exhibet solutionem κατὰ τὸ λθ' τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στοιχείων Εὐκλείδου.

III. — Amor apud matrem conquereus quod Musæ ei maximam partem pomorum, quæ ex Helicone decerpserit, eripuissent; ex singulis quæ indicat totus malorum numerus inveniendus. — 5 λάβεν Cod. — 6 αὐτὰρ Cod., corr. Brunck. — 12 κουφοτέροισιν Cod. — « Πέμπτον (v. 5) quinta pars est 672; δωδέκατον, duodecima est 280; ὀγδοάτη (6) octava est 420; εἰκοστὸν (7) vigesima est 168; τέτρατον (8) quarta est 840; ἑβδομάτη, septima est 480; adduntur (9 seqq.) numeri malorum finiti 30, 120, 300, et 50, quæ Amor servavit : summa fit tota 3360. » *B.* Idem siglis notatum in margine Codicis. In scholio solutio κατὰ ιε' τοῦ ε' τῶν Εὐκλείδου Στοιχείων.

IV. Lemma : εἰς τὴν Αὐγείου κόπρον. — 5 παριρον Cod. « Pro scripto παριρον dedi παρ' ἱρόν. Plan. παρ' οὖρον, quod alii amplexi sunt. Mea lectio est verior. Quum fuerit Taraxippus deus vel heros, deaster, cujus erat τάφος vel βωμὸς vel ἡρῷον in curriculo Olympico (v. Pausan. VI, 20), ἱερὸν aut ἱρὸν aptissime convenit. » *B.* Eadem postea disseruit Meinek. ad Theocr. p. 370. — 7 γε inseruit Boiss.; Ἀρκαδίησι Salmasius; Ἀρκαδίοισι vel docta forma Ἀρκασίδῃσι (de qua vide ad IX, ep. 744, 2) Meinekius. — 8 λεύσεις Cod. — « Ἥμισυ (v. 3) dimidium est capitum 120, octava pars (4) est 30, duodecima (5) est 20; vigesima (6) est 12; trigesima (9) est 8; adduntur 50: summa tota est 240. » *B.* Sine scholio.

V. Non problema est, sed ænigma. « Edidi inter Anecdota mea t. III, p. 430 sub nomine *Pselli*, et cum lemmate καπνός. » *B.* - 3. ἀπτουμένῃσιν cod. Boisson. « Ambiguitas est in voce κούραις. Nam κόρη et pupillam oculi et puellam significat. » *Brunck.* — 4 εἰς ἀνέμου; cod. Boiss.

VI. — 1. Πόσος Cod. Ἠοῦς, diei. — 2 τόσσα Cod. In marg. nota KII. « Non puto hunc versum esse responsum, sed quæstioni propositæ esse addendum qui contineat data ad solutionem. — Transactæ sunt ex duodecim horis quibus dies constitit horæ 5 $\frac{1}{7}$; restant bis duo trientes, horæ scilicet 6 $\frac{6}{7}$, quæ summæ junctæ sunt 12. » *B.* In scholio solutio διὰ τοῦ β' τοῦ α' βιβλίου τῶν Διοφάντου.

VII. In scholio problema ita effertur : Κρουνῶν τεσσάρων ῥεόντων εἰς μίαν δεξαμενήν, καὶ τοῦ μὲν πρώτου πληροῦντος αὐτὴν εἰς ὥρας ς', τοῦ δὲ δευτέρου εἰς ἡμέρας β', ἤγουν εἰς ὥρας ιδ' (sic), τοῦ δὲ τρίτου εἰς ἡμέρας γ', ἤγουν εἰς ὥρας λς', τοῦ δὲ τετάρτου εἰς ἡμέρας δ', ἤγουν ὥρας μη'. Ἀφεθέντων ἅμα τῶν τεττάρων κρουνῶν, εἰς πόσον διάστημα χρόνου πληροῦσι τὴν δεξαμενήν; — 2 στόμα καὶ θέναρ Cod., στόμα σὺν δὲ θ. Plan., στόμα καὶ τὸ θ. cod. Gudianus et Jac. « Cod. 1630 (B) στ. ἠδὲ θ., quod recepissem, ni displicuisset nimium hiatus. Correctio καὶ δὲ visa est melior. — 4 πισύρεσσι Plan. Sed B cum Pal. πισύροισι. Quam formam, quæ exstat et ap. Manethonem III, 7, loco non movi. — 5 ἐν δ' ἅμα Cod. et Plan.; [εἰ δ' ἅμα emendavit Salmasius;] ἐν δ' ἄρα π. cod. B; placuit conjectura Jacobsii σὺν δ' ἅμα. — 6 πόσον Cod. et Plan., ποσα B. [Salmasius πόσαις.] — Diversæ problematis dantur solutiones. Camerario ap. Brodæum et Meziriaco temporis quæsiti summa est horarum 3 $\frac{33}{37}$ [sic etiam Zirkelius], Kriesio ap. Jacobsium horarum 4 $\frac{4}{61}$. » *B.* Scholium octo solutiones exponit partim satis longas. Secunda ἑτέρα λύσις σαφεστέρα καὶ συντομωτέρα, hæc est : Ἐπειδὴ ὁ α' κρουνὸς εἰς ς' ὥρας ἐπλήρου τὴν δεξαμενήν, πρόδηλον ὅτι καθ' ἑκάστην ὥραν τὸ ς' μέρος τῆς δεξαμενῆς ἐπλήρου, ὁ δὲ β' ἐπειδὴ ἐν δυσὶν ἡμέραις,

ἤγουν ἐν ὥραις κδ' ἐπλήρου τὴν δεξαμενήν, δηλονότι καὶ αὐτὸς καθ' ἑκάστην ὥραν τὸ κδ' μερος τῆς δεξαμενῆς. Quarta inscripta : Λύσις ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ζητήματος διὰ λογαρικοῦ (sic) ψήφου. Sequuntur λύσις ἑτέρα λογαρική, et ἑτέρα λογαρικὴ σύντομος. Deinde λύσις ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ζητήματος διὰ τῆς μονάδος τῶν ,ς' (sic) λεπτῶν. Denique λύσις ἑτέρα συντομωτέρα πάντων. Ἐπειδὴ ὁ ἀπαρτισμὸς τοῦ κδ' ἀριθμοῦ προς τὸν λζ' συνίστησι τὸ ζητούμενον, ἰστέον ὅτι ὁ κδ' τοῦ λς' γίνεται μέρος δίμοιρον· οὐδὲν δὲ διαφέρει πρὸς ἀριθμητικὰς καὶ λογαρικὰς ψηφοφορίας ὁ λζ' τοῦ λς', διότι οὐ τέμνουσιν οἱ ἀριθμητικοὶ τας μονάδας, οὔτε οἱ λογαρικοὶ τὰς φόλλεις. Ἐπεὶ οὖν ὁ κδ' δίμοιρόν ἐστι τοῦ λζ', ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ δ' ὧραι δίμοιρόν εἰσι τῶν ς' ὡρῶν, πρόδηλον ὅτι οἱ δ' κρουνοὶ εἰς δ' ὥρας, ἤγουν εἰς τὸ δίμοιρον τῶν ς' ὡρῶ· ἅμα ῥέοντες ἐπλήρωσαν τὴν δεξαμενήν. In fine omnium : Οὐκ ἔστιν ἑτέρα λύσις οὔτε παρὰ τῆς φύσεως οὔτε παρὰ τῆς τέχνης.

VIII. — « Numeri in talo notati hic eo ordine ponuntur, quo sibi in oppositis tali lateribus respondent » *Jac.*

IX. Lemma in cod. Paris. 1409 : ὡς ἀπὸ τῆς Ἀνδρονίκης, qui in compendio erravit. « Explicabo additis scholiis quæ jam edidi ad Gregor. Cor. p. 407. Ἀνδρ' ἐμόν : Ἕκτορα. Ἑκυρός : Ἀχιλλεύς. Fuit Achilles Andromachæ socer, Pyrrho quæ nupserat filio Achillis. Ἑκυρὸν ἀνήρ : Πρίαμον Πύῤῥος. Δαὴρ ἑκυρόν : Πάρις Ἀχιλλέα. Ἑκυρὸς γενέτην : Ἀχιλλεὺς Ἠετίωνα. Versu 1 hic cod. Par. ἑκυρὸς, ἑκυρὸν ἐμὸν κτάνεν. » *B.* Codex Laur. (cod. 16 plutei XXXII) ἑκυρὸν ἐμὸν κτάν' ἑκυρός.

X. — Non tam exhortatio, quam laus (opinor) nescio cujus juvenis ex eo ducta quod fit in ære Dodonæo. « De oraculo Dodonæo, ejusque sonoris lebetibus, quam in rem vide mea in Notitt. mann. t. XI, part. 2, p. 117; Sancto Cruc. Myst. t. I, p. 29; Walz. ad Arsenii Δωδωναῖον χαλκεῖον p. 186. » *B.* — 2 προτρέπει Cod., προτρέπειν Boiss. cum Brunckio; πνεῦμ' ἄρτια δὲ τὸν Jacobsius. Fortasse scriptum erat ἄρτιον τὸν χαλκόν, collective, ut σπόνδυλοι Hippocrati sunt ἄρτιοι ἀλλήλοις. Nemo certe probabit ἄρτια ἠχεῖν ad « voluntatem deorum eo sono expressam » relatum. — 3. « Quum versus sint politici syllabici, spondeus quarti pedis lectorem non morabitur. [Non improbabile tamen τοῦ προτοῦ, scil. τοῦ πρόσθεν κτυποῦντος, a Jac. propositum. — 7. Menandrea comparatione Ἀρρηφόρου fragm. 3 satis inficete Byzantinus utitur.] — 8. Revocavi scripturam Codicis, σοὶ δ' ἐντυχ. Facta fuit correctio non necessaria νοΐ, etiam alia ut melior proposita, νοΐ, quæ esset valde deterior, quum pedes esse debeant omnes disyllabi. » *B.* Qui de sententia dicere neglexit, quæ σοὶ prorsus respuere videtur. Præcedenti versu scribi poterat melius τῶν σῶν λεβήτων δ' ἠ.

XI. — 4. Μέτρον τέταρτον, *quadrans*. — « Legitimus filius habebit stateres 577 $\frac{7}{9}$, spurius 422 $\frac{2}{9}$. » *B.*

XII. — 2 ἑτέρας Cod., superposito η. — « Pondus pateræ primæ drachm. 97 $\frac{1}{2}$; secundæ 98 $\frac{1}{2}$; tertiæ 99 $\frac{1}{2}$; quartæ 100 $\frac{1}{2}$; quintæ 101 $\frac{1}{2}$; sextæ 102 $\frac{1}{2}$. Sunt drachmæ 600, vel minæ sex. Est epigramma in codice 1630, cum solutione. » *B.*

XIII. Lemma Codicis : εἰς ἀνδριάντας τρεῖς, Ζήθου καὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν. Lemma cod. 1630 : Ζήθου καὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν Ἀντιόπης. Zethus loquitur. — 3 τὸ τέαρτον δὲ Cod.; τὸ τέτρατόν τε Plan. — 4 ἓξ ἂν τὰ πάντ' Cod. — « Pendebat Zethus minas 12, Amphion 8; sumtis triente ex 12, scilicet 4, quadrante ex 8, scilicet 2, fit 6, pondus Antiopes. » *B.*

XIV. — « Ænigma. Unus flatus; duæ tibiæ quæ vocantur ænigmatice *nares*; decem digiti; unus tibicen qui ambas inflat. » *B.* — 2 ἐλάσει Cod., corr. Salmasius. Jac comparat hæc Achillis Tatii : ἐκεῖ (in tibia) οἱ δάκτυλοι κυβερνῶσι τὰ αὐλήματα.

XV — Exponuntur leges senarii iambici. — 2 χορίος Cod. Qui alibi *trochæus*. — 4 τέλος ἐστὶν ὃς οἶδεν μακρὰν ἐν ἀρχῇ Cod., corr. Brunckius; « nisi poeta scripsit ἐστίν ὃ μακρὰν..., more homerico ὃ pro ὃς usurpans. » *Jac.* Boiss. : « *Qui primam habet longam*, est spondeus. Nam chorius seu trochæus, qui inter pedes iambici modo fuit recensitus, locum non habet nisi ultima per positionem producta. Verba ὃς μακρὰν οἶδεν ἐν ἀρχῇ sunt absolute posita. » *B.* — 5 τε τοῖσδε Cod., τόνδε Brunck., τούσδε Boiss. auctore Jacobsio Anal. t. XIII, p. 133.

XVI. — « Ænigma explicat Buttmannus de insula Ῥόδος, cujus sit ῥο (vel ῥω) quasi mugitus bovis, et δὸς funeratoris vox. » *B.*

XVII. — 2 φέροντα δ. cod. S Crameri, si recte lectus. De re multa Jac. t. XII, p. 101 seq. Quibus addit Boiss. : « Notaras in meis Anecd. t. V, p. 120, de venatione : ὅπερ οὐ το ἡδὺ καὶ χάριεν μόνον ἔχει, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν σχεδὸν τὴν τοῦ πολέμου παιδείαν καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἐμπειρίαν πέφυκεν εἰσαγωγικόν. Ibi notavi. »

XVIII. — « Rem pueris notam, Hectorem ab Achille interfectum, auctor verbis consulto obscuravit. Pro exemplo citat Eustathius ad Il. E, p. 453, 52, ubi per ὁμωνυμίαν lectoribus stuporem injici posse docet : Διομήδης ἀνὴρ ὁ Ἀχιλλεύς, οὗπερ παλλακὴ ἦν ἡ Διομήδεια, quæ Il. I, 664, Διομήδη καλλιπάρῃος, ubi Eust. p. 694, 17, iterum ænigmatis nostri mentionem facit. [Confer Append. Plan. ep. 29, 4.] — 2. Αἴας non est *Ajax*, sed genitivus vocis αἴα pendens a præp. πρό. » *Jac.* Qui Brunckii correctionem μαρνάμενον non admisit. At vid. XVI, 29, 5.

XIX. — « Buttmannus ænigma intellexit de pediculo: Jacobsius de serra [comparato simili Symposiaci Ænigm. LX]. Illi potius ausculto. Pediculus vel supinus per capillos reptat. » *B.* Etiam in Delectu p. 459 seq. Jacobs. interpretationem de serra adstruit, sed nostro exemplo adscripsit : « Est κτείς. » Verum vidit Buttm.

XX. — « Si vocabulo πυρος mediam inseris literam ρ, quæ valet centum, invenies Pyrrhum, virginis Deidamiæ filium, virginis Polyxenæ interfectorem. Epitheton πυρὸς quo usus est frequentant poetæ. Vide ad Anecd. mea t IV, p. 76. » *B.*

XXI. — « Ænigma præcedente paulo melius, ob ænigmaticum nomen Ἡφαίστου pro πυρός. » *B.*

XXII. — 1. « Cod. 1409, καὶ λέξειν. — 2 αδε liquido scriptum in Codice, ἅδε apogr. Par., εὖ δὲ cod. 1409. In quo lemma est σιγή. Et de *silentio* interpretabatur Jacobsius. Sed melius Rossignolius in Diario eruditorum a. 1834, p. 563, negationem ipsam intelligit, et sic ferme pariter ante eum Langius in Classico Diario t. XXIII, p. 182 [ex Actis Monacensibus III, fasc. I, p. 52 seq.]

de adverbio μὴ explicabat. Interpunxi ad Rossignolii mentem. » *B.* Nimirum :

.....οὔνομα. Δεῖ δέ σε λέξαι;
Οὐ δὲ πάλιν (μέγα θαῦμα) λέγων ἐμὸν οὔνομα λέξεις.

Priorem versum eodem modo distinxit Wexius in Epist. ad Gesenium (a. 1831), p. 9, idem exprimi docens quod Jacobsiana correctione εἰ δέ με λέξεις. Post quæ οὐ δὲ jam locum non habet. Cum Jac. et Wexio ὧδε πάλιν scribendum esse putavi, vocalibus α et ω in Codice frequenter confusis. Λέγων additum propter oppositionem; nam modo ille μὴ λέγων erat. Brunckius οὐδὲ πάλιν. Non vidi Eichstædtii programma a. 1832, a Jacobsio memoratum; Welckerus in Novo Museo Rhen. t. I, fasc. 2, p. 218, non subtiliter satis οὐδέν, *nihil*, significari dixit. — Hæc dum τυποθέτιδες plumbo exscribebant, Hercherus meus literis significavit codicem Laur. 16 plutei XXXII eadem prorsus exhibere quæ Parisinus 1409 : « in εὖ δὲ πάλιν autem supplendum esse δεῖ σε λέξαι. Jam pro eo quod vulgaris oratio efferret καὶ λέγων ..., sequitur μέγα θαῦμα. » Genuinum esse ὧδε nunc quoque mihi persuasum est et probam esse solutionem σιγή, ut plerasque antiquitus traditas.

XXIII. — 1 Νιρέος Cod., corr. Buttmannus, qui explicuit. « Filium Nerei piscem fert filius terræ, catinus ex argilla. Jus cui innatat mortuus vocat Stygis undam, convivis gratam. » *B.*

XXIV. — 1 μεον (post vacuum spatium duarum litt. capax) διονυσον Cod. Ἦ ῥα νέον conjecit Jac., qui ex Codice edidit hoc epigr. — 2 διχθαδίης Cod., corr. Jac. Idem deinde ἐμοὶ ἦγ. — 3 θηβοφόρον Cod., corr. Jac. — 4 Πρόκνης conj. Jac., ego προκός — 6 χθόνα μαχ. Cod., καὶ addidit Jac. — « Explicuit Rossignolius in Diario eruditorum a. 1834, p. 561, significari ratus rete dictum πάνθηρον, quod mihi quidem multum ab auctoris mente videtur alienum. Ipse quidem in his tenebris acutum non cerno. Attamen pro πρόκνος legendum videtur Πρόκνης, eo sensu : *sororis Procnes*, id est Philomelæ, *quum filium occiderim*, id est Ἴτυν. Et probabiliter ambigue capiendum Ἴτυς de extremitate rei de qua agitur. » *B.* Verum nihil certius est quam πάνθηρα dici, quod ex ultimis versibus liquido evicit Rossignolius : « post eam cædem οὐκέτι θῆρα φέρω, *syllabam* θηρ non amplius fero, eaque perdita vel abjecta jam Πᾶν vel Πὰν ego mundum totum et cœlum cum diis amplector, ut est ap. Orpheum Hymn. X, 1 seqq., prope iisdem verbis usum :

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν, νόμιον, κόσμοιο τὸ σύμπαν,
οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
καὶ πῦρ ἀθάνατον· τάδε γὰρ μέλη ἐστὶ τὰ Πανός. »

De his igitur nemo dubitabit, sed de *reti* πανθήρῳ interpretationem minime procedere Boissonadius recte significavit; feram potius πάνθηρα a poeta intelligi aliquando demonstratum iri existimo. Θηροφόρος, qui feras raptas aufert; deinde ad fabulam mihi ignotam respici videtur, qua πρὸξ vel δορκὰς ei *soror* perhibebatur, nam correctio προκὸς a veritate, puto, non abest. Qui in Orphicis somniis habitant, absolvent interpretationem ab Rossignolio bene inchoatam. Ad idem genus pertinet ænigma sequens, cujus solutionem a Buttmanno propositam non credo rem acu tangere.

XXV. — 3 λούομαι δ' ἀεννάοισι Cod., corr. Buttmann., qui ænigma explicuit de Niobe. « Niobes liberos interemerunt Sol et Luna, Apollo et Diana. Tantalus eam sibi timet, scilicet timet lapidem, et facta fuit Niobe lapis. Lavatur facta lapis duobus lacrymarum fontibus e capite defluentibus vel e montis cacumine. Est in ὀφρυόεντι lusus ex ambiguo. Versu primo in ænigmatica significatione liberorum, ὀφθαλμοὺς Σκύλλης hæreo. Notum metaphorice dici ὀφθαλμοὺς de liberis; vide Artemidorum I, c. 26. An ὀφθαλμοὺς κοίλης? id in ænigmate ferendum. » *B.*

XXVI. « Lemma in cod. 1409 : εἰς χειρόμακτρον λινοῦν. — 2 ἀργεννὴ idem cod. — 4. Strue πρώτη ἐρχομένη εἰς χορὸν δαιτ. — Ænigma de lino ex quo fiunt mantilia manibus convivarum ante mensam abstergendis, et quod lavari aquis fluvialibus amat. » *B.*

XXVII. — « Ænigma de Thetide, quæ ut Peleum effugeret, in varias formas se mutavit, etiam leonis, et quæ fuit socrus Medeæ, dictæ Ἑκάβης ἀπὸ τοῦ ἑκάθεν βεβηκέναι, quæ Achilli in insulis beatorum nupsit. » *B.* Pluribus explicuit Jac. in Delectu p. 460, Junonis verba citans ap. schol. Apoll. Rh. IV, 815, Thetidi dicentis de Achille :

Χρειὼ μιν κούρης πόσιν ἔμμεναι Αἰήταο
Μηδείης· σὺ δ' ἄρηγε νυῷ ἑκυρή περ ἐοῦσα.

XXVIII. — 2 ἄγειν ἀγῶνας Cod, corr. Brunck. — 5 ἀλλοθεν ἄλλους conj Jac., quod necessarium videtur, hæc addens : « De navibus [?] cogitare licet, quæ multis remigum manibus moventur. Sed totum hoc ænigma adhuc exspectat Œdipum. » Idem confitetur Boiss.

XXIX. — 2 καὐτῶν corrigit Jac. — De clystere; conferendum ep. 55.

XXX. — « Putat Jacobsius intelligendum esse nervorum in cithara sonum. Sed secundus versus qui conveniet? » *B.* Conjicio fuisse machinam obsidionariam κριοχελώνην dictam; in compositæ vocis significatione jam nihil arietis et testudinis. — 2 δ' ἄρνω cod. Laur.

XXXI. — 2 τοῦ πάτρη πατρὸς ἄκοιτις corrigit Buttmannus : « *et vides eum, cujus patria patris fuit conjux*, i. e. Homerum Smyrna natum. Eadem autem Smyrna et Myrrha. » De quibus hæc Boiss. : « Ὁ μηρὸς est altera Bacchi mater; addito articulo fit ὁ ὅμηρος. Qui sic ingeniose priorem versum explicant, in altero cæcutiunt. »

XXXII. — « Hoc et sequens ænigma de Nesso, qui Herculem interemit a quo fuit interemtus. » *B.* Conf. Soph. Trach. 1159 seqq. — 2 ἔγωγε θάνον Laur.

XXXIII. — 1 με κτείναντα Cod., corr. Huschkius. In fine Jac. οὐ δέ pro οὐδέ.

XXXIV. — « Oraculum apud Achill. Tat. II, 14, Byzantiis datum de Tyro. Ibi etiam explicatur, excepto versu tertio, quo Achilles editus caret. — 3. An significatur esse in Tyro incolas præter Phœnices, φυτώνυμον αἷμα, ex Byzantio etiam et Athenis? » *B.* — 4 ἔχων χαίρει ap. Ach. — 5 θυηπ. σε φέρειν κέλομαι Ἡρακλεῖ ap. Ach., ubi Salmas. κέλομ' Ἡρακλῆι.

XXXV. — « Gallice vertit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 296, quem vide et p. 261. Sub nomine Pselli, et cum lemmate ὄνυξ, edidi in Anecd. t. III, p. 431, ubi et ὃ pro διὸ, *idcirco*, firmavi. Conf. VII, ep. 447. Sed quum sit in codice ὃ καὶ τέμνει σίδηρος, sine με, fortasse legen-

dum repetita syllaba : ὃ καὶ τέμνησι σίδηρος [cum Jacobsio Add. p. LXXXVII]. Male Chard. ὁ καί. » *B.* — 2 αἱρουμένου Cod.

XXXVI. — 2 θνήσκω Cod. — « Interpretabatur Buttmannus de pisce marino (πικρὴ ζωή, quia in amara et salsa aqua vixerat), qui dulci aqua, fortasse etiam melle (hinc θάνατος γλυκύς) elixus, in garo apponebatur. Ἀναμάκτοις ἔγχεσι νυσσόμενος eo referendum videtur quod vivus calidæ aquæ sive melli injectus obierat vi caloris, sanguine non effuso. Ζῶν τύμβος est venter. » *Jac.* Subjicit Boiss.: « Sed his non omnia sunt explicata. » Imo omnia; nam versu ultimo intelligendum τὸ γάρον, cujus optima species est αἱμάτιον cognomento.

XXXVII. — « De olea. Πηλεΐδης est lucerna fictilis a πηλῷ. Conf. ep. 53, 2. Oleum est βροτῶν ἄκος, quum medicinæ prosit; est ἕρκος ἀγώνων, quod eodem referendum mihi videtur, tutamen a doloribus. Nam si de certaminibus cogitetur, non satis capio quid jam sit ἕρκος. *B.*

XXXVIII. — De Eteocle et Polynice, secundum Phœnissas Euripidis.

XXXIX. — « Latet adhuc nomen quæsitum. » *B.*

XL. De die et nocte. — Mirum neminem ante Finckhium Philologo XXIV, p. 731, meminisse Œdipi fabulæ a Theodecte scriptæ, unde idem ænigma afferunt « Athen. X, p. 451, F, Tryphon Περὶ τρόπων p 193, 26, Chœroboscus Περὶ τρόπων p. 253, qui omnes recte ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται. » *Finckh.* — 2 τεκοῦσ' αυγοτης ἀτεκνοῦται Cod. « quod est ἀπὸ τῆς. Notanda significatio verbi ἀτεκνοῦσθαι pro *occidi.* » *Jac.* Boiss.: « Est nonnihil difficultatis in ἀτεκνοῦται. »

XLI. — Iterum de die et nocte.

XLII. — 1 παρθένου Cod., non παρθένος secundo loco. — « Nondum explicatum. » *B.* Est βάλανος φοινίκων, quod in cod. Laur. scriptum indicavit mihi Hercherus.

XLIII. — 3 ἡρακλέουσ ηρε (vel χρε, prorsus ambiguum) μεν με Cod., χρε με apogr. Par., unde Boiss.: « Scripsi κρεμάει με, *conjux me suspendit*, id est, suspendor a conjuge », sed in Græcis posuit Jacobsii egregiam loci multis modis tentati correctionem τηρεῖ με. Ejusdem explicationem t XIII, p. 713 seq. ita compendifecit : « Est scrotum. In antica parte cernitur bestia Erigones, κύων, quod est et mentulæ nomen; in posteriore bestia Pasiphaes, ταῦρος, quod perinæi est ac podicis nomen. Herculis conjux est Ἥβη, quod est et pubis nomen. Conjux Phœbi est Daphne; et lauro utebantur ad pilos urendos. » Deinde Cod. ἡ δὲ et v. 4 τείσει.

XLIV. — 1 ἐπήλυθε Cod., corr. Huschkius. — 3 οὔ μιν ὁ Cod., corr. idem. — 5 ἐν στ. Cod. De locutione conf. Il. Z, 261 ; E, 2. « De οὔλῳ ὀνείρῳ a Jove ad Agamemnonem misso, unde mala multa utrique evenerunt exercitui. » *B.*

XLV. — 2 ὑπερεκτανύσης Cod, ὑπὲρ ἐκτανύσῃς Brunck. — « De cera pugillarium. Stilus ferreus dicitur ἄρης. Sic ep. 60, 4. » *B.*

XLVI. — 1 αἱρομένου malit Huschkius, αἰνυμένου Schæferus. « Γράμματος ἀρνυμένου, *litera adscita,* scilicet, κ, σάνδαλον fit σκάνδαλον. Olim editum erat παίειν· de recepta serius πταίειν bona lectione [Codicis] nihil est monitum. » *B.*

XLVII. — « Edidit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 261 et 296. De laterna, quæ propter lucem diei amittit lucem, sed adveniente vespera rursus accenditur. »

XLVIII. Sequuntur problemata arithmetica.— 1 ἑκάστη Cod. « Quæ scriptura mutata fuit in ἑκάστῳ, sed revocavi ἑκάστῃ. Nam ἐν est absolute positum pro ἐν καλάθοις. Tum πλῆθος ἦν ἑκάστῃ ἴσον. » *B.* — 3 αἱ δ' Cod. — 4 ἔσχον Cod. — 5 πόσον δῶκαν, ὅπως δ' Cod., correxit Jacobsius, μὲν inserto; δῶκαν, ὅππως δ' Brunck. et Boiss., καὶ ὅπως olim Jac. — « Tres Gratiæ habuerunt tres calathos. in uno quoque quattuor mala, duodecim tota. Dedit unaquæque Gratiarum Musis tria mala. Jam unaquæque Musarum novem habuit malum unum, et malum unum unaquæque Gratiarum. Possit et alius numerus constitui qui sit per duodecim divisibilis æqualiter. » *B.* Item Zirkelius p. 31 « Diophanteum hoc problema infinitis modis solvi posse » observat.

XLIX. — 2 τ' ἅμα Cod. — 5 δ' ἅμ' ἠδὲ Cod., δ' ἄρ' ἅμ' ἠδὲ conj. Jacobs., ὁ ὁμοῦ ἠδὲ posuit Boiss.; δ' αὖτ' ἠδὲ Vahlenius, quod recepi. — 6 κεράσαι Cod. — 7 ἀλλ' Cod. — « Est quantitas quæsita auri 30 $\frac{1}{2}$; æris 9 $\frac{1}{2}$; stanni 14 $\frac{1}{2}$; ferri 5 $\frac{1}{2}$: quæ conficiunt 60 minas integras. » *B*

L. — « Ipsa problematis quæstio non videtur verbis posita nitidissimis. Meziriacus p. 352, Kriesius ap. Jacobs. Anal. t X, p 340, quos vide, non eodem modo illam intellexerunt. Puto phialam postulari cujus sit pondus mina una. Datis ponderis triente, scilicet 33 $\frac{1}{3}$: quadrante, scil. 25; dodecatemorio, 8 $\frac{1}{3}$; addendus massæ triens, 33 $\frac{1}{3}$: et fiet summa tota drachmæ 100, aut mina una. Sed problema id genus videtur facilius. » *B.* Zirkelius cum Meziriaco 1 $\frac{1}{2}$ minæ. Kriesius $\frac{3}{5}$ unius minæ.

LI. — « Lemma codicis 1630 : εἰς ἀνδριάντας τρεῖς. Intelligit Kriesius de tribus hominibus qui suam quisque pecuniam numerant. Sit pecunia vel pondus, nil ad rem; quæritur quantitas minarum. A habeat 45 minas, B 37 minas et 50 obolos, Γ 22 minas et 50 obolos. Versu 3 cod. 1630 : Ὀκτὼ δ' ἐγὼ μνᾶς. Tum Γ habebit 20 minas et 50 obolos. » *B.* Hi ipsi numeri ; 45. 37 $\frac{1}{2}$. 22 $\frac{1}{2}$, siglis notati in margine Codicis : ut Meziriaci correctio v. 3 a Brunckio recepta, τοῦ πρώτου τρίτον, nulla auctoritate nitatur, ne codicis 1630 quidem qui et ipse μέσου. « Secundum eam A habebit 60 minas, B 50, Γ 30. » *Zirkel.*

LII. Lemma : εἰς οἶνον. Vinum ipsum loquitur. — 1, 2. Conf. Hom. Od. Φ, 295. Multis poetis celebrata res. — 3 τρισὶν Cod.« Μουνογένεια κόρη est oculus unicus Polyphemi, filii Neptuni (qui est Juppiter marinus), tribus poculis inebriati. — 5 δὲ νέμουσα τρίτη πυριναίου Cod., corr. Scaliger. Μοῦσα τρίτη in recensu Hesiodeo est Θάλεια, et est θάλεια convivium. Πύριναι νύμφαι, aqua calida qua vinum temperabatur. » *B.* Grotius δὲ μένουσα legebat. — 6 δέρκετο Cod.; δέρκεται Brunck.; δέρκεαι Grotius. Intellige vitreum vas.

LIII. Lemma : εἰς λύχνον. — 1 ἐπ' ἀγκ. μιγεῖσα Brunck., quod in Codice est μιγεῖσα, optime correxit Jacobs. — 2. Id est, ἐν εὐνῇ. — « Est Ἥφαιστος ignis, Παλλὰς oleum, Πηλεύς; θάλαμοι vas ipsum figlinum ab nomine πηλός. Conf. ep. 37, 3. Ὀθόναι de ellychnio capiendum ; νυκτιπόλος φαέθων est lux qua tenebræ noctis illuminantur. » *B.*

LIV. Lemma : εἰς σικύαν. « De ænea cucurbitula, quam veteres medici cuti applicabant cum igne, ut sanguinem, vacuo facto, elicerent. » *B.*

LV. Lemma : εἰς κλυστῆρα. — 1, 2. Primum distichon verbis aliquot mutatis supra n. 29 legitur ut peculiare epigramma. De qua re conf. Hecker. I, p. 221. — 4 ἀχνυμένων τοκήων Cod., ἀντομένων Jacobsius, i. q. modo λισσομένων. Qui in notis mss.: « Sed fortasse nihil mutandum : solliciti enim parentes ob puellæ virginis morbum, cui remedium adhibetur. » Nec nos mutandum putavimus. « Scripsi ad sensum apte γαννυμένων, quod proposueram ad Zachar. Mityl. n. 358, p. 430 [et ipse Jacobs. t. XII, p. 345]. Villoisonus ad Cornutum p. 371 conjecit εὐχομένων. — 6. Purgo alvi sordes, ut Hercules Augiæ stabulum. — 7 ἀμπλουτῆϊ Cod. Ὀπυιομένοισι et ὁπόσοις ἐμίγην idem valent. An jungendum ? πόνον Ἀμφί γ' ὀπυιομένοισι· καὶ ἄν... — 9, 10. Instrumentum fiebat ex utriculo e pelle caprina, cui fistula eburnea adaptabatur. Hinc intelligenda vocabula εὔρινον... αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας. » *B.*

LVI. Lemma : εἰς ἔσοπτρον. « Vide not. ad Theoph. Simoc. Epist. p. 246. » *B.* Ubi levem varietatem codicis 1409 enotat. — 1 σέ. τί με βλ. Cod.; σὺ μὲν βλ. Jacobsius, quod necessarium. Laur. ἦν μ' et κἀγώ σε, τί με βλ. δεδορκώς. — 3 ἦν δ' Laur. — 4 χείλη ἄν. Laur. Hæc Hercherus, ut falli appareat Piccolov *Suppl.* p. 192. « Muta in speculo imago videtur loqui, sed os tantum aperit, sono inde non procedente : quare μάτην ἀνοιγόμενα. » *Jac.*

LVII. Lemma : εἰς φοινίκων βάλανον. — 1. « Φοῖνιξ arbor est et fructus. — 3. Theophrastus Athenæi II, § 85, palmæ caput vocat τὸ ἄνω, ἐν ᾧ ἐγκέφαλος. — 4 μοῦνα Cod. Scripsi μοῦνον ex codice 1409. Ἔντερα, id est nucleum. » *B.* Idem μοῦνον in Laur., et proposuerat Friedemannus.

LVIII. Lemma : εἰς κινάραν. Quæ cacti species, nobis *artichaut.* — 3 ὑπέραυλον Cod.; ἐρείδομαι codex 1409 et Laur. — 4. « Μητρὸς ἔχω πατέρα. id est semen. Sed id dictum non sine quadam absurditate. Nam semen quod est in cinaræ placenta producet filium, non produxit matrem. » *B.* Cujus in Anecd. t. III, p. 431, ut *Pselli*, est.

LIX. Lemma : εἰς τὴν Ἀργώ. « Quæ vexit heroas 50. Vid. Tzetz. ad Lyc. 175, p. 437. — 2. Non mutavi scriptum μηλησιῶν, etsi sit valde suspectum. Id habeo pro composito quasi *nefurum.* Sed talia composita fiunt vulgo cum negatione οὐ. » *B.* Brunck. edidit λῃστήρων, Jac. φηλητῶν, hæc annotans : « Argonautæ omnes φηλῆται, ob furtum velleris aurei. Ἡγεμόνα, Iasonem. » Sed ἔκτανον idem non recte explicat de Medea tanquam dono Argûs, quæ eum in frusta secavit. Ipsa Argo Iasonem necavit, secundum vaticinium Medeæ Eurip., v. 1383 Pors. :

Σὺ δ' ὥσπερ εἰκὸς κατθανεῖ κακὸς κακῶς
Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος,
πικρὰς τελευτὰς τῶν ἐμῶν ἰδὼν γάμων.

Ubi v. schol., et Staphylum in Argumento fabulæ, qui φησιν ἐγκελεύσασθαι τὴν Μήδειαν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς αὐτὸν ἐγκοιμηθῆναι, μελλούσης τῆς νεὼς διαλύεσθαι ὑπὸ τοῦ χρόνου· ἐπιπεσούσης γοῦν τῆς πρύμνης τῷ Ἰάσονι, τελευτῆσαι αὐτόν. — 3. In eodem Argumento : Φερεκύδης καὶ Σιμωνίδης φασὶν ὅτι ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ἐποίησε. Qui Lycophroni est v. 1315 λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας. Adde XV, ep. 26 et scholia. Γαστὴρ etiam de lebetibus, urceis vasisque aliis dici notum est.

LX. Lemma : δέλτος. — 1 μὲν τέτεκεν ἐκαινούργει Cod., μέν μ' ἔτεκεν ἐκαιν. Plan. Stephani, ἀνεκαινούργει Brunck., μὲν τέτοκέν ποτ', ἐκαιν. conj. Jacobsius, sed in Add. id ipsum quod posuit Boiss. « Ego correxi ex codice 1409 [et Laur.] — 4 Ἄρη, stilum ferreum ; conf. supra ep. 45. » *B.* In fine Laur. λόγοις.

LXI. « Edidit et gallice vertit Chardo Roch. Misc. t. 1, p. 262 et 296. Pix loquitur. » *B.* — 2 μελαινόμενος Laur. — 3 τήξησα Cod., τήξεις Laur., corr. Jacobs. Hoc uno loco habetur ἡ κέραμος. — 4 εντυλας (sic) λύομαι Laur. « Ἅρμα εἰνάλιον est navis cujus vulnera aut rimæ pice sanantur. » *B.*

LXII. Lemma : εἰς σφαῖραν. — 1. « Ἔντριχος, quod pila lusoria pilis stipata est, qui vestiuntur lacineis pelliceis, quas φύλλα vocat. Sed ἡ τρύπη qui conspici non potuerit, vix bene capio. [Sic enim Codex ; ἡ δὲ τρ. Laur. Jac. conjecit ἡ δὲ ῥαφή. Ego scripsi εἰ τρύπη.] — 4 βάλλειν Cod., βαλεῖν Plan. Stephani. Ὄνος vocabatur qui in ludo pilæ vincebatur, docente Polluce IX, § 106. » *B.* Conf. Symposii ænigma LIX.

LXIII. — De Sphinge carmen lyricum. — 4 μέσα Cod. — 5 τὸ δ' ὄπισθεν Cod. — 10 ἔχειν ἀτ. κεκραμένα Cod., corr. Salmasius. — 11 ἀτέλεστα τὰ τέλεια (sic) μεμιγμένα Cod., corr. Brunck.

LXIV. — Nobilissimum ænigma ex Τραγῳδουμένοις Asclepiadæ protulerunt Athenæus X, p. 456, B, et schol. Eurip. Phœn. 50. Legitur ap. Tzetz. ad Lycophr. 7, in codd. Sophoclis et alibi. — 1 οὐ μία Codex et Laur. Soph., οὗ ceteri, quibus accedit Paris. 3058 a Boiss. inspectus ; μορφή pro φωνή Tzetz. — 2 φυήν codd. Soph., φύσιν Ath. et alii, βοὴν Cod. et Tzetz. — 3 ἑρπετὰ γίνηται Cod., libri Soph., schol. Eur., Tzetz. γείνονται Ath., sed κινεῖται aliquot codd. argumenti Phœnissarum, aliorum apographa et cod. Paris. 3058. Deinde καὶ ἀν' αἰθέρα Ath. præter codicem Epitomæ. — 4 ἐπειγόμενον Codex, libri Soph. præter G, Tzetz.; ἐρειδόμενον Ath. recte. — 5 ἔνθα μένος nonnulli codd. schol. Eur. — Vid. infra p. 643.

LXV. — « Exstat et in Procli Chrestomathia p. 466. » *B.* Et ap. Pausan. X, 24, Steph. Byz. v. Ἴος, et in Vitis Homeri, vix ulla cum varietate.

LXVI. — Duo versus priores ap. Pausan. et Steph Byz. præcedentibus duobus, Ἔστιν Ἴος et quæ sequuntur, præpositi. Totum legitur ap. Euseb. Præparatione evang. V, p. 227, 229 et in Vita Homeri quæ Plutarchi fertur. — 2 μητρὸς et πατρὸς Codex et ceterorum fere codd., præter Euseb., unde Boiss. recepit μητρίς ... πατρίς. — 3 om. Euseb., rectissime, et parentheseos signis cinxi, quum unci apud nos indicent quæ in Codice non leguntur. — 5 ἐν τῇ σῇ μοῖρ' ἐστὶ τελ. Plut. — 7 δύσξενε τὸν Cod., superposito a Salmasii ut videtur manu. — 8 λάχες, τὴν μὲν Cod., ἣν Plut. — 9 ἦν δ' Plut. Ἠέλιοι de oculis. — 10 ζῶντί τε καὶ φθιμένῳ· φθίμενος δ' ἔτι πολλὰ Cod. imperfecto versu, in cujus locum Boiss. substituit integrum quem præbet Plut.; ζῶν καὶ ἀποφθίμενος Euseb. Ἀγήρως. Conf. IX, ep. 522, 3.

LXVII. In lemmate λαίνοι Codex. « Adscriptum mar-

gini nomen Εὐριπίδου, non quod sit Euripides auctor, sed quod ex argumento Phœnissarum depromptum sit id oraculum. Ibi siquidem subjectum est et auctius etiam. Sic nomen 'Ηροδότου adscriptum epigrammati 69, quod ex Herodoti historia desumtum est. Conf. ad ep. 76. » *B*. — 3 χείρεσι λείψειν Cod., corr. Jacobs.; χείρεσσι λιπεῖν schol. Eur., quod genuinum. Idem in fine : ὤς γὰρ ἔνευσε

Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

LXVIII. Legitur ap. Euseb. Præpar. evang. VI, p. 255. Κάρυστος, urbs Eubœæ a Carysto Chironis filio condita. — 2. « Pelion scilicet habitabat Carystus cum Chirone patre. » *B*. — 3. Additur ap. Euseb.: ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

LXIX. Lemma : χρ. δ. Λυκούργῳ τῷ φιλοσόφῳ. In marg. 'Ηροδότου, « a quo recitatur I, 65. » *B*. Alii scriptores non pauci hoc oraculum citant aut respiciunt. — 3 διζῶ Cod.; εἴ σε et ἠὲ θ. Themistius orator bis citans. In fine ἢ ἄνθρωπον Herod., et Diodor. Exc. Vat. p. 1; alii ἠὲ καὶ ἄνδρα. — 4. Additur ap. Diodorum ·

Ἥκεις εὐνομίαν αἰτεύμενος· αὐτὰρ ἔγωγε
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἕξει.

Apud Euseb. διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι Δώσω, reliquis omissis. Conf. ep. 77. Ex εὐνομίᾳ Lycurgo ab oraculo data, cujus reliquias diligenter instauravit Gœttlingius Actis Societatis Reg. Saxonicæ 1846, IV, p. 156 seq.

LXX. Lemma : χρ. δ. ἐκ τοῦ Σερ. τῷ διὰ πλῆθους (sic) ἀτυχημάτων χρωμένῳ καὶ αἰτιωμένῳ τὸν θεόν. « Pessimos hos trimetros me alibi legere non memini. » *Jac.* Gust. Wolffius De noviss. oraculorum ætate p. 16 in his non tam oraculum quam « philosophi mathematicive manum » agnoscit. — 1 μὴ μέμφῃ μοίρην Cod. « Vix credibile potuisse auctorem μὴ μέμφῃ μοίρην scribere, quod grammaticam lædit et metricam artem. Recepi μεμψιμοίρει, quod proposueram ad Zachar. Mityl. n. 312, p. 421. » *B*. Probabilius videtur cum Wolffio dittographiam verbi statuere, qui : Μὴ μοῖραν [ἄφρων] μὴ ... μέμφου. Cod. ξεῖνε. — 2 ἣν πατὴρ Cod.; τῇ π. Nauckius; certe ᾗ necessarium erat.

LXXI. Legitur in cod. 1630 (B), RS et S Crameri. Lemma in B: πῶς δεῖ εἰσιέναι εἰς θεῖον νεών. — 1 ἁγνὸς εἰς Codex et tres modo dicti et cod. 1773, ἁγνῶς Dorvillius; ἁγνὸς ἔσω Heckerus p. 377, quod ceteris præferam; ἁγνὸς ἐὼν τ. Piccolos p. 188; ἁγνὸς πρὸς τ. Schneidewinus et Boiss., qui recepit cum καθαρόν, quod unus præbet B, ceteri καθαρός. Jac. καθαροῦ. RS ξένος. Deinde B ξῖνε ἔρχεο θεοῦ, « et ad marginem manu recentiore θείου. » — 3. Pro κεῖται sententiam poscere ἀρκεῖ, *sufficit*, annotat Jac., κεῖται vertens *parata est*, quum posset *constituta est*, *usu constat*. Heckerus confert Archilochi fr. 63 : Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται. Sed Jacobsii correctionem imitatio mox afferenda confirmat. — 4 νίψῃ Cod., νίψει RS, S, hic sine ἄν; νίψαι Brunckius. De re Jac. confert Soph. Œd. T. 1223 seq., Catull. LXXXVIII, 5. Boiss.: « Similia vide in Glossario Blomf. ad Choeph. 65, ap. Musgrav. ad Soph. Aj. 645. Conf. ep. 74, 4. » Imitationem firmioribus pedibus incedentem e cod. Flor. edidit Piccolos p. 187 :

Σαράπιδος χρησμὸς Τιμαινέτῳ.
Ἁγνὰς χεῖρας ἔχων καὶ νοῦν ἐπὶ γλῶσσαν ἀληθῆ
εἴσιθι, μὴ λοετροῖς, ἀλλὰ νόῳ καθαρός.
Ἀρκεῖ γάρ θ' ὁσίοις ῥανὶς ὕδατος· ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς λούσαι χεύμασιν Ὠκεανός.

Versu 2 codex ἴσθι μὴ λουτροῖς, v. 4 οὐκ ἂν et λούσῃ, quæ correxit editor.

LXXII. Legitur in RS, cum eodem lemmate, unde πῶς ἂν λάθοι, ut in lemm. ep. 114. Cod. om. ἄν, in apogr. Par. ὄρκους. Oraculum « ad tertium post Chr. sæculum, certe non ultra secundum pertinere » cur existimandum sit rationes exponit Wolffius De noviss. or. ætate p. 2 seq. — 1 δόμον Cod. « Δρόμον, quod e conjectura pro δόμον reposuerunt viri d., exstat nitide in cod. 2720 (RS), de quo jam monui ad Anecd. t. I, p. 56. Ibidem ex eodem codice reposui ὄρθια pro ὄρθρια. [Quod illi præstat.] — 3. Ibidem monui de λάμπῃ, quod scripsi pro vulgato λάμπει. — 4 παρακτὰς Cod. — 9 ἑτέρῃ; RS. Opponit τῇ μὲν et ἑτέρῃ. Exempla dabit Jacobs. Lectt. Stob. p. 15. — 10. Posui cum codice 2720 χθόνα τ' [omissum ap. Schneidew.]. Edebatur χθ. δ'. — 12. Deus Ὅρκος infra ep. 91, 4. » *B*. Nimirum legebatur θεὸν Ὅρκον, quod correxit Wolffius.

LXXIII. « Substitui lemma brevius longiori huicce, quod est in editione : οἱ Μεγαρεῖς [hæc om. Codex] ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονήσαντες ἐπυνθάνοντο τοῦ θεοῦ ἐν ποίᾳ μοίρᾳ αὐτοὺς ἔχει · ὁ δὲ ἀνεῖλεν [Cod. ἀνεῖχεν, sic]. De hoc oraculo vide Rittersh. ad Oppiani Cyn. I, 171, mea ad Philostr. Her. p. 616; Heindorf. ad Hipp. Maj. p. 141, Meinek. ad Theocr. XIV, 48. Exstat et ap. schol. Theocriti eo loco, Photium et Suidam v. Ὑμεῖς, et in Arsenii Viol. p 361. Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad locum Theocriti, qui ultima respexit. — 1 om. Suidas. — 2 ἵπποι Θρηΐκιαι schol. Theocr., sed altera lectio plus habet auctoritatis. Vide Misc. Observv. t. I, p. 35; Gaium. ad Theod. Prodrom. p. 503; mea ad Philostr. Her. p. 515. » *B*. In fine δὲ γυν. sch. Th. — 4 τῶνδ' sch. Th. præter cod. Genev.; et οἴτε μεσ. Codex μεσσηγύ. — 5 ναίουσιν Cod. — 6 πολέμ. Cod. « Miror Apinum, qui dissertationem de loricis veterum linteis scripsit, non usum hoc loco fuisse. De sequentibus vide mea ad Theocriti l. l. » *B*. — 7 μεγαρῆες Cod., μεγαρεῖς ceteri et Boiss. Cod. ter οὐδὲ, ceteri οὔτε. — 8 δυωκαιδεκαταῖοι Codex, metro adversante.

LXXIV. Lemma delevit Boiss. Margo RS τῆς Πυθίας. Expressum ex ep. 71 antiquiore, « ut aliæ fuerunt notorum oraculorum transformationes poeticæ. » — 4 σῶμα διμαινόμενον Cod., σ. μαινόμενον Plan.; διαινόμενον Jacobsius et sic scriptum in RS et codice 1773 (qui nobis O, a Brunckio « optimus » vocatus); ἐκνίψεις σ. διαινόμενος Eldikius. Præcedenti versu consensu tres codd. οὐλοὸν ἦτορ, sed vere οὐλοὸς G. Wolffius, hæc tractans in Porphyrii de philos. ex or. reliquiis p. 85.

LXXV. In lemmate ἐν ἰλίου πόλει Cod. et edd. « Historia vel ipsi Jacobsio incognita, qui putat Jovem Mercurio mandata dare quæ Neptuno ferat. » *B*. Rem expedivit G. Wolffius De noviss. orac. ætate p. 22 seq. « Corrige ἐν Ἡλίου π. Quis enim πόλιν ad Trojam notissimam adjiciat? Si adjiciatur, quis non ἐν Ἰλίῳ πόλει scribat? Sed vel vicina Heliopolitanis Berytus a Troja ad Syriam nos rejicit. De Jovis-Solis Hieropolitani (indigenis *Baal*) templo, sive potius templis, et oraculo multis narrat Macrobius Sat. I, 23,

qui legendus. Est apostrophe Jovis ad Apollinem ipsa patris verba in oraculo referentem, nam ex communi veterum opinione vaticinabatur nomine patris. Sumendum autem columnas ad Jovis ædem exstruendam trans mare Berytum esse portatas, ibi tamen naufragio prope littus in mare dejectas, postea extractas aut Heliopolin latas esse et diruta Jovis æde Berytum redisse, aut statim Beryti remansisse. De æde Jovis Heliopoli ab Antonino Pio ædificata cogites, quæ inprimis erat celebris et ad quam splendidæ ruinæ hodie servatæ referuntur. Quamquam vel ante Pium Jovis ibi florebat religio; nam ad hanc Syriæ Heliopolin inscriptio anni 117 p. Chr. (n. 2488 ap. Mommsen. Inscrr. Neap.) referenda est, a Berytensibus, vicinæ urbis incolis, dedicata. » *Wolff.* — 1 κασιγνήτοισί τε πιθ. Cod., corr. Jac. « Forsan, κασιγνήτοις σε πιθέσθαι. — 3. Quadrat secunda persona ἀγάλλεαι, sed est ibi in apogr. Par. ἀγάλλεται. [Hoc ipsum Codicis prima manus, deinde caudula τ erasa.] Nunc versu 4 est πείσεαι in apographo, sed videtur erasum τ et fuisse πείσεται. » *B.* Codex nitide πείσεαι. Jac. : « Fort. εἰ πείσεαι, *responde an mihi obsecuturus sis.* » Imo debebat εἰ πείσεται, nam stare non posse πείσεαι ostendit Wolffius, qui recte edidit καὶ πείσεται.

LXXVI. — « Oraculum datum Lacedæmoniis exstat ap. Herodotum I, 66, quem vide. Id significat nomen Ηρω, scriptum in margine. Ob eandem causam Ηρ cum sigla plurima ex sequentibus adscriptum habent. » *B.* — 5 παιδίον Cod.

LXXVII. Lemma : χρησμὸς ἐν τοῖς Θησέως βίοις ἀναφερόμενος. Cum eodem lemmate in codice Herodoti invenit Jac. Gronovius. Non habet Plutarchus. Ultimi versus duo supra ep. 69 (ubi v.) adhærent oraculo quod tulit Lycurgus. — 4 οὐ καλλη Cod., Salmasii, ut videtur, manu correctum.

LXXVIII. Lemma : χρησμὸς Πυθίας. « Est ap. Herodotum, quem lege I, 66, 67. Ad rem vide Æneam Gaz. p. 67, ubi not. » *B.*

LXXIX. Lemma : χρησμὸς Πυθίας. Crœso datum ap. Herodot. I, 85. — 2 βουλευ Her. — 3 δεσο πολὺ Cod.

LXXX. Lemma : χρησμὸς Πυθίας. « Ap. Herodot. I, 91. Oratio est prosa, ut ep. 95. Versus pythicus esse potuit :

Τὴν πεπρωμένην ἀδύνατόν ἐστ' ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ,

trochaico octonario catalectico. » *B.*

LXXXI. Idem lemma. Oraculum Cnidiis datum ap. Herodot. I, 174. — 2 εἰ γ' ἐβ. ap. Herod. recte.

LXXXII Idem lemma. Siphni insulæ civibus datum ap. Herodot. III, 57, qui explicat c. 58.

LXXXIII. Idem lemma. Batto, Cyrenes conditori, datum ap. Herodot. IV, 155. — 1. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, schol. « Vide schol. Pind. Pyth. V, 117. » *B.* — 2 οἰκηστ. Cod.

LXXXIV. Idem lemma. Eidem datum ib. 157. — 1 αἴ τυ Cod.

LXXXV. Idem lemma. Juniori Batto datum ib. 159.

LXXXVI. Idem lemma. Hoc et duo sequentia ap. Herodot. V, 92, cujus narrationem vide. — 1 οὐ τισε Cod.; « πολύτιτον apogr. et Herod., πολύτιμον editio Jacobsii. » *B.* Codex πολύτιμον, super μ ead. m. posito τ et duobus punctis subnotato.

LXXXVII. Lemma . χρησμός, sine Πυθίας, hinc usque ad n. 93. Additur ap. Herod. :

ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε, Κορίνθιοι, οἳ περὶ καλὴν Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

LXXXVIII. — 2 κλεινοῖο libri vulgares.

LXXXIX. Oraculum Milesiis datum ap. Herodot. VI, 19 — 2 πολλοῖσι et γενήσει Cod.

XC. Oraculum Argivis et Milesiis datum ap. Herodot. VI, 77. — 5 τριέλικτος nunc ap. Her., cujus libri plurimi ἀέλικτος.

XCI. Oraculum datum Glauco Spartano ap. Herodot. VI, 86. « Exstat et ap. Arsen. Viol. p. 172. Poterit consuli Ferrand. Explic. p. 61. — 1 οὕτω Cod. — 3 ὄμνυ nunc ap. Her. — 4 παῖς ap. Her. Conf. ep. 72, 12. » *B.*

XCII. Oraculum Atheniensibus datum ap. Herodot. VII, 140, quem vide. — 1 λιπὼν φεύγετ' ἔσχ. Cod. — 3 μένει ap. Her. — 5 ἄζηλα Herodoti etiam libri, sed nunc ἀΐδηλα legitur de correctione Blomfieldi in glossario Prom. 146. — 8 νηοὺς Her. — 9 ἑστ. Cod. — 11 ἀνάγκης varietas in apogr. Par., ἀνάγκας Her. — 12 ἀλλ' ἴσον et κακοῖσι δ' ἐπικίδναται Cod.

XCIII. Oraculum iisdem datum ap. Herodot. VII, 141. — 4. « Κέκροπος οὖρος· conf. ep. 96, 4. » *B.* — 7 ξύηνον Codex. — 10 ἐστι Cod. — 12 bis ἡ Cod.

XCIV. Lemma : χρησμὸς Πυθίας, et ep. 97, cetera sine Πυθ. Oraculum Argivis datum ap. Herodot. VII, 148. — 3 χάρη Her.

XCV. « Lege Herodoti VII, 169-171. Oratio est prosa, superstitibus poetici coloris vestigiis. Oratio similis supra IX, n. 703. » *B.* Cod. ἐπιμέσφεσθε et χαμικῶν.

XCVI. Ex Herodoto VII, 220. — 3 οὐχί Her., et Ἡρακλέος. — 5 τῶν ταύρ. Cod.

XCVII. « In lemmate Πυθίας falsum est; est enim Βάκιδος ap. Herodot. VIII, 20 ». *B.* — 1 βαρβαρόφωνον etiam Herodoti libri, sed βαρβαρόφωνος nunc editur. Distinctio est Boissonadii. — 2 Εὐβοίης Cod.

XCVIII. Ex Herodoto VIII, 77. — 4 σβέσει Cod. — 5 μαιμώωντα Cod. et Boiss. Qui sua manu π vertit in τ, τίθεσθαι. Vulgares libri πυθέσθαι.

XCIX. Lemma : χρησμός. Bacidis oraculum ap. Herodot. IX, 43. — 3. πέσονται apogr. Par.

C. — Alibi non vidit Jacobs. Neque explicatur iis quæ narrat schol. Lycophr. 132. — Vide infra p. 644.

CI. De Cleobulo Lindio Diog. L. I, 91 : φέρεται δὲ αὐτοῦ ἐν τοῖς Παμφίλης ὑπομνήμασι καὶ αἴνιγμα τοῖον· Εἷς κτλ. Habet etiam Stob. Ecl. physic. p. 240. Ut *Cleobulinæ*, ejus filiæ, citat Suidas. « De anno, mensibus et diebus

Lemma in codice 3058 : Μίδου αἴνιγμα, ὥς φησι Παμφίλη ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. Midæ nomen absonum est. Originem habuit in male intellecto loco Diogenis I, 90. » *B.* — 1 ζυωχαίδ. Cod., δὲ δυώδεκα Diog. ante Cobetum et Stobæus; δέ θ' ἑκάστηι Cod., ἑκάστῳ ceteri, etiam cod. Boissonadii (qui confert ep. 48, 1), quibuscum delevimus θ'. — 2 παῖδες ἔασι τριήκοντ' ἄνδιχα Diog. ante Cobet., qui παῖδες δὶς τριάκοντα διάνδιχα, e correctione Marquardi Gudii necessaria, an ex codicum vestigiis ignoramus. Ap. Stob. κοῦραι ἑξήκοντα. — 3 ἡ μὲν ... ἡ δὲ Diogenis edd. vulgatæ.

CII. « Oraculum ad Homerum referendum, de cujus patria et parentibus Hadrianus Pythiam consuluisse fingitur. » *Jac.* Vel vere consuluit; vide Wolffium De noviss. or. ætate p. 5 seq. — 1. « Ἄγνωστον non est nitide scriptum. Si scriptura est sincera, id ceperim pro τὸ ἄγνωστον· ἐρέεις με τὸ τῆς γενεῆς ἄγνωστον. Jam monui ad Zachariam, ubi metaphoram Sirenum multis tracto. » *B.* Sic etiam Wolffius. Jac. tentabat ἀγνώστου, *de ignota origine*, coll. Hom. Od. A, 174. — 2. Ἀμβροσίου, non ἀμβροσίας, nam Homerus intelligitur. Deinde τις concedendum esse stilo oraculorum recte observat Jac. — 4 ἄλλον Cod., corr. Jac. « Vulgo πολὺ πάνσοφον. Ex apographo Paris. sumsi compositum πολυπάνσοφον, quod jam notum est ex Orac. Sibyll. II, 1. » *B.* Ita Codex.

CIII. Lemma : ἄδηλον εἰς σταφίδα. « Apogr. Par. εἰς σταφυλήν. Edidit et gallice convertit Chardo Roch. Misc t. I, p. 262, qui a sensu primi versus paululum aberravit. Verterim : *Si me juvenculam cepisses, forsan meum bibisses effusum sanguinem.* » *B.*, qui ἄδηλον inscripsit, Jac. αἴνιγμα. — 2 ἐξετέλεσε Cod. — 3 ῥύσαινάν με ὑγρ. Cod., corr. Chardo. — 4. Ὀστέα, nucleos.

CIV. — « Bene judicavit Huschkius Anal. p. 305, non esse ænigma, sed veræ rei descriptionem, in anaglypho vel gemma sculpta repræsentatæ. » *B.*

CV. « Edidit et vertit Chardo Roch. Misc. t. I, p. 263. Nunc est emendatius. Nomina quæsita sunt ποῦς, οὖς, ὗς et cifra σ vel 200. » *B.* — 1 ζώων γένος Cod., correxit Jacobsius « lapsum librarii qui γενος sæpe legerat post ζώων ». — 3 ἔσομαι Cod.

CVI. — Ænigma in eadem vocabula præter ultimum. — 3 εὑρήσεις με Cod., corr. Jac. Mox τὸ λοιπὸν Cod. « Quod ambiguum et obscurum est. Nam de vocabulo ποῦς prima et secunda litera detracta, restat ὗς, cujus τὸ λοιπὸν aut σ est aut σ' : cui sequentia minime respondent. Quare τὸ λοῖσθον fuisse suspicor, et sequentem versum mutilum sanare studui. » *Jac.* — 4 εὑρήσεις ἐπίρρημα τ. Cod.; Jacobsii correctionem εὑρήσεις εἰσέτι ῥῆμα τόπου (scil. ποῦ), recepit Boiss.

CVII. — Non sagittis jam, sed auro Amor munus suum exsequitur. « Interpretatus est Chardo Roch. l. l. p. 295, qui Æthiopum pulverem *aurum* dici monuit. » *B.* — 2. « Posteriorem syllabam κόνιν produxit etiam Æschylus Suppl. 183. » *Jac.*

CVIII. « Edidit et gallice vertit Chardo Roch. l. l. p. 262, qui de speculo est interpretatus. » *B.*

CIX. « De oculo Polyphemi. — 2. Παλλάδος στέλεχος· nam vecte oleagineo oculum Cyclopis terebravit Ulysses (Od. I, 319, Eurip. Cycl. 454). — 3. Oculus occæcatus jacet in vivo sepulcro, capite scilicet Cyclopis. » *B.* — 5 βρόμιος καὶ Cod., τε interposuit Hermannus. — 6. Παρθένον, scil. κόρην oculi.

CX. — De somno. — 1. Similiter Symposius Æn. 96 :

Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina clausit.

— 2. Haud dubie auctor scripsit

Ὁ μὴ λαλῶν λαλεῖ, τρέχει δ' ὁ μὴ τρέχων,

quod Jac. proposuit. — 3 πάντα δ' ἀληθῆ λέγω Cod., « pro quo scripsi πάντα τ' ἀτρεκῆ λέγω. » *Boiss.* Sed insolita hæc oppositio, quare Friedemanni correctionem recepi.

CXI. — « *Amor* significari videtur, ortus ex Chao vel Tartaro, quæ et ipsa sunt ἄγονα. Ἔμβρεφος dici videtur *qui intra puerilem est ætatem*; ἄρσις, de deo alato. » *Jac.* Sed Boiss. : « De Amore qui intelligunt, scopum non tetigerunt. » Similis versiculus gnosticorum fœtibus istis, qui versibus concepti in codd. non paucis reperiuntur. Nec opus est scribere Ἐξ ἀγόνων ἄγονος cum Friedemanno, nam α literæ διχρονία vel ab antiquis poetis non prorsus aliena.

CXII. In lemmate Cod. Καρύστωι pro Κροίσῳ. Ex Herodoto I, 55, explicatum c. 91. — 3 μὴ δὲ αἰδ. Cod.

CXIII. « Lemma quod posui est in marg. Codicis et apographi Par. Vide Liebel. De vita Archilochi § 1. » *B.* Ponendum erat quod in serie habet Codex non falsum lemma hexametro versu scriptum :

Χρησμὸς ἐπ' Ἀρχιλόχῳ λεχθεὶς Πυθίης ὑπὸ ὀμφῆς,

ὑπομφῆς exaratum. « Commemoratur hoc oraculum ab Euseb. Præp. evang. V, 33, p. 227. » *Jac.*

CXIV. — « Lemma in Codice plenius : Χρησμὸς δοθεὶς τῇ μητρὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος Ὀλυμπιάδι ἐν Κυζίκῳ ἐρωτησάσῃ πῶς ἂν τῆς χώρας Περσῶν κρατήσειεν ὁ ταύτης υἱός. Oraculum est obscurissimum. » *B.* Neque in Pseudo-Callisthene vidi quod his aliquam lucem afferre possit. — 2 νέκυν Cod. sine errore. — 3 ἤν τις et δεῖξαι Cod., corr. Jac. — 4 τὸ addidit Jac. — 7 ἀφηγήτορα Cod., ἀφηγητῆρα Jacobs, ὑφηγ. Meinekius ad Theocr. p. 208. — 8. « Ἀπαρνίς, quæ alibi fere vocatur Ἀβαρνίς, est locus prope Lampsacum. Vide Ephorum Marxii p. 202 [ex Steph. Byz. v. Ἄβαρνος]. » *B.*

CXV. Boiss. breve lemma substituit longissimo huicce quod præbet Codex : Κωνσταντῖνος, ἐλθὼν ἐν τῇ Τροίᾳ πλησίον, ἠβουλήθη κτίσαι πόλιν βασιλικὴν, καὶ λαβὼν τὸν χρησμὸν, ἀνεχώρησεν καὶ κτίζει Κωνσταντινούπολιν. « Constantinum, antequam sedem regni collocaret Byzantii, urbis inter Troadem et antiquum Ilium condendæ fundamenta jecisse narrat Zosimus II, 30. Sozomenus H. E. II, 3, addit : Ταῦτα δ' αὐτῷ πονοῦντι νύκτωρ ἐπιφανεὶς ὁ θεὸς ἔχρησεν ἕτερον ἐπιζητεῖν τόπον. Conf. Zonar. Annal. XIII, 3. » *Jac.* Adde Wolffium De noviss. or. ætate p. 3 seq. — 1 Τροίη σε Cod., corr. Schæferus; θεμειλίῳ Cod., corr. Huschk. « Pro τμηθέντι forsan δμηθέντι. — 3. Μεγαρήιον ἄστυ est Byzantii periphrasis. Philostratus V. Soph. I, 24, 3 : καὶ μετὰ ταῦτα γὰρ (cod. 1696 sine καί) ἧκων ὁ Μάρκος ἐς τὰ Μέγαρα· οἰκισταὶ δὲ Βυζαντίων. Ibi Olearius. Add. Hesychius Illustr. Origg. CPol. § 5, ubi Meurs. et

Cuper.; Rad. Rochett. Hist. Colon. tom. III, p. 298. — 4 βόσκονται τὸν αὐτόν Codex. Quod posset omnino defendi; vid. ad XV, ep. 31. Sed prætuli varietatem βόσκονται ἐς αὐτόν ex Codino p. 8. Est et alia ap. eund. et Stephan. B. (v. Βυζάντιον), βόσκουσι τὸν αὐτόν. » *B*. Sed Stephani quoque optimi codd. βόσκονται τὸν αὐτόν. Quod Boissonadius edidit, Wolfius quoque « genuinum censet, i. e. βοσκόμενοι ἔρχονται. Nam βόσκει pastor. Αὐτός, *idem*, etiam Homerus sine articulo. »

CXVI. — Loquitur puer, cui nuces, quas ad matrem ferebat, eripuerant puellæ septem. — 3 ἡ γὰρ Cod., corr Jac. — 4 ἔχουσαν Cod., lapsu. — 7 ἤνορα καί δ' ἐγέλα γλαύκηι Cod.; ἡ δ', ὅρα, ἡδὺ γελᾷ Γλαύκη Jacobsius scripsit; qua correctione deleta Brunckianam, ἤνιδε καὶ δὲ γελᾷ Γλ., substituit Boiss., quem non sumus secuti. — 8 καρύων Cod., corr. Brunck. — « Melissium rapuit 96 nuces; Titane 28; Astyoche 56; Philinna 112; Thetis 20; Thisbe 12; Glauce 11; relicta fuit puero 1 : summa tota 336. » *B*. In Codice his Metrodori problematis scholia subjiciuntur solutiones exponentia, de quibus vide ad ep. 1. Scholiastes hoc quoque annotavit : Τὰ δὲ τοιαῦτα προβλήματα καλεῖ ἐν τοῖς δεδομένοις ὁ Εὐκλείδης δοθέν τι οὕτως (ambiguo compendio) ἢ ἐν λόγῳ.

CXVII. « Problema præcedenti simile de pomis. — 3. Ἀγαύη Jac. invito Codice. — 4 οἴχετ' Cod — Ino habuit poma 40; Semele 15; Autonoe 30; Agave 24; puer servaverat matri 10, sibi 1 : summa tota 120. » *B*.

CXVIII. — Simile de pomis problema. « Chrysis accepit poma 76; Hero 95; Psamathe 20; Cleopatra 38; Parthenope 19; Evadne 12; Myrto sibi ex distributione servavit 120 : summa tota 380. » *B*.

CXIX. — 7 ἀστυνόμηι Cod. — « Semele parem, Ino imparem pomorum numerum distribuit duodecim puellis, et hæc plura habuit. Ino dedit tribus poma 15; duabus 7; Astynome sustulit 11, reliquit 2 : summa pomorum Inus fuit 35. Semele puellis quatuor dedit poma 12; quintæ 4; Eurychoræ 4; sibi retinuit 4 : habuit ergo ante distributionem poma 24. » *B*.

CXX. — De nuce arbore, quæ loquitur. — 5 ὠρίθυια Cod. — 6 εὐρυνομείη Cod. — « Parthenopea habuit nuces 336; Philinna 210; Aganippe 420; Orithyia 240; Eurynome 280; Gratiæ 106; Musæ 81; supersunt in arbore 7 : tulit ergo arbor ante prædationem nuces 1680. » *B*. Plane diversa solutio scholiastæ qui dicit 1360 ποιεῖν τὸ πρόβλημα.

CXXI. — Via a Gadibus Romam proficiscenti perficienda describitur addita mensura itinerum. — 1. Ad ἑπτάλοφον ἄστυ scholion : τὴν Ῥώμην λέγει. — 2. Glossa : Βαῖτις ποταμός. Bæticæ armentorum et pecudum copia et præstantia celebris. — 4. « Ταύση χθὼν est *Vaccæorum* regio, Hispaniæ populi. An alibi reperiatur, Pyladem eo coloniam duxisse, non succurrit. » *Brunck*. Boiss. citat Nonii Hispaniam c. 46. Cod. εὐεπίης. — 6 ἡ δὲ Cod., ἠδὲ Boiss. et Zirkelius. In fine Cod. δεκάδος, quod in δεκάτης mutandum esse mathematici consentiunt et recepit Boiss. — 8. « Ἠλέκτρα Ἠριδανοῖο, lacrymæ Phaethontis sororum. Fabula nota : vide Jacobs. ad Philostr. Imagg. p. 273. — 9 ἀσχομένους Cod., corr. Brunck. — 12 ταρπαίη Cod. — A Gadibus ad Bætim sunt stadia 2500; ad terram Vaccæorum 3000; ad Pyrenæos montes 1875, et amplius 125; ad Alpes 3750; ad Eridanum 1250; addantur 2000 et insuper 500 : fit summa stadiorum 15000, quibus Gades a Capitolio distant. » *B*. Ap. schol. hæc tabula :

,Β ,Γ ,Β ,ΓΨΝ ,ΑCΝ ,ΒΦ

Γάδειρα
δ'
Βαῖτις ποταμός
ε'
Ταῦρος
η'
ρ'
κ'
Πυρήνη ὄρος
δ'
Ἄλπις ὄρος
ιϐ'
Ἠριδανὸς ποταμός

Ῥώμη.

CXXII. Schol. ante solutionem : Ὑπόκειταί τις κλέψας χρυσόν, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ διανέμει τῷ (τῳ?) φίλῳ, τὸ δὲ πάλιν ἀφαιρεθεὶς ὑπὸ ἐχθροῦ, καὶ μηδὲν ἑαυτῷ ὑπολειπόμενος, καὶ διὰ τοῦτο σχετλιάζων. Ipse loquitur homo improbus. — 4 δεκάδος Cod., corr. Brunck. — 6. Ultima in κῆρες producta a σχετλιασμῷ excusationem habet. — « Qui magnas opes malis sibi comparaverat artibus, eas amisit, quum talenta 40 amicis mala dedisset ave, et inimicus haberet dimidiam eorum partem, talenta 480; tertiam, tal. 320; octavam, tal. 120. Possederat autem talenta 960. » *B*.

CXXIII. Testamentum patrisfamilias. — 2 υἱέες Cod., corr. Jac. — 4 ἐκτος (pro ἕκαστος) Cod. — 5 ἀνεψιοὶ Cod., ἀνεψιαδοῖ Brunck.; terminationem sequens syllaba absorpsit. — 6 εὔβολος Cod. — 9 ὧδε λαμϐ. Cod., corr. Jac. — 10 δοὺς δ' Cod., corr. Salmas. vel Meziriacus. — 11 et 12 Συνετή et Συνετῷ Codicis Boiss. tenet : « nam sæpe accentus nominum propriorum non fuit retractus. » Συνέτη, Συνέτῳ Jac. Codex τίμιος intactum. — 14. Ζεὺς οὐδαῖος, i. e. καταχθόνιος, Pluto. — 15 καὶ ἐς sive κεὶς ἁλρ. Hermannus. « Est cœna funebris; τελαμῶνες, fasciæ quibus pollinctores corpus vinciebant. — 16. Εἰκαίη χάρις est quos Horatius appellat *sepulcri supervacuos honores* : unguenta, odores, etc. » *Jac*. — « Ex testamento filius habeat talenta 132; uxor 55; septem qui sequuntur, unusquisque 60, cuncti 420; sobrini 12; Eubulus 5; servi sex 120 minas sive tal. 2; pro sepulcro, sacrificio, pollinctura, epulo, ceteris impendantur tal. 34 : fit summa tal. 660, quam possedit testator. » *B*. Summam non indicat scholiastes, hoc in fine annotans : καὶ γέγονεν φανερὸν ἐκ τούτου, ὅτι τὴν μνᾶν ὑποτίθεται τεταρτημόριον τοῦ ταλάντου · τὰς γὰρ ρμδ' μνᾶς ὡς λς' τάλαντα ἐκτίθεται.

CXXIV. — Genitura sive horoscopus pueri recens nati. — 2. Zodiaci orbis. — 4 ὀγδοατ' ἠδε Cod., corr. Jacobs. In fine ἀνάγκη Boiss. pro edito ἀνάγκη. — 7 ὑπέγγεϊ Cod. — 8 σοὶ δὲ τοῖσιν ἐπαλλιστα Cod., ἐπ' ἄλγεσι Huschkius, quod recepit Boiss.; ἅλις ἐπὶ δάκρυα χεύσας scripsit Vahlen ap. Zirkel., coll. ep. 131, 2. — 9 εἴκοσι Cod. — « Astrologus prænunciat puero futuros vitæ eventus : scilicet, amisso patre, apud matrem transacturum esse annos 12; in servitute annos 9 : tum spatio annorum 24 locum habebunt reditus in patriam, matrimonium, filii susceptio, dein uxoris ac filii mors; ipse morietur

post annos 27. Summa annorum totius vitæ est 72. » B.

CXXV. — De numero liberorum Philinnæ. — 4 τρὶς δὲ Cod. — « Sepulcrum continebat corpora puerorum 3, virginum 5, nuptarum 3, abortivorum 4 : summa tota 15. » B.

CXXVI. Fingitur inscriptum sepulcro Diophanti mathematici. — 3 ἕκτη et ὅπασε Cod. « Forsan ἕκτη ... μοίρη. » B. — 4 δωδεκάτη Cod. In fine legebatur χλοάειν, quod correxit Heckerus p. 378. — 5 ἐπ' ἑβδ. Cod. — 6. Ἐπένευσεν, scil. θεός. — 8 τοῦδε καὶ ἡ κρυερὸς μ. Codex; τοῦδ' ἑκάτης δυεροῦ Jacobsius in Add. « In quo quum non placeret τοῦδ', scripsi σοῦ γ'. » B. Vahlenus conjecit :

δέκτ' Ἀΐδης κρυερὸς μέτρον ἑλὼν βιότου.

— 10. Interrogationis notam disticho subjectam recte delevit Zirkelius, τῇ πόσου σοφίῃ accipiens *scientiam quanti*, arithmeticam. — « Diophantus puer fuit per annos 14, puber per annos 7; annos natus 33 duxit uxorem; anno 38 filium ex uxore suscepit; qui quum annos 42 vixisset, mortuus est; superstes filio fuit annos 4 : summa annorum vitæ 84. » B.

CXXVII. — Ætas Democharis. « Qui vixit puer annos 15; juvenis annos 12; vir annos 20; senex annos 13. Vita tota fuit annorum 60. » B.

CXXVIII. Schol. ante solutionem : Ὑπόκειταί τις σχετλιάζων ὡς ἀδικηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπὶ τῷ τοῦ πατρικοῦ κλήρου μερισμῷ· ἦσαν γὰρ ἀδελφοὶ δύο οἱ πάντες, ὁ θ' εἰς ἰσχυρότερος· ἦν δὲ ἡ πᾶσα οὐσία ἡ πατρικὴ τάλαντα ε'. Διαλύεται τὸ πρόβλημα κατὰ τὸ δεύτερον τῶν Διοφάντου βιβλίου α'. — « Talenta quinque fuerunt divisa ab injusto fratre, ita ut ipse de septem undecimis partem quintam relinqueret fratri. Habuit primum ergo injustus frater drachmas 19090 $\frac{10}{11}$, de quibus alter haberet quintam partem = drachmas 3818 $\frac{2}{11}$; præterea habuit 7090 $\frac{10}{11}$ dr.; in summa talenta 4 drachmas 2181 $\frac{9}{11}$. » B. Aliter : fratrum alter tulit 4 $\frac{4}{11}$ talenta, alter $\frac{7}{11}$ tal. Atque hoc pluribus exposuit schol.

CXXIX. — De navigatione in Adriatico mari. — 1. « Quum displiceat abruptum initium εἶπε, suspicor excidisse versum. — 3. De Cretæ promontorio Κριοῦ μετώπῳ vide Dutheil. ad Strab. X, p. 116, n. 4. Siciliæ statim nominando promontorio et hodie Peloro nomen est. — Erant conficienda μέτρα vel stadia 2666 $\frac{2}{3}$ = quaternis quintis partibus confectorum stadiorum 3333 $\frac{1}{3}$. Quæ partes simul additæ efficiunt μέτρα 6000. » B. Idem ap. schol., qui annotat : διὰ τοῦ δευτέρου προβλήματος τοῦ πρώτου τῶν Διοφάντου Στοιχείων λύεται.

CXXX. — De tubulis variis aquam in cisternam fundentibus. — 1 δυο δ' et ἤματιν (hoc ubique fere) Cod., corr. Brunck. — 3 κλήσουσιν Cod. — « Quattuor tubi simul suam effundentes in lacum aquam, eum implebunt in parte diei paulo minus quam dimidia, scil. $\frac{12}{25}$ diei. » B. Hoc multis schol. exposuit hoc initio : Τοῦτο τὸ πρόβλημα λύεται κατὰ τὸ ιθ' θεώρημα τοῦ ζ' τῶν Στοιχείων Εὐκλείδου.

CXXXI. — Simile præcedenti. — 5 ῥόον ἐσμὸν Cod., corr. Jac. — « Tres tubi simul fluentes implebunt lacum horis 2 $\frac{2}{11}$ sive $\frac{2}{11}$ diei. » B. Schol.: Καὶ τοῦτο ὁμοίως ἐφοδεύεται τῷ ιζ' (ep. 130) διὰ τοῦ ιθ' τῶν Στοιχείων τοῦ ζ' βιβλίου Εὐκλείδου.

CXXXII. — Polyphemus æneus fundens aquam. — 1. « Codex, κύκλωψ ἐγὼ Πολ. Scripsi Κύκλωψ, quod etsi sit contra usum, non est omnino contra artem. Brevitas syllabæ ωψ ferri potest, quum corripiant grammatici syllabam ιξ in nominibus χοῖνιξ, φοῖνιξ. » B. Etiam si posset, ἐγὼ refellitur versu 3. Jacobs. Κύκλωψ τοι Π. — ἡ δ' Cod. Nec ἀπὸ στόματος sinum : fort. φαίνεται αὐτόματος vel -μάτως. — 7 ἤματ Cod., ut solet; ἡμάτιον apogr. Par. « Forsan ἡμάτιος γλήνη, vel ἤματι δ' ὁ γλήνης. — Implebitur lacus trium tuborum simul fluentium aquis parte brevi diei, $\frac{6}{23}$. » B. Scholiastes post calculum : εὑρήσομεν ὅτι οἱ γ' κρουνοὶ ἀφεθέντες πληρώσουσι τὴν δεξαμενὴν ἐν ὥραις $\frac{\xi}{\kappa\gamma}$. εἰ γὰρ ὑποθώμεθα λόγου χάριν τὴν δεξαμενὴν χωροῦσαν μέτρα χζ', τὸ μὲν στόμα τοῦ Κύκλωπος πληρώσει μέτρα υν', ὁ δὲ ὀφθαλμὸς ρπ', ἡ δὲ χεὶρ ξ'· καὶ ἔσται κατὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς θέσεις ὁ μὲν ὀφθαλμὸς τῆς χειρὸς τριπλάσιος, τὸ δὲ στόμα τοῦ ὀφθαλμοῦ μεγέθει διπλασιοήμισυ.

CXXXIII. — De cratere cui Nili, Acheloi et Bacchi imagines aquam infundunt. — 1 θεοὶ Cod., corr. Brunck — 2 δύο Cod. — 5 ἀπερεύεται Cod. — 7 ἤμασιν ἦν (sic) δ' Cod., corr. Brunck. — 8 μὴν ὀλ. Cod., corr. idem. — « Lacus implebitur aquis quas fundunt statuæ Nili et Acheloi, vino quod e Bacchi thyrso fluit, partibus $\frac{6}{11}$ diei sive 6 $\frac{6}{11}$ horis. » B. Addidit schol.: εἰ οὖν ὑποθοίμεθα τὸν κρατῆρα μέτρων λόγου χάριν τλ', ἐκμετρήσει ὁ μὲν Νεῖλος μέτρα ρπ', ὁ δὲ Διόνυσος ξ', ὁ δὲ Ἀχελῷος ϛ', ὡς κατὰ τὰς ὑποθέσεις προβαίνει.

CXXXIV. — Mater et filiæ nentes. — 2 ἀναγκαίη Cod., corr. Schæfer., poetice pro ἀνάγκῃ. — 6. « Ἑρύειν hic non est *trahere*, sed *pendere*, ut ἐρύσασθαι Il. X, 351 scholia exponunt σταθμήσασθαι, ζυγοστατῆσαι. » *Jac.* — « Mater nunc uno die nebat $\frac{6}{17}$ minæ, filia major $\frac{8}{17}$, minor $\frac{3}{17}$. » *Boiss.*

CXXXV. — Tres Amorum statuæ in balneo aquam fundentes. — 7 ὀλίγη et ὥρη Cod. — « Tres lacum implebunt parte diei $\frac{1}{44}$ sive hora 1 $\frac{1}{11}$. » B. Addit schol.: εἰ οὖν διαιρεθῇ ἡ δεξαμενὴ εἰς μέτρα λόγου χάριν ρι', πληρώσει ὁ μὲν δεξιὸς μέτρα ξ', ὁ δὲ εὐώνυμος λ', ὁ δὲ μέσος κ'.

CXXXVI. — Tres operarios qui lateres conficiunt alloquitur architectus. — 2 ἀνυεφελλον Cod. — 7 πόσαις Cod. — « Conficientur conjuncta opera trium laterariorum lateres 300, parte diei $\frac{2}{5}$ sive 4 $\frac{4}{5}$ horis. » B.

CXXXVII. — Epitaphium convivarum domi ruina oppressorum. — 1. Παραστάξαντες Boiss. scripsit cum apogr. Par. et Meziriaco p. 364; sed est παραμείβετε. — 2 πεσῶν Cod. Non offendendum in syllaba brevi. — 3 δαιτυμόνας οἷσιν θεὸς Cod.; τοῖσίν γε 0. conj. Jacobs.; in Addendis : « Fort. δαιτυμόνας, θεὸς οἷσιν ὁμοῦ δαιτ. » Quod sane recipiam præ hoc Boissonadii : « Scripsi οἷσιν δαίμων, de correptione syllabæ νας securus, facile versus sede producendæ. » — 4 ἔπορε Cod. — « Convivæ fuerunt 50, quorum Spartani 25, Athenienses seu Cecropidæ 2. » B.

CXXXVIII. — Nuces inter amicas distributæ. — 2 κλεῖτ' ἔπορεν Cod.; Κλειδ' ἔπορεν, pro Κλειδί, G. Dindorfius in Zimmermanni Diar. schol. 1839, Nov. p. 1135, et Vahlenus; Κλειδὶ vel Κλεῖδι πόρεν Jac. et Boiss. — 4. In Θεανοῖ synizesis statuenda. — « Habuit Cleis nuces 400; Sappho 300; Aristodice 240; Theano 60+100, Philinnis 50; Nicarete 50 : fit summa tota 1200 » B.

Mox aliam effigiem regi spolia ampla ferentem
Eriget in Susis Medus Achæmeniis;
Trans Istrumque aliam sparsos per colla capillos
Tunc primum famulo vertice tonsus Abar.
Hanc dedit interea sub cultu consulis illi
Pro bene servatis legibus urbs dominans.
Semper salva mane, Roma o Byzantia, reddis
Quod Justiniani pro pietate vicem.

73. INCERTI.

Gloria fastorum, summus cui traditus ensis,
Quemque suum magni reges dixere parentem,
Aurelianus hic est : micat aureus ecce, senatus
Munere, quem magnis solvit mœroribus ultro.

74. INCERTI,
de Præside.

Esto quidem mitis : sed nonnihil adde timoris.

βομβήεσσα μέλισσα χορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ.
Οὐ γὰρ ἄτερ μάστιγος ἰθύνεται ἵππος ἀγήνωρ·
οὐδὲ συῶν ἀγέλη ἐπιπείθεται ἀνδρὶ νομῆϊ,
πρὶν καὶ ἐριγδούποιο χαλαύροπος ἦχον ἀκούσῃ.

75. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ζηνὶ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Ἄρεϊ τέκνον ἀνάκτων
εἴκελον, εὐκταίη μητέρος εὐτοκίη,
πάντα τοι ἐκ Μοιρέων βασιλήϊα, πάντα τέλεια
ἦλθεν· ἐποιήθης δ' ἔργον ἀοιδοπόλων.
Ζεὺς σκῆπτρον βασίλειον, Ἄρης δόρυ, καλλοσύνην δὲ
Φοῖβος ἔχει· παρὰ σοὶ δ' ἀθρόα πάντα, Κότυ.

76. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Οἱ τρεῖς Τυνδαρίδαι, Κάστωρ, Ἑλένη, Πολυδεύκης.

77. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Ὄμματα μὲν κούρης μόλις ἡ γραφὶς, οὔτε δὲ χαίτην,
οὔτε σέλας χροιῆς ἄκρον ἀπεπλάσατο.
Εἴ τις μαρμαρυγὴν δύναται φαεθοντίδα γράψαι,
μαρμαρυγὴν γράψει καὶ Θεοδωριάδος.

78. ΑΛΛΟ.

Βάσκανος ἡ γραφίς ἐσσι, καὶ εἰσορόωσι μεγαίρεις
χρύσεα κεκρυφάλοις βόστρυχα κρυψαμένη.
Εἰ δ' ὑπάτης κεφαλῆς ὑπάτην χάριν εἰκόνι κεύθεις,
οὐδ' ἐπὶ τῷ λοιπῷ κάλλεϊ πίστιν ἔχεις.
Πᾶσα γραφὶς μορφῇσι χαρίζεται· ἀλλὰ σὺ μούνη
τῆς Θεοδωριάδος κλέψας ἀπ' ἀγλαΐας.

79. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος, ἢ Στρατονίκης.

80. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Μαχλὰς ἐγὼ γενόμην Βυζαντίδος ἔνδοθι Ῥώμης,

bombum-edens apis armatur acuto spiculo.
Non enim sine flagello dirigitur equus ferox;
neque suum grex paret viro pastori,
priusquam valde-strepentis pedi sonum audierit.

75. ANTIPATRI.

Jovi et Apollini et Marti soboles regum
similis, exoptatum matris puerperium:
cuncta tibi ex Parcis imperatoria, cuncta perfecta
contigerunt: factus-es argumentum poetarum.
Jupiter sceptrum imperatorium, Mars lanceam, formamque
Phœbus habet: penes te vero conjuncta omnia, Coty.

76. SYNESII PHILOSOPHI.

Terni Tyndaridæ, Castor, Helena, Pollux.

77. PAULI SILENTIARII.

Oculos quidem puellæ vix imago, neque vero crines,
neque splendorem cutis summum effinxit.
Si quis fulgur potest phaethontium (*solare*) pingere,
fulgur pinget etiam Theodoriadis.

78. ALIUD.

Maligna es, pictura, et adspicientibus invides,
aureos reticulis crines dum abscondis. [celas
Si vero summi capitis summam venustatem in-imagine
neque in reliqua pulchritudine fidem habes.
Nulla-non pictura formis blanditur; sed tu sola
Theodoriadis detraxisti *aliquid* pulchritudini.

79. SYNESII PHILOSOPHI.

Aureæ imago *est* aut Cypridis, aut Stratonicæ.

80. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

Meretrix ego fui Byzantia in *urbe* Roma,

Plenæ mellis apes, sed et hæ sua spicula gestant,
Et generosus equus regitur monitore flagello:
Nec pecus immundum discit parere subulco,
Ante pedi strepitus crassas quam perculit aures.

75. ANTIPATRI.

Edite felici partu de semine regum,
Par Marti, Phœbo par quoque, parque Jovi,
Nil tibi non plenum Parcæ augustumque dederunt,
Materia ut cunctis vatibus una fores.
Belligeras a Marte manus, ab Apolline formam,
A Jove sceptra tenes, omnia summa, Coty.

76. SYNESII PHILOSOPHI.

Pollux atque Helene cum Castore Tyndaridæ tres.

77. PAULI SILENTIARII,
de imagine Theodoriadis.

Vix coma, vix oculi pingi potuere puellæ,
Summus et in tenero qui sedet ore color.
At radios digne poterit qui pingere solis,
Exprimat et radios hic Theodoriadis.

78. *De eadem.*

Ah nimium tabula es spectantibus invida: nam cur
Abdita vittarum tegmine crispa coma est?
Si capitis summi summos abscondis honores,
Non es de reliquo corpore digna fide.
Blandiri pictura solet: tu detrahis una
Non modicum formæ de Theodoriade.

79. SYNESII PHILOSOPHI,
de imagine sororis.

Aurea in effigie datur hac Venus aut Stratonice.

80. AGATHIÆ ORATORIS.

Nobilis in Roma meretrix Byzantide vixi,

ὠνητὴν φιλίην πᾶσι χαριζομένη·
εἰμὶ δὲ Καλλιρόη πολυδαίδαλος, ἣν ὑπ' ἔρωτος
οἰστρηθεὶς Θωμᾶς τῇδ' ἔθετο γραφίδι,
δεικνὺς ὅσσον ἔχει πόθον ἐν φρεσίν· ἶσα γὰρ αὐτῷ
κηρῷ τηκομένῳ τήκεται ἡ κραδίη.

81. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εἰς τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἄγαλμα.

Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ, εἰκόνα δείξων,
Φειδία· ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

82. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

83. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Αἴαντος εἰκόνα.

Αἶαν Τιμομάχου πλέον ἢ πατρὸς, ἥρπασε τέχνα
τὴν φύσιν· ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον,
καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι, καὶ τὰ κεραστὰ
δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἔμιξε πόνους.

84. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

85. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἁ τέχνα τὸν ἔλεγχον ἀπώλεσεν· οὐδὲ γὰρ αὐτὰ
μανῦσαι δύναται τῷ πόρε τὰν κεφαλάν.

86. ΑΔΗΛΟΝ.

Τοὐμπρασιῇ φύλακος μακρὰν ἀποτῆλε φύλαξαι.
Τοῖος, ὁκοῖον ὁρᾷς, ὦ παρ' ἐμ' ἐρχόμενε,
σύκινος, οὐ ῥίνῃ πεπονημένος, οὐδ' ἀπὸ μίλτου,
ἀλλ' ἀπὸ ποιμενικῆς αὐτομαθοῦς ξοΐδος...

venalem amicitiam omnibus concedens;
sum autem Callirrhoe dives-artificiis, quam ab Amore
stimulatus Thomas hac proposuit pictura,
monstrans quantum *mei* amorem habeat in animo : æque enim ei
ac-cera liquescens liquescit cor.

81. PHILIPPI.

In Jovis statuam Olympiæ positam.

Aut deus venit in terram de cœlo, imaginem ostensurus
tibi, Phidia; aut tu certe ascendisti deum inspecturus.

82. SIMONIDIS.

Rhodium colossum octies decem
Chares faciebat cubitorum Lindius.

83. ANONYMI.

In Ajacis imaginem.

Ajax, Timomachi magis quam patris *gnate*, rapuit ars
tuam naturam : pictor vidit te furentem,
et *tecum*-simul-insanivit manus viro, et arte-temperatæ
lacrimæ doloris *tui* omnes miscuerunt ærumnas.

84. INCERTI.

Haud inscius pinxit hæc Cimon; omni autem de opere
reprehensio *est*, quam ne divus quidem Dædalus effugit.

85. ANONYMI.

Artis-opus criterium suum perdidit; minime enim ipsum
indicare potest cuinam præbuerit suum caput.

86. INCERTI.

Hunc in horto-olitorio custodem a-longo longe cave.
Talis qualem *me* vides, o præteriens me viator,
sum ficulneus, non squatina expolitus, nec ad rubricæ *normam*,
sed pastoricio ex-se-docto scalpro....

Et pretio de me gaudia quisque tulit.
Nomen Callirhoë, mens callida; captus amore
Spectandam Thomas præbet in hac tabula,
Ostendens quantis coqueretur ab ignibus : ipse
Quippe liquescebat quam sua cera magis.

81. PHILIPPI,
de Jovis Olympii imagine.

Juppiter ad terras, an ad æthera Phidia venit,
Ut viso fieret talis imago Deo?

82. SIMONIDÆ,
de colosso Rhodi.

Laches colossum Lindius fecit Rhodi,
Qui se per ulnas octies tollit decem.

83. INCERTI.

Ajax Timomachi magis es quam patris. In arte
Natura est : rabiem viderat ille tuam;
Cumque viro furiata simul manus omne doloris
Ingenium trucibus miscuit in lacrimis.

84. INCERTI.

Ista Cimon pinxit, minime rudis, omne sed est qui
Culpet opus : nec tu, Dædale, liber eras.

85. INCERTI.

Hæc pictura, queat quo nosci, perdidit, ipsa
Nec sibi ad indicium sufficit. Adde caput.

86. INCERTI.

Hic ego sum positus servare, sed eminus, hortum.
Nunc talis, qualem, qui prope es, ipse vides,
Ficus eram : nec lima deum, nec fecit amussis,
Sed pastorali ducta dolabra manu :

Ἀχρείως γέλασόν με, τὰ δ' Εὐκλείους πεφύλαξο
σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

87. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Τέχνης πυρσὸν ὄπασσα φερέσβιον· ἐκ δ' ἄρα τέχνης
καὶ πυρὸς ἀλλήκτου πήματος ὄψιν ἔχω.
Ἦ μερόπων ἀχάριστον ἀεὶ γένος, εἴ γε Προμηθεὺς
ἀντ' εὐεργεσίης ταῦθ' ὑπὸ χαλκοτύπων.

88. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χαλκὸν μὲν καλέεσκεν ἀτειρέα βίβλος Ὁμήρου·
ἀλλά μιν ὁ πλάστης δεῖξεν ἐλεγχομένην.
Δεῦρ' ἴδε γὰρ στενάχοντα Προμηθέα, δεῦρ' ἴδε χαλκοῦ
τειρομένου σπλάγχνων ἐκ μυχάτων ὀδύνας.
Ἥρακλες, νεμέσησον, ἐπεὶ μετὰ σεῖο φαρέτρην
Ἰαπετιονίδης ἄλγος ἄπαυστον ἔχει.

89. ΓΑΛΛΟΥ.

Εἰς Τάνταλον ἐπὶ ποτηρίου γεγλυμμένον

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,
νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται· ἡ φθονερὴ δὲ
κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη.
« Πῖνε, λέγει τὸ τόρευμα, καὶ ὄργια μάνθανε σιγῆς·
οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα. »

90. ΑΔΗΛΟΝ.

Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας ὄβριμε δειρὰς
Ἥρακλες, δακέτων ἄγχε βαθεῖς φάρυγας.
Ἐξέτι νηπιάχοιο χόλον ζηλήμονος Ἥρης
ἄμπαυσον· μοχθεῖν γνῶθι καὶ ἐκ βρέφεος.
Οὐ γάρ σοι κρητὴρ χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες,
ἀλλ' ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζηνὸς, ἔπαθλον ἔφυ.

Inepte ride me; sed Euclis culta cave
lædere, ne jam sardonium rideas.

87. JULIANI.

Artis facem præbui vivificam : ab arte vero
et igne indesinentis mali speciem habeo.
Sane hominum ingratum semper genus, si quidem Prometheus
ob beneficentiam hæc ab æris-sculptoribus *habeo*

88. EJUSDEM.

Æs quidem vocabat indomitum liber Homeri;
sed eum artifex ostendit erroris convictum.
Hic enim vide gementem Prometheum, hic vide æris
domiti visceribus ex intimis dolores.
O Hercules, succense, quod post tuam pharetram
Iapetionides dolorem irremissum habet

89. GALLI

In Tantalum poculo insculptum.

Hic olim diis commensalis, hic qui ventrem
sæpe nectareo implevit potu,
nunc laticem mortalem appetit : invidus autem
liquor semper labris est inferior.
« Bibe, dicit æs-tornatum, et mysteria disce silentii :
lingua procaces hæc mulctamur. »

90. INCERTI.

Preme dracontina longissima, o strenue, colla,
Hercules; serpentium suffoca profundas fauces.
Jam a-teneris bilem invidæ Junonis
fac-ut-sedes; laborare disce et a puero.
Non enim tibi crater ære-fabricato, neque lebetes,
sed iter in aulam Jovis, certaminis-præmium fuit.

Quantumcumque cupis, ride : sed ab Eucleïs horto
Nil cape, ne risus sit tibi Sardonius.

87. JULIANI,

de Prometheo.

Artibus auxilium per me data flamma; sed arte
Spector ego et flammis, heu! sine fine miser.
O hominum ingratum semper genus! hancne Prometheus
A fabris post tot fert bene facta vicem?

88. EJUSDEM,

de eodem.

Æs vocat indomitum facundi carmen Homeri,
Quem falsi plastes arguit hoc opere.
Cerne Prometheos gemitus, tormentaque tracti
Æris, et ex imo viscere triste malum.
Alcide, succurre, tuæ post tela pharetræ
Iapetionidæ stat sine fine dolor.

89. GALLI,

de Tantalo.

Hic ille est, quem fama canit, conviva deorum,
Nectare qui plenus viscera sæpe fuit :
Nunc bibere humanos potus velit : invidus aufert
Se liquor, et subter arida labra fugit.
Dicit opus calicis : Pota; sed disce silere :
Cogimur hæc, quibus est garrula lingua, pati.

90. INCERTI,

de effigie Herculis infantis duos prementis angues.

Stringe feris longis fauces, animose, profundas,
Alcide : valida comprime monstra manu.
Jam nunc intrepidis assuesce laboribus infans,
Junonisque odiis disce satisfacere.
Non crater te namque vocat, nec ab ære lebetes
Dona, sed ad superi limina regis iter.

91. ΑΔΗΛΟΝ.

Δέρκεο μυριόμοχθε τεοὺς Ἥρακλες ἀγῶνας,
οὓς τλὰς ἀθανάτων οἶκον Ὄλυμπον ἔβης·
Γηρυόνην, κλυτὰ μῆλα, μέγαν πόνον Αὐγείαο,
πώλους, Ἱππολύτην, πουλυκάρηνον ὄφιν,
κάπρον, θωϋκτῆρα Χάους κύνα, θῆρα Νεμείης,
οἰωνούς, ταῦρον, Μαιναλίην ἔλαφον.
Νῦν δὲ κατ' ἄκρα πόληος ἀπορθήτοιο βεβηκὼς
Περγαμίης, μεγάλους ῥύεο Τηλεφίδας.

91. INCERTI.

Cerne tua, o labores-infinitos-passe Hercules, certamina,
quibus exantlatis immortalium domum Olympum iniisti:
Geryonen, celebria mala, magnum laborem Augiæ,
equos *Diomedis*, Hippolytam, multorum-capitum an-
aprum, latrantem Erebi canem, belluam Nemeæam,[guem,
aves, taurum, Mænaliam cervam.
Nunc autem in summis cacuminibus urbis inexpugnatæ
Pergameæ, magnos defende Telephidas. [stans

92. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡρακλέους ἆθλοι.

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον, ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν.
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
Χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε, τέταρτον.
Πέμπτον δ', ὄρνιθας Στυμφαλίδας ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον, Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον, ἐκ Κρήτηθε πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
Εἴνατον, ἐκ Θρῄκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου, δέκατον, βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐρυθείης.
Κέρβερον, ἑνδέκατον, κύν' ἀνήγαγεν ἐξ Ἀΐδαο.
Δωδέκατον, ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.
Τὸ τρισκαιδέκατον, τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον·
μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις.

92. INCERTI.

Herculis labores.

Primum quidem in Nemea robustum interfecit leonem.
Secundum, in Lerna multa-colla-habentem perdidit hydram.
Tertium rursus præter-hæc Erymanthium occidit aprum.
Auratam-cornibus postea cervam venatus-est, quartum.
Quintum vero, aves Stymphalidas abegit.
Sextum, Amazonis rapuit zonam nitidam.
Septimum, Augiæ multum stercus purgavit.
Octavum, e Creta flammas-spirantem expulit taurum.
Nonum, e Thracia Diomedis abduxit equos.
Geryonis, decimum, boves abduxit Erythea.
Cerberum, undecimum, canem produxit ab Orco.
Duodecimum, attulit in Græciam aurea mala.
Tertium-decimum talem habuit tremendum laborem:
una-nocte quinquaginta cum-puellis concubuit.

93. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὤλεσα τὸν Νεμέας θῆρ' ἄπλετον, ὤλεσα δ' ὕδρην
καὶ ταῦρον, κάπρου δ' ἀμφετίναξα γένυν·
ζωστῆρ' ἑλκύσσας, πώλους Διομήδεος εἷλον·
χρύσεα μᾶλα κλάσας, Γηρυόνην ἔλαβον·

93. PHILIPPI.

In idem.

Interfeci Nemeæ belluam immanem, nterfecique hydram
et taurum, aprique *clava* concussi maxillam;
cingulum postquam-vi-traxi, equos Diomedis rapui;
aurea mala ubi-decerpsi, Geryonen cepi;

---

91. INCERTI,

de duodecim laboribus Herculis.

Alcide, mirare tuos, invicte, labores,
Unde tibi ad cœli templa reperta via est:
Augiæ lætamen, Amazona, fulgida mala,
Geryonen, Hydræ fertile corpus, equos.
Et Nemees in valle feram, cervumque, bovemque,
Cerberon, et volucres, fulmineumque suem.
At tu Pergameæ nunc urbis in arce locatus
Nobile Telephidûm, sancte, tuere genus.

92. INCERTI,

de eodem.

ompressit virtus Nemeæum prima leonem:
Altera tot capitum fecundam contudit hydram:
Tertia de silvis Erymanthi sustulit aprum:
Aurea quarta tulit captivi cornua cervi:
Stymphalidas rapuit de cœlo quinta volucres:
Sexta securigeram discinxit Amazona balteo:
Augiæ stabulis detraxit septima sordes:
De bove flammivomo Cretes octava triumphat:
In Diomedeis exsultat nona quadrigis:
Geryonæ armentum decima abstulit ex Erythea:
Undecimæ pretium canis a Styge sidera vidit:
Duodecima Hesperidum Græcis dedit aurea mala:
Tertius a decimo gravior labor omnibus illis,
Nocte una potuit decies quod quinque puellas.

93. PHILIPPI,

ejusdem argumenti.

Vi compressa mea Nemees fera, concidit hydra
Et taurus, fracta est mala furentis apri:
Balteus est ereptus, equi Diomedis abacti:
Stravi Geryonen, pomaque fulva tuli.

Αὐγείας μ' ἐδάη· κεμὰς οὐ φύγεν· ἔκτανον ὄρνις·
Κέρβερον ἠγαγόμην· αὐτὸς Ὄλυμπον ἔχω.

Augias me novit; cerva non effugit; occidi aves;
Cerberum adduxi; ipse Olympum habeo.

94. ΑΡΧΙΟΥ.

Μηκέτι ταυροβόροιο βαρὺ βρύχημα λέοντος
πτήσσετε, ληϊνόμοι γειαρόται Νεμέης·
ἦ γὰρ ὑφ' Ἡρακλῆος ἀριστάθλοιο δέδουπεν,
αὐχένα θηροφόνοις ἀγχόμενος παλάμαις.
Ποίμνας ἐξελάσασθε· πάλιν μυκηθμὸν ἀκούοι
Ἠχὼ, ἐρημαίης ἐνναέτειρα νάπης.
Καὶ σὺ, λεοντόχλαινε, πάλιν θωρήσσεο ῥινῷ
Ἥρης πρηΰνων μισονόθοιο χόλον.

94. ARCHIÆ.

Ne jam tauros-vorantis gravem rugitum leonis
tremite, rustici agricolæ Nemeæ;
profecto enim ab Hercule optimo-certatore dejectus-sonuit
cervicem belluas-interficientibus constrictus palmis.
Armenta educite: rursus mugitum audiat
Echo, desertam quæ-incolit vallem.
Et tu, leoninam-indute-lænam, rursus armeris pelle,
Junonis ut-lenias nothis-infensæ bilem.

95. ΔΑΜΑΓΗΤΟΥ.

Ἐκ Νεμέης ὁ λέων, ἀτὰρ ὁ ξένος Ἀργόθεν αἷμα
πολλὸν ὁ μὲν θηρῶν λῷστος, ὁ δ' ἡμιθέων.
Ἔρχονται δ' ἐς ἀγῶνα κατάντιον ὄμμα βαλόντες
λοξὸν ὑπὲρ ζωᾶς ἀμφότεροι σφετέρας.
Ζεῦ πάτερ, ἀλλ' εἴη τὸν ἀπ' Ἄργεος ἀνέρα νικᾶν,
ἐμβατὸς ὡς αὖ τοι καὶ Νεμέα τελέθοι.

95. DAMAGETI.

Nemeus est leo, sed hospes Argivus est sanguine,
multo quidem ille ferorum maximus, hic vero semi-deûm.
Procedunt autem in pugnam in-adversum oculos jacientes
obliquos, de vita *contendentes* ambo sua.
O Jupiter, at contingat Argivum virum esse-victorem,
pervia ut rursus etiam Nemea fiat.

96. ΑΔΗΛΟΝ.

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα φρεσὶν, τί δὲ λοίσθιον ὄσσοις
θαυμάσομαι τέχνης ἀνέρος ἠδ' ἐλάφου;
ὧν ὁ μὲν ἰξύϊ θηρὸς ἐπεμβεβαὼς γόνυ βρίθει,
εὐπτόρθων παλάμαις δραξάμενος κεράων·
ἡ δ' ὑπὸ χάσματι πολλὰ καὶ ἄσθματι φυσιόωσα
γλώσσῃ σημαίνει θλιβομένην κραδίην.
Ἥρακλες, γήθησον, ὅλη κεμὰς ἄρτι τέθηλεν
οὐ κέρασιν μούνοις, ἀλλὰ τέχνῃ χρυσέῃ.

96. INCERTI.

Quid primum, quid dein mente, quid extremum oculis
mirabor artificii viri et cervæ?
quorum ille quidem renibus feræ pede-imposito, genu grave-immittit
pulchris-ornata-ramis manibus prehendens cornua;
altera vero sub rictu multum et spiritu anhelans,
lingua significat atteri-sibi cor.
O Hercules, gaude: tota cerva nunc nitet,
non cornibus solis, sed artificio aurea.

97. ΑΛΛΟ.

Χαλκὸν ἀποιμώζοντα τίς ἔπλασε; τίς δ' ὑπὸ τέχνας

97. ALIUD.

Æs ejulans quis effinxit? quisnam artis ope

Notus et Augias: captus mihi cervus avesque:
Cerberus adductus. Nunc domus astra mihi.

94. ARCHIÆ,

de eodem, cum leonem Nemees occideret.

Rugitum rabidi ne jam trepidate leonis,
Vos Nemees colitis qui sata, quique pecus:
Herculis accessit palmis, faucesque cruentas
Elisit, felix monstra domare, manus.
Rursum agitate boves: mugitus audiat Echo,
Saltibus in solis vivere semper amans
Tuque heros aliam pellem vestire leonis:
Mitescat meritis ipsa noverca tuis.

95. DAMAGETI,

ejusdem argumenti.

Advenit e Nemees leo saltibus, hospes ab Argis:
Hic est semideis plus quid, et ille feris:
Frontibus adversis inter se obliqua tuentur:
Certandi pretium non leve, vivat uter.
Juppiter, Argivum da vincere, pervia posthac
Fiat ut humanis gressibus et Nemea.

96. INCERTI,

de eodem et Cerva.

Miretur primum quid mens sibi, quidve supremum
Sive vident cervam lumina sive virum?
Namque hic longa feræ premit ilia poplite nixus,
Et capitis ramos prendit utraque manu.
Illi de patulo gravis exit anhelitus ore,
Quoque flagrent æstu pectora, lingua docet.
Alcide domitor, gaude: namque omnis ab arte
Aurea, non solis cornibus, ista fera est.

97. *De eodem et Antæo.*

Quis fletus ex ære dedit? quis ductibus artis

καὶ πόνον ἐν μορφῇ καὶ θράσος εἰργάσατο;
Ἔμψυχον τὸ πλάσμα· καὶ οἰκτείρω μογέοντα,
καὶ φρίττω κρατερὸν τὸν θρασὺν Ἡρακλέην·
b Ἀνταῖον γὰρ ἔχει πεπονημένον ἐκ παλαμάων
ἰδνωθεὶς δὲ δοκεῖ καὶ στοναχὰν ἱένα.

et laborem in figura et audaciam effecit?
Spirat statua: et me miseret laborantis (*Antæi*),
et paveo violentum audacem Herculem.
Antæum enim tenet afflictum pressu manuum suarum,
incurvatus vero videtur etiam gemitum emittere.

98. ΑΛΛΟ.

Εἰς Ἡρακλέα μεθύοντα.

Οὗτος ὁ νῦν ὕπνῳ βεβαρημένος ἠδὲ κυπέλλῳ,
Κενταύρους νήφων οἰνοβαρεῖς ὄλεσεν.

98. ALIUD.

In Herculem ebrium.

Hic nunc somno gravatus atque poculo,
Centauros sobrius mero-graves interfecit.

99. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὗτος ὁ πανδαμάτωρ, ὁ παρ' ἀνδράσι δωδεκάεθλος
μελπόμενος, κρατερῆς εἵνεκεν ἠνορίης,
οἰνοβαρὴς μετὰ δαῖτα μεθυσφαλὲς ἴχνος ἑλίσσει,
νικηθεὶς ἁπαλῷ λυσιμελεῖ Βρομίῳ.

99. ALIUD.

In idem.

Hic omnium-domitor, hic inter viros duodecim-functus-laboribus
decantatus, robustæ gratia virtutis,
vino-gravis post cœnam mero-vacillans vestigium volvit,
devictus a molli membra-solvente Bromio.

100. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα Λυσιμάχου βασιλέως.

Χαίτην καὶ ῥόπαλον καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἀταρβῆ
θυμὸν ὁρῶν, βλοσυρόν τ' ἀνδρὸς ἐπισκύνιον,
ζήτει δέρμα λέοντος ἐπ' εἰκόνι· κἢν μὲν ἐφεύρῃς,
Ἡρακλέης, εἰ δ' οὔ, Λυσιμάχοιο πίναξ.

100. ALIUD.

In imaginem Lysimachi regis.

Cæsariem et clavam et in oculis imperterritum
animum intuens, feroxque viri supercilium,
quære pellem leonis in imagine; et si quidem inveneris,
Herculis *est*, sin autem minus, Lysimachi tabula.

101. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα Ἡρακλέους.

Οἵῳ Θειοδάμας πρὶν ὑπήντεεν Ἡρακλῆϊ,
τοῖον ὁ τεχνίτης τὸν Διὸς εἰργάσατο,
βοῦν ἀρότην ἕλκοντα, καὶ ἀντανύοντα κορύνην·
ἀλλ' οὐ τὴν ὀλοὴν γράψε βοοσφαγίην.
Ναὶ τάχα Θειοδάμαντι γοήμονα χείλεσι φωνὴν
ἥρμοσεν, ἧς αἴων φείδεται Ἡρακλέης.

101. ALIUD.

In imaginem Herculis.

Quali Theodamas antea obvius-fuit Herculi,
talem artifex filium Jovis effinxit,
bovem aratorem qui-trahit, et extollit clavam;
sed non funestam pinxit bovis-cædem.
Næ forte Theodamanti gementem in-labris vocem
apposuit, quam exaudiens parcit *ei* Hercules.

Membrorum expressit robora vimque animi?
Vivit opus. Miseror vanos hac parte labores:
Herculis et sævas horreo corde manus.
Antæum validis jam comprimit ecce lacertis;
Ille miser, flexo corpore, credo, gemit.

98. *De eodem ebrio.*

En somno vinoque jacet, qui sobrius olim
Ebria Centaurûm corpora fudit humi.

99. *De eodem argumento.*

Maximus ille hominum domitor, domitorque ferarum,
Quem de bisseno fama labore canit,
Lapsabunda trahit potus vestigia: mollis
Evius ut frangat robora tanta, vides.

100. *De Lysimachi regis imagine.*

Cum clavam videas hic horrentesque capillos,
Intrepidosque oculos, truxque supercilium,
Quære leonis ad hæc pellem: si inveneris, est hæc
Herculis, at si non, Lysimachi effigies.

101. *De Herculis effigie.*

Qualiter Alcides occurrit Thiodamanti,
Expressit natum sic Jove docta manus.
Ruricolam trahit ecce bovem, clavaque minatur:
Sed non hic cædes est quoque picta bovis.
Ars gemitum posuit, puto, Thiodamantis in ore,
Qui movet Alciden atque inhibere facit.

102. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα ἑτέραν τοῦ αὐτοῦ.

Οἷον καὶ Κρονίδης ἔσπειρέ σε τῇ τρισελήνῳ
 νυκτὶ, καὶ Εὐρυσθεὺς εἶδεν ἀεθλοφόρον,
κὴκ πυρὸς εἰς Οὔλυμπον ἐκώμασας, ὦ βαρύμοχθε
 Ἀλκείδη, τοίην εἰκόνα σου βλέπομεν.
Ἀλκμήνης δ' ὠδῖνας ἔχει λίθος· αἱ δὲ μεγαυχεῖς
 Θῆβαι νῦν μύθων εἰσὶν ἀπιστότεραι.

102. ALIUD.

In aliam imaginem Herculis.

Qualem et Saturnius sevit te tres-lunas-habenti
 in-nocte, et Eurystheus vidit victorem-in-certaminibus,
et ex igne in Olympum exsultavisti, o graves-labores-passe
 Alcide, talem imaginem tuam cernimus.
Alcmenes vero enixæ-dolores habet lapis; at superbæ
 Thebæ nunc fabulis sunt minus-dignæ-fide.

103. ΓΕΜΙΝΟΥ.

Εἰς ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ.

Ἡρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥ τε Νέμειος
 χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη;
ποῦ σοβαρὸν βρίμημα; τί σ' ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ
 Λύσιππος, χαλκῷ τ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην;
Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο· τίς δέ σ' ἔπερσεν;
 ὁ πτερόεις, ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος, Ἔρως.

103. GEMINI.

In statuam Herculis.

O Hercules, ubi *est* tibi ramus ingens (*clava*), Nemeæa-læna, et sagittis plena pharetra? ubi feroces minæ? quid te effinxit ita dejectum-vultu
 Lysippus, ærique immiscuit dolorem?
Doles nudatus armis tuis : quis autem te perdidit?
 aliger, revera una gravis lucta, Amor.

104. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἥρη τοῦτ' ἄρα λοιπὸν ἐβούλετο πᾶσιν ἐπ' ἄθλοις,
 ὅπλων γυμνὸν ἰδεῖν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα.
Ποῦ χλαίνωμα λέοντος, ὅ τ' εὐροίζητος ἐπ' ὤμοις
 ἰὸς, καὶ βαρύπους ὄζος ὁ θηρολέτης;
πάντα σ' Ἔρως ἀπέδυσε· καὶ οὐ ξένον, εἰ Δία κύκνον
 ποιήσας, ὅπλων νοσφίσαθ' Ἡρακλέα.

104. PHILIPPI.

In eandem.

Juno hoc igitur denique volebat cunctos super labores,
 armis nudum cernere audacem Herculem.
Ubinam læna leonina, et valde-resonans super humeris
 arcus, et pede-gravis ramus ferarum-interfector?
Omnibus te Amor exuit; et nil mirum, si *ille* qui Jovem cycnum
 reddidit, ab armis sejunxit Herculem.

105. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἀνδριάντα Θησέως καὶ τοῦ Μαραθωνίου ταύρου.

Θαῦμα τέχνης ταύρου τε καὶ ἀνέρος, ὧν ὁ μὲν ἀλκῇ
 θῆρα βίῃ βρίθει, γυῖα τιταινόμενος·
ἶνας δ' αὐχενίους γνάμπτων, παλάμῃσιν ἔμαρψεν,
 λαιῇ μυκτῆρας, δεξιτερῇ δὲ κέρας,
ἀστραγάλους δ' ἐλέλιξε· καὶ αὐχένα θὴρ ὑπὸ χερσὶν
 δαμνάμενος κρατεραῖς ὤκλασεν εἰς ὀπίσω.

105. INCERTI.

In statuam Thesei et Marathonii tauri.

Miraculum artificii taurique et viri, quorum hic per-robur
 belluam vi opprimit, membra *sua* contendens;
nervos autem colli inflectens, palmis arripuit,
 læva nares, dextra vero cornu,
et spinæ-vertebras emovit; atque cervicem bellua sub manibus
 domita validis deflexit retro.

---

102. *De alia ejusdem imagine.*

Qualis tergemina nocte es satus ab Jove; qualem
 Eurystheus reducem vidit et infremuit;
Qualis ad ætherias saltasti ex ignibus arces,
 Alcide, nobis talis ab arte daris.
Alcmenes partus sunt hoc in marmore : Thebæ
 Quod jactant, mera nunc fabula cassa fide.

103. GEMINI,

de ejusdem imagine.

Alcide, quo clava tibi, telisque pharetra
 Dives, et e Nemea raptus amictus abit?
Fastus ubi? quis te tam tristi fronte figurat?
 Lysippus. Paret multus in ære dolor.
Arma tibi mœres detracta. Quis abstulit illa?
 Unum certamen, sed grave, præpes Amor.

104. PHILIPPI,

de eodem.

Cernere præ cunctis certamen maluit unum
 Alciden armis Juno carere suis.
Illa sonans humeris pharetra, exuviæque leonis,
 Clavaque monstrorum sanguine turpis, ubi?
Despoliavit Amor : qui de Jove fecit olorem,
 Quid mirum, nato si rapit arma Jovis?

105. INCERTI,

de imagine Thesei et tauri Marathonii.

Artis opus miræ vir, et ingens corpore taurus:
 Ille premit, tendens fortia membra, bovem;
Cervicisque fibras urget dum poplite, nares
 Læva tenet, cornu flexile dextra manus.
Jam domitus collo luxatis verticulis bos
 Deficit, et labens in sua crura sedet.

Ἔστι δ' ὀίσσασθαι τέχνης ὕπο τῷδ' ἐνὶ χαλκῷ
θῆρα μὲν ἐμπνείειν, ἄνδρα δ' ἱδρῶτι ῥέειν.

106. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἀνδριάντα Καπανέως.

Εἰ τοῖος Θήβης Καπανεὺς ἐπεμήνατο πύργοις,
ἄμβασιν ἠερίην κλίμακι μησάμενος,
εἷλεν ἂν ἄστυ βίῃ καὶ ὑπὲρ μόρον. Αἴδετο γάρ ῥα
καὶ σκηπτὸς Κρονίδου τοῖον ἑλεῖν πρόμαχον.

107. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Εἰς Ἴκαρον χαλκοῦν ἐν λουτρῷ ἱστάμενον.

Ἴκαρε, κηρὸς μέν σε διώλεσε· νῦν δέ σε κηρῷ
ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.
Ἀλλά γε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα, μὴ τὸ λοετρὸν,
ἠερόθεν πίπτων, Ἰκάριον τελέσῃς.

108. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἴκαρε, χαλκὸς ἐὼν μιμνήσκεο· μηδέ σε τέχνη,
μηδ' ἀπάφῃ πτερύγων ζεῦγος ἐπωμάδιον.
Εἰ γὰρ ζωὸς ἐὼν πέσες ἐν πελάγεσσι θαλάσσης,
πῶς ἐθέλεις πτῆναι χάλκεον εἶδος ἔχων;

109. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Εἰς Ἱππόλυτον διαλεγόμενον τῇ τροφῇ τῆς Φαίδρας.

Ἱππόλυτος τῆς γρηὸς ἐπ' οὔατι νηλέα μῦθον
φθέγγεται· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ δυνάμεσθα κλύειν.
Ὅσσον δ' ἐκ βλεφάροις μεμηνότος ἐστὶ νοῆσαι,
ὅττι παρεγγυάᾳ μηκέτ' ἄθεσμα λέγειν.

110. ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Τηλέφου τετρωμένου.

Οὗτος ὁ Τευθρανίας πρόμος ἄσχετος, οὗτος ὁ τὸ πρὶν
Τήλεφος αἱμάξας φρικτὸν ἄρη Δαναῶν,
Μυσὸν ὅτε πλήθοντα φόνῳ ἐκέρασσε Κάϋκον·

Existimare est autem per artem hoc in ære
belluam quidem spirare, virum autem fluere sudore.

106. INCERTI.

In statuam Capanei.

Si talis Thebæ Capaneus furore-insultasset turribus,
ascensum aerium scala meditatus,
cepisset urbem vi et præter fatum. Reveritum enim esset
et fulmen Jovis talem dejicere propugnatorem.

107. JULIANI.

In Icarum æneum in balneo stantem.

Icare, cera quidem te perdidit : nunc autem te cerâ
duxit in formam rursus ærarius-faber.
Sed saltem ne alas move per aera, ne hoc balneum,
ex-aere cadens, Icarium facias.

108. EJUSDEM.

In idem.

Icare, æs te esse memento; neque te ars,
neque fallat alarum par super-humeros.
Si enim dum vivebas incidisti in gurgites ponti,
quomodo vis volare æneam formam habens ?

109. AGATHIÆ.

In Hippolytum confabulantem cum nutrice Phædræ.

Hippolytus anuis ad aures immisericordem sermonem
sonat; sed nos non possumus audire. [gere est,
Quantum vero e supercilio furorem-significanti intelli-
apparet eum jubere ut ne-jam illicita dicat.

110. PHILOSTRATI.

In imaginem Telephi vulnerati.

Hic Teuthraniæ princeps qui-sustineri-nequit, hic qui olim
Telephus cruentavit horrendum martem Danaorum,
Mysium quum refertum cæde miscuit Caycum :

Quis spectans spirare feram non dicat in ære,
Sudantemque suo rore madere virum?

106. INCERTI,

de Capanei statua.

Si furor in Thebas tantus Capanea tulisset,
Cum de reste gradus necteret aerios,
Capta forent fatis invitis mœnia, tantum
Nec foret ausa ducem tangere flamma Jovis.

107. JULIANI,

de Icaro æneo, stante in balneo.

Icare, cera prius te perdidit : Icare, cerâ
Restituit formam nunc tibi docta manus.
Sed noli pennas motare per aera, casus
Balnea mox faciat ne tuus Icaria.

108. EJUSDEM,

de eodem.

Icare, sis temet memor esse ex ære, nec ars te
Fallat et apta humeris utraque penna tuis.
Si cum vivus eras delapsus es in mare, nunc cum
Æneus es, tibi cur, quæso, volare libet?

109. AGATHIÆ ORATORIS,

de Hippolyto loquente cum Phædræ nutrice.

Hippolytus duris (sed nos audire vetamur)
Vocibus affatur nil miseratus anum.
Illius insano sed quantum est discere vultu,
Hanc monet, abstineat verba nefanda loqui

110. PHILOSTRATI,

de effigie Telephi vulnerati.

Hic est Teuthraniæ princeps fortissimus, armis
Qui toties Graiûm contudit arma suis,
Purpurea Mysum tinxit cum cæde Caycum :

οὗτος ὁ Πηλιακοῦ δούρατος ἀντίπαλος·
νῦν ὀλοὸν μηρῷ κεύθων βάρος, οἷα λιπόπνους
τήκεται, ἐμψύχῳ σαρκὶ συνελκόμενος.
Οὗ καὶ τειρομένοιο περιπτώσσοντες Ἀχαιοὶ
φύρδην Τευθρανίας νεῦνται ἀπ' ἠϊόνος.

111. ΓΛΑΥΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Φιλοκτήτου.

Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω,
τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος·
ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ
δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος.
Ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι
ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει.

112. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὴν αὐτήν.

Ἐχθρὸς ὑπὲρ Δαναοὺς πλάστης ἐμὸς, ἄλλος Ὀδυσσεύς,
ὅς μ' ἔμνησε κακῆς οὐλομένης τε νόσου.
Οὐκ ἤρκει πέτρη, τρῦχος, λύθρον, ἕλκος, ἀνίη·
ἀλλὰ καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο.

113. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οἶδα Φιλοκτήτην ὁρόων, ὅτι πᾶσι φαείνει
ἄλγος ἑὸν, καὶ τοῖς τηλόθι δερκομένοις.
Ἄγρια μὲν κομόωσαν ἔχει τρίχα· δεῦρ' ἴδε κόρσης
χαίτην τρηχαλέοις χρώμασιν αὐσταλέην·
δέρμα κατεσκληκὸς δὲ φέρει καὶ ῥικνὸν ἰδέσθαι,
καὶ τάχα καρφαλέον χερσὶν ἐφαπτομέναις·
δάκρυα δὲ ξηροῖσιν ὑπὸ βλεφάροισι παγέντα
ἵσταται, ἀγρύπνου σῆμα δυηπαθίης.

114. ΚΟΣΜΑ.

Εἰς Πύῤῥον μέλλοντα σφάξαι τὴν Πολυξένην.

Πύῤῥος ἐγώ· σπεύδω δὲ πατρὸς χάριν· ἡ δὲ κυνῶπις

hic est Peliacæ hastæ adversarius · [deficiente-anima
nunc funestum in femore occultans vulnus-grave, velut
tabescit, una-cum animata carne contractus.
Quo etiam vulnerato trepidantes Achæi
tumultuatim Teuthranio discedunt a littore.

111. GLAUCI.

In imaginem Philoctetæ.

Etiam Trachinium postquam-vidit multos-dolores-passum [heron,
hunc Philocteten pinxit Parrhasius.
In oculis enim aridis muta subhabitat
lacrima, et torquens intus inest dolor.
O pictorum optime, tu quidem doctus; sed finem-afferre
viri laboribus valde-ærumnosi jam oportebat.

112. INCERTI.

In eandem.

Infestus super Danaos *mihi* fictor meus, alius Ulysses,
qui me meminisse-fecit mali funestique morbi.
Non sat-erat petra, panni, tabes, ulcus, dolor:
sed etiam in ære laborem meum effinxit.

113. JULIANI

In eundem.

Novi Philocteten intuens, propterea-quod omnibus declarat
dolorem suum, etiam e longinquo cernentibus.
Feræ-modo comantem habet crinem; hic vide capitis
capillos asperis coloribus horridos;
cutem vero rigidam fert et callosam adspectu,
et forte siccam manibus tractantibus;
lacrimæque aridis sub palpebris fixæ
stant, insomnis signum ærumnæ.

114. COSMÆ.

In Pyrrhum qui in eo est ut mactet Polyxenam.

Pyrrhus ego; ac festino patris gratia; at hæc impudens

Hic est quem sensit Pelias hasta parem.
Nunc femore occultans sævi tormenta doloris
Mœret, et attrahitur vulnere tota caro.
Saucius ille tamen tantum perterret Achivos,
Ut cito Teuthranio littore defugiant.

111. GLAUCI,

de effigie Philoctetæ.

Vidit et hunc credo miserum Pœante creatum
Parrhasius: forma est tam bene picta viri.
Quippe subest oculis arentibus abdita quædam
Lacrima, seque dolor tam ferus intus agit.
Eximium nemo te, pictor, in arte negabit:
Desinere illius sed mala tempus erat.

112. INCERTI,

de eodem.

Trux supra Danaos fictor meus: alter Ulysses,
Me veterem cogit qui meminisse luem.
Splenia non sat erant, sanies, dolor, ulcus et antrum:
Jussit in æs etiam nostra venire mala.

113. JULIANI ÆGYPTII,

de eodem.

Cum specto Pœante satum, monstrabit, opinor,
Tormentum, quamvis eminus, ille suum.
Heu! quam mœsta viro coma: namque a vertice pendet
Horrida squallentis silva capillitii.
Arida tum vero cutis est, atque obsita rugis,
Quam tangens posset, credo, friare manus.
At lacrimæ siccis concretæ luminibus stant,
Indicium quam sit pervigil ille dolor.

114. COSMÆ,

de Pyrrho, interfecturo Polyxenam.

Pyrrhus ego. Hanc patri fero munus: at invocat audax

Παλλάδα κικλήσκει, γνωτὸν ἔχουσα Πάριν.

Palladem invocat, fratrem habens Parin.

115. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Χείρωνα τὸν ἱπποκένταυρον.

Ἀνδρόθεν ἐκκέχυθ' ἵππος· ἀνέδραμε δ' ἱππόθεν ἀνήρ,
ἀνὴρ νόσφι ποδῶν, κεφαλῆς δ' ἄτερ αἰόλος ἵππος·
ἵππος ἐρεύγεται ἄνδρα, ἀνὴρ δ' ἀποπέρδεται ἵππον.

115. INCERTI.

In Chironem hippocentaurum.

Ex-viro effusus-est equus, surrexitque ex-equo vir,
vir absque pedibus, et sine capite celer equus;
equus eructat virum, virque pedit equum.

116. ΕΥΟΔΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἵππος ἔην ἀκάρηνος, ἀνὴρ δ' ἀτέλεστος ἔκειτο,
ὅν γε Φύσις παίζουσα θοῷ ἐνεκέντρισεν ἵππῳ.

116. EVODI.

In eundem.

Equus erat sine-capite, virque haud-absolutus jacebat,
quem nempe Natura ludens rapido inseruit equo.

117. ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ.

Εἰς Κυναίγειρον.

Οὔ σε, μάκαρ Κυνέγειρε, τοὶ ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε
Φᾶσις, ἐπεὶ βριαραῖς ἄνθετο σὺν παλάμαις·
ἀλλὰ σοφός τις ἔην ὁ ζωγράφος, οὐδέ σε χειρῶν
νόσφισε, τὸν χειρῶν οὕνεκεν ἀθάνατον.

117. CORNELII.

In Cynægirum.

Non te, felix Cynægire, sane ut Cynægirum pinxit
Phasis, quippe qui *te* cum validis dedicavit manibus;
sed doctus aliquis erat pictor, neque te manibus
privavit, te manuum causa immortalem.

118. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μηδοφόνους μὲν χεῖρας ὑπὲρ γαμψοῖο κορύμβου
ναὸς ἀπορνυμένης ἐξέταμον κοπίδες,
ἀνίκα που, Κυνέγειρε, φυγάς ποτε φορτὶς ἐκείνα
ὥσπερ ἀπ' εὐναίας εἴχετο σᾶς παλάμας.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀπρὶξ δόρυ νήϊον ἀμφιδακοῦσαι,
ἄπνοον ὡμάρτευν τάρβος Ἀχαιμενίοις·
καὶ τὰς μέν τις ἀνὴρ ἕλε βάρβαρος· ἁ δέ γε χειρῶν
νίκα Μοψοπιοις μίμνε παρ' ἐνναέταις.

118. PAULI SILENTIARII.

In eundem.

Medorum-interfectrices manus super curvo puppis-corymbo
navis avolantis resecuerunt secures,
quando fere, Cynægire, fugitiva olim navis illa
tanquam ab ancora tenebatur palma tua.
Sed vel ita mordicus ligno navali inhærentes,
exanimis terror, comitatæ sunt Achæmenios;
et eas quidem vir quispiam cepit barbarus; manuum vero
victoria penes Mopsopios mansit incolas.

119. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Εἰς στήλην Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος.

Λύσιππε, πλάστα Σικυώνιε, θαρσαλέη χείρ,

119. POSIDIPPI.

In statuam Alexandri Macedonis.

Lysippe, fictor Sicyonie, audax manus,

Pallada: nec Paridis cogitat esse soror.

115. [JULIANI IMPERATORIS,]

de Chirone centauro.

Fundit equum vir, equusque viri de corpore surgit;
Est capite hic exsors equus, exsors est pedibus vir.
Ecce virum qui ructat equus, qui pedit equum vir.

116. EVODI,

de eodem.

Imperfectus equus pedibus, vir finis egebat;
Hunc sed equo inseruit cupiens Natura jocari.

117. CORNELII,

de Cynægiro.

Te Phasis, Cynegire, tamen non ut Cynegirum,
Instructum siquidem fecit utraque manu.
Sed sapuit pictor, manibus qui noluit orbum
Pingere, qui manuum nomine morte caret.

118. PAULI SILENTIARII,

de eodem.

Abscidit a summa pendentes puppe securis
Sanguine Medorum quæ maduere manus:
Cum trepidam, Cynegire, ratem velut ancora curvo
Dente tenax digiti detinuere tui.
Jam quoque desectæ de corpore tigna carinæ
Mordebant, magnus terror Achæmenidis.
Nunc ipsas Medus quis habet. Victoria mansit
Mopsopiis, manibus debita nempe tuis.

119. POSIDIPPI,

de statua Alexandri.

Lysippe, o fictor Sicyonie, nobilis arte,

δαῖε τεχνίτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ,
ὃν κατ' Ἀλεξάνδρου μορφᾶς χέες. Οὐκέτι μεμπτοὶ
Πέρσαι· συγγνώμη βουσὶ λέοντα φυγεῖν.

120. ΑΡΧΕΛΑΟΥ, οἱ δὲ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν
Λύσιππος· τίν' ὅδε χαλκὸς ἔχει δύναμιν;
Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος ἐς Δία λεύσσων·
« Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι· Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε. »

121. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο· ὧδε τὰ κείνου
ὄμματα, καὶ ζωὸν θάρσος ὁ χαλκὸς ἔχει·
ὃς μόνος, ἣν ἐφορῶσιν ἀπ' αἰθέρος αἱ Διὸς αὐγαί,
πᾶσαν Πελλαίῳ γῆν ὑπέταξε θρόνῳ.

122. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τοῦτον Ἀλέξανδρον, μεγαλήτορος υἷα Φιλίππου,
δέρκεαι ἀρτιλόχευτον, Ὀλυμπιὰς ὅν ποτε μήτηρ
καρτερόθυμον ἔτικτεν· ἀπ' ὠδίνων δέ μιν Ἄρης
ἔργα μόθων ἐδίδασκε, Τύχη δ' ἐκέλευσεν ἀνάσσειν.

123. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐ τὸν βουθοίναν Ἡρακλέα, παῖδες ἀγρῶται,
οὐκέτι κερδαλέοις ἐμβατὰ ταῦτα λύκοις,
φῶρές τε στείχειν κλοπίην ὁδὸν ἀρνήσονται,
εἰ καὶ κωμήτας ἄκριτος ὕπνος ἔχοι.
Ἦ γάρ μ' ἵδρυται Διονύσιος οὐκ ἄτερ εὐχῆς
χώρῳ τῷδ' ἀγαθὸν σύμμαχον Ἡρακλέα.

124. ΑΔΗΛΟΝ.

Μὴ τρέσσῃς, ὅτι τόξον, ὁδοιπόρε, καὶ νεοθηγεῖς

ingeniose artifex, ignem sane spectat æs,
quod in Alexandri speciem fudisti. Non jam culpandi
Persæ : venia *est* bubus leonem fugere.

120. ARCHELAI, vel ASCLEPIADÆ

In eundem.

Audaciam Alexandri et totam expressit formam
Lysippus : quam hoccce æs habet potentiam!
Elocuturo autem similis est ille æneus in Jovem intuens :
« Terram mihi submitto : Jupiter, tu Olympum habe. »

121 INCERTI.

In eundem.

Ipsum Alexandrum tibi-finge : adeo illius
oculos et vivam audaciam hoc æs habet :
qui solus, quam inspiciunt ab æthere Jovis lumina,
omnem Pellæo terram subegit throno.

122. INCERTI.

In eundem.

Hunc Alexandrum, magnanimi filium Philippi,
cernis recens-natum, Olympias quam olim mater
animo-fortem genuit; post partum autem eum Mars
labores bellorum edocebat, Fortunaque jussit regnare.

123. INCERTI.

Juro per boum-cœnatorem Herculem, pueri agrestes,
non jam avidis pervia hæc-loca lupis,
furesque ingredi furtivam viam negabunt,
etiamsi rusticos intempestivus somnus teneat.
Etenim me posuit Dionysius non sine voto
loco *in* hocce bonum defensorem Herculem.

124. INCERTI.

Ne timeas, quod arcum, o viator, et recens-acuminatas

Ingenioque audax, ignis in ære micat,
Fusus Alexander de quo tibi. Nil ego Persas
Culpo : boum viso justa leone fuga est.

120. ARCHELAI, *aut ut alii volunt* ASCLEPIADÆ,

de eodem.

Æquat Alexandri vultumque animumque ferocem
Lysippus : tantum posse quis æra putet?
Æreus iste Jovem spectans clamare videtur :
Subdo mihi terras; tu, pater, astra tene.

121. INCERTI,

de eodem.

Cernis Alexandrum, non dicam ex ære, sed ipsum :
Sic oculi, sic vis acris in ore viget.
Unus hic, ætherio quot sunt sub lumine, terras
Pellæo potuit ponere sub solio.

122. INCERTI.

de eodem.

Aspice Alexandrum magno genitore Philippo,
Qualis Olympiadis primum puer exiit alvo,
Jam tum magnanimus; jam tum Mars fortia facta,
Imperiumque ingens illi Fortuna parabat.

123. INCERTI.

Sic vos Alcides juvet helluo, rustica pubes,
Non ultra current ista per arva lupi :
Ipsi clam fures metuent accedere, somno
Sint licet agricolûm corpora pressa gravi;
Alciden quoniam fundo Dionysius isti
Custodem sancta cum prece me posuit.

ἰοὺς γυμνώσας, πρόσθε ποδῶν ἐθέμην,
μηδ' ὅτι βαστάζω ῥόπαλον χερὶ, μηδ' ὅτι δέρμα
ἀμφ' ὤμοις χαροποῦ τοῦτο λέοντος ἔχω·
πημαίνειν οὐ πάντας ἐπίσταμαι, ἀλλὰ κακούργους·
καὶ σώζειν ἀγαθοὺς ἐξ ἀχέων δύναμαι.

125. ΑΔΗΛΟΝ.

Αἰεὶ Λαρτιάδῃ πόντος βαρύς· εἰκόνα χεῦμα
ἔκλυσε, κὰκ δέλτων τὸν τύπον ἠφάνισεν.
Τί πλέον; εἰν ἐπέεσσιν Ὁμηρείοις γὰρ ἐκείνου
εἰκὼν ἀφθάρτοις ἐγγράφεται σελίσιν.

126. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν Μινώταυρον.

Ὁ παῖς ὁ ταῦρος, ὁ κατὰ μηδὲν ἐντελὴς,
ὁ τῆς τεκούσης τοῦ πάθους κατήγορος,
ὁ μιξόθηρ ἄνθρωπος, ἡ διπλῆ φύσις,
ὁ ταυρόκρανος, ἡ πλάνη τῶν σωμάτων,
ὃς οὔτε βοῦς πέφυκεν, οὔτ' ἀνὴρ ὅλως.

127. ΑΔΗΛΟΝ

Τίς τὸν Θρήϊκα τόνδε μονοκρήπιδα Λυκοῦργον
χάλκεον, Ἠδωνῶν ταγὸν, ἀνεπλάσατο;
Βακχιακὸν παρὰ πρέμνον ἴδ' ὡς ἀγέρωχα μεμηνὼς
βριθὺν ὑπὲρ κεφαλᾶς ἀντέτακεν χάλυβα.
Μανύει μορφὰ τὸ πάλαι θράσος· ἁ δ' ἀγέρωχος
λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει.

128. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἰφιγένειαν.

Μαίνεται Ἰφιγένεια· πάλιν δέ μιν εἶδος Ὀρέστου
ἐς γλυκερὴν ἀνάγει μνῆστιν ὁμαιμοσύνης·
τῆς δὲ χολωομένης καὶ ἀδελφεὸν εἰσοροώσης
οἴκτῳ καὶ μανίῃ βλέμμα συνεξάγεται.

sagittas detexi-et ante pedes posui,
neque manu quod gero clavam, nec quod pellem
circa humeros fulvi hanc leonis habeo;
lædere non cunctos didici, sed malefactores;
et servare bonos a doloribus valeo.

125. INCERTI.

Usque Laertiadæ pontus gravis; imaginem fluctus
lavit, et e tabulis formam delevit.
Quid profecit? in epicis Homeri enim operibus illius
imago incorruptis inscribitur paginis.

126. INCERTI.

In Minotaurum.

Puer taurus, in nulla forma absolutus,
genitricis suæ *monstrosum* affectum arguens,
mixtus-bellua homo, duplex natura,
taurino-præditus-capite, error corporum,
qui neque bos natus-est neque vir omnibus-numeris.

127. INCERTI.

Quis Thracem hunc uno-fultum-calceo Lycurgum
æneum, Edonorum regem, effinxit?
Baccho-sacrum juxta truncum vide ut insolenter furens
gravem supra caput elevavit securim-ferream.
Indicat forma veterem audaciam; superbus autem
furor etiam in ære istam acerbitatem servat.

128. INCERTI.

In Iphigeniam.

Furit Iphigenia; rursus autem eam vultus Orestis
in dulcem reducit memoriam consanguinitatis;
hujus autem ira-percitæ et fratrem aspicientis
misericordia et furore oculus effertur-simul.

---

124. INCERTI.

Cornua ne quoniam cernis sinuata, viator,
Spiculaque ante pedes nuda jacere, time;
Nec quia nodosam gestat mea dextera clavam,
Terga Cleonæa nec quia pelle tegor:
Lædere non cunctos, sed solos ista nocentes
Arma, bonis eadem vim prohibere solent.

125. INCERTI,

de Ulysse.

Dulichio pontus semper gravis: unda colores
Diluit, et formam sustulit e tabula.
Quid tamen hoc refert, illius quando figuram
Mæonidæ semper viva papyrus habet?

126. INCERTI,

de Minotauro.

Puer ecce taurus, integre neutrum tamen,
Certo patet quo teste maternus furor,
Natura duplex, quadrupes mixtus viro,
Taurina forma capitis, error corporum:
Nec totus est bos iste, nec totus vir est.

127. INCERTI,

de Lycurgo.

Quis validum, lævo nudum pede, Thraca Lycurgum
Edonæ gentis finxit in ære ducem?
Aspicis ut tumidus supra caput ille securim
In Bromii vibret dona furente manu?
Durat in irato vetus illa ferocia vultu,
Atque æri rabies multaque bilis inest.

128. INCERTI,

de Iphigenia.

Iphigenia furit, sed eam conspectus Orestis
Mitigat, et memorem sanguinis esse jubet.
Illius iratæ patrem fratremque videntes
Exagitant oculos hinc furor, hinc pietas.

129. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Νιόϐης.

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

130. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Δυστήνου Νιόϐης ὁράᾳς παναληθέα μορφὴν,
ὡς ἔτι μυρομένης πότμον ἑῶν τεκέων.
Εἰ δ' ἄρα καὶ ψυχὴν οὐκ ἔλλαχε, μὴ τόδε τέχνῃ
μέμφεο· θηλυτέρην εἴκασε λαϊνέην.

131. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταντανὶς ἅδε ποχ' ἁ δίσσ' ἑπτάκι τέκνα τεκοῦσα
γαστρὶ μιῇ, Φοίϐῳ θῦμα καὶ Ἀρτέμιδι·
κούρα γὰρ προὔπεμψε κόραις φόνον, ἄῤῥεσι δ' ἄρσην·
δισσοὶ γὰρ δισσὰς ἔκτανον ἑϐδομάδας.
Ἁ δὲ τόσας ἀγέλας μάτηρ πάρος, ἁ πάρος εὔπαις,
οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τλάμων λείπετο γηροκόμῳ·
μάτηρ δ' οὐχ ὑπὸ παισὶν, ὅπερ θέμις, ἀλλ' ὑπὸ ματρὸς
παῖδες ἐς ἀλγεινοὺς πάντες ἄγοντο τάφους.
Τάνταλε, καὶ δὲ σὲ γλῶσσα διώλεσε, καὶ σέο κούραν·
χἀ μὲν ἐπετρώθη, σοὶ δ' ἔπι δεῖμα λίθος.

132. ΘΕΟΔΩΡΙΔΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Στᾶθι πέλας, δάκρυσον ἰδὼν, ξένε, μυρία πένθη
τᾶς ἀθυρογλώσσου Ταντανίδος Νιόϐας,
ἇς ἐπὶ γᾶς ἔστρωσε δυωδεκάπαιδα λοχείην
ἄρτι, τὰ μὲν, Φοίϐου τόξα, τὰ δ', Ἀρτέμιδος.
Ἁ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα,
πετροῦται· στενάχει δ' ὑψιπαγὴς Σίπυλος.
Θνατοῖς ἐν γλώσσᾳ δολία νόσος, ἇς ἀχάλινος
ἀφροσύνα τίκτει πολλάκι δυστυχίαν.

129. INCERTI.

In statuam Niobes.

E viva me dii fecerunt lapidem; e lapide autem
vivam Praxiteles rursus præstitit.

130. JULIANI ÆGYPTII.

In eandem.

Infelicis Niobes vides verissimam formam,
tanquam deflentis adhuc fatum suorum liberorum.
Si vero animam quoque non est-sortita, ne id arti
vitio-verte: feminam simulavit lapideam.

131. ANTIPATRI.

In eandem.

Tantalis hæc illa olim duo septies enixa liberos
ventre uno, Phœbo hostias et Artemidi.
Puella enim ante-tempus misit puellis letum, maribusque mas;
bini namque binos interfecerunt numeros-septenarios.
Et tanti gregis mater prius, prius clara-felici-fecunditate,
ne uno quidem relicto misera restabat senii-curatore;
materque non a liberis, quod fas *est*, sed a matre
liberi in tristes cuncti ducebantur tumulos.
O Tantale, et te utique lingua perdidit et tuam filiam;
et hæc quidem in-lapidem versa-est, tibi vero impendet terror lapis.

132. THEODORIDÆ.

In eandem.

Sta prope, defle intuens, o hospes, infinitos luctus
incontinentis-linguâ Tantalidis Niobes,
cujus super terram straverunt duodecim-puerorum partus
nuper hinc Phœbi sagittæ, illinc Artemidis.
Hæc autem lapide et carne mixtam formam habens,
fit-petra: gemit autem alte-stans Sipylus.
Mortalibus in lingua insidiosus morbus, cujus effrena
insania gignit sæpe infortunium.

---

129. *De statua Niobes.*

Ex viva lapidem me Di fecere. Sed ecce
Praxiteles vivam me facit ex lapide.

130. JULIANI ÆGYPTII,
de eadem.

Ecce tibi Niobe, vera spectanda figura,
Tristia natorum funera plangit adhuc.
Nec quod abest huic vita, manum reprehendite: quippe
Effingenda fuit femina facta lapis.

131. ANTIPATRI,
de eadem.

Tantalis hæc illa est: peperit bis pignora septem,
Quæ morti Phœbus quæque Diana dedit.
Femina feminei nam sexus, masque virilis,
Illa neci septem tradidit, hic totidem.
De grege, quo tanto fuerat circumdata mater,
Nil ejus senium quo relevetur habet.
Nec sepeliverunt, ut fas, sua pignora matrem,
Sed dedit infelix pignora mater humo.
Exitio natæ fuit et tibi, Tantale, lingua:
Tu lapidem metuis, fit tua nata lapis.

132. THEODORIDÆ,
de eadem.

Hospes, siste gradum, nimiisque superba locutæ
Tantalidos Niobes illacrimare malis.
Bis sex ediderat partus, quos tempore eodem
Hinc arcu Phœbus stravit, et inde soror.
Sic misera in mediam silicis carnisque figuram
Concrevit: Sipylus tristia fata gemit.
Dira lues hominum linguis est insita: multa
Pestis ab effreni garrulitate venit.

133. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα χεῖρ' ἀνένεικας,
ἔνθεον ἐξ ἀθέου κρατὸς ἀφεῖσα κόμαν;
Λατοῦς παπταίνουσα πολὺν χόλον, ὦ πολύτεκνε,
νῦν στένε τὰν πικρὰν καὶ φιλάβουλον ἔριν.
Ἁ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἁ δὲ λιπόπνους
κέκλιται· ἃ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.
Καὶ μόχθων οὔπω τόδε σοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἄρσην
ἔστρωται τέκνων ἑσμὸς ἀποφθιμένων.
Ὦ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, κάδεϊ τειρομένα.

134. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τανταλὶ παῖ, Νιόβα, κλύ' ἐμὰν φάτιν, ἄγγελον ἄτας·
δέξαι σῶν ἀχέων οἰκτροτάταν λαλιάν.
Λῦε κόμας ἀνάδεσμον, ἰώ! βαρυπενθέσι Φοίβου
γειναμένα τόξοις ἀρσενόπαιδα γόνον·
οὔ σοι παῖδες ἔτ' εἰσίν. Ἀτὰρ τί τόδ' ἄλλο; τί λεύσσω;
αἶ! αἶ! πλημμυρεῖ παρθενικαῖσι φόνος.
Ἁ μὲν γὰρ ματρὸς περὶ γούνασιν, ἁ δ' ἐνὶ κόλποις
κέκλιται, ἁ δ' ἐπὶ γᾶς, ἁ δ' ἐπιμαστίδιος·
ἄλλα δ' ἀντωπὸν θαμβεῖ βέλος· ἁ δ' ἐπ' ὀϊστοῖς
πτώσσει· τᾶς δ' ἔμπνουν ὄμμ' ἔτι φῶς ὁρᾷ.
Ἁ δὲ λάλον στέρξασα πάλαι στόμα, νῦν ὑπὸ θάμβευς
μάτηρ σαρκοπαγὴς οἷα πέπηγε λίθος.

135. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Μηδείας τὴν ἐν Ῥώμῃ.

Τέχνη Τιμομάχου στοργὴν καὶ ζῆλον ἔμιξε
Μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων.
Τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος, ᾗ δ' ἀνανεύει,
σώζειν καὶ κτείνειν βουλομένη τέκεα.

133. ANTIPATRI.

In eandem.

Quid, o mulier, ad Olympum impudentem manum sus- [tulisti,
lymphatam ex ignorante-deos capite dimittens comam?
Latonæ spectans magnam iram, o multos-enixa-liberos,
nunc ingemisce amaræ et inconsultæ rixæ
Una enim puellarum palpitat prope, altera deficiente- [anima
incubuit-sibi · huic autem gravis mors impendet.
Et laborum nondum hic tibi finis, sed et masculum
stratum-est puerorum examen exstinctorum.
O gravem illacrimata sortem! inanimis ipsa
lapis eris, o Niobe, luctu consumpta.

134. MELEAGRI.

In eandem.

O Tantalis filia Niobe, audi meam vocem, nunciam infor- [tunii;
accipe tuorum dolorum valde-miserandum sermonem
Solve comæ vinculum, heu! luctuosissimis Phœbi
quæ-peperisti arcubus masculorum-puerorum prolem:
non jam tibi sunt pueri. At quid hoc aliud? quid video?
heu, heu! exundat in puellas cædes.
Una enim matris in genibus, altera vero in ulnis
revoluta-est, hæc super terra, illa super-ubere;
aliaque adversum horret telum; illa vero ad sagittas
expavescit; hujus animatus adhuc oculus lucem videt.
Ipsa vero garrulum diligens olim os, nunc præ stupore
mater carne-compacta in modum obduruit petræ.

135. INCERTI.

In imaginem Medeæ quæ est Romæ.

Ars Timomachi maternum-affectum et zelotypiam miscuit
Medeæ, pueri in mortem dum-rapiuntur.
Hac enim nutat in gladium, illac renuit,
servare *simul* et interficere volens pueros.

---

133. ANTIPATRI,

de eadem.

Non pudet ad cælum quod palmas femina tollis,
Impia lymphatas sparsa per ora comas?
Latonæ, fecunda parens, jam conspicis iras,
Jurgiaque insanæ mentis acerba gemis.
Est quæ natarum nece palpitat: altera sensu
Linquitur: huic nimium certa sagitta venit.
Necdum crede tibi luctus finire; sororum
Tristia nam sequitur fata virile genus.
Infausta prognata die; nec meta laborum
Mors tibi: nam fies, Tantali, morte silex.

134. MELEAGRI,

de eadem.

Tantali, sermonem tristem tamen accipe. Sævos
Nuntius huc luctus et tua damna fero.
Solve comas: Phœbi telis fecunda fuisti;
Tot de te genitos abstulit ille mares.
Jam tibi non vivunt. Quid adhuc miserabile cerno?
Virgineo cædes imminet ecce choro.
Hæc infusa sinu matris jacet; illa papillis
Pendet; at hæc genibus funditur, illa solo.
Hæc jam conspecta, tremit hæc stridente sagitta:
Nondum totum oculis expulit illa diem.
Illa loquax quondam, penitus tua filia, mater,
Sic pavet, ut dubites, sit caro, sitne silex.

135. INCERTI,

de effigie Medeæ, Romæ

Dum trahit infantes, mixta pietate furentem
Zelotypam pinxit Colchida Timomachus.
Partim quippe favet, partimque renititur ensi,
Et pueros jam vult vivere, jamque mori.

136. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ,
ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,
μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν· ὅρα τύπον· ἐν γὰρ ἀπειλῇ
Sub pedibus pressus colla superba meis.
Fecit ut, in venis quem sensit, aheneus essem,
Ut Phrynæ donum me daret ipse suæ.
Illa datum tibi rursus, Amor, sacravit: Amori
Namque dari dignum munus amantis Amor.

204. [SIMONIDÆ,]

ejusdem argumenti.

Quam bene Praxiteles finxit, quem sensit, Amorem!
De corde exemplar sumserat ipse suo.
Meque mei pretium Phrynæ dedit; inde sagittis
Nil opus est: videar si modo, sat ferio.

205. TULLII GEMINI,

ejusdem argumenti.

Mortali Phrynæ dat Amorem morte carentem
Praxiteles: pretium sic deus ille sui est.
Nec negat illa fabro sua gaudia: nam metus illi est,
Artis in auxilium ne ferat arma deus.
Praxitelis plus ferret Amor quam Gypridis: istum,
Cui fuit ars mater, plus quia posse putat.

206. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Θεσπιέες τὸν Ἔρωτα μόνον θεὸν ἐκ Κυθερείης
 ἅζοντ', οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου,
ἀλλ' ὃν Πραξιτέλης ἔγνω θεόν· ὃν περὶ Φρύνῃ
 δερκόμενος, σφετέρων λύτρον ἔδωκε πόθων.

207. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Γυμνὸς Ἔρως· διὰ τοῦτο γελᾷ καὶ μείλιχός ἐστιν·
 οὐ γὰρ ἔχει τόξον καὶ πυρόεντα βέλη·
οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα καὶ ἄνθος·
 τῇ μὲν γὰρ γαῖαν, τῇ δὲ θάλασσαν ἔχει.

208. ΓΑΒΡΙΗΛΙΟΥ ΥΠΑΡΧΟΥ.

Εἰς Ἔρωτα καθεύδοντα ἐν πιπεροπάστῃ.

Οὐδὲ καταχνώσσων, οὐδ' ἄπνοος, οὐδ' ἐνὶ δαιτὶ
 νόσφι πυρισπάρτου δήγματός ἐστιν Ἔρως.

209. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὗτος ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν, ἵνα λύχνον ἀνάψῃς,
 δεῦρ' ἀπ' ἐμᾶς ψυχᾶς ἅψον· ὅλος φλέγομαι.

210. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ἄλσος δ' ὡς ἱκόμεσθα βαθύσκιον, εὕρομεν ἔνδον
πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης.
Οὐδ' ἔχεν ἰοδόλον φαρέτρην, οὐ καμπύλα τόξα·
ἀλλὰ τὰ μὲν δένδρεσσιν ὑπ' εὐπετάλοισι κρέμαντο,
αὐτὸς δ' ἐν καλύκεσσι ῥόδων πεπεδημένος ὕπνῳ
εὗδεν μειδιόων· ξουθαὶ δ' ἐφύπερθε μέλισσαι
κηροχύτου μέλιτος λαροῖς ἐπὶ χείλεσι βαῖνον
[ἐργάτιδες].

211. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Εἰς Ἔρωτα κοιμώμενον.

Εὕδεις, ἀγρύπνους ἐπάγων θνητοῖσι μερίμνας·

206. LEONIDÆ.

In eundem.

Thespienses Amorem solum deum ex Cytherea *natum*
 venerantur, non alio delineatum ex archetypo,
sed quem Praxiteles novit deum, quem in Phryne
 cernens, suarum pretium dedit cupidinum.

207. PALLADÆ.

Nudus Amor : ob hoc ridet et lenis est;
 non enim habet arcum et ignea tela.
Nec frustra palmis tenet delphinum et florem :
 hinc enim terram, illinc mare possidet.

208. GABRIELII PRÆFECTI.

In Amorem dormientem in piperis asperculo.

Nec dormiens, nec sine halitu, nec in convivio
 absque ignem-spargente morsu est Amor.

209. INCERTI.

Tu qui *hic* torrem sufflas, ut lychnum accendas,
 huc veni et meo animo accende : totus uror.

210. PLATONIS.

Nemus autem ut devenimus umbrosum, reperimus intus
purpureis malis similem puerum Cythereæ. [arcum;
Non habebat emittentem-sagittas pharetram, non curvum
sed ea quidem arboribus sub frondosis pendebant;
ipse vero in calycibus rosarum vinctus somno
dormiebat ridens; fulvæ autem superne apes
ceræ-infusi mellis jucunda super labia incedebant
[operariæ].

211. STATYLLII FLACCI.

In Amorem dormientem.

Dormis, vigiles qui-inducis mortalibus curas,

---

206. LEONIDÆ,

ejusdem argumenti.

Thespiades verum Veneris venerantur Amorem,
 Et qui non alio fluxit ab archetypo,
Sed quem Praxiteles in Phrynes vidit ocellis,
 Utque frui Phrynes posset amore, dedit.

207. PALLADÆ,

de nudo Cupidine.

Nudus ob hoc ipsum gaudet ridetque Cupido;
 Nam neque nunc arcum, nec cita tela gerit.
Quod delphina manus fert et manus altera flores,
 Non frustra est : terras hæc tenet, illa mare.

208. GABRIELII PRÆFECTI,

de Cupidine dormiente in libo piperato.

Dormiat absque omni sensu licet et sit edulis,
 Non alius tamen est quam piperatus Amor.

209. INCERTI,

de Cupidine.

Heus anima qui flante paras accendere tædam,
 Hinc accende : ignis nam mea tota anima est.

210. PLATONIS,

de Cupidine in nemore dormiente, ab Idæis invento.

Ut ventum ad nemus est, puerum conspeximus illic
Purpureis similem malis, de Cypride natum;
Non illi arcus erat, non apta pharetra sagittis :
Namque hæc frondiferis pendebant omnia ramis;
Ipse rosas inter devinctus membra sopore
Tunc etiam ridebat. Apes super ore sedentes
Dulcibus e labris fragrantia mella legebant.

211. STATILII FLACCI,

de Cupidine dormiente.

Dormis, pervigilis curæ mortalibus auctor,

εὕδεις, ἀτηρῆς ἆ! τέκος Ἀφρογενοῦς,
οὐ πεύκην πυρόεσσαν ἐπηρμένος, οὐδ' ἀφύλακτον
ἐκ κέραος ψάλλων ἀντιτόνοιο βέλος.
Ἄλλοι θαρσείτωσαν· ἐγὼ δ', ἀγέρωχε, δέδοικα,
μή μοι καὶ κνώσσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς.

212. ΑΛΦΕΙΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἁρπάσομαι πυρόεσσαν, Ἔρως, χερὸς ἐκ σέο πεύκην,
συλήσω δ' ὤμων ἀμφικρεμῆ φαρέτρην,
εἴ γ' ἐτύμως εὕδεις, πυρὸς ἔγγονε, καὶ σέο φῶτες
πρὸς βαιὸν τόξων εὐνομίην ἄγομεν.
Ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα, δολοπλόκε, μή τινα κεύθῃς
εἰς ἐμὲ, κἢν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς.

213. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ, οἱ δὲ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Εἴ καί σοι πτέρυγες ταχιναὶ περὶ νῶτα τέτανται,
καὶ σκυθικαὶ τόξων ἀκροβολεῖς ἀκίδες,
φεύξομ', Ἔρως, ὑπὸ γᾶν σε. Τί δὲ πλέον; οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
σὰν ἔφυγε ῥώμαν πανδαμάτωρ Ἀΐδας.

214. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ.

Εἰς ἀγάλματα Ἐρώτων.

Σκυλοχαρεῖς ἴδ' Ἔρωτας, ἴδ' ὡς βριαροῖσιν ἐπ' ὤμοις
ὅπλα φέρουσι θεῶν νήπι' ἀγαλλόμενοι,
τύμπανα καὶ θύρσον Βρομίου, Ζηνὸς δὲ κεραυνὸν,
ἀσπίδ' Ἐνυαλίου καὶ κόρυν ἠΰκομον,
Φοίβου δ' εὔτοξον φαρέτρην, Ἁλίου δὲ τρίαιναν,
καὶ σθεναρῶν χειρῶν Ἡρακλέους ῥόπαλον.
Τί πλέον ἀνθρώποισιν, Ἔρως ὅτε καὶ πόλον εἷλε,
τεύχεα δ' ἀθανάτων Κύπρις ἐληΐσατο;

215. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Συλήσαντες Ὄλυμπον ἴδ' ὡς ὅπλοισιν Ἔρωτες

dormis, funestæ o proles Spumigenæ,
non picea ignita armatus, neque inevitabile
ex arcu vibrans reflexo telum.
Alii sint-impavidi, ego vero, o superbe, timeo,
ne mihi etiam dormiens amarum somnium videas.

212. ALPHEI.

In eundem.

Rapiam ignitam, o Amor, manu ex tua piceam,
prædaborque ex humeris utrinque-pendentem pharetram,
si quidem vere dormis, igne-prognate, et *nos* viri tuis
paululum ab jaculis quietem agimus.
Sed vel ita te timeo, o doli-textor, ne quid abscondas
in me, et in somno amarum somnium videas.

213. MELEAGRI, vel STRATONIS.

Etsi tibi alæ citæ circa terga extensæ-sint,
et scythica telorum eximie-ferientium acumina,
fugiam, Amor, sub terram te. At quid *mihi* proderit? neque enim ipse
tuam effugit vim omnia-domans Dis.

214. SECUNDI.

In signa Amorum.

Præda-gaudentes vide Amores, vide ut validis super humeris
arma ferunt deorum pueriliter exsultantes,
tympana et thyrsum Bromii, Jovisque fulgur,
clypeum Enyalii et galeam bene-comatam,
Phœbique jaculis-refertam pharetram, Neptunique tridentem
et robustarum manuum Herculis clavam.
Quid prodest hominibus, Amor quando et polum occupavit,
armaque immortalium Cypris prædata est?

215. PHILIPPI.

Spoliato Olympo vide ut armis Amores

Dormis, irrequies Cypride nate puer.
Non quatis ardentem tædam, neque mittitur arcu
Heu nimis ad vulnus certa sagitta tuo.
Confidant alii : metus est mihi nunc quoque, ne quid
In somnis videas exitiale mihi.

212. ALPHEI,

ejusdem argumenti.

Extorquebo facem manibus tibi, parve Cupido,
Ex humeris pharetram deripiamque tuis :
Si vere dormis, igni sate, deque sagittis
Jam nobis tandem pax datur ulla tuis.
Verum sic etiam metuo te, perfide, ne qua
Somnia clam videas insidiosa mihi.

213. MELEAGRI, *aut ut alii volunt* STRATONIS,

de Cupidine.

In tergo celeres quanquam fers, improbe, pennas,
Et scythicus telis insonat arcus, Amor,
Te vel sub terras fugiam; sed quid juvat, ipse
Si tua non fugit vulnera rex Erebi?

214. SECUNDI,

de Cupidinum imaginibus.

En spoliis aulæ lætos cœlestis Amores :
Grex humeris parvus sustinet arma Deûm;
Tympana cum thyrso Bromii, scutumque Gradivi
Cum galea, et magni tela trisulca Jovis,
Et Phœbi pharetram, Neptuniaque arma tridentem,
Clavamque Herculeæ quam tenuere manus.
Quid sperent homines, quando exuit astra Cupido.
Et superos omnes est populata Venus?

215. PHILIPPI,

argumenti ejusdem.

Cernis ut exuviis magni lætetur Olympi,

κοσμοῦντ' ἀθανάτων, σκῦλα φρυασσόμενοι.
Φοίβου τόξα φέρουσι, Διὸς δὲ κεραυνὸν, Ἄρηος
ὅπλον καὶ κυνέην, Ἡρακλέους ῥόπαλον,
εἰναλίου τε θεοῦ τριβελὲς δόρυ, θύρσα τε Βάκχου,
πτηνὰ πέδιλ' Ἑρμοῦ, λαμπάδας Ἀρτέμιδος.
Οὐκ ἄχθος θνητοῖς εἴκειν βελέεσσιν Ἐρώτων,
δαίμονες οἷς ὅπλων κόσμον ἔδωκαν ἔχειν.

216. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Εἰς ἄγαλμα Ἥρας.

Ὡργεῖος Πολύκλειτος, ὁ καὶ μόνος ὄμμασιν Ἥρην
ἀθρήσας καὶ ὅσην εἶδε τυπωσάμενος,
θνητοῖς κάλλος ἔδειξεν, ὅσον θέμις· αἱ δ' ὑπὸ κόλποις
ἄγνωστοι μορφαὶ Ζηνὶ φυλασσόμεθα.

217. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Καλλιόπης.

Καλλιόπη μὲν ἐγώ· Κύρῳ δ' ἐμὸν ὤπασα μαζὸν,
ὅς τρέφε θεῖον Ὅμηρον, ὅθεν πίε νήδυμος Ὀρφεύς.

218. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΒΟΥΚΑΛΛΟΥ.

Ἤθελε Μελπομένην ὁ ζωγράφος εἰκόνι γράψαι,
ἀλλ' ἀπολειπομένης, ἔγραφε Καλλιόπην.

219. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σεῖο μὲν εἰκὼν ἧδε Πολύμνια, καὶ σὺ δὲ, Μούσης.
Ἓν γὰρ ἐπ' ἀμφοτέραις οὔνομα καὶ τύπος εἷς.

220. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς εἰκόνας Μουσῶν.

Τρίζυγες αἱ Μοῦσαι τᾷδ' ἕσταμεν· ἃ μία λωτοὺς,
ἃ δὲ φέρει παλάμαις βάρβιτον, ἃ δὲ χέλυν.
Ἁ μὲν Ἀριστοκλῆος ἔχει χέλυν, ἃ δ' Ἀγελᾴδα
βάρβιτον, ἃ Καναχᾶ δ' ὑμνοπόλους δόνακας.

ornentur immortalium, de-exuviis superbientes.
Phœbi sagittas ferunt, Jovisque fulgur, Martis
clypeum et galeam, Herculis clavam,
marinique dei tricuspidem lanceam, thyrsosque Bacchi,
volucres calceos Mercurii, lampadas Dianæ.
Jam non grave-est mortalibus cedant telis Amorum,
dii quibus armorum decoramen dederunt habere.

216. PARMENIONIS.

In statuam Junonis.

Argivus Polycletus, qui et solus oculis Junonem
postquam-conspexit et quantam vidit repræsentavit,
mortalibus pulchritudinem *ejus* ostendit, quantum fas : at
ignotæ formæ Jovi reservamur. [infra sinum

217. INCERTI.

In statuam Calliopes.

Calliope quidem ego; Cyro autem meam præbui mammam,
quæ nutriit divinum Homerum, unde bibit suavis Orpheus.

218. JOANNIS BARBUCALLI.

Volebat Melpomenen pictor imagine pingere,
sed *ea* deficiente, pinxit Calliopen.

219. EJUSDEM.

Tua quidem imago hæc *est* Polymnia, tu vero, Musæ
Unum enim utrisque nomen et forma una. [*imago.*

220. ANTIPATRI.

In imagines Musarum.

Ternæ Musæ hic stamus : *quarum* una lotos,
alia autem fert palmis barbiton, alia vero testudinem.
Hæc quidem *opus* Aristoclis habet testudinem; illa vero [Ageladæ
barbiton; illa autem Canachæ hymnorum-ministras [tibias.

Aliger ut populus Cypride natus ovet :
Tela gerunt Phœbi, clypeum cum casside Martis,
Alcidæ clavam, fulmina sæva Jovis.
Neptunus sceptro trifido, talaribus Arcas,
Tu viduus thyrso, Bacche, Diana face.
Cedere ne telis homines doleamus Amorum,
Quos cœli spoliis instruit aula suis.

216. PARMENIONIS,

de Junonis imagine.

Unus Junonem vidit Polycletus ab Argis,
Et nobis, quantam viderat, arte dedit;
Et decora ostendit, qua fas modo : cetera nam quæ
Veste latent, soli sunt ea nota Jovi.

217. INCERTI,

de imagine Calliopes.

Illa ego Calliopea, Cyrum quæ lacte rigavi,
Unde prius biberant divinus Homerus et Orpheus.

218. JOANNIS BARBUCALLI,

in ejusdem imaginem.

Melpomenen pictor cupiebat pingere : sed cum
Non posset, Sat, ait, si dabo Calliopen.

219. EJUSDEM,

de imagine Polymniæ.

Ista tua effigies, Polyhymnia, tuque Camenæ :
Nomen enim, sicut forma, duabus idem.

220. ANTIPATRI,

de Musarum imaginibus.

Tres Musæ positæ sumus hic; huic tibia flatur :
Ista manu gestat barbiton : illa chelyn.
Cernis Aristocléos opus chelyn : est Ageladæ
Barbitos : et lotum quæ tenet est Canachæ.

Ἀλλ' ἃ μὲν κράντειρα τόνου πέλει, ἃ δὲ μελῳδὸς
χρώματος, ἃ δὲ σοφᾶς εὑρέτις ἁρμονίας.

221. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς τὴν Ἀθηναίων Νέμεσιν.

Χιονέην με λίθον παλιναυξέος ἐκ περιωπῆς
λαοτύπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσι
Μῆδος ἐποντοπόρευσεν, ὅπως ἀνδρείκελα τεύξῃ,
τῆς κατ' Ἀθηναίων σύμβολα χαρμονίης.
Ὡς δὲ δαϊζομένοις Μαραθὼν ἀντέκτυπε Πέρσαις
καὶ νέες ὑγροπόρουν χεύμασιν αἱμαλέοις,
ἔξεσαν Ἀδρήστειαν ἀριστώδινες Ἀθῆναι,
δαίμον' ὑπερφιάλοις ἀντίπαλον μερόπων.
Ἀντιταλαντεύω τὰς ἐλπίδας· εἰμὶ δὲ καὶ νῦν
Νίκη Ἐρεχθείδαις, Ἀσσυρίοις Νέμεσις.

222. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ

Εἰς τὸ αὐτό.

Μήδοις ἐλπισθεῖσα τροπαιοφόρος λίθος εἶναι,
ἠλλάχθην μορφὴν καίριον εἰς Νέμεσιν,
ἔνδικος ἱδρυνθεῖσα θεὰ Ῥαμνοῦντος ἐπ' ὄχθαις
νίκης καὶ σοφίης Ἀτθίδι μαρτύριον.

223. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς στήλην Νεμέσεως.

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχεϊ, τῷ τε χαλινῷ,
μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

224. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω· Τίνος οὕνεκα; λέξεις.
Πᾶσι παραγγέλλω· μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

225. ΑΡΑΒΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς ἄγαλμα Πανός.

Ἦν τάχα συρίζοντος ἐναργέα Πανὸς ἀκούειν·

**Sed hæc quidem moderatrix toni est, illa vero modulatrix
chromatici-modi, illa autem doctæ inventrix harmoniæ.**

221. THEÆTETI.

In Atheniensium Nemesin.

Niveum me lapidem renascenti e specula (*monte*)
sculptor postquam-cecidit marmor-secantibus acubus
Medus trajecit mare, ut viro-similia fingeret,
adversus Athenienses signa pervicacis-certaminis.
Quum autem cæsis Marathon contra-tonuit Persis,
et naves humidum-iter-faciebant per-fluctus cruentos,
perpoliverunt Adrasteam maximorum-virorum-genitrices
deam arrogantibus adversam inter-homines. [Athenæ,
Meo-pondere-premo spes leves : et sum etiam nunc
victoria Erechthidis, Assyriis Nemesis.

222. PARMENIONIS.

In eandem.

Quam sperabant Medi fore tropæa-ferentem lapidem
transmutata-sum forma fatalem in Nemesin,
jure-merito posita dea Rhamnuntis juxta oras,
victoriæ et sollertiæ Atthidi testimonium.

223. INCERTUM.

In columnam Nemesis.

Nemesis prædicit cubito, atque freno, [cere
neque sine mensura quidquam facere, neque effrena lo

224. ALIUD.

In eandem.

Nemesis cubitum contineo : Quam ob rem ? dices.
Omnibus edico : nihil supra modum.

225. ARABII SCHOLASTICI.

In statuam Panos.

Erat forte tibia-canentis claros-sonos Panos audire :

Perficit ista tonos : melicis sonat illa Camenis :
Tertia magnificam temperat harmoniam.

221. THEÆTETI ORATORIS,
de Atheniensium Nemesi.

Me niveum viva lapidem de rupe cecidit,
Marmoream rumpens cuspide duritiem,
Persa daret cum vela notis, ut fingeret ex me
De Cecropis victrix gente tropæa manus.
Cladibus at Marathon postquam resonavit Eois,
Perque cruore rubens æquor iere rates,
Fecit Adrasteam de me gens fortis Athenæ,
Ulcisci solitam facta superba deam.
Spes ego libratas teneo. Victoria nam sum
Cecropidis, Nemesis nec minus Assyriis.

222. PARMENIONIS,
de eadem.

Figere quem tumidus sperabat Persa tropæum,
Quam bene nunc versus sum lapis in Nemesin!
Sto dea justa super ripa Rhamnuside, testis
Tam bene Erechthidas vincere, quam sapere.

223. INCERTI,
de statua Nemesis.

Hæc Nemesis frenum gestans normamque monebit,
Nil effrene loqui, nil facere absque modo.

224. *De eadem.*

Normam gesto manu Nemesis : Cur, quæris, opinor.
Absque modo cunctis suadeo ne quid agant.

225. ARABII ORATORIS,
in Panos effigiem.

Jam dabitur Faunum nobis audire canentem :

πνεῦμα γὰρ ὁ πλάστης ἐγκατέμιξε τύπῳ·
ἀλλ' ὁρόων φεύγουσαν ἀμήχανος ἄστατον Ἠχὼ,
πηκτίδος ἠρνήθη φθόγγον ἀνωφελέα.

spiritum enim sculptor immiscuit formæ;
sed videns fugientem impotens-animi inconstantem Echo,
fistulæ repudiavit vocem inutilem.

226. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἔμπνει Πὰν λαροῖσιν ὀρειβάτα χείλεσι μοῦσαν,
ἔμπνει, ποιμενίῳ τερπόμενος δόνακι,
εὐκελάδῳ σύριγγι χέων μέλος, ἐκ δὲ συνῳδοῦ
κλάζε κατιθύνων ῥήματος ἁρμονίην·
ἀμφὶ δέ σοι ῥυθμοῖο κατὰ κρότον ἔνθεον ἴχνος
ῥησσέσθω Νύμφαις ταῖσδε μεθυδριάσιν.

226. ALCÆI.

In eandem.

Spira, o Pan montivage, jucundis labris musam,
spira, pastorali delectatus arundine,
bene-sonanti fistula fundens melos, et e concinentibus
verbis sona dirigens harmoniam;
juxta vero te rhythmi ad strepitum lymphatum vestigium
flectatur Nymphis hisce aquarum-incolis.

227. ΑΔΗΛΟΝ.

Τῇδε κατὰ χλοεροῖο ῥιφεὶς λειμῶνος, ὁδῖτα,
ἄμπαυσον μογεροῦ μαλθακὰ γυῖα κόπου,
ἧχί σε καὶ Ζεφύροιο τινασσομένη πίτυς αὔραις
θέλξει, τεττίγων εἰσαΐοντα μέλος,
χὠ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς
συρίσδων, λασίας θάμνῳ ὕπο πλατάνου·
καῦμα δ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνὸς ἄλσος ἀμείψεις
αὔριον· Ἑρμείῃ τοῦτ' ἐνέποντι πιθοῦ.

227. INCERTI.

Hic per viride projectus pratum, o viator,
refice a duro mollia membra labore,
qua te et Zephyri agitata quercus auris
mulcebit cicadarum audientem cantum
et pastor in montibus medio-die juxta fontem
fistula-canens, hirsutæ sub fruteto platani.
æstum vero autumnalis Canis quum-fugeris, lucum excedes
cras : Mercurio hoc dicenti crede.

228. ΑΝΥΤΗΣ.

Ξεῖν', ὑπὸ πὰν πτελέαν τετρυμένα γυῖ' ἀνάπαυσον·
ἁδύ τοι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις·
πίδακά τ' ἐκ παγᾶς ψυχρὸν πίε· δὴ γὰρ ὁδίταις
ἄμπαυμ' ἐν θερμῷ καύματι τοῦτο φίλον.

228. ANYTÆ.

O hospes, sub ulmo lassata membra refice;
dulcis sane in viridibus ventulus murmurat frondibus:
laticemque e fonte frigidum bibe. Profecto enim viatoribus
requies in ardenti æstu hæc placet.

229. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς ἄγαλμα Πανός.

Ἐξ αὐτοῦ Διός ἐστιν ὁ φίλτατος ἔκχυτος οὗτος·
μαρτυρίην δὲ φέρει τὴν ἐπάνω νεφέλην.
Ἑρμείαν γὰρ ἄνακτα τέκεν νεφεληγερέτα Ζεύς·
αὐτὰρ ὅγ' Ἑρμείας Πᾶνα τὸν αἰγελάτην.

229. INCERTI.

In imaginem Panos.

Ex ipso Jove est carissimus prognatus hicce :
testimoniumque fert meam-quæ super-ipso est nubem.
Mercurium enim deum genuit nubes-congregans Jupiter;
sed ipse Mercurius Pana caprarium.

Spirat enim docta jussus ab arte labor.
Sed quia conspexit fugituram protinus Echo,
Nil profecturos sustinet ecce sonos.

226. ALCÆI,

de eodem.

Pan deus in solis habitas qui montibus, infla
Pastorale tuis carmen arundinibus.
Fistula nunc ludat quid amabile, quale canendo
Verba sonant, tales frangat et illa modos.
Dent plausus et crura suos, quos Naïdes æquent
Turba celer certa lege movere pedes.

227. INCERTI,

de eodem.

Hic tibi projecto per florida prata, viator,
A longo subeat membra labore quies,
Dulcis ubi somnos tibi suadet inire cicada,
Et pinus Zephyri flatibus acta levis,
Quæque die medio gelidas auditur ad undas
Pastorum densa fistula sub platano.
Autumnale canis sidus fuge : cras bona ducet
Te via; ne spernas quod bene Pan moneo.

228. ANYTÆ.

Fessa sub hanc rupem declina membra, viator :
Dulce sub hac Zephyri fronde virente sonant;
Et laticem bibe fontis. Iter facientibus hæc est
Æstatis calido tempore grata quies.

229. INCERTI,

in Panos effigiem.

Iste deus facilis magno venit ab Jove fusus :
Hoc probat ipsa, super quæ caput est, nebula.
Ex Jove Mercurius frenanti nubila patre :
Caprigeni custos Pan gregis inde satus.

230. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Μή σύ γε ποιονόμοιο περίπλεον ἰλύος ὧδε
 τοῦτο χαραδραίης θερμὸν, ὁδῖτα, πίῃς·
ἀλλὰ μολὼν μάλα τυτθὸν ὑπὲρ δαμαλήβοτον ἄκραν
 ταύταν, πὰρ κείνᾳ ποιμενίᾳ πίτυϊ,
εὑρήσεις κελαρύζον ἐϋκρήνου διὰ πέτρης
 νᾶμα, Βορειαίης ψυχρότερον νιφάδος.

231. ΑΝΥΤΗΣ.

α. Τίπτε κατ' οἰόβατον, Πὰν ἀγρότα, δάσκιον ὕλαν
 ἥμενος, ἁδυβόᾳ τῷδε κρέκεις δόνακι;
β. Ὄφρα μοι ἑρσήεντα κατ' οὔρεα ταῦτα νέμοιντο
 πόρτιες ἠϋκόμων δρεπτόμεναι σταχύων.

232. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
 τὸν μετ' Ἀθηναίων, στήσατο Μιλτιάδης.

233. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὑλοβάτας, φιλόδενδρος, ὀρεσσαύλου πόσις Ἀχοῦς,
 Πὰν, σκοπὸς, εὐκεράου μαλοφύλαξ ἀγέλας,
Πὰν ὁ δασυκνάμων, ὁ πολύσπορος, ὅς μετανάστας
 ἔδραμον αἰχματᾶν ἐς δαΐν Ἀσσυρίων,
Μιλτιάδου στήσαντος ὁμάσπιδα περσοδιώκτην,
 ἵσταμαι, ἀκλήτου ξείνια συμμαχίης.
Ἄλλοις ἀκροπόληες· ὁ μηδοφόνος δὲ δέδασται
 ξυνὸς ἐμὶν Μαραθὼν καὶ μαραθωνομάχοις.

234. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Τρισσοὺς ἀθανάτους χωρεῖ λίθος· ἁ κεφαλὰ γὰρ
 μανύει τρανῶς Πᾶνα τὸν αἰγόκερων,
στέρνα δὲ καὶ νηδὺς Ἡρακλέα, λοιπὰ δὲ μηρῶν
 καὶ κνήμης Ἑρμῆς ὁ πτερόπους ἔλαχεν.

230. LEONIDÆ.

Ne tu quidem hic *ex aqua* ulvosi plena cœni
 hunc de lacuna tepidum, o viator, *potum* bibas;
sed progressus paucillum super cacumen damas-alens
 hocce, prope illam pastoralem pinum,
invenies murmurantem in fontium abundante petra
 liquorem, Boreali frigidiorem nive.

231. ANYTÆ.

a. Ecquid tandem in solitaria, o Pan agrestis, umbrosa silva
 sedens, dulcisona hacce obstrepis arundine?
b. Ut mihi roscidos per montes illos pascant
 juvencæ bene-comatas carpentes spicas.

232. SIMONIDIS.

Hircinos-pedes-habentem me Pana, Arcadem, infensum Medis,
 socium Atheniensium, posuit Miltiades.

233. THEÆTETI.

In eundem.

Per silvam-gradiens, arborum-amans, montanæ vir Echûs,
 Pan, speculator, bene-cornuti ovium-custos gregis,
Pan villosis-pedibus, perquam-fecundus, qui inquilinus
 cucurri bellacium in pugnam Assyriorum (*Persarum*),
postquam Miltiades posuit *me* commilitonem Persarum-insectatorem,
 sto, non-invocatæ munus belli-societatis.
Aliis *sunt* urbium-arces, sed Medos-occidens attributus est
 communis mihi et Marathoniis-pugnatoribus Marathon.

234. PHILODEMI.

Ternos immortales capit lapis. caput enim
 prodit aperte Pana caprinis-cum-cornibus;
pectus autem et venter, Herculem; reliqua vero crurum
 et tibiæ Mercurius volucripes sortitus-est.

---

230. LEONIDÆ.

Hic tu cernis oves ubi pascere, turbida cœno
 Et calida est: hanc ne sume, viator, aquam
Sed modicum procede, boves ubi collibus errant,
 Et loca pastori commoda pinus habet:
Invenies illic puro descendere saxo
 Pocula, Sithonia candidiora nive.

231. ANYTÆ,

de Panos effigie.

Hic, rogo, cur, ovibus præbent ubi pascua silvæ,
 Pan, levibus calamis carmen agreste canis? —
Longius ut nostræ, juga sunt ubi roscida, currant
 Et Cereris carpant mitia dona boves.

232. SIMONIDÆ,

de Pane alio.

Arcada capripedem Pana hunc, qui juvit Athenas
 In Medos, posuit mens pia Miltiadæ.

233. THEÆTETI,

de eodem.

Silvitenens, Echûs montes habitantis amator,
 Cornigeri custos pervigil ille gregis;
Hircus crura salax, pede quem veloce vagantem
 Impetus in medios egit Achæmenios:
Hic sto Miltiade positus, qui talia donat
 In Persas sociæ præmia militiæ:
Arcibus exsultent alii: sed totus eorum
 Qui depugnarunt et meus est Marathon.

234. PHILODEMI,

de alia Panos effigie.

Ne sperne hunc lapidem: tria numina continet unus:
 Nam Pan cornigero noscitur ex capite;
Herculis est pectus validi cum ventre; quod infra est
 In femore et suris penniger Arcas habet.

Θύειν ἀρνήσῃ, ξένε, μηκέτι· τοῦ γὰρ ἑνός σοι
θύματος οἱ τρισσοὶ δαίμονες ἀντόμεθα.

235. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ.

Ἀγροτέρων θεός εἰμι· τί μοι χρυσέοις δεπάεσσι
σπένδετε, τοῦ δ' Ἰταλοῦ χεῖτε μέθυ Βρομίου,
καὶ γυροὺς ταύρων πέτρῃ προσδεῖτε τένοντας;
φείσασθ'· οὐ τούτοις θύμασι τερπόμεθα.
Πὰν ὁ παρωρείτης, αὐτόξυλος, ἀρνεοθοίνης
εἰμὶ, καὶ ἐγχθονίου γλευκοπότης κύλικος

236. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Αὐτοῦ ἐφ' αἱμασιαῖσι τὸν ἀγρυπνοῦντα Πρίηπον
ἔστησεν λαχάνων Δεινομένης φύλακα.
Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φὼρ, ἔμβλεπε. Τοῦτο δ', ἐρωτᾷς,
τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; Τῶν ὀλίγων.

237. ΤΥΜΝΕΩ.

Εἰς ἄγαλμα Πριήπου.

Πάντα πριηπίζω, κἂν ᾖ Κρόνος· οὐ διακρίνω
οὐδένα φῶρ' οὕτω ταῖσδε παρὰ πρασιαῖς.
Ἔπρεπε μὴ λαχάνων ἕνεκεν τάδε καὶ κολοκυνθῶν,
φήσει τις, με λέγειν. Ἔπρεπεν· ἀλλὰ λέγω.

238. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε, νόμου χάριν, ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κλημάτίδων φύλακα·
καὶ περιβέβλημαι κρημνὸν βαθύν. Ὃς δ' ἂν ἐπέλθῃ,
οὐδὲν ἔχει κλέψαι πλὴν ἐμὲ τὸν φύλακα.

239. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἄνθετ' Ἀναξαγόρης με, τὸν οὐκ ἐπὶ ποσσὶ Πρίηπον,
ἐν χθονὶ δ' ἀμφοτέρῳ γούνατι κεκλιμένον·
τεῦξε δὲ Φυλόμαχος. Χαριτὼ δέ μοι ἀγχόθι καλὴν
ἀθρήσας, δίζευ μηκέτι πῶς ἔπεσον.

Sacrificium renuere, hospes, noli: unicum enim tibi
sacrificium terni nos dii acceptum-rependimus.

235. APOLLONIDÆ SMYRNÆI.

Rusticorum deus sum. Quid mihi aureis poculis
libatis, et quare Itali funditis merum Bacchi,
curvasque taurorum petræ alligatis cervices?
Parcite. Non his sacrificiis delectamur.
Pan monticola, ex rudi-ligno-dolatus, agnorum-vorator
sum, et in testaceo musti-bibulus calice.

236. LEONIDÆ.

Hic in spinetis vigilantem Priapum
posuit olerum Dinomenes custodem.
Sed quam intentus sim, fur, cerne. Hoc vero, interrogas,
paucorum olerum causa? Paucorum.

237. TYMNÆ.

In statuam Priapi.

Cuncta erectus-insequor, etiam si Saturnus sit: non dis-
ullum furem adeo his in hortis. [cerno
Decebat non olerum causa hæc et cucurbitarum,
dicet quispiam, me effari. Decebat: sed dico.

238. LUCIANI.

Incassum me posuit, consuetudinis gratia, hic Priapum
Eutychides, siccarum pervincarum custodem;
et circuitus sum præcipitio profundo. Qui autem super-
nil potest furari præter me custodem. [venerit,

239. APOLLONIDÆ.

Erexit Anaxagoras me, non pedibus stantem Priapum,
sed in terra utroque genu innixum;
fecit vero Phylomachus. Charito autem juxta me pul-
videns, ne quæras amplius quare ceciderim. [chram

Hic igitur nunquam parcas adolere, viator:
Victima nam ternos obligat una deos.

235. APOLLONIDÆ SMYRNÆI,

de alia Panos effigie.

Sum deus agricolæ populi. Quid pocula fertis
Aurea, vel quid in his Massica vina mihi?
Curvaque ad hunc lapidem taurorum colla ligatis?
Non hæc conveniunt munera, crede, mihi.
Montibus hic adsto lignum rude Pan ego: potus,
Musta mihi fundit quæ lacus; agna cibus.

236. LEONIDÆ, *aut ut alii volunt* PERITI,

de Priapi simulacro.

Hortus hic absque ullo ne sit custode, Priapum
Dinomenes posuit me sua septa super.
Aspice, fur, quanta tentigine rumpar; Et istud
Ob tam pauca olera hæc? dicis. Ob hæc olera.

237. TYMNÆ,

de eodem.

Arrigo pol cunctis, nec, copia sit licet, ullum
Istas discerno furem apud areolas.
Non decuit, dices, hæc caules propter et herbas
Dicere te; decuit sic, puto, dico tamen.

238. LUCIANI,

de Priapo alio.

Arida me posuit propter sarmenta Priapum,
Ut mori morem sic gerat, Eutychides.
Ambior et fossa. Si quis tamen adveniat fur,
Nil sit, custodem me nisi, quod rapiat.

239. APOLLONIDÆ,

de alio.

Non pedibus fultum, nixum sed utroque Priapum
Poplite me poni jussit Anaxagoras.
Phylomachus fecit. Cum stet mihi proxima florens
Gratia, sit stultum quærere qui cecidi.

240. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

α. Ὡραίας γ' ἐσορῶ τὰς ἰσχάδας· εἴ γε λαβεῖν μοι
συγχωρεῖς ὀλίγας. β. Θίγγανε μηδεμιᾶς.
'Οργίλος ὡς ὁ Πρίηπος ἐρεῖς· ἔτι καὶ κενὸς ἥξεις.
α. Ναὶ λίτομαι, δός μοι. β. Καὶ γαρ ἐγὼ δέομαι.
α. Χρῄζεις γὰρ, λέγε μοι, παρ' ἐμοῦ τινός; β. Ἔστι νόμος που·
« δὸς λάβε ». α. Καὶ θεὸς ὢν ἀργυριου σὺ γλίχῃ;
β. Ἄλλο τι χρῆμα φιλῶ. α. Ποῖον τόδε; β. Τάμὰ κατέσθων
σῦκα, δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω.

240 PHILIPPI.

a. Pulchras quidem video ficus; si certe capere mihi
concedis paucas. *b.* Nullam tange.
Iracundum esse Priapum dices; ad hoc et inanis venies.
a. Næ precor, da mihi *b.* Etenim ego quoque egeo.
a. Egesne tu, dic mihi, a me aliqua re? *b.* Est lex, puto,
« da, accipe ». *a.* Et deus quum sis, argentum tu cupis?
b. Aliam quamdam rem amo. *a.* Qualem eam? *b.* Meas edens
ficus, da lubens ficum posticam.

241. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

« Ὥριμος. » Οἶδα καὶ αὐτὸς, ὁδοιπόρε. Μηκέτ' ἐπαίνει
ἰσχάδα, μηδ' ἐσόρα τὸν πέλας ἀκρέμονα·
καὶ λίην ὁ Πρίηπος ἐφίσταμαι ὀξὺ δεδορκὼς,
καὶ φυλακὴν σύκων ἣν ἐπέοικεν ἔχων.
Ἢν δὲ μόνον σὺ θίγῃς τῆς ἰσχάδος, ἰσχάδα δώσεις·
ὡς ἰσότης πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

241. ARGENTARII.

« Matura *est ficus.* » Novi et ipse, o viator. Ne jam lauda
ficum, neque inspice vicinum ramum;
nam valde Priapus præsideo acuta tuens,
et custodiam ficuum quam decet exercens.
Si autem tantummodo tetigeris ficum, ficum dabis:
æquitas enim in omnibus rebus est justissima.

242. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὡς βαρὺ τοῦτο, Πρίηπε, καὶ εὖ τετυλωμένον ὅπλον
πᾶν ἀπὸ βουβώνων ἀθρόον ἐκκέχυκας
εἰς γάμον οὐκ ἀνέτοιμον· ἔχει δέ σε δίψα γυναικῶν,
ὦ 'γαθὲ, καὶ σπαργᾷς θυμὸν ἅπαντα πόθοις.
Ἀλλὰ καταπρήϋνε τὸν ἐξῳδηκότα φαλλὸν
τόνδε, καὶ ἀνθηρῇ κρύψον ὑπὸ χλαμύδι·
οὐ γὰρ ἐρημαῖον ναίεις ὄρος, ἀλλὰ παρ' Ἕλλης
ἠόνα τὴν ἱερὴν Λάμψακον ἀμφιπολεῖς.

242. ERYCII.

In eundem.

Quam onerosum hunc, o Priape, et bene duratum colem
totum a bubonibus densum effudisti,
in nuptias non imparatum! habet autem te sitis mulierum,
o bone, et tumes animo toto cupidinibus.
Sed leni qui extumuit phallum
istum, et florida absconde sub chlamyde;
non enim solitarium habitas montem, sed juxta Helles
littus in sacra Lampsaco versaris.

243. ΑΝΤΙΣΤΙΟΥ.

Ἀγροφύλαξ ἕστηκα πολυκτεάνοις ἐν ἀρούραις,
Φρίκωνος καλύβην καὶ φυτὰ ῥυόμενος,
τοῦτο λέγων πρὸς ἕκαστον· Ἐπὴν γελάσῃς ἐσιδών με
τοῦ σκεύους, χώρει τὴν κατὰ σαυτὸν ὁδόν.

243. ANTISTII.

Agrorum-custos sto opulentis in arvis,
Phriconis tugurium et plantas defendens,
hoc dicens cuique: Si riseris *modo*, me conspecto,
propter mentulam, vade viam tuam.

---

240. PHILIPPI,

de alio.

Maturas video ficus: an carpere paucas
Das mihi? — De cunctis non datur una tibi. —
Dura, Priape, nimis loqueris. — Sed inanis abibis. —
Jam rogo te, sodes, da quid. — Et ipse rogo. —
Estne in quo tibi me sit opus? — Jus illud ubique est:
Da, cape. — Quid de me poscis, an æra deus? —
Quam peto res alia est. — Ecquæ? precor. — Accipe nostro
Ex horto: sed da quod tuus hortus habet.

241. ARGENTARII,

de eodem.

Matura est. — Id et ipse satis scio. Quid mihi ficum
Laudas? quod ramum respicis, id nihil est.
Circumvol o oculos tueorque Priapus acutum,
Servet et ut ficus anxia cura mea est.
Cogam, si ficum tangas modo, te dare ficum.
Par etenim res est justa referre pari.

242. ERYCII,

de eodem.

Quam grave, quam rigidum defundis ab inguine telum!
Pars ad opus certe est ista parata suum.
Feminei sexus sitis est tibi magna, Priape,
Atque aliquod quærit turgida vena cavum.
Quin potius nimium crescens hoc contrahe membrum,
Et rosea tectum veste latere sine.
Non vasti te montis habent juga, sed sacra sedes
Lampsacos est, Helles adsita littoribus.

243. ANTISTII,

de eodem.

Divite sum custos positus Friconis in agro,
Ut tuguri servem culmen et ista sata.
Quisquis es, edico: mea cum bene riseris arma,
Continuo, via te quo tua ducit, abi.

Ἢν δε παρεκβῇς ἐς ἃ μὴ θέμις, οὔτι σ' ὀνήσει
ἡ λάχνη· τρυπᾶν πάντας ἐπιστάμεθα.

Verum si transis ad ea quæ non licet *facere*, non quidpilus; terebrare omnes didicimus. [quam te juvabit

244. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Σατύρου πρὸς τῇ ἀκοῇ τὸν αὐλὸν ἔχοντος καὶ ὥσπερ ἀκροωμένου.

Αὐτομάτως, Σατυρίσκε, δόναξ τεὸς ἦχον ἰάλλει;
ἢ τί παρακλίνας οὔας ἄγεις καλάμῳ;
Ὃς δὲ γελῶν σίγησεν· ἴσως δ' ἂν φθέγξατο μῦθον,
ἀλλ' ὑπὸ τερπωλῆς εἴχετο ληθεδόνι.
Οὐ γὰρ κηρὸς ἔρυκεν· ἑκὼν δ' ἠσπάζετο σιγὴν,
θυμὸν ὅλον τρέψας πηκτίδος ἀσχολίῃ.
[Καὶ φύσιν ἀφθόγγοισι τύποις μιμήσατο τέχνη,
ὕλης ἀντιλέγειν μηδὲν ἀνασχομένης.]

244. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In imaginem Satyri ad aurem fistulam habentis et tanquam auscultantis.

Sponte-sua, parve Satyre, arundo tua *num* sonum mittit?
aut quare inclinans aurem adigis calamo?
Hic autem ridens tacuit; sed forsan elocutus-esset sermonem,
at præ voluptate captus-est oblivio.
Non enim cera eum impediebat; sed lubens amplexus est silentium,
animum totum convertens ad fistulæ opus.
[Atque naturam mutis formis imitata-est ars
materia *ei* resistere nullo-modo audente.]

245. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τὸν Σάτυρον Διόνυσος ἰδὼν τόσον ἄλγος ἔχοντα,
καί μιν ἐποικτείρας, θήκατο λαΐνεον.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληξε βαρυτλήτων ὀδυνάων·
εἰσέτι γὰρ μογέει, καὶ λίθος ὢν, ὁ τάλας.

245. LEONTII SCHOLASTICI.

Satyrum Bacchus conspicatus tantum dolorem habentem,
et eum misertus, fecit lapidem.
Sed ne ita quidem desiit ægre-tolerandorum dolorum :
adhuc enim dolet, etsi lapideus sit, miser.

246. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἢ Σάτυρος τὸν χαλκὸν ὑπέδραμεν, ἢ διὰ τέχνης
χαλκὸς ἀναγκασθεὶς ἀμφεχύθη Σατύρῳ.

246. INCERTI.

Aut Satyrus æs subiit, aut ab arte
æs coactum circumfusum-est Satyro.

247. ΝΕΙΛΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Σατύρου ἀπὸ ψηφῖδος ἐν Ἀντιοχείᾳ.

α. Πάντες μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι· εἰπὲ δὲ καὶ σὺ,
τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τόνδε γέλωτα χέεις;
β. Θάμβος ἔχων γελόω, πῶς, ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης
συμφερτὸς, γενόμην ἐξαπίνης Σάτυρος.

247. NILI SCHOLASTICI.

In imaginem Satyri ex opere musivo Antiochiæ.

a. Omnes quidem Satyri amant dicacitatem : at dic et tu,
quidnam unumquemque intuens hunc risum fundis?
b. Rideo stupens, quomodo, e lapide alio aliunde sumpto
collatitius, evaserim subito Satyrus.

248. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμισεν, οὐκ ἐτόρευσεν.
Ἢν νύξῃς, ἐγερεῖς ὀργίλον· ὕπνος ἔχει.

248. PLATONIS.

Hunc Satyrum Diodorus sopivit, non tornavit.
Si percusseris, excitabis iracundum : *nunc* somnus tenet [*eum*.

Sin qua non licitum transis, nihil ista juvabit
Te tua barba : via est invia nulla mihi.

244. AGATHIÆ ORATORIS,

de effigie Satyri tibiam auri admoventis velut auscultabundi.

Sola tua an per se lotos, Satyrisce, sonabit?
Nam cur apposita est auribus illa tuis?
Ecce silet ridens; loqueretur, credo : voluptas
Verum est tanta, sui non sit ut ipse memor.
Eloquium nec cera negat, sed non vacat illi,
Tibia dum sensus distinet osque, loqui.

245. LEONTII ORATORIS,

de Satyro alio.

Cum Satyri Bromius miseranti corde dolores
Conspiceret, fieret fecit ut ille lapis :
Sed neque sic finem labor accipit : en miser, ille
Ærumnis premitur nunc quoque, cum lapis est.

246. INCERTI,

de alio Satyro.

Ambiguum est, an in æs Satyrus penetrarit, an artis
Munere se circum fuderit æs Satyro.

247. NILI ORATORIS,

de imagine Satyri ex lapillis.

Semper amat risum Satyrorum turba : sed ejus
Materia est, ut quem conspicis, ecqua tibi? —
Miror, tessellis qui de tot et undique lectis
Compositus, factus tam cito sim Satyrus.

248. PLATONIS,

de alio Satyro.

Sopierat Satyrum, non sculpserat hunc Diodorus.
Argentum dormit : punge, vigil facies.

249. ΑΔΗΛΟΝ.

Δερκόμενος ξόανον καλὸν τόδε, τὰν Ἀφροδίταν,
ὤνθρωφ', ἱλάσκευ, πλατίον ἑζόμενος·
αἴνει δὲ Γλυκέραν Διονυσίου, ἅ μ' ἀνέθηκε
πορφυρέας ἁπαλὸν κῦμα παρ' ἠϊόνος.

249. INCERTI.

Cernens signum pulchrum hoc, Venerem,
o homo, propitia, assidens prope;
lauda autem Glyceram Dionysii, quæ me erexit
purpurei mollem fluctum juxta littoris.

250. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἔρωτα.

Ὁ πτανὸς τὸν πτανὸν ἴδ' ὡς ἄγνυσι κεραυνὸν,
δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρός ἐστιν, Ἔρως.

250. INCERTI.

In Amorem.

Volucer volucre vide ut frangit fulmen,
ostendens quanto potentior ignis igne sit, Amor.

251. ΑΛΛΟ.

Πτανῷ πτανὸν Ἔρωτα τίς ἀντίον ἔπλασ' Ἔρωτι;
Ἁ Νέμεσις, τόξῳ τόξον ἀμυνομένα,
ὥς κε πάθῃ τά γ' ἔρεξεν· ὁ δὲ θρασὺς, ὁ πρὶν ἀταρβὴς,
δακρύει, πικρῶν γευσάμενος βελέων,
ἐς δὲ βαθὺν τρὶς κόλπον ἀπέπτυσεν. Ἆ μέγα θαῦμα!
φλέξει τις πυρὶ πῦρ· ἥψατ' Ἔρωτος Ἔρως.

251. ALIUD.

Volucri volucrem Amorem quis adversum finxit Amori?
Nemesis, arcum arcu ulciscens, [perterritus,
ut pateretur quæ ipse fecit; ille audax vero, ille olim im-
lacrimatur, amara postquam-gustavit tela,
et in profundum sinum ter despuit. Proh ingens miraculum!
uret quis igne ignem : corripuit Amorem Amor.

252. ΑΛΛΟ.

Κἀγὼ Κύπριδος αἷμα· κασιγνήτῳ δέ με μήτηρ
ἤνεσε τόξα φέρειν ἀντία καὶ πτέρυγας.

252. ALIUD.

Et ego Cypridis sanguis; fratri autem me mater
hortata est arcum ferre adversum et sagittas-alatas

253. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἄρτεμιν.

α. Ἄρτεμι, ποῦ σοι τόξα, παραυχενίη τε φαρέτρη;
ποῦ δὲ Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων,
πόρπη τε χρυσοῖο τετυγμένη, ἠδὲ πρὸς ἄκρην
ἰγνύην φοῖνιξ πέπλος ἑλισσόμενος;
β. Κεῖνα μὲν εἰς ἄγρην ὁπλίζομαι· ἐς δὲ θυηλὰς
εἶμ' αὔτως, ἱρῶν ἀντομένη θυέων.

253. INCERTI.

In Dianam.

a. Diana, ubi tibi arcus, pendensque e collo pharetra?
ubi vero Lycasteorum caliga peronum,
fibulaque ex auro fabrefacta, et ad summum
genu ruber peplus revolutus? [autem
b. Illa quidem ad venationem induor-arma; ad sacrificia
vado sic, ob sacras occurrens hostias.

254. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ἑρμῆν.

Ἱερὸν Ἑρμείῃ με παραστείχοντες ἔχευαν
ἄνθρωποι λίθινον σωρόν· ὁ δ' ἀντ' ὀλίγης

254. INCERTI.

In Mercurium.

Sacrum Mercurio memet prætereuntes fuderunt
homines lapideum acervum; ego autem pro tenui *dono*

---

249. INCERTI.

Adspice formosæ simulacrum Cypridis, hospes :
Propter rite sedens advenerare deam.
Et Glyceren laudabis (amat Dionysius illam),
Quæ maris in molli littore me posuit.

250. INCERTI,
de Cupidine.

Viderat aligerum fulmen puer ales et ipse,
Et scidit, igne poli fortior ignis, Amor.

251. *De eodem.*

En Amor a Nemesi contrarius exit Amori,
Ales et hic : arcus arcubus ulta dea est.
Quod fecit, fert ipse; ferox puer atque superbus
Ille diu, telum sensit et illacrimat :
Inque sinum sibimet ter despuit. O nova monstra,
Urit quod flammam flamma, Cupido cupit!

252. *De eodem.*

Me quoque progenuit Cypris pulcherrima, fratrem
Ut contra pennas frater et arma feram.

253. INCERTI,
de Diana.

Arcus ubi tuus est, Diana, pharetraque collo
Apta? Lycasteæ nunc ubi sunt soleæ?
Et quæ purpuream premit aurea fibula vestem,
Vestem, quæ summum vix venit usque genu? —
Cum venor, tunc ista fero : sed turis ad auras
Et pecudes cæsas votaque talis eo.

254. INCERTI,
de Mercurio.

Hunc me Mercurio lapidum sacravit acervum
Turba, tulit præter quem via : parvus honos.

οὐ μεγάλην αὐτοῖς ἔγνων χαριν, ἀλλ' ὅτι λοιπὰ
Αἰγὸς ἐπὶ κρήνην ἑπτὰ λέγω στάδια.

non magnam eis gratiam habeo : sed reliqua *esse*
Capræ ad fontem septem dico stadia.

255. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὀδῖτα, μὴ πρόσερπε πρὸς τὰ κλήματα,
μηδ' αὖ τὰ μῆλα, μηδ' ὅπη τὰ μέσπιλα·
τηνεὶ δὲ πρὸς τὴν σχοῖνον ἐξαμείβεο,
ὡς μή τι θράξῃς τῶνδε, μηδ' ἀποθρίσῃς,
ἃ σὺν πόνῳ φυτουργὸς ἔκτηται Μίδων,
ὅς κἀμὲ θῆκεν· ἢν δέ μευ παρακλύῃς,
γνώσῃ τὸν Ἑρμῆν, ὡς κακοὺς ἀμείβομαι.

255. INCERTI.

Viator, ne prorepe ad vites,
neque rursus ad mala, neque ubi mespila,
illa vero juxta junceum-funem transi,
ne quid conturbes horum, nec defringas
quæ cum labore plantator quæsivit Midon,
qui et me posuit. Si vere me non-audire-te-simularis,
nosces Mercurium, ut malis par-pari-referam.

256. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὀχθηρὸν τὸν χῶρον ἔχω καὶ ἔρημον, ὁδῖτα·
οὐκ ἐγὼ, ὁ στάσας δ' αἴτιος Ἀρχέλοχος.
Οὐ γὰρ ὀρειοχαρὴς ὡρμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας,
τὸ πλεῦν δ' ἀτραπιτοῖς, ὦνερ, ἀρεσκόμενος.
Ἀρχέλοχος δ', ὡς αὐτὸς ἐρημοφίλας καὶ ἀγείτων,
ὦ παριὼν, τοῖον κἀμὲ παρῳκίσατο.

256. INCERTI.

Asperum locum habeo et solitarium, o viator;
non ego, sed qui posuit causa *est* Archelochus.
Non enim montibus-gaudet Mercurius, neque summis-cacuminibus,
sed magis viis, o vir, oblectatur.
Archelochus vero, quippe qui ipse solitudinis-amans et vicinis-carens,
o viator, talem et me prope-se-posuit.

257. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Διόνυσον.

Ἐκ πυρὸς, ὦ Διόνυσε, τὸ δεύτερον ἠνίδε χαλκοῦς
ἐξεφάνης· γενεὴν εὗρε Μύρων ἑτέρην.

257. INCERTI.

In Bacchum.

Ex igne, o Bacche, secundo ecce æneus
apparuisti : generationem *tibi* reperit Myron alteram.

258. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Πᾶνα.

Δικτύννης τοῖόν με καθ' ἱερὸν ἔμπυρον ὁ Κρὴς
χάλκεον ἔστησεν Πᾶνα τὸν αἰγόνυχα.
Δέρμα δ' ἔχω, διπλοῦν τε λαγωβόλον· ἐκ δὲ πετραίας
σπήλυγγος τείνω βλέμμα διπλοῦν πρὸς ὄρος.

258. INCERTI.

In Pana.

Dictynnæ talem me in sacrario victimas-adolenti Cres
æneum posuit Pana capripedem.
Pellem autem habeo, duplexque pedum : e saxatili autem
spelunca tendo oculos geminum ad montem.

259. ΑΔΗΛΟΝ.

Πέτρης ἐκ Παρίης με πόλιν κατὰ Παλλάδος ἄκρην
στῆσαν Ἀθηναῖοι Πᾶνα τροπαιοφόρον.

259. INCERTI.

Lapide e Pario me urbe in summa Palladis
posuerunt Athenienses Pana tropæa-gerentem.

260. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἢν λαχάνων σ' ὁ Πρίηπος ἴδῃ σχεδὸν ἴχνια θέντα,

260. INCERTI.

Si ad-olera te Priapus videro prope vestigia ponentem,

Gratia nec magna est quæ redditur : indico Capræ
Fontem, qui septem dissidet hinc stadiis.

255. *De eodem.*

Ad hos, viator, ne propinqua palmites,
Nec ito qua sunt mala, nec qua mespila :
Sed recta perge norma quam monstrat viam,
Sic nil ut horum demetas, nil vellices,
Quæ rustico labore quæsivit Mido,
Meque hic locavit. Si nec audis, senties
Quam sit scelestis Mercuri numen grave.

256. *De eodem.*

Solus in excelsa moror hac ego sede, viator,
Inque hoc nulla mea est culpa, sed Archelochi.
Non etenim juga montis amat Cyllenius, altos
Aut scopulos, stratæ sed loca trita viæ.
Ille sed Archelochus segrex turbasque perosus,
Qualis erat, talis fecit et ipse forem.

257. *De Baccho.*

Ex igni, Lenæe, novos tibi præbuit ortus,
Edomito cum te fecit in ære, Myron.

258. *De Pane.*

Capripedem me Pana, calent ubi templa ferocis
Dictynnæ, posuit Cretis in ære manus.
Pellitus peda bina manu fero, deque caverna,
Qua tegor, in montes lumina mitto duos.

259. *De eodem.*

Arce in Palladia me Pana tropæa ferentem
Attica gens posuit marmore de Pario.

260. *De Priapo.*

Si te propter olus vestigia ferre Priapus

αὐτῇ γυμνώσω, φωρ, σὲ ποτὶ πρασιῇ.
Αἰσχρὸν ἔχειν τοῦτ' ἔργον ἐρεῖς θεόν· οἶδα καὶ αὐτὸς,
αἰσχρόν· ἀφιδρύνθην δ', ἴσθ' ὅτι, τοῦδε χάριν.

ipsa nudabo, fur, te in areola-horti.
Turpe habere hoc opus dices deum. Novi et ipse,
turpe : sed positum me esse scias ea gratia.

261. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἀμφοτεραις παρ' ὁδοῖσι φύλαξ ἕστηκα Πρίηπος,
ἰθυτενὲς μηρῶν ὀρθιάσας ῥόπαλον.
Εἵσατο γὰρ πιστόν με Θεόκριτος· ἀλλ' ἀποτηλοῦ
φὼρ ἴθι, μὴ κλαύσῃς τὴν φλέβα δεξάμενος.

261. LEONIDÆ.

Utramque ob viam custos sto Priapus,
recta-tensam femorum attollens clavam.
Posuit enim fidum me Theocritus. Sed procul,
fur, abeas, ne plores de-vena quando-acceperis.

262. ΑΔΗΛΟΝ.

Ὁ τραγόπους, ὁ τὸν ἀσκὸν ἐπηρμένος, αἵ τε γελῶσαι
Νύμφαι, Πραξιτέλους, ἥ τε καλὴ Δανάη.
Λύγδινα πάντα, καὶ ἄκρα σοφαὶ χέρες. Αὐτὸς ὁ Μῶμος
φθέγξεται· Ἄχρητος, Ζεῦ πάτερ, ἡ σοφίη.

262. INCERTI.

Hircinos-pedes-habens, Pan, utrem suspensum-gerens, et
Nymphæ, Praxitelis opus, formosaque Danae. [ridentes
Marmorea cuncta, et apprime scitæ manus. Ipse Momus
dicet : Purissima, o Jupiter, sollertia.

263. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Νέμεσιν.

Πρίν με λίθον Πέρσαι δεῦρ' ἤγαγον, ὄφρα τρόπαιον
στήσονται νίκας· εἰμὶ δὲ νῦν Νέμεσις.
Ἀμφοτέροις δ' ἕστηκα, καὶ Ἑλλήνεσσι τρόπαιον
νίκας, καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου νέμεσις.

263. INCERTI.

In Nemesin.

Olim me lapidem Persæ huc adduxerunt, ut tropæum
erigerent victoriæ : sum vero nunc Nemesis.
Utrisque autem sto, et Græcis tropæum
victoriæ, et Persis belli vindicatio.

264. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἴσιδι καρποτόκῳ, σταχυμήτορι, μυριομόρφῳ,
λαϊνέῳ ταλάρῳ, μογερῶν ἀπάνευθεν ἀρότρων,
αὐτόματοι στείχουσιν ἑὴν πρὸς μητέρα καρποί.

264. INCERTI.

Per Isidem fructus-gignentem, spicarum-matrem, mille ha-
in-lapideo calatho, operosis sine aratris, [bentem-formas,
sponte sua veniunt suam ad matrem fructus.

264*. ΑΔΗΛΟΝ.

Ταῖς Νύμφαις τόδ' ἄγαλμα· μέλει δ' αὐταῖσιν ὁ χῶρος.
Ναὶ μέλοι, ὡς κρήναις ἄφθιτα ῥεῖθρα ῥέοι.

264*. INCERTI.

Nymphis *dicamus* hanc statuam; curæ-est vero eis hic
Næ curæ-sit, ut fontibus perennia fluenta fluant. [locus.

265. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὸν Μῶμον.

Τίς τὸν ἐπ' ἐσθλοῖσιν παμπενθέα καὶ τρισάλαστον

265. INCERTI.

In Momi imaginem.

Quis bonis summe-lugentem et perniciosissimum

Videro, jam stabis nudus ad areolas.
Turpe deo, dices, percidere. Turpe, fatebor,
Hoc opus est, sed ob hoc hic ego sum positus.

261. LEONIDÆ,

de eodem.

Pervigil adsto viæ custos utrique Priapus :
Cernis ut attollat grandia tenta femur.
Me sibi nam fidum sciit esse Theocritus. I tu,
Fur, procul hinc, tactus ne mihi pene fleas.

262. INCERTI,

de Praxitelis operibus.

Gestator capripes utris et ridentia Nymphæ
Praxitelis pulchra numina cum Danae;
Tam bene facta nitent de marmore, Momus ut ipse
Dixerit : En artem, Jupiter, eximiam.

263. INCERTI,

de Nemesi.

Sperabat lapidem sibi quem fore Persa tropæum
Victori Danaûm, nunc ego sum Nemesis.
Usus namque duplex : victoribus ecce tropæum
Sum Danais; Nemesis, Persa superbe, tibi.

264. INCERTI.

Isidi vortumnæ, cito matri, frugiparenti,
Marmoreum ad calathum, quamvis procul absit aratrum.
Sponte sua veniunt fruges, matremque coronant.

264*. INCERTI,

de Nympharum imagine.

Nympharum effigies, quibus hæc sunt prædia cordi.
Sint rogo, ne jugis fontibus absit aqua.

265. INCERTI,

de Momo.

Quis bona lugentem carpentemque omnia Momum

Μῶμον ἀμωμήτοις χερσὶν ἀνεπλάσατο;
ὡς δ γέρων ἐπὶ γῆς βεβλημένος, οἷά τις ἔμπνους
ἀμπαύει λύπας, γυῖα βαρυνόμενος.
Μανύει δίστοιχος ὀλέθριος ὄγμος ὀδόντων,
πριομένων ἐπὶ τὰς τῶν πέλας εὐτυχίας,
καὶ τὸ κατεσκληκὸς κεῖνον βάρος· ᾗ μὲν ἐρείδει
ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον,
ᾗ δὲ σεσηρὼς βάκτρον ἀποστηρίζεται ἐς γᾶν,
κωφὰ πρὸς ἄψυχον πέτρον ἀπεχθόμενος.

Momum inculpatis manibus finxit?
adeo senex in terram projectus, tanquam animatus aliqui
reponit luctus *suos*, membra gravatus.
Indicat illum duplici-serie funestus ordo dentium,
quos exacuit in secundas-res proximorum,
et tabefactum *corporis* onus. Hinc quidem reclinat
depile in senili manu positum tempus,
illinc vero sardonio-risu baculum infigit in terram,
inaniter adversus inanimum lapidem ægrescens.

266. ΑΛΛΟ.
Εἰς τὸν αὐτόν.

Τάκεο δυστάνων ὀνύχων ἄπο παμφάγε Μῶμε,
τάκεο σὺ πρίων ἰοβόλους γένυας.
Νεῦρά σε μανύει τετανυσμένα, καὶ φλέβες ἄρθρων,
καὶ κενεὰ σαρκῶν ψυχολιπὴς δύναμις,
καὶ ῥικνοῖς φρίσσουσα περὶ κροτάφοισιν ἔθειρα.
* * * *
Ὥστε τίς ἔμψυχόν σ' * ἀνδρόσινιν ἄνυσε τέχνᾳ,
οὐδὲ τόπον δήκτᾳ σεῖο λιπὼν στόματι;

266. ALIUD.
In eundem.

Tabesce *inde* miseris ab unguibus omnia-vorans Mome
tabesce tu frendens venenum-mittentibus maxillis.
Nervi te indicant extenti, et venæ articulorum,
et nudata carnibus deficiens-animâ vis,
et rugosa horrens circa tempora coma.
* * * *
Ergo quis spirantem te hominum-perditorem absolvit a[r]
ne locum quidem mordaci tuo linquens ori? [tificio

267. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.
Εἰς εἰκόνα Ἱπποκράτους.

α. Ὁππόθεν ὁ στήσας; β. Βυζάντιος. α. Οὔνομα δὴ τίς;
β. Εὐσέβιος. α. Σὺ δὲ τίς; β. Κῷος Ἱπποκράτης.
α. Τοῦ δ' ἕνεκεν γέγραφέν σε; β. Λόγων χάριν ἡ πόλις
τῶν ἐς ἐμὲ γραφίδων ἀντιδέδωκε γέρας. [αὐτῷ
α. Καὶ τί μὴ αὐτὸς ἑὸν τύπον ἔγραφεν; β. Ὅττι, γε-
ἡμέας ἀνθ' αὐτοῦ, κρέσσονα δόξαν ἔχει. [ραίρων

267. SYNESII SCHOLASTICI.
In imaginem Hippocratis.

a. Unde est qui posuit? *b*. Byzantius. *a*. Nomine quisnam
b. Eusebius. *a*. Tu vero quis? *b*. Cous Hippocrates.
a. Quamobrem vero pinxit te? *b*. Sermonum ergo civitas il
factorum in me picturæ dedit reciprocam mercedem.
a. Et cur non ipse suam formam pinxit? *b*. Quod remu
nos pro semet-ipso, meliorem gloriam habet. [nerai

268. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἠὲ τεὴν φωνὴν, Ἱππόκρατες, ἔγραφε Παιὰν,
ἠὲ σὺ τῆς κείνου μάρτυς ἀκεστορίης.

268. INCERTI.

Aut tua dicta, o Hippocrates, scribebat Pæan,
aut tu illius testis curandi-rationis.

269. ΑΛΛΟ.

Οὗτος ἀκεστορίης κρυφίας ὤϊξε κελεύθους,
Παιήων μερόπων, Κῷος Ἱπποκράτης.

269. ALIUD.

Hic medendi secretas aperuit vias,
Pæon hominum, Cous Hippocrates.

Effinxit, Momum nil metuente manu?
Lumina fixus humo, spirans velut obsitus annis,
Fessus mœstitiæ est et gravis ipse sibi.
Certa nota est, gemino qui strident ordine dentes,
Dentes prosperitas quos aliena secat.
Et corpus fera quod tabes edit: altera languens
Sustinet annosi tempora macra manus.
Altera ringentis baculo vestigia firmat,
Dum nil sensurum murmurat in lapidem.

266. *De eodem.*

Ipsos, Mome vorax, tabesce voratus ad ungues,
Nec sævis parcat dentibus atra lues.
Nosceris extentis in adeso corpore nervis,
Te caro vix spirans venaque sicca notat,
Et vetulas inter rugas coma frontis inhorrens.
* * * * * * * * *
Improbe, tam viva est species, qua fingeris, in te
Ut pars non pateat morsibus ulla tuis.

267. SYNESII ORATORIS, *de imagine Hippocratis.*

Cujas qui posuit? — Byzantius. — Adjice nomen. —
Eusebius. — Tu quis? — Coüus Hippocrates. —
Cur autem posuit? — Facundæ vocis honori
Hoc dedit urbs, hanc ut poneret effigiem. —
Cur non ipse suam? — Quia, dum mea carior illi
Quam sua laus, plus hoc nomine laudis habet.

268. INCERTI, *de eodem.*

Aut tibi, Coe senex, vocem formavit Apollo,
Aut tua vox artem narrat Apollineam.

269. *De eodem.*

Hic est qui referat populis arcana medendi
Vere hominum Pæon, Coüus Hippocrates.

270. ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Γαληνοῦ.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνέ,
δέχνυτο μὲν θνητούς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτους,
χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος
σῇ παιηονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

271. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Σώσανδρον ἱππίατρον.

Ἰητὴρ μερόπων, Ἱππόκρατες, ἀλλὰ καὶ ἵππων,
Σώσανδρε, κρυφίης ἵστορ' ἀκεστορίης,
ἢ τέχνην μεταμείψατ', ἢ οὔνομα· μηδὲ καλείσθω
ἅτερος ἐκ τέχνης, ἧς ἕτερος κρατέει.

272. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Ἰαμβλίχου ἰατροῦ.

Ὁ γλυκὺς ἐν πάντεσσιν Ἰάμβλιχος, ὅς ποτὶ γῆρας
ἤλυθεν ἁγνὸς ἐὼν Κυπριδίων ὀάρων·
ἔργα δ' ἀκεστορίης ἐφέπων, σοφίην τε διδάσκων,
κέρδεσιν οὐδ' ὁσίοις χεῖρας ὑπεστόρεσεν.

273. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἰατροῦ.

Αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης
ἰδμοσύνην, πανάκῃ χεῖρα λιπηνάμενος,
Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο. Τοιγὰρ ἀνῖαι
ὄρνυνται δολιχῶν ὁππόσαι ἐκ πυρετῶν,
καὶ ὁπόσα τμηθέντας ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι
φάρμακα, πρηεῖης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης.
Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες,
οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος.

274. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ὀρειβάσιον ἰατρόν.

Ἰητὴρ μέγας οὗτος Ἰουλιανοῦ βασιλῆος,
ἄξιος εὐσεβίης δῖος Ὀρειβάσιος.

270. MAGNI MEDICI.

In imaginem Galeni.

Fuit tempus, quum terra homines per te, Galene,
accipiebat quidem mortales, alebat vero immortales,
vidua autem erant atria lacrimarum-divitis Acherontis,
tua medica manu violata.

271. ANONYMI.

In Sosandrum veterinarium.

Medicus hominum, o Hippocrates, sed et equorum,
tu Sosandre, secretæ docti medendi-artis,
aut artem permutate aut nomen; neu appelletur
uterque ex arte cujus alter potens-est.

272. LEONTII SCHOLASTICI.

In imaginem Iamblichi medici.

Dulcis in omnibus Iamblichus, qui ad senectam
venit purus manens venerearum confabulationum :
opera autem medendi-artis exsequens, scientiamque docens,
lucris ne legitimis quidem manus substravit.

273. CRINAGORÆ.

In imaginem Praxagoræ medici.

Ipse tibi Phœbi puer dolorum-oblivia-inducentem artis
scientiam, panace manum *suam* ungens,
o Praxagora, in pectore *tuo* abstersit. Etenim angores
oriuntur longis quotquot e febribus,
et quotquot secta super cute expedit ponere
remedia, dulci accepisti ab Epiona.
Mortalibus autem si tales suppeterent medici,
non transveheretur mortuis-gravis scapha.

274. INCERTI.

In imaginem Oribasii.

Medicus magnus hic Juliani imperatoris,
dignus *hac* pietate divinus Oribasius.

---

270. MAGNI MEDICI,
de Galeni effigie.

Mortales genitos tellus sine morte ferebat,
Hos, data queis ævo vita, Galene, tuo.
Isdem temporibus domus atra Acherontis inanis
Tota fuit, medica vi faciente tua.

271. INCERTI,
de Sosandro veterinario.

Hippocrates tutela virûm, Sosander equorum,
Arcanos aperit queis medicina sinus,
Alter in alterius nomen migrate vel artem,
Iste nec usurpet voce quod ille facit.

272. LEONTII ORATORIS,
de imagine Iamblichi medici.

Suavis hic ante alios, et serus Iamblichus ævi,
Cui nulla in tanto tempore nota Venus.
Cum morbis adferret opem, Sophiamque doceret,
Legitimis etiam quæstibus abstinuit.

273. CRINAGORÆ,
de imagine Praxagoræ medici.

Ipse manus panaces succo tibi maximus unxit
Phœbigena, atque artes tradidit ipse suas,
Praxagora, fixitque animo : quos namque dolores
Corporibus febris gignere longa solet,
Et bene quæ sectis ponantur in artubus herbæ,
Quis liquor, a miti doctus es Epione.
Si medici tales multi mortalibus essent,
Non, ut nunc, umbris iret onusta ratis.

274. *De Oribasio medico.*

Hic, tua quem pietas, princeps Juliane, meretur,
Est medicæ princeps artis Oribasius.

Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

275. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ.

α. Τίς πόθεν ὁ πλάστης; β. Σικυώνιος. β. Οὔνομα δὴ τίς;
β. Λύσιππος. α. Σὺ δὲ τίς; β. Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
α. Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; β. Ἀεὶ τροχάω. α. Τί δὲ [ταρσοὺς
ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; β. Ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
α. Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; β. Ἀνδράσι δεῖγμα,
ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
α. Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; β. Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
α. Νὴ Δία, τἀξόπιθεν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει;
β. Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
α. Τοὔνεχ' ὁ τεχνίτης σε διέπλασεν; β. Εἵνεκεν ὑμέων,
ξεῖνε· καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

276. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἔστησεν Περίανδρος Ἀρίονος εἰκόνα ταύτην,
καὶ τὸν ἀπολλυμένῳ σύνδρομα νηξάμενον
εἰνάλιον δελφῖνα. Λέγει δ' ἐπ' Ἀρίονι μῦθος·
Κτεινόμεθ' ἀνθρώποις, ἰχθύσι σωζόμεθα.

277. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς εἰκόνα κιθαριστρίδος ἐν Βυζαντίῳ.

Σὸν μὲν κάλλος ἔδειξε μόλις γραφίς· αἴθε δὲ τεύχειν
ἔσθενε καὶ λιγυρῶν ἡδὺ μέλος στομάτων,
ὥς κεν ἐπ' ὀφθαλμοῖσι καὶ οὔασιν, ἔκ τε προσώπου,
ἔκ τε λυροκτυπίης, ἶσον ἐθελγόμεθα.

278. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Μαρίας τῆς κιθαρῳδοῦ.

Πλῆκτρον ἔχει φόρμιγγος, ἔχει καὶ πλῆκτρον ἔρωτος·
κρούει δ' ἀμφοτέροις καὶ φρένα καὶ κιθάρην.
Τλήμονες, οἷς ἄγναμπτον ἔχει νόον· ᾧ δ' ἐπινεύσει,

Habebat enim modo apis doctam mentem, aliunde alios medicorum priorum flores qui-decerpsit.

275. POSIDIPPI.

In imaginem Occasionis.

b. Quis unde sculptor? *b*. Sicyonius. *a*. Nomine quisnam?
b. Lysippus. *a*. Tu vero quæ? *b*. Occasio omnia-domans.
a. Cur autem in summis digitis stas? *b*. Semper curro. [*a*. Quid vero talaria
habes pedibus gemina? *b*. Volo ventosa.
a. Manu autem dextra quare fers novaculam? *b*. Hominibus [documentum.
me acie omni acutiorem esse.
a. Coma vero, cur in facie? *b*. Ab occurrente ut-arripiatur.
a. *Sane* per Jovem : postica vero quare calva sunt?
b. Semel enim volucribus ubi-prætervolavi pedibus, me
non quisquam amplius cupiens capiet a-tergo.
a. Qua causa artifex te informavit? *b*. In vestram gratiam,
o hospes; et in vestibulo posuit institutionem.

276. BIANORIS.

Posuit Periander Arionis imaginem hanc,
et qui pereunti comes natavit
marinum delphinum. Dicit autem de Arione fabula :
Interficimur ab hominibus, a piscibus salvamur.

277. PAULI SILENTIARII.

In imaginem citharistriæ Byzantii.

Tuam quidem pulchritudinem expressit ægre pictura : [sed utinam efficere
valuisset et diserti dulce melos oris,
ut oculis et auribus, et tam a vultu
quam a lyræ-pectine, æque mulceremur.

278. EJUSDEM.

In imaginem Mariæ citharœdæ.

Plectrum habet lyræ, habet et plectrum amoris;
pulsat autem utrisque et mentem et citharam. [annuet,
Infelices, adversus-quos inflexum habet animum; cui vero

Omnia qui veterum perlustrans florida scripta
Hæc atque illa velut sedula carpsit apis.

275. POSIDIPPI,

de imagine Occasionis.

Tu quis es hic qui stas? — Occasio. — Quis tibi fictor? —
Lysippus. — Cujas? — De Sicyone satus. —
Nitere cur pedibus summis? — Amo currere. — Pennæ
Cur pedibus? — Venti turbine rapta volo. —
In dextra cur ista novacula? — Monstrat acutam
Hæc esse et ferro me magis et chalybe. —
Cur in fronte coma est? — Apprendar ut obvia. — Sed cur
Omnis abest glabro crinis ab occipite? —
Nempe quod, eripui cum me semel alite cursu,
Nemo erit elapsam qui revocare queat.
Hanc operam fictor propter vos sumserat, hospes
Pro monito starem semper ut ante fores.

276. BIANORIS,

de effigie Arionis fidicinis.

Effigiem statuit Periander Arionis istam,
Et, vector prope jam qui pereuntis erat,
Delphina æquoreum. Quæ fabula dictitat : Est cum
Exitium nobis fert homo, piscis opem.

277. PAULI SILENTIARII,

de effigie fidicinæ Byzantii.

Dat formæ pictura decus, sed vix tamen; o si
Et dulces oris fingeret illa modos!
Ut simul hinc oculos atque illinc pasceret aures
Dulce micans facies, dulce canora chelys.

278. EJUSDEM,

de effigie Mariæ fidicinæ.

Plectra manu fert hæc, oculis fert altera plectra,
Atque illis citharam percutit, his animos.
Ah miseri, quibus est immobilis! annuit at cui,

ἄλλος δδ' Ἀγχίσης, ἄλλος Ἄδωνις ὅδε.
Εἰ δ' ἐθέλεις, ὦ ξεῖνε, καὶ ἀμφιβόητον ἀκοῦσαι
οὔνομα καὶ πάτρην· ἐκ Φαρίης Μαρίη.

279. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν ἐν Μεγάροις κιθαριστὴν λίθον.

Τόν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήεντα, παρέρπων
Νισαίην· ὅτε γὰρ τύρσιν ἐτειχοδόμει
Ἀλκάθοος, τότε Φοῖβος ἐπωμαδὸν ἦρε δομαῖον
λᾶα, Λυκωρείην ἐνθέμενος κιθάρην.
Ἔνθεν ἐγὼ λυραοιδός· ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ
χερμάδι, τοῦ κόμπου μαρτυρίην κόμισαι.

280. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς λουτρόν.

Χρήμασι τοῖς Ἀγάθωνος ἐδείματο τῆδε λοετρὸν
δῆμος ὁ τῆς Τεγέης, θαῦμα καὶ ἐσσομένοις.

281. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς λουτρὸν ἐν Πραινέτῳ.

Οὐ βαλανεῖον ἔην προπάροιθε τὸ νῦν βαλανεῖον,
ἀλλὰ τόπος σκυβάλων, χῶρος ἀποκρίσιος·
νῦν δὲ τὰ τερπνὰ τὰ πᾶσι βοώμενα καὶ χαρίεντα
ἀγλαΐῃ προφέρει.* Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος
Νικαέων ἱερεύς, σοφίης ἐρικυδέος ἀστήρ,
τεῦξέ μιν οἰκείοις χρήμασι καὶ δαπάναις.

282. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Νῖκαι πάρεσμεν, αἱ γελῶσαι παρθένοι,
νίκας φέρουσαι τῇ φιλοχρήστῳ πόλει.
Ἔγραψαν ἡμᾶς οἱ φιλοῦντες τὴν πόλιν,
πρέποντα Νίκαις ἐντυποῦντες σχήματα.

283. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα ὀρχηστρίδος.

Μουσάων δεκάτη, Χαρίτων Ῥοδόκλεια τετάρτη,
τερπωλὴ μερόπων, ἄστεος ἀγλαΐη.
Ὄμμα δέ οἱ καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν

alius hic Anchises, alius Adonis hic *erit*.
Si vero vis, o hospes, et ubique-celebratum audire
nomen et patriam : *est* e Pharia *urbe* Maria.

279. ANONYMI.

In citharistam lapidem Megaris.

Me lapidem memento sonorum, præteriens
Nisæam : quum enim murum adstrueret
Alcathous, tunc Phœbus super-humeros sustulit stru-
lapidem, Lycoream inserens citharam. [cturæ-aptum
Inde ego citharœdus : pulsato me tenui
lapide, jactantiæ testimonium meæ reportato.

280. INCERTI.

In lavacrum.

De-pecunia Agathonis struxit hic lavacrum
populus Tegeæ, miraculum etiam posteris.

281. INCERTI.

In lavacrum Præneti.

Non balneum erat prius quod nunc *est* balneum,
sed locus sordibus-patens, regio excretionum :
nunc autem amœna illa omnibus celebrata et venusta
splendore superat. Etenim Alexander
Nicæensium sacerdos, doctrinæ illustris sidus,
id fecit propriis pecuniis ac sumptibus.

282. PALLADÆ.

Victoriæ adsumus, ridentes virgines,
victorias afferentes bonorum-amanti civitati.
Pinxerunt nos qui diligunt civitatem,
dignos Victoriis informantes habitus.

283. LEONTII SCHOLASTICI.

In imaginem saltatricis.

Musarum decima, Gratiarum Rhodoclea quarta,
oblectamen hominum, urbis splendor.
Oculus autem ei et tali celerrimi, atque docti manuum

Alter hic Anchises, alter Adonis erit.
Nobile si cupias, hospes, cognoscere nomen
Et patriam, Maria est de regione Phari.

279. INCERTI,

de lapide fidicine in Megaris.

Nisæam veniens lapidem ne sperne canorum :
Alcathous nam cum poneret arcis opus,
Ipse Lycoream chelyn hac in parte reliquit,
Ut lapides humeris ferret Apollo suis.
Inde ego sum fidicen. Leviter me tange lapillo,
Et nil me falsum dicere certus eris.

280. INCERTI.

Hæc populus Tegees Agathonis condidit ære
Qualia miretur balnea posteritas.

281. *De balneo Præneti.*

Balnea quæ nunc sunt, non illud et ante fuerunt,
Sed capiens forias quisquiliasque locus.
At nunc eximio florent decorata nitore
Ex quo Nicææ flamen Alexanorus,
Inclyta quem cunctis tradet sapientia seclis,
Hoc opus et cura fecit et ære suo.

282. PALLADÆ.

Venimus hilares virgines Victoriæ,
Urbi ferentes optimæ victorias :
Pinxere, queis est publicus cordi status,
Tali figura quæ decet Victorias.

283. LEONTII ORATORIS,

de imagine saltatricis.

O decima Aonidum, Rhodoclea, et Gratia quarta,
Mortalis generis gaudia, plebis amor :
Sic digitos, celeresque pedes, oculosque gubernas,

δάκτυλα καὶ Μουσῶν κρέσσονα καὶ Χαρίτων.

284. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα ἑτέρας ὀρχηστρίδος ἐν τῷ Σωσθενίῳ.

Εἰμὶ μὲν Ἑλλαδίη Βυζαντιὰς, ἐνθάδε δ' ἔστην
ἧχι χοροστασίην εἴαρι δῆμος ἄγει,
ὁππόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται· ἀμφότεραι γὰρ
ἄντυγες ὀρχηθμοὺς ᾔνεσαν ἡμετέρους.

285. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα κιθαριστρίας διάχρυσον.

Οὔ τις ἐπ' Ἀνθούσῃ χρυσὸν βάλεν, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ
ἀμφεχύθη Κρονίδης, ὡς τὸ πάρος Δανάῃ·
σώματι δ' οὐκ ἐπέλασσεν, ἐπεὶ νόον ἔλλαβεν αἰδώς,
μή τινι Μουσάων μίσγεται οὐκ ἐθέλων.

286. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θῆλυς ἐν ὀρχηθμοῖς κρατέει φύσις· εἴξατε κοῦροι·
Μοῦσα καὶ Ἑλλαδίη τοῦτον ἔθεντο νόμον·
ἡ μὲν, ὅτι πρώτη κινήσιος εὕρετο ῥυθμοὺς,
ἡ δ', ὅτι τῆς τέχνης ἦλθεν ἐς ἀκρότατον.

287. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἕκτορα μέν τις ἄεισε, νέον μέλος· Ἑλλαδίη δὲ,
ἑσσαμένη χλαῖναν, πρὸς μέλος ἠντίασεν.
Ἦν δὲ πόθος καὶ δεῖμα παρ' ὀρχηθμοῖσιν Ἐνυοῦς·
ἄρσενι γὰρ ῥώμῃ θῆλυν ἔμιξε χάριν.

288. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Λιβανίας ὀρχηστρίδος.

Οὔνομ' ἔχεις Λιβάνου, Χαρίτων δέμας, ἤθεα Πειθοῦς,
παρθένε, καὶ Παφίης κεστὸν ὑπὲκ λαγόνων.
Αὐτὰρ ἐν ὀρχηθμοῖσιν, Ἔρως ἅτε κοῦφος, ἀθύρεις,
κάλλεϊ καὶ τέχνῃ πάντας ἐφελκομένη.

digiti et Musis præstant et Gratiis.

284. EJUSDEM.

In imaginem saltatricis in Sosthenio.

Sum quidem Helladie Byzantia, hic autem sto
quo-loco choreas vere populus ducit,
ubi freto terra dividitur. utrique enim
orbes tripudia laudarunt nostra.

285. EJUSDEM.

In citharistriæ imaginem inauratam.

Nullus homo super Anthusam aurum jecit: sed in ipsam
effusus-est Saturnius, ut prius circa Danaen; [quoque
corpus vero non tetigit, quoniam mentem cepit pudor,
ne cum aliqua Musarum rem haberet invitus

286. EJUSDEM.

Feminea in tripudiis superior-est natura: cedite, mares;
Musa et Helladie hanc posuerunt legem:
una quidem, quod prima motuum invenit rhythmos,
altera vero, quod artis attigit summum-cacumen.

287. EJUSDEM.

Hectora quidem aliquis cecinit, novum melos; Helladie vero
induta sagum, ad cantum concertavit.
Erat autem cupido et timor in tripudiis *hujus* Bellonæ:
masculo enim robori femineam miscuit venerem.

288. EJUSDEM.

In imaginem Libaniæ saltatricis.

Nomen habes Libani, Gratiarum corpus, animum Suadæ,
o virgo, et Paphiæ zonam e lateribus.
Sed in tripudiis, Amor sicut levis, nugaris,
forma et arte cunctos attrahens.

Sit nihil ut præ te Gratia, Musa nihil.

284. EJUSDEM,

de altera saltatricis imagine, stante in Sosthenio.

Helladie dicor Byzantia: visor ibidem,
Suevit ubi populus ducere vere choros,
Terrarum facit æquor ubi divortia: quippe
Laudabat numeros orbis uterque meos.

285. EJUSDEM,

de imagine saltatricis inaurata Byzantii.

Aurum, Anthusa, tibi nemo circumdedit: ipse
Sed tibi se affudit Jupiter, ut Danaæ.
At propius puditum est accedere: quippe timebat,
Pollueret ne quam nescius Aonidum.

286. EJUSDEM,

de eadem.

Parcite saltando, pueri, certare puellis:
Musa choris jus hoc scripsit, et Helladie.
Hæc, prima ad numeros docuit quod membra moveri,
Illa, quod ad summum venit in arte decus.

287. EJUSDEM,

de eadem.

Hectora forte novo cecinit quis carmine: sumto
Helladie numeros est imitata sago.
Belligerum saltans terrorem junxit amori:
Nam muliebris erat gratia, visque viri.

288. EJUSDEM,

de Libania saltatrice.

Nomen habes Libani: corpus tibi Gratia, mores
Suada potens, cestum dat tibi, virgo, Venus.
At quoties saltas, levis es velut ipse Cupido:
Atque viros forma, nec minus arte, trahis.

289. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς Ξενοφῶντος Σμυρναίου εἰκόνα.

Αὐτὸν ὁρᾷν Ἰόβακχον ἐδόξαμεν, ἡνίκα Ληναῖς
ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χοροιμανίης,
καὶ Κάδμου τὰ πάρηβα χορεύματα, καὶ τὸν ἀφ' ὕλης
ἄγγελον εὐϊακῶν ἰχνελάτην θιάσων,
καὶ τὴν εὐάζουσαν ἐν αἵματι παιδὸς Ἀγαύην
λυσσάδα. Φεῦ θείης ἀνδρὸς ὑποκρισίης!

289. INCERTI.

In Xenophontis Smyrnæi imaginem.

Ipsum videre Iobacchum credidimus, quando Bacchabus
senex juvenilem duxit saltationis furorem,
et Cadmi senilia tripudia, et e silva
nuntium bacchantium investigatorem chororum,
et exsultantem in sanguine filii Agaven
furentem. Proh divinam viri actionem!

290. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς στήλην Πυλάδου ὀρχηστοῦ.

Αὐτὸν βακχευτὴν ἐνέδυ θεὸν, ἡνίκα Βάκχας
ἐκ Θηβῶν Ἰταλὴν ἤγαγε πρὸς θυμέλην,
ἀνθρώποις Πυλάδης τερπνὸν δέος, οἷα χορεύων
δαίμονος ἀκρήτου πᾶσαν ἔπλησε πόλιν.
Θῆβαι γιγνώσκουσι τὸν ἐκ πυρός· οὐράνιος δὲ
οὗτος, ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.

290. ANTIPATRI.

In columnam Pyladæ saltatoris.

Ipsum bacchantem induit deum, quando Bacchas
ex Thebis Italicam duxit ad thymelen,
hominibus Pylades jucundus terror, quod ita saltans
deo integro totam implevit urbem.
Thebæ noverunt illum ex igne *natum*; cœlestis vero
hic est, omne-loquentibus manibus editus

291. ΑΝΥΤΗΣ.

Φριξοκόμα τόδε Πανὶ καὶ αὐλιάσιν θέτο Νύμφαις
δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς Θεύδοτος οἰονόμος·
οὕνεχ' ὑπ' ἀζαλέου θέρεος μέγα κεκμηῶτα
παῦσαν, ὀρέξασαι χερσὶ μελιχρὸν ὕδωρ.

291. ANYTÆ.

Horricomi hocce Pani et pastoralibus posuit Nymphis
donum sub edito-loco Theodotus ovium-pastor,
propterea-quod per siccam æstatem valde fessum
recrearunt, porrigentes manibus dulcem aquam.

292. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὰς Ὁμηρικὰς δύο βίβλους.

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐς αἰδιον,
καὶ τάσδ' ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας,
δισσὰς ἐκ στηθέων γραψάμενος σελίδας·
ὑμνεῖ δ' ἡ μὲν νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον,
ἡ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

292. INCERTI.

In Homeri duos libros.

O fili Meletis Homere, tu enim decus Helladi toti
et Colophoni patriæ fecisti in æternum,
etiam hasce diis-æquali mente genuisti filias,
binas e pectore scribens tabulas:
celebrat vero una quidem reditum Ulyssis multivagum,
altera autem Iliaca Dardanidûm prœlia.

---

289. INCERTI,

de Xenophontis Smyrnæi imagine.

Ipsum te credas Bromium spectare, repente
Cum fureret saltans ad nova musta senex,
Et Cadmum tremulis comitantem motibus, et qui
Fert mala montivagis nuntius a thiasis,
Inque cruore suæ bacchantem prolis Agaven.
Proh superi, quid non ars simulare potest?

290. ANTIPATRI,

de columna Pyladæ saltatoris.

Ad Romana tulit Thebis cum pulpita Bacchas,
Induerat Pylades corde habituque deum:
Mixta fuit trepida cum relligione voluptas,
Urbs cum tota sacro plena furore foret.
Igne satum Thebæ norunt: cœlestis at ille est,
Facundæ pariunt quem sine voce manus.

291. ANYTÆ.

Ruricolis donum Nymphis, Faunoque piloso,
Theudotus upilio rupe sub hac posuit:
Propterea quod, cum torrente fatisceret æstu,
Præbuerint manibus pocula dulcis aquæ.

Aliter.

Pani comas rigido Nymphisque agrestibus adfert
Monte sub hoc donum Theudotus upilio.
Namque illæ rapido fessum sub sole levarunt,
Portantes manibus pocula dulcis aquæ.

292. INCERTI,

de Homeri effigie.

Nate Meletis Homere, decus quo patria dante
Perpetuum Colophon Græciaque omnis habet:
Cœlesti geminas sevisti pectore chartas,
Chartas ingenii pignora sacra tui.
Hæc tardos memorat reditus errantis Ulyssi;
Altera, Troja quibus corruit, arma canit.

293. ΑΛΛΟ.

Τίς ποθ' ὁ τὸν Τροίης πόλεμον σελίδεσσι χαράξας,
ἢ τίς ὁ τὴν δολιχὴν Λαρτιάδαο πλάνην;
οὐχ ὄνομ' εὑρίσκω σαφὲς, οὐ πόλιν. Οὐράνιε Ζεῦ,
μή ποτε σῶν ἐπέων δόξαν Ὅμηρος ἔχει;

293. ALIUD.

Ecquis ergo *est* qui Trojæ bellum in-paginis descripsit,
aut quis *est* qui longum Laertiadæ errorem? [piter,
non nomen invenio certum, non urbem. O cœlestis Ju-
nonne tuorum versuum gloriam Homerus habet?

294. ΑΛΛΟ.

Ποίας ἀστὸν Ὅμηρον ἀναγραψώμεθα πάτρης,
κεῖνον, ἐφ' ὃν πᾶσαι χεῖρ' ὀρέγουσι πόλεις;
ἢ τὸ μὲν ἐστιν ἄγνωστον, ὁ δ' ἀθανάτοις ἴσος ἥρως
ταῖς Μούσαις ἔλιπεν πατρίδα καὶ γενεήν;

294. ALIUD.

Qualis civem Homerum scribamus patriæ,
illum ad quem omnes manum tendunt urbes?
an hoc quidem est ignotum, sed immortalibus par heros
Musis reliquit patriam et genus?

295. ΑΛΛΟ.

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ὅμηρον,
οὐ Κολοφὼν τρυφερῆς ἄστρον Ἰηονίης,
οὐ Χίος, οὐκ Αἴγυπτος εὔσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνὴ,
οὐ νῆσος κραναὴ Λαρτιάδαο πάτρη,
οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, κυκλωπείη τε Μυκήνη,
οὐδὲ τὸ Κεκροπιδῶν ἄστυ παλαιογόνων.
Οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον· ἀπ' αἰθέρος ἀλλά ἑ Μοῦσαι
πέμψαν, ἵν' ἡμερίοις δῶρα ποθητὰ φέροι.

295. ALIUD.

Non campus Smyrnæ genuit divinum Homerum,
non Colophon mollis sidus Ioniæ,
non Chios, non Ægyptus fertilis, non Cyprus sancta
non insula prærupta Laertiadæ patria,
non Argos Danai, Cyclopeaque Mycene,
neque Cecropidarum urbs antiquorum.
Non enim fuit terræ opus: ex æthere sed eum Musæ
miserunt, ut hominibus-brevis-ævi dona amata ferret.

296. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οἱ μέν σευ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν, Ὅμηρε,
οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον,
οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα,
οἱ δέ νυ τῶν Λαπιθέων ματέρα Θεσσαλίην·
ἄλλοι δ' ἄλλην μαῖαν ἀνίαχον. Εἰ δέ με Φοίβου
χρὴ λέξαι πινυτὰς ἀμφαδὰ μαντοσύνας,
πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ τεκούσης
οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας.

296. ANTIPATRI.

Alii quidem Colophona tuam nutricem, o Homere,
alii pulchram Smyrnam, aliique edicunt Chium,
alii Ium, hi vero clamarunt felicem Salamina,
alii rursus Lapitharum matrem Thessaliam;
alii autem aliam altricem clamitarunt. Si vero me Phœbi
oportet dicere prudentia aperte vaticinia,
patria tibi est magnum cœlum, et ex genitrice
non mortali, sed matre natus-es Calliopa

297. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

297. INCERTI.

Septem litigant urbes ob originem Homeri:
Cyme, Smyrna, Chios, Colophon, Pylos, Argos, Athenæ.

---

293. *De eodem.*

Ille quis, Iliacas scripsit qui carmine pugnas,
Aut Ithaci longum qui celebravit iter?
Non nomen certum, non patria certa. Tuumne,
Jupiter, est, famam cujus Homerus habet?

294. *De eodem.*

Cujus nos patriæ civem dicemus Homerum,
Injiciunt urbes cui tot ubique manum?
An latet hoc, sed par divis cœlestibus heros
Legavit Musis et genus et patriam?

295. *De eodem.*

Non genuit Smyrnæ divinum campus Homerum,
Non Colophon molli sidus in Ionia;
Non Cyprus, non pulchra Chios, non arva Canopi,
Non Laertiadæ patria dura feri;
Non Argos Danai, Cyclopeæque Mycenæ,
Inclyta nec veterum mœnia Cecropidûm.
Nam non est terrestre genus, sed ab æthere Musæ
Miserunt aptum secla beare virum.

296. ANTIPATRI,

de eodem.

Est patriam Colophona tuam qui dicat, Homere,
Ast alius Smyrnam: pars ait esse Chium;
Alter Ion dixit: sunt qui Salamina putarunt;
Quidam te Lapithûm sanguinis esse ferunt;
Atque aliis tellus alia editur. At mihi si fas
Veridico, Phœbus quæ docet, ore loqui,
Ipse potens æther tibi patria; nec tibi mater
E genere humano, sed dea Calliope.

297. *De eodem.*

Septem urbes certant cujas dicatur Homerus:
Cyme, Smyrna, Chios, Colophon, Pylos, Argos, Athenæ.

298. ΑΛΛΟ.

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

298. ALIUD.

Septem urbes certarunt doctam ob originem Homeri:
Smyrna, Chios, Colophon, Ithace, Pylos, Argos, Athenæ.

299. ΑΛΛΟ.

α. Χῖος ἔφυς; β. Οὔ φημι. α. Τί δαὶ, Σμυρναῖος; β. Ἀ-
α. Κύμη δ' ἢ Κολοφὼν πατρὶς, Ὅμηρε, σέθεν; [παυδῶ.
β. Οὐδετέρη. α. Σαλαμὶς δὲ τεὴ πόλις; β. Οὐδ' ἀπὸ
ἐξέφυν. α. Ἀλλ' αὐτὸς λέξον ὅπη γέγονας. [ταύτης
β. Οὐκ ἐρέω. α. Τίνος ἦρα; β. Πέπεισμ' ὅτι τἀτρεκὲς
ἕξω τὰς ἄλλας ἄμμιν ἀπεχθομένας. [εἰπὼν

299. ALIUD.

a. Chius natus-es? b. Nego. a. Quid autem, Smyrnæus?
[b. Renuo.
a. Cyme vero aut Colophon, Homere, patria tua?
b. Neutra. a. Salamis autem tua urbs? b. Neque ex hac
ortus-sum. a. Sed ipse dic ubi natus sis.
b. Non dicam. a. Qua gratia? b. Mihi persuasum est, si
me-habiturum reliquas nobis infestas. [vera dixerim,

300. ΑΛΛΟ.

Εἰς αἰῶνας, Ὅμηρε, καὶ ἐξ αἰῶνος ἀείδῃ,
οὐρανίης Μούσης δόξαν ἀειράμενος.
Μῆνιν μὲν γὰρ ἄεισας Ἀχιλλέος, αὐτὰρ Ἀχαιῶν
στρομβηδὸν νηῶν σύγχυσιν ἐν πελάγει,
τειρόμενόν τε πλάνησιν Ὀδυσσέα ποικιλόβουλον,
τοῦ λέχος ἀσπασίως εἴσιδε Πηνελόπη.

300. ALIUD.

In secula, Homere, et ex seculo caneris,
cœlestis Musæ gloriam adeptus.
iram-memorem enim cecinisti Achillis, tum Græcorum
turbinis-more navium confusionem in mari,
attritumque erroribus Ulyssem variis-insignem-consiliis,
cujus lectum fido-affectu respexit Penelope.

301. ΑΛΛΟ.

Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω·
εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

301. ALIUD.

Si deus est Homerus, inter immortales colitor:
si rursus non est deus, creditor deus esse.

302. ΑΛΛΟ.

Εὗρε Φύσις, μόλις εὗρε· τεκοῦσα δ' ἐπαύσατο μόχθων,
εἰς ἕνα μοῦνον Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

302. ALIUD.

Invenit Natura, ægre invenit: enixa vero requievit a-labori-
in unum solum Homerum totam quæ-converterat vim. [bus,

303. ΑΛΛΟ.

Τίς ποθ' Ὁμηρείης μεγάλης ὀπός ἐστιν ἀπευθής;
τίς χθὼν, τίς δὲ θάλασσα μάχην οὐκ οἶδεν Ἀχαιῶν;
δῆμος ὁ Κιμμερίων, πανδερκέος ἄμμορος αἴγλης
Ἠελίου, Τροίης ὄνομ' ἔκλυεν, ἔκλυεν Ἄτλας

303. ALIUD.

Quis tandem Homericæ magnæ vocis est nescius?
quæ tellus, quod vero mare pugnam non novit Græcorum?
populus Cimmeriorum, cuncta-cernentis expers radiorum
Solis, Trojæ nomen audiit, audiit Atlas

---

298. *De eodem.*

Oppida rixantur septem, sit cujus Homerus:
Smyrna, Chios, Colophon, Ithace, Pylos, Argos, Athenæ.

299. *De eodem.*

An tu Chius eras? — Nego. — Num Smyrnæus? — Et il-
Cymane, Homere, tibi patria, vel Colophon? — [lud. —
Neutra. — Sed an Salamin altrix tibi terra? — Nec illa
Me dedit. — Unde igitur sis, precor, ipse doce. —
Non doceo. — Quare? — Si verum fabor, habebo
Oppida, quæ restant, semper iniqua mihi.

300. *De eodem.*

Ibit, Homere, tuum nomen per secula: quippe
Cœlestis Musæ gloria prima tua est.
Pelidæ celebrata tibi gravis ira, Notoque
Disjectæ Danaûm per freta sæva rates,
Et vafer immensis erroribus actus Ulysses,
Penelope viduum respiciente torum.

301. *De eodem.*

Si deus est, quo more Deos, veneremur Homerum:
Et si non deus ille, tamen deus esse putetur.

302. *De eodem.*

Vix Natura, tamen reperit, finemque laborum
Fecit, et in magno vires consumpsit Homero.

303. *De eodem.*

Quem non personuit vox immortalis Homeri?
Quod mare, quæ tellus pugnas ignorat Achivûm?
Obsita perpetua caligine Cimmeriûm gens
Nomen, Troja, tuum tamen audiit: audiit Atlas,
Ætherium vastis qui fert cervicibus axem.

οὐρανὸν εὐρύστερνον ἔχων ἐπικείμενον ὤμοις.

304. ΑΛΛΟ.

Λιεξιὼν, Ὅμηρε, τὴν κεκαυμένην,
φθονεῖν ἀφῆκας τὰς ἀπορθήτους πόλεις.

305. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Πινδάρου.

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν,
τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκραγε σεῖο χέλυς·
οὐδὲ μάτην ἁπαλοῖς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς ἐκεῖνος
ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλι.
Μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις θεὸς, ὕμνον ἀείσας
τὸν σέο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

306. ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εἰς Ἀνακρέοντα.

Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
θάεο δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου,
ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκὼς
ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν·
δισσῶν δ' ἀρβυλίδων τὰν μὲν μίαν, οἷα μεθυπλὴξ,
ὤλεσεν· ἐν δ' ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.
Μέλπει δ' ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγιστέα,
αἰωρῶν παλάμᾳ τὰν δυσέρωτα χέλυν.
Ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν· οὐ γὰρ ἔοικεν
ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.

307. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Ἴδ' ὡς ὁ πρέσβυς ἐκ μέθας Ἀνακρέων
ὑπεσκέλισται, καὶ τὸ λῶπος ἕλκεται
ἐσάχρι γυίων· τῶν δὲ βλαυτίων τὸ μὲν
ὅμως φυλάσσει, θάτερον δ' ἀπώλεσεν.
Μελίσδεται δὲ τὰν χέλυν διακρέκων
ἤτοι Βάθυλλον, ἢ καλὸν Μεγιστέα.
Φύλασσε, Βάκχε, τὸν γέροντα, μὴ πέσῃ.

cœlum late-patens qui habet impositum humeris.

304. ALIUD.

Narrans, Homere, combustam *urbem*,
huic invidere sivisti non-destructas urbes.

305. ANTIPATRI.

In imaginem Pindari.

Ex-hinnuli-osse tibias quantum tuba superat-sono,
tantum cunctas vincit-cantu tua lyra;
neque frustra teneris super labiis examen illud
tuis finxit cera-vinctum, o Pindare, mel.
Testis Mænalius cornutus deus (*Pan*), hymnum qui-cecinit
tuum, et pastoritiarum est-oblitus arundinum.

306. LEONIDÆ TARENTINI.

In Anacreontem.

Grandævum Anacreontem effuse concussum vino
contemplare rotundato qui-vertitur super lapide,
ut senex cupidis oculis humide spectans
ad talos usque trahat-suum pallium;
binorum vero calceorum unum, utpote plane ebrius
perdiderit, in altero rugosum aptarit pedem.
Canit autem sive Bathyllum amabilem, sive Megistea,
tollens palma amore-cruciatam lyram.
Sed, o pater Dionyse, serva eum: non enim decet
per Bacchum cadere Bacchicum famulum.

307. LEONIDÆ.

Vide ut grandævus ex ebrietate Anacreon
titubet, et pallium trahat
adusque pedes; crepidarum vero unam
quidem servat, alteram vero perdidit.
Canit vero, lyram sonantem-pulsans,
aut Bathyllum, aut formosum Megistea.
Serva, o Bacche, senem, ne cadat.

---

304. *De eodem.*

Homere, flammas dum canis Trojæ, facis
Non capta captis invidere mœnia.

305. ANTIPATRI,

de imagine Pindari.

Tantum victa tuæ quævis chelys altera cedit,
Quantum ex hinnuleo tibia facta tubæ.
Nec frustra in teneris examen dulce labellis
Sedit et affudit, Pindare, mella tibi.
Corniger Arcadiæ testis deus: is tua namque
Carmina depositis cantat arundinibus.

306. LEONIDÆ TARENTINI,

de Anacreonte.

En ut Anacreion mensæ se verset ad orbem,
Jactatus multo turgida membra mero:
Luminibus madidis ut et huc tueatur et illuc,
Et vestem talos detrahat usque sibi.
De geminis domino periit jam calceus alter,
Altera rugosum claudit aluta pedem.
Ipse gravis capta testudine deflet amores,
Sive Bathylleos, sive Megisteïos.
Lapsantem, Lenæe, tene, rogo: nam sit iniquum,
Si Bromii famulus concidat ob Bromium.

307. LEONIDÆ.

Anacreonta cernis, ut victus mero
Senex vacillat, et sibi vestem trahit
Pedes ad imos: alterum de calceis
Adhuc retentat, alterum jam perdidit:
Manuque tractans ebria testudinem
Pulchrum Bathyllum cantat aut Megistea.
At tu, Lyæe, ne cadat, serva senem.

308. ΕΥΓΕΝΟΥΣ.

Τὸν τοῖς μελιχροῖς Ἱμέροισι σύντροφον
Λυαῖ', Ἀνακρείοντα Τήϊον κύκνον,
ἔσφηλας ὑγρῇ νέκταρος μεληδόνι.
Λοξὸν γὰρ αὐτοῦ βλέμμα, καὶ περὶ σφυροῖς
ῥιφθεῖσα λώπευς πέζα, καὶ μονοζυγὲς
μέθην ἐλέγχει σάνδαλον· χέλυς δ' ὅμως
τὸν εἰς Ἔρωτας ὕμνον ἀθροΐζεται.
Ἀπτῶτα τήρει τὸν γεραιὸν, Εὔϊε.

308. EUGENIS.

Illum dulcium Cupidinum sodalem,
o Lyæe, Anacreonta Teïum cycnum,
supplantasti humida nectaris cura.
Obliquus enim ejus obtutus, et circa malleolos
dejecta vestis ima-pars, et unicum
ebrietatem accusat sandalium ; lyra vero tamen
in Amores hymnum crepat.
A casu prohibe senem, o Evie.

309. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τήϊον ἀμφοτέρων με βλέπεις ἀκόρεστον ἐρώτων
πρέσβυν, ἶσον κούροις, ἶσον ἀδόντα κόραις·
ὄμμα δέ μευ Βρομίῳ βεβαρημένον, ἠδ' ἀπὸ κώμων
τερπνὰ φιλαγρύπνων σήματα παννυχίδων.

309. ANONYMI.

Teïum utrorumque me vides insatiabilem amorum
senem, æque pueris, æque placentem puellis :
oculus vero meus Baccho aggravatus, atque a conviviis
jucunda insomnium signa nocturnorum-festorum.

310. ΔΑΜΟΧΑΡΙΔΟΣ.

Εἰς εἰκόνα Σαπφοῦς.

Αὐτή σοι πλάστειρα Φύσις παρέδωκε τυπῶσαι
τὴν Μυτιληναίαν, ζωγράφε, Πιερίδα.
Πηγάζει τὸ διαυγὲς ἐν ὄμμασι· τοῦτο δ' ἐναργῶς
δηλοῖ φαντασίην ἔμπλεον εὐστοχίης.
Αὐτομάτως δ' ὁμαλή τε καὶ οὐ περίεργα κομῶσα
σὰρξ ὑποδεικνυμένην τὴν ἀφέλειαν ἔχει.
Ἄμμιγα δ' ἐξ ἱλαροῖο καὶ ἐκ νοεροῖο προσώπου
Μοῦσαν ἀπαγγέλλει Κύπριδι μιγνυμένην.

310. DAMOCHARIDIS.

In imaginem Sapphus.

Ipsa tibi fingendi-perita Natura tradidit informandam
Mytilenæam, o pictor, Pieridem.
Scaturit splendor in oculis : hoc autem aperte
monstrat imaginationem plenam sollertiæ.
Naturâ vero lævisque et non extra-modum efferens-se
caro subindicatam simplicitatem habet.
Simul autem ex hilari et ex intelligente vultu
Musam prodit Cypridi commixtam.

311. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὰ Ὀππιανοῦ Ἁλιευτικά.

Ὀππιανὸς σελίδεσσιν ἁλίπλοα φῦλα συνάψας
θήκατο πᾶσι νέοις ὄψον ἀπειρέσιον.

311. INCERTI.

In Oppiani Halieutica.

Oppianus paginis mare-quæ tranant genera complexus
apposuit omnibus juvenibus opsonium infinitum.

312. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Γεωργίου.

Καλλιόπη βασίλεια Γεώργιον εἶπεν ἰδοῦσα·

312. INCERTI.

In imaginem Georgii.

Calliope regina Georgium dixit conspicata :

---

308. EUGENIS.

Blandum sodalem dulcium Cupidinum
Anacreonta, Bacche, cycnum Teïum
Tui subegit nectaris fallax liquor.
Adspectus ille limus, et vestis pedes
Dejecta ad imos unicusque calceus
Satis loquuntur ebrium. Sed sic quoque
Cantare amores docta non cessat chelys.
Tu, ne cadat, Lyæe, custodi senem.

309. INCERTI,

de eodem.

Teïus acceptus pueris, gratusque puellis
Ille ego sum, nunquam fessus amore senex.
Cerne graves oculos Bacchi de nectare, cerne
Quas dedit in choreis nox vigilata notas.

310. DAMOCHARIDIS,

de imagine Sapphus.

Quæ finxit natura tibi dedit ipsa figuram,
Pictor, Pieridis, quam Mytilena tulit.
Nam lux ex oculis quæ manat vivida pulchris
Ingenium gravidum sensibus esse docet.
Quod caro non turget, planis sed partibus æqua est,
Simplicitas hac est significata nota.
Quique hilaris vultus simul est, simul humidus, una
Vivere in hac Musas nuntiat et Venerem.

311. INCERTI,

de Oppiano.

Innumera ad juvenum perfert obsonia mensas
Oppianus, cantans corpora nata mari.

312. INCERTI.

Spectans Calliope regina Georgion, infit :
De Jove nil credo : nam meus hic pater est.

« Οὗτος ἐμὸς γενέτης γνήσιος, οὐ Κρονίδης. »

313. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς ἀνδριάντα Πτολεμαίου ῥήτορος ἐν Ἀντιοχείᾳ.

α. Εἰκὼν, τίς σ' ἀνέθηκε; β. Λόγοι. α. Τίνος εἶ; [β. Πτολεμαίου.
α. Ποίου; β. Τοῦ Κρητός. α. Τεῦ χάριν; β. Ἀντ' [ἀρετῆς.
α. Τῆς ποδαπῆς; β. Πάσης. α. Τῆς ἐς τίνας; β. Ἐς [δικολέκτας.
α. Καὶ ξύλον ἀρκεῖ; β. Ναί· χρυσίον οὐ δέχεται.

314. ΑΡΑΒΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰκόνα Λογγίνῳ χρυσέην πόλις εἶχεν ὀπάσσαι,
εἰ μὴ πότνα Δίκη χρυσὸν ἀπεστρέφετο.

315. ΘΩΜΑ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ῥητορικῆς φιλέω τρεῖς ἀστέρας, οὕνεκα μοῦνοι
πάντων ῥητήρων εἰσὶν ἀρειότεροι·
σεῖο πόνους φιλέω, Δημόσθενες· εἰμὶ δὲ λίην
καὶ φιλαριστείδης καὶ φιλοθουκυδίδης.

316. ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαοιδὸν,
δίζυγος εὐεπίης ῥυθμὸν ἀγασσαμένη,
ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἐφ' υἱεῖ, καὶ πόρε τήνδε
εἰκόνα, καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμνόνιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
ἔστησεν, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

317. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Κωφὸν ἄναυδον ὁρῶν τὸν Γέσσιον, εἰ λίθος ἐστὶ,
Δήλιε, μαντεύου, τίς τίνος ἐστὶ λίθος.

318. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα ῥήτορος ἀφυοῦς.

Τίς σε τὸν οὐ λαλέοντα τύπῳ ῥητῆρος ἔγραψε;
Σιγᾷς, οὐ λαλέεις· οὐδὲν ὁμοιότερον.

« Hic meus parens verus, non Saturnius. »

313. ANONYMI.

In statuam Ptolemæi rhetoris Antiochiæ.

a. Imago, quis te erexit? *b*. Eloquentia. *a*. Cujus es? [*b*. Ptolemæi.
a. Cujatis? *b*. Cretis. *a*. Quam ob rem? *b*. Ob virtutem.
a. Quamnam? *b*. Omnem. *a*. In quosnam? *b*. Causidicos.
a. Et lignum sat est? *b*. Næ: aurum non admittit *Pto*- [*lemæus*.

314. ARABII SCHOLASTICI.

Imaginem Longino auream urbs potuisset parare,
ni augusta Justitia aurum aversaretur.

315. THOMÆ SCHOLASTICI.

Rhetoricæ diligo tria sidera, quod sola
omnibus oratoribus sunt præstantiora;
tuos labores amo, o Demosthenes: sum vero valde
et Aristidis et Thucydidis-studiosus.

316. MICHAELII GRAMMATICI.

In imaginem Agathiæ Scholastici.

Urbs Agathiam, illum oratorem, illum poetam,
duplicis in-dicendo-elegantiæ rhythmum admirata,
tanquam mater exegit in-filio *agens*, et præstitit hanc
imaginem, et pietatis testem et in-litteris-sollertiæ;
Memnonium quoque patrem, fratremque cum illo
posuit, familiæ monumenta gravissimæ.

317. PALLADÆ.

Mutum elinguem videns Gessium, si lapis est,
o Apollo, vaticinare quis et cujus sit lapis (*statua*).

318. INCERTI.

In imaginem rhetoris sine ingenio.

Quis te non loquentem sub figura rhetoris pinxit?
Taces, non loqueris: nihil similius.

---

313. INCERTI,

de imagine Ptolemæi, Antiochiæ.

Quis dedit effigiem? — Doctrina. — Quis est? — Ptole- [mæus. —
Cujas? — Cres. — At quo nomine? — Pro meritis. —
Quod genus? — Omne genus. — Quos erga? — Jura loquen- [tes. —
Sat lignum est? — Aurum non cupit ipse sibi.

314. ARABII ORATORIS.

Aurea Longino data ab urbe fuisset imago,
Aurum ni juris sperneret alma Dea.

315. THOMÆ ORATORIS.

Eloquii veneror tria sidera, præ quibus omnis
Est oratorum cetera turba nihil.
Magni te facio, Demosthenes: et mihi magni
Tu quoque, Aristide, tu quoque, Thucydide.

316. MICHAELII GRAMMATICI.

Hæc urbs Agathiæ geminam mirata loquelam
(Nam pariter vates atque disertus erat),
Pro nato voti rea mater imagine donat
Ipsius ex meritis et pietate sua;
Memnoniumque patrem juxta fratremque locavit,
Sanguine quam claro sit satus ille, notans.

317. PALLADÆ.

Gessius en hic stat mutus, sine voce; lapisne est?
Vates Phœbe, lapis dic sit utrius uter.

318. INCERTI,

de imagine inepti rhetoris.

Quis, precor, elinguem te tanquam rhetora pinxit?
Nil ais, ecce, taces? nil tibi tam simile.

319. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα Μαρίνου ῥήτορος.

Εἰκόνες ἀνθρώποισι φίλον γέρας· ἀλλὰ Μαρίνῳ
ὕβρις, ἐλεγχομένης εἴδεος ἀπρεπίης.

320. ΑΛΛΟ.

Εἰς ἄγαλμα Ἀριστείδου ῥήτορος.

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων,
τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶν γὰρ πᾶσαι· Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

321. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰκὼν Καλλίστου τοῦ ῥήτορος· οἱ δὲ παρ' αὐτὴν
ἐρχόμενοι, Ἑρμῇ σπένδετε τῷ λογίῳ.

322. ΑΔΗΛΟΝ.

Φύρμος με Φύρμον, πυρφόρος τὸν πυρφόρον,
ὁ παῖς ὁ ῥήτωρ τὸν πατέρα τὸν ῥήτορα.

323. ΜΕΣΟΜΗΔΟΥΣ.

Τὰν ὕελον ἐκόμιζε
κόψας ἐργάτας ἀνήρ·
ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον,
ὡς σίδηρον εὐσθενῆ·
ἁ δ' ὕελος, οἷα κηρὸς,
ἐξεχεῖτο, παμφάγοισι
φλοξὶν ἐκπυρουμένα·
θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντα,
καὶ τὸν ἐργάτην τρέμοντα,
μὴ πεσὼν διαρραγῇ.
Ἐς δὲ διπτύχων ἀκμὰς
χηλέων ἔθηκε βῶλον.

319. ALIUD.

In imaginem Marini rhetoris.

Imagines hominibus carum decus : sed Marino
contumelia, comperta *scilicet* faciei indecora specie.

320. ALIUD.

In statuam Aristidis rhetoris.

Litem Aristides Ioniarum finiit urbium,
quam prius Homerica habebant de origine.
Dicunt enim omnes : Smyrna genuit divinum Homerum,
quæ et Aristidem rhetorem peperit.

321. INCERTI.

Imago *est* Callisti rhetoris. O vos qui juxta eam
ingredimini, Mercurio libate facundiæ-deo.

322. INCERTI.

Phyrmus me Phyrmum *posuit* ignifer igniferum,
filius rhetor patrem rhetorem.

323. MESOMEDIS.

Silicem attulit
postquam secuerat operans vir;
in igne vero posuit massam,
tanquam ferrum valde-validum;
silex vero, tanquam cera,
effundebatur, nihil-non-vorantibus
flammis inflammatus.
Miraculum autem videre erat mortalibus
tractum ex igne fluentem,
et operarium trementem,
ne cadens ruptus-dissiliret.
In duplicum autem aciem
brachiorum posuit massam.

---

319. *De eodem.*

Id quod honos aliis, infamia magna Marino est :
Nesciri quam sit turpis, imago vetat.

320. *De imagine Aristidæ rhetoris.*

Ionias urbes commiserat ortus Homeri :
Lis per Aristiden ista diremta fuit.
Smyrna fuit genitrix, jam quæque fatentur, Homeri,
Quippe et Aristidæ rhetoris est genitrix.

321. INCERTI.

Callisti statuam qui rhetoris adspicis istam,
Gratus facundo fac sacra Mercurio.

322. INCERTI.

Me, Firme, Firmum, flamen ipse flaminem,
Natus parentem, rhetorem rhetor dabas.

323. MESOMEDIS.

Artifex ex amne marmor
Abstulit pellucidum,
Idque sic igni subegit,
Ut solet ferrum faber;
Illud a flammis peresum
Fluxit ardescentibus,
Cera mollis ut liquescit
Conspici mirabile,
Ut sequax educeretur,
Ut timeret artifex,
Massa ne dirumperetur,
Quam duabus horridis
Inditam labris prehendit.

324. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡ γραφὶς ἀργυρέη μὲν ὅτ' ἐκ πυρὸς ἦλθον ἐτύχθην,
σαῖσι δὲ καὶ χρυσέη γίνομαι ἐν παλάμαις.
Ὧδέ σοι, ὦ χαρίεσσα Λεόντιον, εὖ μὲν Ἀθήνη
τέχνης, εὖ δ' εἴδους ἄκρα δέδωκε Κύπρις.

324. INCERTI.

Stilus ego argenteus quidem, quum ex igne veni, factus [sum·
tuis autem etiam aureus evado in palmis.
Ita tibi, o venusta Leontium, bene quidem Minerva
artis, beneque formæ excellentiam dedit Cypris.

325. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ.

Εἰς ἀνδριάντα Πυθαγόρου.

Οὐ τὸν ἀναπτύσσοντα φύσιν πολύμητιν ἀριθμῶν
ἤθελεν ὁ πλάστης Πυθαγόραν τελέσαι,
ἀλλὰ τὸν ἐν σιγῇ πινυτόφρονι· καὶ τάχα φωνὴν
ἔνδον ἀποκρύπτει, καὶ τόδ' ἔχων ὀπάσαι.

325. JULIANI ÆGYPTII.

In statuam Pythagoræ.

Non explicantem naturam ingeniosam numerorum
voluit artifex Pythagoram efficere,
sed qui *esset* in silentio prudenti; et forsan vocem
intus abscondit, quum tamen et hoc posset præbere.

326. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Πυθαγόρου.

Αὐτὸν Πυθαγόραν ὁ ζωγράφος, ὃν μετὰ φωνῆς
εἶδες ἄν, εἴ γε λαλεῖν ἤθελε Πυθαγόρας.

326. INCERTI.

In imaginem Pythagoræ.

Ipsum Pythagoram pictor *informavit*, quem cum voce
videres, si certe loqui vellet Pythagoras.

327. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΒΟΥΚΑΛΛΟΥ.

Ὡς σοφὸς ὁ γράψας! ζωὰν οὐκ ἔμβαλε κηρῷ,
Σωκράτεος ψυχᾷ τοῦτο χαριζόμενος.

327. JOANNIS BARBUCALLI.

Quam doctus, qui pinxit! vitam non immisit ceræ,
Socratis animo hoc gratificatus.

328. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸν νοῦν διδάσκων αἰθερεμβατεῖν Πλάτων,
τοὺς τῶν ὑπὲρ νοῦν ἐξερεύγεται λόγους.

328. INCERTI.

Mentem qui docebat in æthere-ambulare Plato,
eorum qui supra mentem sunt ex-se-promit sermones.

329. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Ἀριστοτέλους.

Οὗτος Ἀριστοτέλης μετρῶν χθόνα καὶ πόλον ἄστρων.

329. INCERTI.

In imaginem Aristotelis.

Hic *est* Aristoteles metiens terram et polum astrorum.

330. ΑΛΛΟ.

Νοῦς καὶ Ἀριστοτέλους ψυχὴ, τύπος ἀμφοτέρων εἷς.

330. ALIUD.

Mens et Aristotelis anima, forma utrorumque una.

331. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Πλουτάρχου.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον στῆσαν, Χαιρωνεῦ
Πλούταρχε, κρατερῶν υἷες Αὐσονίων,

331. AGATHIÆ SCHOLASTICI.

In imaginem Plutarchi.

Tuam celebratissimam formam posuerunt, o Chæronensis
Plutarche, fortium filii Ausoniorum,

---

324. INCERTI.

Exieram nuper flammis argentea, sed nunc
Sum graphis in digitis aurea facta tuis.
Quippe decus supra decus omne, Leontion, uni
Dat Venus in forma, Pallas in arte tibi.

325. JULIANI ÆGYPTII,
ex genere præfectorum Augustalium,
de Pythagoræ imagine.

Non qualis numeros docta ratione docebat
Pythagoram nobis dat manus artificis:
Sed qualis tacuit sapientius: hinc, puto, posset
Ars illi vocem cum dare, non voluit.

326. *De eodem.*

Ipsum Pythagoram dat cernere pictor: et ipsum
Audires, sed enim non cupit ipse loqui.

327. JOANNIS BARBUCALLI,
de imagine Socratis.

Quod ceræ vitam pictor non indidit isti,
Socraticæ sapiens præstitit hoc animæ.

328. INCERTI,
de imagine Platonis.

Mentem locavit qui super cælum Plato,
Verbis profatur illa quæ mentem supra.

329. *De imagine Aristotelis.*

En tibi Aristoteles et terram mensus et astra.

330. *De eodem.*

Mente et Aristoteles animo, par vultus utrique.

331. AGATHIÆ ORATORIS,
de imagine Plutarchi.

Chæronæe, tibi vetitam, Plutarche, perire
Effigiem Latiæ constituere tribus.

ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις,
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
οὐδὲ σύ γ' ἂν γράψαις· οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

332. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς εἰκόνα Αἰσώπου.

Εὖγε ποιῶν, Λύσιππε γέρων, Σικυώνιε πλάστα,
δείκελον Αἰσώπου στήσαο τοῦ Σαμίου
ἑπτὰ σοφῶν ἔμπροσθεν· ἐπεὶ κεῖνοι μὲν ἀνάγκην
ἔμβαλον, οὐ πειθώ, φθέγμασι τοῖς σφετέροις,
ὃς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας,
παίζων ἐν σπουδῇ, πείθει ἐχεφρονέειν.
Φευκτὸν δ' ἡ τρηχεῖα παραίνεσις· ἡ Σαμίου δὲ
τὸ γλυκὺ τοῦ μύθου καλὸν ἔχει δέλεαρ.

333. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Ἡ πήρη καὶ χλαῖνα καὶ ὕδατι πιληθεῖσα
μάζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη,
καὶ δέπας ἐκ κεράμοιο, σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο
ἄρκια· κἠν τούτοις ἦν τι περισσότερον·
κοίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην,
εἶπε· « Τί καὶ σὲ μάτην, ὄστρακον, ἠχθοφόρουν; »

334. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου· ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰών, Διόγενες, καθελεῖ·
μοῦνος ἐπεὶ βιοτᾶς αὐτάρκεα δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς, καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην.

---

ideo-quod in parallelis vitis Græcos optimos
Romæ fortibus comparasti civibus.
Sed tuæ vitæ parallelam vitam aliam
ne tu quidem scriberes : parem enim non habes.

332. EJUSDEM.

In imaginem Æsopi.

Bonum factum quod, o Lysippe senex, Sicyonie artifex,
simulacrum Æsopi posuisti Samii
septem ante sapientes; nam illi quidem necessitatem
immittebant, non persuasionem, dictis suis;
hic autem doctis fabulis et fictionibus opportuna effatus,
miscens ludum seriis, sanam-mentem-habere suadet.
Vitabile quiddam aspera monitio : Samiæ vero
dulcedo fabulæ pulchram habet escam.

333. ANTIPHILI BYZANTII.

Pera et læna et aquâ densatus
panis-hordeaceus et ante pedes virga fixa,
et poculum fictile, docto cani mensura *necessariarum* vitæ
sufficiens; atque in eis erat aliquid supervacuum :
cavis enim potum manibus conspicatus haurientem rusticum,
dixit : Quid et te frustra, testa, me-gravabam?

334. EJUSDEM.

Consenescit et æs ævo : sed tuum neutiquam
decus omnis ætas, o Diogenes, tollet,
quandoque solus vitæ sufficientem opinionem ostendisti
mortalibus, et vitæ viam facillimam.

Quod proceres Graios junxisti compare vita
His, quos ediderat maxima Roma, viris.
Sed vitam, cui sit compar tua, scribere nec tu
Ipse potes, quoniam par tibi nemo fuit.

332. EJUSDEM,
de Æsopi imagine.

Fictorum Lysippe decus Sicyonie, laudo,
Æsopi Samii quod senis effigiem
Antelocas septem Græcis sapientibus : horum
Nam dictis vis est plurima, suada deest.
Ille docet verum, blanda sub imagine falsi
Sed docet, et monstrat seria cuncta joco.
Aspra juvent alios : Samii me fabula mulcet,
Utile sub dulci quæ clepit illecebra.

333. ANTIPHILI BYZANTII,
de Diogene.

Pera, lacerna duplex, et aquæ permista polenta,
Et baculus gressum qui regit ante pedes,
Testaque pro cyatho, sapientis tota supellex
Hæc canis est : et in his quod superabat erat.
Viderat agricolam, cava cui manus hauserat undam,
Teque, ait, heus frustra cur ego, testa, fero?

334. EJUSDEM,
de eodem.

Æra dies perdit : sed nomen grande decusque,
Diogenes, adiment secula nulla tibi.
Mortales tu namque doces, satis esse putare
Quod satis, et vitæ non onerare viam.

EX LIBRO QUINTO.

Εἰς τὰς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλεως στήλας τῶν ἀθλητῶν ἐπιγράμματα.

335. Εἰς Πορφύριον.

Πορφύριον Κάλχαντος Ἄναξ καὶ δῆμος ἐγείρει,
πολλοῖς εὐχαμάτοις βριθόμενον στεφάνοις,
πᾶσι μεθ' ἡνιόχοισι νεώτατον, ὅσσον ἄριστον,
ἀλλὰ τόσον νίκης κάρτος ἐνεγκάμενον.
Ἔπρεπε μὴν χρυσέῳ ἐν ἀγάλματι, μὴ δ' ἐνὶ χαλκῷ
τοῦτον τοῖς ἄλλοις εἴκελον ἑστάμεναι.

336. ΑΛΛΟ.

Τέτραχα μὲν τὸ πάροιθε διακριδὸν ἴαχε δῆμος,
τὸν Καλχαντιάδην Πορφύριον ποθέων·
αὐτὰρ ὁ δεξιτεροῖσιν ἀνακτορέοιο θοώκου
ἡνία καὶ ζώνην ἱππότιν ἀνθέμενος,
κεῖθεν ἐπισπέρχων ἐλάᾳ· μεσσηγὺ δ' ἀέθλων
χάλκεος ἱδρύνθη, πρῶτον ἴουλον ἔχων.
Εἰ δ' ἐτέων γέρας ἦλθε θοώτερον, ἀλλ' ἐπὶ νίκαις
ὄψιμον, ἀλλὰ μόλις, πολλὰ μετὰ στέφεα.

337. ΑΛΛΟ.

Ἀγχίσην Κυθέρεια, καὶ Ἐνδυμίωνα Σελήνη
φίλατο· καὶ Νίκη νῦν τάχα Πορφύριον,
ὃς καὶ ἑοὺς ἵππους καὶ ὁμόφρονος ἡνιοχῆος
ἐξ ἑτέρων ἑτέρους αἰὲν ἀμειβόμενος,
πολλάκι κρᾶτα πύκασσε πανημερίοισιν ἀέθλοις,
οὐ μογέων, ἑτάρου μοῦνον ἐφεσπομένου.

338. ΑΛΛΟ.

Τοῦτό σοι ἠϊθέῳ Νίκη γέρας, ὃ χρόνος ἄλλοις
ὀψὲ μόλις πολιοῖς ὤπασε, Πορφύριε.
Καὶ γὰρ ἀριθμήσασα πολυστεφέας σέο μόχθους
εὕρετο γηραλέων κρέσσονας ἡνιόχων.

In statuas athletarum in Hippodromo Constantinopolis positas epigrammata.

335. In Porphyrium.

Porphyrium Calchantis *filium* Princeps et populus erigit,
multis ex-facili-labore onustum coronis,
cunctos inter aurigas natu-minimum, quanto optimum,
sed tantum victoriæ robur qui-reportavit.
Decebat quidem aurea in statua, sed non in ære
hunc, *ita* ceteris parem, adstare.

336. ALIUD.

Quater quidem prius distincte clamavit populus,
Calchantis-filium Porphyrium desiderans;
sed ille a-dextris Cæsareæ sedis
habenas et zonam equestrem tollens,
inde incitans *equos* agitabat; in-medio autem certaminum [*cursu*
æneus positus-est, primam lanuginem habens.
Si vero annis præmium venit citius, at præ victoriis
serum, at ægre, multa post serta.

337. ALIUD.

Anchisen Cytherea et Endymionem Luna
amavit; et Victoria nunc forte *amat* Porphyrium,
qui et suos equos et amici aurigæ
ex aliis alios usque permutans,
sæpe caput obumbravit totius-diei certaminum-præmiis,
indefessus, sodali tantum sequente.

338. ALIUD.

Hoc tibi juveni Victoria præmium *dat*, quod tempus aliis
sero vix incanis præbuit, o Porphyri.
Etenim quum-numerasset sæpe-coronatos tuos labores,
invenit senioribus præstantiores aurigis.

Inscripta columnis eorum, qui in Circo Constantinopoleos certaverant.

335. *De Porphyrio.*

Porphyrium Calcnante satum, cui multa corona,
Tam populus quam Rex hoc posuere loco.
Omnibus hic currus agitantibus ut minor annis,
Sic palma semper major et arte fuit.
Debuit idcirco non stare ex ære, sed auro,
Qui videt hunc, aliis ne putet esse parem.

336. *De eodem.*

Auditus populus fuerat de parte quaterna
Calchantis natum poscere Porphyrium.
Ille ubi cum cinctu teretes suspendit habenas
Regalis solii dexteriore loco,
Inde agitavit equos : et nunc stat aheneus, etsi
Certat adhuc primo flore tegente genas.
Ætati cita sunt data præmia, sera coronis :
Illas qui numerat, jam putat esse senem.

337. *De eodem.*

Hoc tibi Porphyrius, Victoria, quod Cythereæ
Anchises, Lunæ quod fuit Endymion.
Ille suos dum mutat equos notique sodalis,
Inque vices illos hosque per æquor agit,
Absque labore suo meruit felicia serta :
Namque erat alterius nil nisi pone sequi.

338. *De eodem.*

Quo te jam juvenem Victoria donat honore,
Porphyrie, hunc alii vix meruere senes :
Namque tuas et cana ferunt quas tempora palmas
Dum numerat, plures invenit esse tuas.

Τί πλέον, ὅττι καὶ αὐτὸς ἐπευφήμησεν ἀΰσας
σὸν κλέος ἀντιπάλων δῆμος ἀγασσάμενος;
Ὀλβίη ἡ Βενέτων πανελεύθερός ἐστι γενέθλη,
ᾗ σε μέγας Βασιλεὺς δῶρον ἔνευσεν ἔχειν.

339. ΑΛΛΟ.

Ἄλκιμοι ἀλκήεντα, σοφοὶ σοφὸν, υἱέα Νίκης
οἱ Νίκης παῖδες Πορφύριον Βένετοι
ἄνθεσαν· ἀμφοτέραις γὰρ ἀμειβομένοις ἐπὶ πώλοι
κυδιάει νίκαις, οἷς πόρεν, οἷς ἔλαβεν.

340. ΑΛΛΟ.

Ἄλλοις παυσαμένοισιν, ἀεθλεύοντι δὲ μούνῳ
Πορφυρίῳ Βασιλεὺς τοῦτο δέδωκε γέρας.
Πολλάκι νικήσας γὰρ ἑοὺς πόρεν ὠκέας ἵππους,
λάζετο δ' ἀντιπάλων, καὶ πάλιν ἐστέφετο.
Ἔνθεν ἔην Πρασίνοις ἔρις ἄσπετος, ἔνθεν ἀϋτή,
ὃς Βενέτους τέρψει, Κοίρανε, καὶ Πρασίνους.

341. ΑΛΛΟ.

Αἱ πάντων ψῆφοί με καὶ εἰσέτι διφρεύοντα·
ἔστησαν Νίκης ἐγγύθι Πορφύριον.
Δῆμος μὲν γὰρ ἐμὸς γέρας ᾔτεεν· οἱ δ' ἕτεροί με
δίζοντ' αὖτις ἔχειν, νεῖκος ἀπειπάμενοι.
Μήτι δ' ἡνιόχων περιγίγνομαι, οἷσι καὶ ἵππους
κρείσσονας ἀντιπορὼν, δεῖξα χερειοτέρους.

342. ΑΛΛΟ.

Αὐτὸν Πορφύριον μὲν ἀπηκριβώσατο χαλκῷ
ὁ πλάστης, ἔμπνουν οἷα τυπωσάμενος.
Τίς δὲ χάριν, τίς ἄεθλα, τίς ἔνθεα δήνεα τέχνης
τεύξει, καὶ νίκην οὔποτ' ἀμειβομένην;

343. ΑΛΛΟ.

Εἰκόνι χαλκείῃ τὸν χάλκεον ἡνιοχῆα
ἄνθετο νικητὴν κοίρανος Αὐσονίων,
ὡς σοφὸν, ὡς Βενέτοις πεφιλημένον· ἀλλ' ἐπὶ νίκαις
Πορφυρίου πολλὰς εἰκόνας ὀψόμεθα.

Quid? quod et ipse-lætus-acclamavit vociferans
tuam gloriam adversariorum populus admiratus.
Felix Venetorum liberrima est propago,
cui te magnus Imperator præmium annuit habere.

339. ALIUD.

Validi validum, docti doctum, filium Victoriæ
Victoriæ pueri Porphyrium Veneti
erexerunt : utrisque enim mutatos super equos [accepit.
gestit victoriis, in equis quos præbuit, in equis quos

340. ALIUD.

Aliis emeritis, decurrenti vero uni
Porphyrio Imperator hoc dedit præmium.
Sæpe enim, postquam-vicit, suos præbuit citos equos,
cepit autem equos adversariorum, et rursus coronaba-
Inde erat Prasinis lis infinita, inde clamor, de eo |tur.
qui Venetos gaudio afficiet, o Princeps, et Prasinos.

341. ALIUD.

Omnium suffragia me et adhuc decurrentem
posuerunt prope Victoriam Porphyrium.
Populus enim meus præmium poscebat; ceteri autem me
optabant rursus habere, rivalitate deposita.
Ingenio aurigas vinco, quibus et equos
meliores contra-præbens, ostendi pejores.

342. ALIUD.

Ipsum Porphyrium quidem exacte repræsentavit ære
sculptor, spirantem velut informans. [creta artis
Quis autem venustatem, quis certamina, quis divina se-
effinget, et victoriam nunquam variantem?

343. ALIUD.

Imagine ænea æneum aurigam
erexit victorem princeps Ausoniorum,
ut doctum, ut Venetis dilectum : sed de victoriis
Porphyrii multas imagines videbimus.

Quin pars ipsa tuo contraria favit honori,
Æmulaque est meritis factio victa tuis.
Felices Veneti, liberrima natio, cui te
Eximium munus Cæsar habere dedit.

339. *De eodem.*

Porphyrium Veneti victores vincere natum,
Arte, manu, bona gens arte manuque bonum.
Vectus sæpe suis, alienis non minus, idem
Semper equis sumptis vicit, equisque datis.

340. *De eodem.*

Porphyrium Princeps hoc donat honore, quiescunt
Dum reliqui; partem solus utramque facit :
Victor sæpe suos aliis donavit, et idem
Alterius sumptis sic quoque vicit equis.
Hinc Prasinis livor primum, mox clamor obortus.
Sic Venetos pariter, Rex, Prasinosque beas.

341. *De eodem.*

Utraque Porphyrium me pars accedere palmæ
Fecit, adhuc celeres cum moderarer equos.
Altera pars donum sibi me cupit : altera reddi
Me sibi vult : odium cessat utrimque vetus.
Quam facile aurigas supero, quibus et meliores
Cum do, pejores ars mea fecit equos!

342. *De eodem.*

Tam bene Porphyrium manus hoc expressit in ære,
Ipsius ut credas ora videre viri.
Quis lepidos mores, certamina vafra quis artis
Exprimet, et semper vincere posse datum?

343. *De eodem.*

Aurigam validum velut æs dedit ære videri
Qui manibus victor frena Latina tenet,
Prudentem, carum Venetis; sic sperat honores
Porphyrii populus sæpe videre sui.

344. ΑΛΛΟ.

α. Τίς τελέθεις, φίλε κοῦρε, γενειάδος ἄκρα χαράσσων; β. Ὦ ξένε, Πορφύριος. α. Τίς πατρίς; β. Ἡ Λιβύη.
α. Τίς δέ σε νῦν τίμησεν; β. Ἄναξ, χάριν ἱπποσυνάων.
α. Τίς μάρτυς τελέθει; β. Δῆμος ὁ τῶν Βενέτων.
α. Ἔπρεπέ σοι Λύσιππον ἔχειν ἐπιμάρτυρα νίκης τοσσατίης, πλάστην ἴδμονα, Πορφύριε.

344. ALIUD.

a. Quis es, dilecte puer, menti ima lanugine-signans? b. O hospes, Porphyrius sum. a. Quæ patria? b. Libya
a. Quis vero te nunc ornavit? b. Princeps, causa peritiæ-[in-equitando
a. Quis testis est? b. Populus Venetorum.
a. Decebat te Lysippum habere testem victoriæ toties repetitæ, sculptorem gnarum, o Porphyri.

345. ΑΛΛΟ.

Ἐγγύθι τῆς Νίκης καὶ Ἀλεξάνδρου βασιλῆος ἕστης, ἀμφοτέρων κύδεα δρεψάμενος.

345. ALIUD.

Prope Victoriam et Alexandrum regem stas, utrorumque honores qui-decerpsisti.

346. ΑΛΛΟ.

Πάντα Τύχης ὀφθαλμὸς ἐπέρχεται· ἀλλ' ἐπὶ μούνοις Πορφυρίου καμάτοις ἕλκεται ὄμμα Τύχης.

346. ALIUD.

Cuncta Fortunæ oculus obit: sed in solos Porphyrii labores attrahitur lumen Fortunæ.

347. ΑΛΛΟ.

Σὴν τροχαλὴν μάστιγα καὶ ἀσπίδα δῆμος ἀγασθεὶς ἤθελέ σε στῆσαι διπλόον, ὥσπερ ἔδει,
ἡνίοχον κρατερὸν καὶ ἀριστέα· διχθὰ δὲ χαλκὸς οὐκ ἐχύθη, ψυχὴν σεῖο τυπωσάμενος.

347. ALIUD.

Tuam citam scuticam et scutum tuum populus admiratu voluit te ponere duplicem, ut oportebat,
aurigam validum et virum-fortissimum: bis autem æ[s] non fusum-est, animum tuum informans.

348. ΑΛΛΟ.

Πορφύριον σταδίοισι τίνος χάριν ἡνιοχῆα δῆμος ὁ πρῶτα φέρων ἄνθετο τῶν Πρασίνων;
Αὐτὸς Ἄναξ κήρυξε. Τί γὰρ πλέον, ὅττι γεραίρει εἵνεκεν εὐνοίης, εἵνεκεν ἱπποσύνης;

348. ALIUD.

Porphyrium in stadiis qua gratia aurigam populus bravium ferens erexit Prasinorum?
Ipse Princeps enuntiavit. Quid? quod remunerat causa benevolentiæ, causa sollertiæ-in-equitando.

349. ΑΛΛΟ.

Πορφυρίῳ μετ' ἄεθλα γέρας πόρεν ἄξιον ἔργων Κοίρανος, ὁ Πρασίνοις τοῦτο χαριζόμενος.
Πολλάκι γὰρ δῆμος προφερέστερα ἔργα κομίζων ᾔνεσε Καλλιόπαν, καὶ πάλι Πορφύριον.
Διπλόον οὔνομα τοῦτο, τόπερ λάχε χάλκεος ἥρως οὗτος, ὁ τεθρίπποις κῦδος ἑλὼν ἀρετῆς.

349. ALIUD.

Porphyrio post certamina præmium paravit dignum ope[ribus] Princeps, qui id Prasinis est-gratificatus.
Sæpe enim populus præstantiora opera afferens laudavit Calliopan, et rursus Porphyrium.
Duplex nomen hoc, quod sortitus-est æneus heros hicce, qui quadrigis gloriam abstulit virtutis.

350. ΑΛΛΟ.

Οὐ μόνον ἐν σταδίοις σε κατέστεφε πότνια Νίκη,

350. ALIUD.

Non modo in stadiis te coronavit veneranda Victoria,

---

344. *De eodem.*

Tu, quis es, insignis prima lanugine malas? —
Sum, bone, Porphyrius. — Patria quæ? — Libya. —
Te quis honoravit? — Propter circensia Princeps
Curricula. — At testis quis tibi? — Gens Veneta. —
Debuit haud alius te quam Lysippus in ære
Fingere, tanta tua est gloria, Porphyrie.

345. *De eodem.*

Adstat Alexander tibi Rex, Victoria juxta est:
Tu decus illius solus et hujus habes.

346. *De eodem.*

Res alias obiter Fortunæ lumina cernunt,
Uno in Porphyrii fixa labore manent.

347. *De eodem.*

Plebs clypeum mirata tuum, mirata flagellum,
Te duplicem voluit ponere, par ut erat,
Aurigam clarumque manu. Sed ut in duo scindi
Non animus tibi vult, æs quoque non voluit.

348. *De eodem.*

In stadio cur ponit equos agitare peritum
Porphyrium factis inclyta gens Prasina?
Ipse sua Princeps (quæ major gloria?) voce
Proclamavit: equis hoc fideique datum.

349. *De eodem.*

Præmia Porphyrio post tot certamina Cæsar,
Dum Prasinis comem se probat, æqua dedit.
Sæpe etenim populus celebrans facta inclyta festos
Porphyrio dederat Calliopæque choros.
Possidet hoc duplex nam nomen hic æneus heros,
Quadrijugis virtus quem sua vectat equis.

350. *De eodem.*

Non fuit in Circo tantum Victoria tecum:

ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμοις δεῖξεν ἀεθλοφόρον,
εὖτ' ἄρ' Ἄναξ πολέμιζεν ἔχων Πρασίνους ὑποεργοὺς
ἄγρια μαινομένῳ ἐχθρῷ ἀνακτορέῳ,
καὶ πέσεν αἰνοτύραννος ἐπιφθιμένης τότε Ῥώμης,
ἦμαρ δ' Αὐσονίης ἦλθεν ἐλευθερίης.
Τοὔνεκα τοῖς μὲν ἔδωκεν Ἄναξ γέρας, ὡς πάρος εἶχον,
σὸν δὲ τύπον τέχνη ἔξεσε, Πορφύρι.

sed et in prœliis ostendit victorem,
quando Princeps bellum gerebat Prasinos habens submi-
contra efferate insanientem hostem imperii, [nistros
et cecidit sævus-tyrannus pereuntis tunc Romæ,
dies autem Ausoniæ venit libertatis. [habebant;
Quapropter eis quidem dedit Princeps decus, quod prius
tuam vero formam ars perpolivit, o Porphyri.

351. ΑΛΛΟ.

Ὑμετέρων κήρυκες ἀμεμφέες εἰσὶν ἀγώνων
οἱ καὶ ἀπ' ἀντιβίων, Πορφύριε, στέφανοι.
Πάντας γὰρ σταδίοισιν ἀμοιβαδὸν αἰὲν ἐλέγχεις
ἀντιτέχνους, τῆς σῆς παίγνιον ἱπποσύνης.
Τοὔνεκα καὶ ξεῖνον πρεσβήϊον εὕραο μοῦνος,
εἰκόνα χαλκείην δήμῳ ἐν ἀμφοτέρῳ.

351. ALIUD.

Tuorum præcones inculpati sunt certaminum
etiam ab adversariis *datæ*, o Porphyri, coronæ.
Cunctos enim in stadiis permutando usque vincis
antagonistas, tuæ lusum in-equitando-sollertiæ.
Quapropter et insolitum venerationis-signum invenisti
imaginem æneam populo in utroque. [solus,

352. ΑΛΛΟ.

Πλάστης χαλκὸν ἔτευξεν ὁμοίϊον ἡνιοχῆϊ·
εἴθε δὲ καὶ τέχνης ὄγκον ἀπειργάσατο,
ὄγκον ὁμοῦ καὶ κάλλος· ὅπερ φύσις ὀψὲ τεκοῦσα
ὤμοσεν· Ὠδίνειν δεύτερον οὐ δύναμαι.
Ὤμοσεν εὐόρκοις ὑπὸ χείλεσι· Πορφυρίῳ γὰρ
πρώτῳ καὶ μούνῳ πᾶσαν ἔδωκε χάριν.

352. ALIUD.

Sculptor æs fabrefecit simile aurigæ,
utinam vero et artis amplitudinem effinxisset,
amplitudinem simul et pulchritudinem! quæ natura sero
juravit : Parturire secundum non valeo. [enixa
Juravit veridicis de labiis : Porphyrio enim
primo et soli omnem dedit gratiam.

353. ΑΛΛΟ.

Εἰ φθόνος ἠρεμέοι, κρίνειν δ' ἐθέλοιεν ἀέθλων
πάντες Πορφυρίου μάρτυρές εἰσι πόνων·
καὶ τάχα καὶ φήσαιεν ἀριθμήσαντες ἀγῶνας·
Βαιὸν τοῦτο γέρας τοσσατίων καμάτων.
Ὅσσα γὰρ ἡνιόχῃας ἀεὶ μεμερισμένα κοσμεῖ,
εἰς ἓν ἀολλίσσας, τηλίκος ἐξεφάνη.

353. ALIUD.

Si invidia quiescat, judicare autem velit labores,
omnes Porphyrii testes sunt conaminum;
næ forte et dicant numerantes certamina :
Parvum hoc præmium tot-numero laborum.
Quæcumque enim aurigas semper divisa ornant,
iis ab hoc in unum collectis, tantus apparuit.

354. ΑΛΛΟ.

Αἰδομένη χαλκῷ σε πόλις, τριπόθητε, γεραίρει·
ἤθελε γὰρ χρυσῷ· ἀλλ' ἴδεν ἐς Νέμεσιν.
Εἰ δὲ τεὴν μέλπων οὐ παύεται ἠθάδα νίκην

354. ALIUD.

Reverita ære te urbs, o ter-desiderate, remunerat:
volebat et auro : sed oculos-conjecit in Nemesin.
Si vero tuam canens non cessat consuetam victoriam

Ad justa est eadem bella secuta comes,
Incensum furiis sancti cum culminis hostem
Oppressit Prasina non sine Cæsar ope;
Cum cecidit Roma jamjam pereunte tyrannus,
Liberaque Ausonio luxit in orbe dies.
Jus ideo Princeps vetus illis reddidit : at te,
Porphyrie, hic posuit docta polire manus.

351. De eodem.

Porphyrie, eximii tibi sunt monumenta laboris,
Pars adversa etiam quæ tibi serta dedit.
Exercent Circi quos namque pericula, nunc hos,
Nunc illos, ludum tu facis esse tibi.
Hinc tibi magnus honos, et qui non obtigit ulli,
Æneus ut teneas parte in utraque locum.

352. De eodem.

Aurigæ similem dat pictor in ære figuram :
Artis at o utinam vim simul ille daret.
Vimque decusque simul stupuit Natura : quod ipsa
Et jurans, Pariam nil ego majus, ait.
Juravit liquido : namque illius omnia quæ sunt
Munera Porphyrius primus et unus habet.

353. De eodem.

Si livore procul res cognoscenda, laborum
Porphyrii testis quilibet esse potest :
Et numerare velit quisquis certamina, dicet :
Pro tantis meritis est honor iste parum.
Aurigas alios ornant quæ singula, solus
In se complectens omnia, talis erat.

354. De eodem.

Gratus in ære colit populus te totus : in auro
Maluerat, ni res invidiosa foret.
Sed memorare tuas non cessat carmine palmas,

εὐγνώμων δῆμος, Πορφύριε, Πρασίνων,
ἔμπνοά σοι ξύμπαντες ἀγάλματα· πᾶς δὲ περισσὸς
καὶ χρυσὸς τούτοις εἰς ἔριν ἐρχόμενος.

gratus populus, o Porphyri, Prasinorum,
spirantia tibi omnes *sunt* signa : omne autem superva-
vel aurum cum his litem aggrediens. [cuum

355. ΑΛΛΟ.

Οὔπω σοι μογέοντι Τύχη πόρεν ἄξια νίκης·
νῖκαι γὰρ τῆς σῆς μείζονες εὐτυχίης.
Ἀλλὰ μένει πρώτῳ σταθερῷ καὶ ἀρείονι μίμνοις
τὴν φθονερὴν τήκων δυσμενέων κραδίην,
οἵ, σέθεν εἰσορόωντες ἀεὶ νικῶσαν ἱμάσθλην,
μέμφονται σφετέρην αἰὲν ἀτασθαλίην.

355. ALIUD.

Nondum tibi laboranti Fortuna paravit digna *tuâ* victoriâ :
victoriæ enim *tuæ* majores præmio quod-tibi-contigit.
Sed in ordine primo, constanti et excellentiore, maneas
invidum tabefaciens malevolorum (*adversariorum*)
qui, tuam videntes usque vincentem scuticam, [cor,
accusant suum usque injuriosum-animum.

356. ΑΛΛΟ.

Ἄλλοις μὲν γεράων πρόφασις χρόνος· οἱ δ' ἐπὶ νίκαις
κρινόμενοι πολιῆς οὐ χατέουσι κόμης,
ἀλλ' ἀρετῆς, ὅθεν εὖχος ἀνάπτεται. Εἷς ἀπὸ τοίων
Πορφύριος δώρων δὶς λάχεν ἀγλαΐην,
οὐκ ἐτέων δεκάδας, νίκης δ' ἑκατοντάδας αὐχῶν
πολλάς, καὶ πάσας συγγενέας Χαρίτων.

356. ALIUD.

Aliis quidem præmiorum causa *est* tempus; qui vero ex
judicati, cana non egent coma, [victoriis
sed virtute *egent*, unde gloria adjungitur. Unus talium,
Porphyrius donorum bis sortitus-est splendorem,
non annorum decadas, victoriæ autem centurias jactans
multas, et cunctas cognatas Gratiis.

357. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἀγχίσην Κυθέρεια, καὶ Ἐνδυμίωνα Σελήνη
φίλατο· μυθεῦνται τοῖα παλαιγενέες.
Νῦν δὲ νέος τις μῦθος ἀείσεται, ὡς τάχα Νίκη
ὄμματα καὶ δίφρους φίλατο Πορφυρίου.

357. LEONTII SCHOLASTICI.

Anchisen Cytherea, et Endymionem Luna
amavit : fabulantur talia antiqui.
Nunc autem nova quædam fabula canetur, ut scilicet
oculos et currus amaverit Porphyrii. [Victoria

358. Εἰς Καλλιόπαν.

Πρεσβυτέρους κοῦρος μὲν ἐών, πρέσβυς δέ τε κούρους
νικᾷς, τεθρίππων κέντορας ἀθλοφόρων.
Ἓξ δ' ἐτέων ἀνύσας δεκάδας, στήλην ἐπὶ νίκαις
εἷλες, Καλλιόπα, νεύματι κοιρανίης,
ὄφρα μένοι καὶ ἔπειτα τεὸν κλέος. Αἴθε τοι εἴη,
ὡς κλέος ἀθάνατον, καὶ δέμας ἀθάνατον.

358. In Calliopan (eundem Porphyrium senem).

Seniores puer quidem quum eras, senex rursus pueros
vincis, quadrigarum stimulatores decertantium.
Sex autem annorum emensus decadas, statuam ob victo-
tulisti, o Calliopa, nutu principatus (*Principis*). [rias
ut maneat etiam postea tua gloria. Utinam tibi esset,
ut decus immortale, etiam corpus immortale!

359. ΑΛΛΟ.

Σῆς τόδε διφρελάτειρα τὸ χάλκεον ἄνθετο Νίκα

359. ALIUD.

Tuæ hoc currus-agens æneum erexit Victoria

Porphyrie, illa tibi dedita gens Prasina.
Effigies tot sunt vivæ tibi : cum quibus aurum
Si certet, pretii nullius illud erit.

355. *De eodem.*

Non Fortuna tibi quantum Victoria confert;
Magna licet, meritis vincitur illa tuis.
Hac in parte mane populi : constantior hæc est ;
Altera turba tuis tabeat icta bonis.
Quæ tua conspiciet quoties victricia flagra,
Se toties peraget criminis ipsa ream.

356. *De eodem.*

Sunt quibus amplus honos, ætas est longa; sed illi
Qui certant canæ non eguere comæ,
Sed virtutis, adest cui gloria : de grege quorum
Porphyrius jam bis munera læta tulit ;
Qui decuplo plures palmas quam computat annos,
Vincentique comes gratia semper erat.

357. LEONTII ORATORIS,

de eodem.

Endymiona soror Solis, dea Cypris amavit
Anchisen, sicut fabula prisca refert.
Fabula nata recens alia est : Victoria nempe
Porphyrii currus nunc amat atque oculos.

358. *De Calliopa, qui idem Porphyrio.*

Quadrijugis invectus equis ætate senili
Nunc pueros vincis, qui puer ante senes.
Cum tibi messis eat jam sexagesima, pilam,
Calliopa, Augusti munere victor habes,
Ut semper maneat tua laus : utinamque careret
Morte tuum corpus, qua tua fama caret.

359. *De eodem.*

Hac dat in effigie Victoria parta quadragisis,

εἰκήλον μορφᾶς, Καλλιόπα, ζαθέας,
πρέσϐυς ὅτι σφριγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾷ
νίκησας, γεραροὺς δ' ὢν νέος ἐν σοφίῃ.
Ἔνθεν ἐλευθερόπαις Βενέτων σέο πήξατο δῆμος
δοιά, τὰ μὲν τέχνας ἆθλα, τὰ δὲ σθένεος.

360. ΑΛΛΟ.

Σὸν γῆρας νεότητα τεὴν ὑπερέδραμε νίκαις,
καὶ πάντων κρατέεις πάντοτε, Καλλιόπα.
Ἔνθεν Ἄναξ καὶ δῆμος ἐλεύθερος αὖθις ἐγείρει
τοῦτο γέρας, σοφίης μνῆμα καὶ ἠνορέης.

361. ΑΛΛΟ.

Οὗτος, ἐγερσιθέατρε, τεὸς τύπος, ὅν τοι ἐγείρει
ἑσμὸς ἀριζήλων, Καλλιόπα, στεφάνων.
Οὔτε γὰρ ἡνίοχός σε παρήπαφεν, οὔτε χαλινοῖς
δύστομος ἱππείη σοῖς ἀπίθησε γένυς.
Μοῦνος δὴ νίκης γέρας ἄρνυσαι. Ἦ παρὰ πᾶσι
δόξαν ἔχεις * ἀέθλων ἆθλα λιπεῖν ἑτέροις.

362. ΑΛΛΟ.

Καλλιόπα κλυτόμοχθε, τί σοι πλέον, ὅττι γεραίρει
εἰκόνι χαλκοτύπῳ σοὺς Βασιλεὺς καμάτους,
δῆμος ὁ μυριόφωνος, ὅλη πτόλις; εὖτε καὶ αὐτὴ
δυσμενέων παλάμη σοῖς ἐπένευσε πόνοις.

363. Εἰς Φαυστῖνον.

Μητέρες εὐάθλων γεράων φρένες, οὐ κράτος ἥϐης,
οὐ τάχος ἱπποσύνης, οὐ χρόνος εὐτυχίης.
Ἱλήκοι, Φαυστῖνε, τεὸς νόος, ᾧ τάδε πάντα
ἕσπεται, ᾧ Νίκη σύντροφος ἀθάνατος.

364. ΑΛΛΟ.

Πρίν σε νέον, Φαυστῖνε, νόος πεφόϐητο γερόντων·
νῦν δέ σε πρεσϐυγενῆ κάρτος ἔφριξε νέων.

simulacrum formæ, o Calliopa, valde-divinæ,
grandævus quod juventa-fervidos majore in-domandis-equis robore
vicisti, senesque puer quum eras *superasti* peritia.
Inde libertatis-filius Venetorum tibi fixit populus
gemina, hinc artis præmia, inde roboris.

360. ALIUD.

Tua senecta juventam tuam præcucurrit victoriis,
et omnes superas semper, o Calliopa.
Inde Princeps et populus liber rursus erigit
hoc præmium, peritiæ monumentum et virtutis.

361. ALIUD.

Hæc, o qui-spectantes-excitas, tua forma, quam tibi erigit
turba valde-optandarum, o Calliopa, coronarum.
Neque enim auriga te decepit, neque frenis
indocilis equina tuis restitit maxilla.
Solus sane victoriæ præmium adeptus-es. Profecto apud cunctos
opinio de te est laborum præmia a te relicta esse ceteris.

362. ALIUD.

O Calliopa laboribus-inclyte, quid tibi prodest, quod remunerat
imagine ænea tuos Princeps conatus,
populus sexcentis-cum-vocibus, tota urbs? quum et ipsa
malevolorum manus tuis applausit operibus.

363. In Faustinum.

Mater felicium-in-certamine præmiorum *est* prudentia, non robur juventæ,
non velocitas in-equitando, non tempus felicitatis.
Sit-propitia, o Faustine, tua mens, quam hæc cuncta
sequuntur, cui Victoria sodalis *est* immortalis.

364. ALIUD.

Antea te juvenem, o Faustine, mens reformidabat senum;
nunc autem te grandævum robur expalluit-juvenum.

Calliopa, illa instar sideris ora tua.
Canus enim Circi juvenes nunc robore vincis,
Qui poteras juvenis vincere mente senes.
Præmia propterea Venetûm liberrima turba
Bina dat hæc arti, viribus illa tuis.

360. *De eodem.*

Omnes et semper superas; juvenilibus annis,
Calliopa, est palmis clara senecta magis.
Propter id a Venetis ipsoque a Cæsare rursus
Præmia tam validi quam sapientis habes.

361. *De eodem.*

Hæc tua, Calliopa, est species bene nota theatris :
Dat decus hoc toties parta corona tibi.
Non ullus te namque dolis auriga fefellit,
Frena genis spumans nec tua tempsit equus.
Præmia victor habes, nulli speranda, manetque
Certamen reliquis, quis tibi sit propior.

362. *De eodem.*

Non satis est tua quod certamina Cæsar honorat,
Calliopa, et vultus ponit in ære tuos;
Quod Veneti, quod Roma : tuos sed et ipsa labores
Ecce sua decorat pars inimica manu.

363. *De Faustino.*

Præmia dat prudens animus, non cursus equorum,
Membra nec in viridi flore, nec hora favens.
Mens adsit, Faustine, mihi tua, cui simul ista
Omnia, cui semper vincere posse datur.

364. *De eodem.*

Te juvenem mens ante senum, Faustine, timebat:
Nunc juvenum dextræ te metuere senem.

Δεύτερα δ' εὕρετο πάντα τεὸς πόνος, ὅς σε γεραίρει
πρέσβυν ἐν ἠϊθέοις, ἐν δὲ γέρουσι νέον.

Inferiora vero invenit omnia tuus labor, qui te remunerat
senem in juvenibus, atque in senibus juvenem.

365. Εἰς Κωνσταντῖνον.

'Εξότε Κωνσταντῖνος ἔδυ δόμον Ἄϊδος εἴσω,
πλῆτο κατηφείης ἱπποσύνης στάδιον,
τερπωλὴ δ' ἀπέλειπε θεήμονας· οὐδ' ἐν ἀγυιαῖς
κείνας τὰς φιλίας ἐστὶν ἰδεῖν ἔριδας.

365. In Constantinum.

Ex quo Constantinus domum Plutonis intravit,
plenum erat mœstitia equestre stadium,
oblectamentumque deseruit spectatores; neque in viis
illas amicas videre est simultates.

366. ΑΛΛΟ.

Εἰκόνα, Κωνσταντῖνε, τεὴν ἀνέθεντο πολῖται,
μυρόμενοι, ψυχῆς τέρψιν ἀποιχομένης.
Σοὶ κλέος ὁππότε δῆμος ἐπεσφρήγιζε θανόντι,
μνήσατο σῶν καμάτων καὶ μετὰ πότμον Ἄναξ·
οὕνεκεν ἱπποσύνης φιλοκέρτομος ὤλετο τέχνη,
ἐν σοὶ παυσαμένη πᾶσα καὶ ἀρξαμένη.

366. ALIUD.

Imaginem, o Constantine, tuam erexerunt cives,
lugentes, *tuæ* animæ oblectamentum (*ipsis*) digressæ
Tibi gloriam quum populus confirmaret mortuo,
meminit tuorum laborum etiam post fatum Princeps :
quoniam equitationis cavillatuum-amans interiit ars,
tecum quæ desiit tota et orsa-est.

367. ΑΛΛΟ.

Εἰσέτι μὲν ζώοντι πόλις ποτὲ Κωνσταντίνῳ
εἰκόνα χαλκείην βαιὸν ἔκρινε γέρας·
ᾔδεε γὰρ πᾶς δῆμος ὅσους ἐπὶ κύδεϊ νίκης
αἰὲν ἀεθλεύων ἀμφέθετο στεφάνους.
Ὡς δ' ἔθανεν, ποθέουσα, φίλον τύπον ἄνθετο τοῦδε,
ὄφρα καὶ ἐσσομένοις μνῆστιν ἔχοι καμάτων.

367. ALIUD.

Adhuc quidem viventi urbs olim Constantino
imaginem æneam exiguum censebat præmium :
norat enim totus populus quot-numero ob decus victoriæ
usque decertans cinxisset coronas.
Ubi vero interiit, desiderio-mota, caram formam erexit hujus,
ut et in posteris fama ei esset laborum.

368. ΑΛΛΟ.

Οἱ Βένετοι Πρασίνοισιν ἐναντίοι αἰὲν ἐόντες
εἰς ἕν' ὁμοφροσύνης ἐξεβόησαν ὅρον,
ὥστε σε, Κωνσταντῖνε, λαβεῖν ἐπιτύμβιον εὖχος,
πᾶσιν ἀειδόμενον, πᾶσιν ἀρεσκόμενον.

368. ALIUD.

Veneti Prasinis qui semper adversantur,
in unum concordiæ *se venire* exclamarunt finem,
ut tu, Constantine, caperes sepulcrale decus,
omnibus decantatus, omnibus acceptus.

369. ΑΛΛΟ.

Ἀντολίης, δύσιός τε, μεσημβρίης τε, καὶ ἄρκτου
σὸς δρόμος ὑψιφαὴς ἀμφιβέβηκεν ὅρους,
ἄφθιτε Κωνσταντῖνε. Θανεῖν δέ σε μή τις ἐνίσπῃ·
τῶν γὰρ ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης.

369. ALIUD.

Ortûs, occasûsque, meridieique, et septentrionis
tuus cursus sublimis attigit terminos,
immortalis Constantine. Interiisse vero te ne quis dicat;
invictos enim tangit ne Pluto quidem.

Nulli gloria tanta : senes extolleris inter
Tu juvenis, juvenes inter et ipse senex.

366. *De Constantino.*

Effigiem cives tibi, Constantine, dederunt,
Gaudia deflentes quæ tua vita dabat.
Morte ereptus apud populi suffragia vivis,
Rex meminit cursus post tua fata tuos;
Nam tecum pariter Circi est exstincta voluptas,
Tu cui principium, tu cui finis eras.

367. *De eodem.*

Dum Constantinus vixit, si staret in ære,
Pro meritis populus credidit esse parum.
Norat enim circum capiti quot serta dedisset,
Palmiferis semper cum remearet equis.
Nunc post fata viri vultus effinxit amatos,
Ne lateat felix postera secla labor.

368. *De eodem.*

Qui Prasinis Veneti semper certare solebant,
Concordes parili voce dedere sonos,
Constantine, tibi dandos post funus honores,
Omnibus ut gratum te genus omne canat.

369. *De eodem.*

Occasûs, ortûs, mediæ loca lucis, et arcti,
Ambisti spatium curribus omne tuis.
Nemo igitur dicat te, Constantine, perisse :
Invictis nec mors ipsa nocere potest.

370. ΑΛΛΟ.

Ἐγγύθι τῆς σφετέρης γενεῆς λάχεν εἰκόνα τήνδε
 ἔπρεπε γὰρ τρισσοῖς εἰν ἑνὶ χῶρον ἔχειν,
οἳ καὶ ἐνὶ σταδίοις ἀρετῆς κλέος εἴκελον εὗρον,
 νηρίθμων στεφάνων ἑσμὸν ἑλόντες ἴσον.

370. ALIUD.

Prope suam gentem sortitus-est imaginem hancce:
 decebat enim ternos in uno *simul* locum habere,
qui et in stadiis virtutis decus par invenerunt,
 innumerabilium coronarum examen adepti par.

371. ΑΛΛΟ.

Τὸν Φαυστινιάδην πόλις ἄνθετο Κωνσταντῖνον,
 γείτονα μὲν γενεῆς, κρέσσονα δ' ἡνιόχων.
Δὴν γὰρ ἀεθλεύσας οὐκ ἤμβροτεν, ἀλλ' ἐπὶ νίκῃ
 παύσατο, σὺν νίκῃ καὶ πάρος ἀρξάμενος,
ὃν καὶ κοῦρον ἐόντα παλαίτεροι ἡνιοχῆες,
 στεψάμενοι σταδίοις, εἷσαν ἀγωνοθέτην.

371. ALIUD.

Faustiniaden urbs erexit Constantinum,
 vicinum quidem gentis *suæ*, præstantissimum vero aurigarum.
Diu enim luctatus non excidit, sed in victoria
 desiit, cum victoria et prius exorsus,
quem et quum puer erat seniores aurigæ,
 ipsi-coronas-adepti in stadiis, posuerunt certaminum-præsidem.

372. ΑΛΛΟ.

Σοὶ τόδε, Κωνσταντῖνε, τεὴ τροφὸς ὤπασε Νίκη
 παιδόθεν ἑσπομένη πᾶσαν ἐφ' ἡλικίην.
Πέντε γὰρ ἐν σταδίοις δεκάδας τελέσας ἐνιαυτῶν,
 οὐδ' ἴσον, οὐδ' ὀλίγον εὕρεο λειπόμενον.
Ἀλλ' ἔτι κουρίζων τε καὶ ἄχνοος ἄνδρας ἐνίκας,
 ἥλικας ἡβήσας, γηραλέος δὲ νέους.

372. ALIUD.

Tibi hoc, Constantine, tua nutrix paravit Victoria,
 a-puero secuta omnem per ætatem.
Quinque enim decadas in stadiis emensus annorum,
 neque parem, et ne paulo quidem inferiorem invenisti:
sed adhuc puerque et impuber viros vincebas,
 æquales adultus, grandævus autem juvenes.

373. ΑΛΛΟ.

Ἤθελε Κωνσταντῖνον ἀεὶ πτόλις ἡνιοχεύειν·
 ἤθελεν, ἀλλὰ πόθῳ οὐκ ἐπένευσε Φύσις.
Ἔνθεν ἑῶν τόδ' ἄγαλμα παραίφασιν εὗρεν ἐρώτων,
 ὄφρα ἑ μὴ λήθη καὶ χρόνος ἀμφιβάλοι,
ἀλλὰ μένοι ποθέουσιν ἔρως, ζῆλος δ' ἐλατῆρσι,
 κόσμος δὲ σταδίοις, ἐσσομένοις δὲ φάτις.
Καί τις ἰδὼν μετόπισθε χερείονας ἡνιοχῆας
 ὀλβίσσει προτέρην, ἥ μιν ἴδεν, γενεήν.

373. ALIUD.

Volebat Constantinum urbs semper aurigari;
 volebat, sed voto non annuit Natura.
Inde suorum hoc signum lenimen-invenit amorum,
 ut eum nec oblivium nec ævum involveret,
sed maneret desiderantibus amor, studiumque equos-agitantibus,
 ornamentumque stadiis, posterisque sermo.
Et quispiam videns deinceps pejores aurigas
 beatam-dicet priorem, quæ eum vidit, ætatem.

374. ΑΛΛΟ.

Πέντε καὶ εἴκοσι μοῦνος ἀέθλια Κωνσταντῖνος
εἰς μίαν ἠριγένειαν ἑλών, ἤμειψε μὲν ἵππους
ἀντιπάλοις· κείνους δὲ λαβών, οὓς πρόσθεν ἐνίκα,
τοῖς αὐτοῖς πάλιν εἷλε μίαν τε καὶ εἴκοσι νίκας.

374. ALIUD.

Quinque et viginti solus bravia Constantinus
in una aurora adeptus, permutavit quidem equos
cum-adversariis; illis autem acceptis, quos prius vincebat,
iisdem rursus retulit unamque et viginti victorias.

---

370. *De eodem.*

Hanc habet effigiem juxta sibi sanguine junctos;
 Unum namque locum par erat esse tribus:
In Circo sua quos virtus æquavit honore,
 Sertaque, nemo queat quot numerare, dedit

371. *De eodem.*

Faustini sobolem gens Romula Constantinum
 Aurigas supra ponit apudque suos,
Certavit felix quia longo tempore: victor
 Cœperat, et victor desiit artis opus.
Aurigæ puerum quondam cinxere coronis,
 Censoremque sibi constituere senes.

372. *De eodem.*

Constantine, tibi dedit hoc Victoria nutrix,
 Quæ fuit a puero tempus in omne comes:
Florenti decies in Circo quinque per annos
 Nullius evenit terga videre tibi.
Imberbis laus namque viros tua, puberis olim
 Æquales, juvenes exsuperasse senis.

373. *De eodem.*

Non sivit Natura potens, quod Roma volebat,
 Constantine, tuos cernere semper equos.
Quare hanc effigiem solatia fecit amori,
 Facta tegat nebulis ne tua longa dies.
Aurigis maneant studia æmula, gloria Circo,
 Fidus amor populo, famaque postgenitis;
Ut nihil in Circo visuri tale nepotes
 Exclament: Ætas illa beata fuit.

374. *De eodem.*

Cum Constantino viginti et quinque dedisset
Palmas una dies, dat equos certantibus uti
Ipse suos, sumitque sibi quos vicerat ante,
Bisque decem palmas iterum tulit et super unam.

Πολλάκι δ' ἀμφοτέρων μερέων ἔρις ἔμπεσε δήμῳ,
τίς μιν ἔχοι· κείνῳ δὲ δόσαν κρίσιν ἐκ δύο πέπλων.

375. ΑΛΛΟ.

Ἔγρεο, Κωνσταντῖνε· τί χάλκεον ὕπνον ἰαύεις;
σεῖο δίφρους ποθέει δῆμος ἐνὶ σταδίοις,
σῆς τε διδασκαλίης ἐπιδευέες ἡνιοχῆες
εἵαται ὀρφανικοῖς παισὶν ὁμοιότατοι.

376. Εἰς Οὐράνιον.

Ἀμφοτέροις εἷς μοῦνος ἀριστεύσας παρὰ δήμοις
κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων ἔλλαχεν Οὐράνιος,
εἰσέτι διφρεύων. Τὸ δέ οἱ γέρας ἤλυθε πρῶτον
ἐκ Πρασίνων, οἷς δὴ γείτονα χῶρον ἔχει.
Αὐτοὶ καὶ σταδίοιο πεπαυμένον ἤγαγον αὖθις
ἐς δίφρους, νίκης μνωόμενοι προτέρης.

377. ΑΛΛΟ.

Παυσάμενον σταδίων Βασιλεὺς ἐπ' ἀγακλέϊ νίκῃ
αὖθις ὑπὲρ δίφρων βῆσεν ἀεθλοφόρων
Οὐράνιον, δήμοισι φέρων χάριν· οὐ ποθέει γὰρ
ἡ πόλις Οὐρανίου νόσφιν ἀεθλοσύνας.
Τοὔνεκα διφρεύοντα τὸ δεύτερον, ὑστατίης τε
νίκης καὶ προτέρης στῆσεν ἀγασσαμένη.

378. ΑΛΛΟ.

Οὐράνιος Νίκαιαν ἔχει πέλας ὁπλοτέρην τε
Ῥώμην, τῆς μὲν ἐών, τῇ δ' ἔνι κῦδος ἑλών.
Νικᾷ δ' ἀμφοτέρωθεν, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν
τῇ καὶ τῇ προθέειν ἠὲ παρεξελάαν.
Τοὔνεκα καὶ χρυσέῳ μιν ἀνεγράψαντο μετάλλῳ,
κυδίστῳ κτεάνων κύδιμον ἡνίοχον.

379. ΘΩΜΑ.

Εἰς Ἀναστάσιον.

Τὸν θρασὺν ἡνιοχῆα λελασμένον ἅρματος ἄθλων

At sæpe utrarumque partium æmulatio invasit populum,
quis eum haberet; illi vero dederunt judicium ex duobus [sagis.

375. ALIUD.

Evigilare, Constantine! quid æneum somnum dormis?
tuos currus desiderat populus in stadiis,
tuoque magisterio egentes aurigæ
sedent orbis pueris simillimi.

376. In Uranium.

Utrosque unus solus excellens apud populos
decus ab utrisque sortitus-est Uranius,
adhuc currum-regens. Illi vero merces venit primum
a Prasinis, quibus vicinum locum obtinet.
Ipsi et stadio functum duxerunt rursus
in currus, victoriæ memores prioris.

377. ALIUD.

Defunctum stadiis Princeps post valde-illustrem victoriam
rursus curribus imposuit decertantibus
Uranium, populis morem gerens; non curat enim
urbs Uranio absente certamina (*circensia*).
Ideo regentem-currus iterum, novissimæque
victoriæ causa et prioris, erexit admirata.

378. ALIUD.

Uranius Nicæam habet prope se et juniorem
Romam, in illa quidem natus, in hac vero gloriam ade- [ptus.
Vincit autem utrimque, quod peritissimus erat
hac et illa procurrere aut prætervehi.
Idcirco et aureo illum effinxerunt metallo,
insignissimo bonorum insignem aurigam.

379. THOMÆ PATRICII.

In Anastasium.

Audacem aurigam immemorem currûs laborum

Partibus adversis gravis, utri cederet ille,
Lis fuit, et gemino laudatur judice panno.

375. *De eodem.*

Perpetuum dormis cur, Constantine, soporem?
Surge : cupit currus Roma videre tuos.
Gens agitatorum monitis ducis indiga tanti
Flet, velut orba suo facta parente domus.

376. *De Uranio.*

Victor in hac secta populi, mox victor in illa,
A parte Uranius munus utraque refert,
Dum spectatur adhuc : cepit sed præmia prima
A Prasinis, quibus hic stare propinquus amat.
Idem palmarum memores, quas ferre solebat,
Emeritum Circo restituere senem.

377. *De eodem.*

Clauserat Uranius curru victore labores:
Rex iterum celeres flectere jussit equos.
Præstitit hoc populo : siquidem certamina nulla,
Uranio fiunt quæ sine, Roma probat ;
Quæ reduci statuam dedit hanc, victoria nempe
Quam meruit juncta posteriore prior.

378. *De eodem.*

Uranius Nicæan habet Romamque secundam
Se propter : patria est illa, dat ista decus.
Parte in utraque fuit victor, seu currere primo
Sors data, sive alius prætereundus erat.
Auro propterea datus est spectandus, ut ipse
Aurigas, aurum sic quia vincit opes.

379. THOMÆ PATRICII,

de Anastasio.

Auriga egregius, sed nunc oblitus equorum,

ἐνθάδ' Ἀναστάσιον κείμενον οὖδας ἔχει,
ὃς τόσσους ἀνεδήσατο πρὶν στεφάνους, ὅσα ἄλλοι
ἔδρακον ἡνιόχων ἤματα ἱππασίης.

hic Anastasium jacentem tellus habet,
qui tot cinxit prius coronas, quot alii
viderunt aurigarum dies equitationis.

380. Εἰς Πορφύριον, μέρους Βενέτων.

Ἐν γῇ κρατήσας παντὸς ἁρματηλάτου
καλῶς ἐπήρθη καὶ πρὸς αἰθέρα τρέχειν
Πορφύριος, τὸ θαῦμα δήμου Βενέτων.
Νικῶν γὰρ οὗτος πάντα γῆς διφρηλάτην,
ἄνεισιν, ὡς ἂν καὶ σὺν ἡλίῳ δράμῃ.

380. In Porphyrium, e partibus Venetorum.

In tellure postquam-superavit omnem currûs-rectorem
pulchre evectus-est etiam ad æthera ut-currat
Porphyrius, miraculum populi Venetorum.
Vincens enim hic omnem terræ currûs-rectorem
sursum-it, ut et cum sole currat.

381. ΑΛΛΟ.

Ἴουλον ἀνθῶν πρῶτον οὗτος ἡνίας
Πορφύριος Κάλχαντος εἷλκε Βενέτου.
Ἐκπλήττομαι δὲ πῶς γράφει χεὶρ ἐμπνόους
τούτου τις ἵππους. Καὶ γὰρ ἂν πλήξῃ πάλιν,
οἶμαι, δραμεῖται νῖκος εὑρεῖν καὶ πάλιν.

381. ALIUD.

Lanugine florens primum hic habenas
Porphyrius Calchantis *filius* tractavit Veneti *populi*.
Stupor vero tenet me, quomodo scribat manus spirantes
hujus equos aliqua. Etenim si verberaverit rursus,
opinor, curret, victoriam ut-inveniat etiam rursus.

382. Εἰς Φαυστῖνον, μέρους Πρασίνων.

Σκόπει τὸ δρᾶμα μηχανουργοῦ τοῦ δόμου·
εἰ μὴ γὰρ ἐστέγαστο καρτερᾷ σκέπῃ,
πρὸς οὐρανοὺς ἂν ὦρτο Φαυστῖνος τρέχων
ὡς ζῶν σὺν ἵπποις, τὸ κλέος πρὶν Πρασίνων.
Ἆρον στέγος γὰρ, καὶ φθάνει πρὸς αἰθέρα.

382. In Faustinum, e partibus Prasinorum.

Adspice opus architecti hujus domûs:
nisi enim tecta esset solido operculo,
ad cœlos sublatus-esset Faustinus currens,
tanquam vivens cum equis, decus olim Prasinorum.
Tolle enim tectum, et *ille* statim-currit ad æthera.

383. ΑΛΛΟ.

Φαυστῖνος οὗτος, ὁ πρὶν ἁρματηλάτης,
ὃν δῆμος εὑρὼν τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων
τὴν ἧτταν ἠγνόησε παντελῶς δρόμῳ.
Γέρων μὲν ἦν γὰρ, ὡς βλέπεις· τὸ δὲ σθένος
ἦν τις νεάζων, οὐδ' ὅλως ἡττημένος.

383. ALIUD.

Faustinus hic est, olim prius currûs-rector,
quem populus nactus partium Prasinoru[m]
cladem dedidicit omnino cursu.
Senex enim erat quidem, ut vides; robore vero [nullus.
erat unus florens-juventa, nec quidquam-omnino immi-

384. Εἰς Κωνσταντῖνον ἡνίοχον Λευκῶν.

Λευκοῦ μεθέλκων ἡνίας Κωνσταντῖνος,
ἂν μὴ καθεῖρκτο στεῤῥότητι τοῦ δόμου,
τοὺς τρεῖς ἐνίκα, πρῶτος αἰθέρα φθάνων.

384. In Constantinum aurigam Candidorum.

Candidæ *factionis* in-varias-partes-trahens frena Constan-
si non cohiberetur soliditate tecti hujus, [tinus,
tres illos vinceret, primus in-ætherem evolans.

Æternum sub humo dormit Anastasius.
Qui tot habet sibi serta, quot in certamine Circi
Aurigis aliis præteriere dies.

380. *De Porphyrio, partis Venetæ.*

In orbe terræ vicit aurigas prius.
In orbe cœli nunc it idem currere
Porphyrius, ingens agminis Veneti decus.
Hic quippe, nullum cum sibi inveniat parem,
Agitare pergit proxime solis rotas.

381. *De eodem.*

Calchante Veneto patre Porphyrius satus
En frena rexit, flore vix umbrans genas.
Spirare miror ars equos ut fecerit,
Quos ipse flagro si semel percusserit,
Ut ante, credo, curret ad victoriam.

382. *De Faustino, partis Prasinæ.*

Mirandus artis hanc domum struxit faber;
Nisi illa firma tecta fecisset super,
Faustinus arces usque veheretur poli:
Sic ipse, Prasinûm fama, sic vivunt equi.
Auferte culmen, jam teret cœli vias.

383. *De eodem.*

Faustinus iste summus agitator fuit,
Quem nacta res gens Prasina sectantem suas
Nunquam reperta est æmulo in cursu minor,
Ætate senior, ut vides, sed viribus
Juvenile florens, nescius vinci fuit.

384. *De Constantino, auriga Albatorum.*

Hic frena Constantinus albati gregis
Tractans, nisi ista contineretur domo,
Ad alta cœli provolans tres vinceret.

Ἀρκάδος αἰχμητᾶ Φιλοποίμενος, ᾧ μέγα κῦδος
ἕσπετ' ἐνὶ πτολέμῳ, δούρατος ἀγεμόνι·
μανύει δὲ τρόπαια τετυγμένα δισσὰ τυράννων
Σπάρτας· αὐξαμέναν δ' ἄρατο δουλοσύναν.
Ὧν ἕνεκεν Τεγέα μεγαλόφρονα Κραύγιδος υἱὸν
στᾶσεν, ἀμωμήτου κράντορ' ἐλευθερίας.

Arcadis bellatoris Philopœmenis, quem magnum dec
secutum est in bello, militiæ ducem :
monstrant autem *hoc* tropæa facta gemina ex tyranni
Spartæ; crescentem vero sustulit servitutem.
Quarum rerum causa Tegea magnanimum Craugidis fil
erexit, inculpatæ statorem libertatis.

26**. ΦΙΛΙΠΠΟΥ

τοῦ Μακεδόνων βασιλέως.

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἠλίβατος.

26**. PHILIPPI

Macedonum regis.

Sine cortice et foliis, o viator, hocce super dorso
in Alcæum crucis-arbor defixa est præalta.

Ex libro IV (cap. 1).

32*. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν, νομικῆς φάος, εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη· « Πάντα Φύσις δύναται. »

32*. THEÆTETI SCHOLASTICI.

Hunc Julianum, scientiæ-legum lucem, videntes dixer
Roma et Beroë : « Nihil non potest Natura. »

Ex libro VI (cap. 13).

387*, 387**.

Καρκίνοι στίχοι ἔμμετροι κατὰ ἀναποδισμόν.

Ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα.
Ἀμήσας ἄρδην, δροφηφόρον ἥδρασα σῆμα.
Ἀλύξας ὥρην ἠνεμωμένην, ἤρωσα ξύλα.

Ἤδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ, Διομήδη.
Νοσῶ· σὺ, ὃς εἶ ἴαμα, Ἰησοῦ, σῶσον.
Νῷ ἐλατὰ, μὴ ὀνητὰ, σοφὸς ἄτη, νοήματα, Λέων.
Ἱερὰ σὰ παρὰ χείλη, Ἥλιε, χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.
Νόμον, ὁ κοινὸς, ἔχε σὸν οἰκονόμον.

Σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω, χαρᾷ τῶν ἄνω, γελῶ τὰ κάτω, λέγων· Ἄνω ταραχῶν ἂν ὦ, ἤδη ἔγωγε σοφός.

387*, 387**.

Cancri versus retrogrado litterarum ordine.

Luctatus ante pullo exsultans veni.
Messe facta funditus, tectum-ferens exstruxi acervum
Elapsus tempestatem ventilatam, insevi ligna (*arbore*

Jam mihi Jovis sane fons apud te, Diomede.
Morbo laboro : tu, qui es medela, Jesu, salva *me*
Mente ductiles, nec utiles, docta pestis, cogitatione
Sacra tua per labia, Helie, gaudium omne fluit. [Le
Munda tibi peccata, non vultum modo.
Legem, quæ communis *est*, tuum rectorem habe.

Sapiens equidem jam quum superne sim, gaudio sup
norum, rideo quæ *sunt* deorsum, dicens : Supra tur
tiones modo sim, jam equidem sapiens *sum*.

Arcadis ille soli Philopœmen gloria, bello
Maxima quem semper fama secuta ducem.
Bina docent Spartes spolia hoc detracta tyrannis,
Dum studet exoriens pellere servitium.
Jussit ob id Tegeë, soboles ut Craugidos audax
Hic libertatis staret in ære dator.

26**. PHILIPPI MACEDONUM REGIS,

de Alcæo.

Cernis in hoc tumulo sine fronde et cortice lignum?

Crux hæc Alcæo structa, viator, erit.

32*. THEÆTETI ORATORIS.

Julianum legum jubar ut videre, Negatum
Nil hominum ingenio, Roma ait et Beroë.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XVI

(APPENDICEM PLANUDEAM).

I. — In luctatorem Spartanum, non arte, sed robore vincentem. — 1. « Ἀργόθεν. Conf. Theocr. XXIV, 109 seq., ubi Argivi ob peritiam luctæ celebrantur, et Diotimum IX, ep. 391. — 3 ἔγωγε μὲν Cod., sed requiritur *ego vero*, quare ἐγώ γε μὲν scripsi, auctore Schæfero. » *Jac.* Idem in Delectu p. 76 : « Lacedæmonios luctantibus magistros adhibuisse negat Plutarch. Apophth. Lac. var. 25, ἵνα μὴ τέχνης, ἀλλ' ἀρετῆς, ἡ φιλοτιμία γένηται. » Cf. Aristot. Polit. VIII, 4.

II. — « Latinis reddidit versibus Ferrand. Explic. II, p. 193. » *Boiss.* In statuam Theogneti, qui Olympiæ inter ephebos vicerat. — 1 Γνῶθι Θεόκριτον edebatur; metro succurrere conatus Friedemannus Θεόκριτον ὧδ' ἐσιδών. « Vir doctus in Museo crit. Cantabrig. n VI, p. 313, correxit Θεόχρηστον, remittens ad Pausan. VI, 12, 7. At hic Theochrestus victoriam curulem reportaverat; ille, quem Simonides celebrat, παλαιστὴς fuit. Aliud igitur nomen quærendum. Θεόγνητον posuit Schneidewinus in Delectu p. 421, sive Simon. p. 199, coll. Pausan. VI, 9, 1. » *Jac.* nott. mss. Pausaniæ verba certam esse hanc correctionem evincunt : Θεογνήτῳ δὲ Αἰγινήτῃ πάλης μὲν στέφανον λαβεῖν ὑπῆρξεν ἐν παισί· τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης. Quibus addit Schneidew. : « De eodem Pindarus Pyth. VIII, 35, carmine Aristomeni Æginetæ luctatori conscripto :

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνέων ματραδελφεούς
Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνητον οὐ κατελέγχεις.

Erat autem ex gente Midylidarum, quos Simonides v. 4 πατέρας ἀγαθοὺς appellat. Congruit etiam Ptolichi artificis ætas, de qua O. Müller. Æginet. p. 104. » In Grotianis quoque posui. — 2 ἀνίοχον Schneidew. qui confert Pindari Nem. VI, 69, de Melesia pædotriba, χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχον : *aurigam*, i. e. *rectorem*. Sic κιθάρας ἡνίοχον de Timotheo in Append. Epigr. n. 295. — 3 μορφᾶς Brunck. et Schneidew. — 4. Conf. XIII, ep. 14, 2.

III. — 2. « Id est, quinquertio vicerat. Non alius autem videtur ordo certaminum fuisse quam quo a Simonide enumerantur; v. interpretes in Pind. Nem. VII. » *Schneidewin.*

IV. — Conferendus Hom. Il. X, 369 seqq.

V. — « Elegans epigramma, in quo T. Quinctius Flamininus, Græciæ liberator, cum Xerxe comparatur. Scriptum videtur circa Olymp. 146, 1, a. U. c. 558, postquam imperator Romanus in ludis Isthmiis Græcos liberos immunesque esse jusserat. » *Jac.* Conf. T. Liv. XXXIII, 32-33; Plutarch. Flam. c. 10. Schol. Wech. citat Pausan. Phoc. c. 34, 2. Vide Hecker. I, p. 72-73.

VI. — « Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniæ, Ciroada, Odrysarum rege, superato, Dianæ manubiarum partem dedicat. *Alcæi Messenii* epigramma esse suspicatur Schneiderus [et ei quoque tribuit Bergk. Lyr. p. 735], equidem ad *Antipatrum Sidonium* referre malim. [Fortasse esse *Sami* putat Hecker. I, p. 76.] Ciroadas rex inter eos regulos latere videtur, quos Philippus, Amadoco devicto, timore compescuisse dicitur ap. Livium XXXIX, 36. » *Jac.* Confer de eo bello Polyb. XXIV, 6 seq. — 3 λάφυρα κατὰ θρ. edebatur. « Græce quidem dicitur τροπαῖον ἱστάναι κατά τινος, quo significatur spolia hostibus detracta in dedecus et contumeliam victorum in tropæi formam composita esse. Sed non puto hoc loco poetæ fuisse mentem, hanc prædam Hecatæ dedicatam esse, ut hostes ludibrio haberentur aut contemptui. Quamobrem emendavi λάφυρ' Ἑκάτᾳ, ubi τὰ λάφυρα maxime jungendum cum postremis ὅλας γᾶς Ὀδρυσίδος, ut XI, ep. 336, 1, τῆς Ἀσίης τὰ λάφυρα. » *Hecker.* Quod recepi. — 4 Ὀδριάδος vulgo, Ὀδρυάδος schol. ad Planud. Metam. Ovid. p. 251, καὶ πάσης γῆς Ὀδρ. hinc citans; corr. Brunck. — 6 πάλαι edebatur, πάλιν optime restituit Hecker., qui minus recte ἄχρι pro ἄγχι.

VII. — Dorotheus Thebanus, Sosiclis filius, egregius tibicen, instrumenta artis in Bacchi templo dedicat. — 1. Duas tibias inflabat Dorotheus. — 2. « Γοεροὺς Δ., miseram Trojanorum sortem, idque, ut videtur, ad αὐλοὺς Φρυγίους, qui γοεροὶ καὶ θρηνώδεις, ut est ap. Aristid. de Music. p. 101, aut, ut in hoc epigr., μαλακοί. » *Jac.* Del. p. 116. — 5 Διων. in primis editt., deinde Διον. negligenter. Προφῆται et ὑποφῆται etiam alibi de poetis. — 6. Vide ad ep. 84, 2 et 252, 2. — 8. « Pro scripto φόρμιγγα, quod non metri potissimum causa culpandum est, sed sententiæ, reposui φορβειάν, Græfio duce [qui incogitanter φορβειάς]. De φορβειᾷ vide Baudelot. Hist. Ptolemæi Auletæ p. 279 sqq.; Burmann. Sap. Hyperb. p. 43, ubi vultus est antiquus Marsyæ cum φορβειᾷ seu capistro. » *Boiss.* Legendus imprimis Ungerus *Stud.* XIV, qui hunc versum et totum epigr. eximia diligentia tractavit.

VIII. Lemma : εἰς στήλην Σατύρου. — « Ad Marsyam a Phœbo certamine superatum. Fabulam interpretatur Bœttigerus in Museo Att. I, p. 279 seqq. » *Jac.* Del. p. 30. De artis operibus O. Müller. Archæol. p. 549 seqq. — 2 δι' ἐντρήτων ed. princ. Flor., διὰ τρητῶν Aldus in Lectt. et sequentes edd.; εὐτρήτων Brunckius. « Nihil interest hoc an alterum præferas. Theocrit. Epigr. II, 3 : τοὺς τρητοὺς δόνακας. » *Meinek.* p. 158. Κροῦμα etiam de tibiarum sono dicitur. « Schol. Wech. : Πολυδεύκης ἐν τετάρτῳ (§ 80) μέμνηται περὶ πολυτρήτων αὐλῶν οὕτω πεποιημένων ἀπὸ (imo ὑπὸ) Διοδώρου τοῦ Θηβαίου. Verbum φθεγγόμενος bonum est. Nam dicebatur tibia quædam πολύφθογγος, et tibia quæ mala erat, ἄφθογγος. Vide Polluc. IX, 73, 17. » *Boiss.* — 3 οὐδ' ἔτι Meinekius, præeunte Sonntagio. Legebatur οὐδ' ἐνὶ σ. « Ἔργον, Minervæ ad Tritonidem paludem inventum. Pindar. Pyth. XII, 34 seqq. Pausan. II, 21, 6. *Tritoniacam arundinem* tibias vocat Ovid. Met. VI, 384. » *Jac.* ibid. — 4 ἐπανθήσει Aldus ex Codice, veteriores ἀπανθ. « Ad Ἀθάνας Schol. Wech. : Πανσανίας Ἀττικοῖς· πλησίον Φορμίωνος (i. e. non longe a loco quo de Phormione agitur, c. 24)· « πεποίηται Ἀθηνᾶ

Ἀρκάδος αἰχμητᾶ Φιλοποίμενος, ᾧ μέγα κῦδος
ἕσπετ' ἐνὶ πτολέμῳ, δούρατος ἁγεμόνι·
μανύει δὲ τρόπαια τετυγμένα δισσὰ τυράννων
Σπάρτας· αὐξαμέναν δ' ἄρατο δουλοσύναν.
Ὧν ἕνεκεν Τεγέα μεγαλόφρονα Κραύγιδος υἱὸν
στᾶσεν, ἀμωμήτου κράντορ' ἐλευθερίας.

26**. ΦΙΛΙΠΠΟΥ

τοῦ Μακεδόνων βασιλέως.

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἠλίβατος.

Ex libro IV (cap. 1).

32*. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν, νομικῆς φάος, εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη· « Πάντα Φύσις δύναται. »

Ex libro VI (cap. 13).

387*, 387**.

Καρκίνοι στίχοι ἔμμετροι κατὰ ἀναποδισμόν.

Ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα.
Ἀμήσας ἄρδην, ὀροφηφόρον ἤδρασα σῆμα.
Ἀλύξας ὥρην ἠνεμωμένην, ἤρωσα ξύλα.

Ἤδη μοι Διὸς ἄρα πηγὴ παρὰ σοὶ, Διομήδη.
Νοσῶ· σὺ, ὅς εἶ ἴαμα, Ἰησοῦ, σῶσον.
Νῷ ἐλατὰ, μὴ ὀνητὰ, σοφὸς ἄτη, νοήματα, Λέων.
Ἱερὰ σὰ παρὰ χείλη, Ἥλιε, χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.
Νόμον, ὁ κοινὸς, ἔχε σὸν οἰκονόμον.

Σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω, χαρᾷ τῶν ἄνω, γελῶ τὰ κάτω, λέγων· Ἄνω ταραχῶν ἂν ὦ, ἤδη ἔγωγε σοφός.

Arcadis bellatoris Philopœmenis, quem magnum decus
secutum est in bello, militiæ ducem;
monstrant autem *hoc* tropæa facta gemina ex tyrannis
Spartæ; crescentem vero sustulit servitutem.
Quarum rerum causa Tegea magnanimum Craugidis filium
erexit, inculpatæ statorem libertatis.

26**. PHILIPPI

Macedonum regis.

Sine cortice et foliis, o viator, hocce super dorso
in Alcæum crucis-arbor defixa est præalta.

32*. THEÆTETI SCHOLASTICI.

Hunc Julianum, scientiæ-legum lucem, videntes dixerunt
Roma et Beroë : « Nihil non potest Natura. »

387*, 387**.

Cancri versus retrogrado litterarum ordine.

Luctatus ante pullo exsultans veni.
Messe facta funditus, tectum-ferens exstruxi acervum.
Elapsus tempestatem ventilatam, insevi ligna (*arbores*)

Jam mihi Jovis sane fons apud te, Diomede.
Morbo laboro : tu, qui es medela, Jesu, salva *me*
Mente ductiles, nec utiles, docta pestis, cogitationes, o [Leon.
Sacra tua per labia, Helie, gaudium omne fluit.
Munda tibi peccata, non vultum modo.
Legem, quæ communis *est*, tuum rectorem habe.

Sapiens equidem jam quum superne sim, gaudio supernorum, rideo quæ *sunt* deorsum, dicens : Supra turbationes modo sim, jam equidem sapiens *sum*.

Arcadis ille soli Philopœmen gloria, bello
Maxima quem semper fama secuta ducem.
Bina docent Spartes spolia hoc detracta tyrannis,
Dum studet exoriens pellere servitium.
Jussit ob id Tegeë, soboles ut Craugidos audax
Hic libertatis staret in ære dator.

26**. PHILIPPI MACEDONUM REGIS,

de Alcæo.

Cernis in hoc tumulo sine fronde et cortice lignum?
Crux hæc Alcæo structa, viator, erit.

32*. THEÆTETI ORATORIS.

Julianum legum jubar ut videre, Negatum
Nil hominum ingenio, Roma ait et Beroë.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT XVI

(APPENDICEM PLANUDEAM).

I. — In luctatorem Spartanum, non arte, sed robore vincentem. — 1. « Ἀργόθεν. Conf. Theocr. XXIV, 109 seq., ubi Argivi ob peritiam luctæ celebrantur, et Diotimum IX, ep. 391. — 3 ἔγωγε μὲν Cod., sed requiritur *ego vero*, quare ἐγώ γε μὲν scripsi, auctore Schæfero. » *Jac.* Idem in Delectu p. 76 : « Lacedæmonios luctantibus magistros adhibuisse negat Plutarch. Apophth. Lac. var. 25, ἵνα μὴ τέχνης, ἀλλ' ἀρετῆς, ἡ φιλοτιμία γένηται. » Cf. Aristot. Polit. VIII, 4.

II. — « Latinis reddidit versibus Ferrand. Explic. II, p. 193. » *Boiss.* In statuam Theogneti, qui Olympiæ inter ephebos vicerat. — 1 Γνῶθι Θεόκριτον edebatur; metro succurrere conatus Friedemannus Θεόκριτον ὧδ' ἐσιδών. « Vir doctus in Museo crit. Cantabrig. n. VI, p. 313, correxit Θεόχρηστον, remittens ad Pausan. VI, 12, 7. At hic Theochrestus victoriam curulem reportaverat; ille, quem Simonides celebrat, παλαιστής fuit. Aliud igitur nomen quærendum. Θεόγνητον posuit Schneidewinus in Delectu p. 421, sive Simon. p. 199, coll. Pausan. VI, 9, 1. » *Jac.* nott. mss. Pausaniæ verba certam esse hanc correctionem evincunt : Θεογνήτῳ δὲ Αἰγινήτῃ π ά λ η ς μὲν σ τ έ φ α ν ο ν λαβεῖν ὑπῆρξεν ἐν π α ι σ ί· τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης. Quibus addit Schneidew. : « De eodem Pindarus Pyth. VIII, 35, carmine Aristomeni Æginetæ luctatori conscripto :

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνέων ματραδελφεοὺς
Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνητον οὐ κατελέγχεις.

Erat autem ex gente Midylidarum, quos Simonides v. 4 πατέρας ἀγαθοὺς appellat. Congruit etiam Ptolichi artificis ætas, de qua O. Müller. Æginet. p. 104. » In Grotianis quoque posui. — 2 ἀνίοχον Schneidew. qui confert Pindari Nem. VI, 69, de Melesia pædotriba, χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχον : *aurigam*, i. e. *rectorem*. Sic κιθάρας ἡνίοχον de Timotheo in Append. Epigr. n. 295. — 3 μορφᾶς Brunck. et Schneidew. — 4. Conf. XIII, ep. 14, 2.

III. — 2. « Id est, quinquertio vicerat. Non alius autem videtur ordo certaminum fuisse quam quo a Simonide enumerantur; v. interpretes in Pind. Nem. VII. » *Schneidewin.*

IV. — Conferendus Hom. Il. X, 369 seqq.

V. — « Elegans epigramma, in quo T. Quinctius Flamininus, Græciæ liberator, cum Xerxe comparatur. Scriptum videtur circa Olymp. 146, 1, a. U. c. 558, postquam imperator Romanus in ludis Isthmiis Græcos liberos immunesque esse jusserat. » *Jac.* Conf. T. Liv. XXXIII, 32-33; Plutarch. Flam. c. 10. Schol. Wech. citat Pausan. Phoc. c. 34, 2. Vide Hecker. I, p. 72-73.

VI. — « Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniæ, Ciroada, Odrysarum rege, superato, Dianæ manubiarum partem dedicat. *Alcæi Messenii* epigramma esse suspicatur Schneiderus [et ei quoque tribuit Bergk. Lyr. p. 735], equidem ad *Antipatrum Sidonium* referre malim. [Fortasse esse *Sami* putat Hecker. I, p. 76.] Ciroadas rex inter eos regulos latere videtur, quos Philippus, Amadoco devicto, timore compescuisse dicitur ap. Livium XXXIX, 36. » *Jac.* Confer de eo bello Polyb. XXIV, 6 seq. — 3 λάφυρα κατὰ θρ. edebatur. « Græce quidem dicitur τροπαῖον ἱστάναι κατά τινος, quo significatur spolia hostibus detracta in dedecus et contumeliam victorum in tropæi formam composita esse. Sed non puto hoc loco poetæ fuisse mentem, hanc prædam Hecatæ dedicatam esse, ut hostes ludibrio haberentur aut contemptui. Quamobrem emendavi λάφυρ' Ἑκάτᾳ, ubi τὰ λάφυρα maxime jungendum cum postremis ὅλας γᾶς Ὀδρυσίδος, ut XI, ep. 336, 1, τῆς Ἀσίης τὰ λάφυρα. » *Hecker.* Quod recepi. — 4 Ὀδριάδος vulgo, Ὀδρυάδος schol. ad Planud. Metam. Ovid. p. 251, καὶ πάσης γῆς Ὀδρ. hinc citans; corr. Brunck. — 6 πάλαι edebatur, πάλιν optime restituit Hecker., qui minus recte ἄχρι pro ἀγχι.

VII. — Dorotheus Thebanus, Sosiclis filius, egregius tibicen, instrumenta artis in Bacchi templo dedicat. — 1. Duas tibias inflabat Dorotheus. — 2. « Γοερούς Δ., miseram Trojanorum sortem, idque, ut videtur, ad αὐλοὺς Φρυγίους, qui γοεροὶ καὶ θρηνώδεις, ut est ap. Aristid. de Music. p. 101, aut, ut in hoc epigr., μαλακοί. » *Jac.* Del. p. 116. — 5 Διων. in primis editt., deinde Διον. negligenter. Προφῆται et ὑποφῆται etiam alibi de poetis. — 6. Vide ad ep. 84, 2 et 252, 2. — 8. « Pro scripto φόρμιγγα, quod non metri potissimum causa culpandum est, sed sententiæ, reposui φορβειάν, Græfio duce [qui incogitanter φορβειάς]. De φορβειᾷ vide Baudelot. Hist. Ptolemæi Auletæ p. 279 sqq.; Burmann. Sap. Hyperb. p. 43, ubi vultus est antiquus Marsyæ cum φορβειᾷ seu capistro. » *Boiss.* Legendus imprimis Ungerus *Stud.* XIV, qui hunc versum et totum epigr. eximia diligentia tractavit.

VIII. Lemma : εἰς στήλην Σατύρου. — « Ad Marsyam a Phœbo certamine superatum. Fabulam interpretatur Bœttigerus in Museo Att. I, p. 279 seqq. » *Jac.* Del. p. 30. De artis operibus O. Müller. Archæol. p. 549 seqq. — 2 δι' ἐντρήτων ed. princ. Flor., διὰ τρητῶν Aldus in Lectt. et sequentes edd.; εὐτρήτων Brunckius. « Nihil interest hoc an alterum præferas. Theocrit. Epigr. II, 3 : τοὺς τρητοὺς δόνακας. » *Meinek.* p. 158. Κροῦμα etiam de tibiarum sono dicitur. « Schol. Wech. : Πολυδεύκης ἐν τετάρτῳ (§ 80) μέμνηται περὶ πολυτρήτων αὐλῶν οὕτω πεποιημένων ἀπὸ (imo ὑπὸ) Διοδώρου τοῦ Θηβαίου. Verbum φθεγγόμενος bonum est. Nam dicebatur tibia quædam πολύφθογγος, et tibia quæ mala erat, ἄφθογγος. Vide Polluc. IX, 73, 17. » *Boiss.* — 3 οὐδ' ἔτι Meinekius, præeunte Sonntagio. Legebatur οὐδ' ἐνὶ σ. « Ἔργον, Minervæ ad Tritonidem paludem inventum. Pindar. Pyth. XII, 34 seqq. Pausan. II, 21, 6. *Tritoniacam arundinem* tibias vocat Ovid. Met. VI, 384. » *Jac.* ibid. — 4 ἐπανθήσει Aldus ex Codice, veteriores ἀπανθ. « Ad Ἀθάνας Schol. Wech. : Παυσανίας Ἀττικοῖς πλησίον Φορμίωνος (i. e. non longe a loco quo de Phormione agitur, c. 24)· « πεποίηται Ἀθηνᾶ

τὸν Σιληνὸν Μαρσύαν παίουσα, ὅτι τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐῤῥῖφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης. » De Marsya νυμφογενεῖ vide Larcher. ad Xenoph. Exped. t. 1, p. 14. » *Boiss.* — 6. Variat vulgare θνητὸς ὢν ἀθανάτῳ εἰς ἔριν ἦλθες. — 8. Στέφος, ut στέφανος, de victoria.

IX. — In ventrem. — 1. Κυνόμυια, gravissimum convicium ex duobus impudentissimorum animalium nominibus conflatum. « Vide grammaticum in meis ad Planud. Metamorph. notis p. 652, Eustathium ap. Brunck. ad Aristoph. Eq. 41. — Non servavi vulgatum epigramma X, quum idem sit epigrammati superius edito IX, 118, ubi v. not. Servavi tamen numeros, ne, quam nunc omnes critici in citanda Anthologia sequuntur, Jacobsiana series interrumperetur. » *Boiss.*

XI. Legitur etiam in primis foliis Codicis recentioribus, cum eodem lemmate Ἑρμοκρέοντος, pro quo ed. princ. Flor., Ald. 1, Junt. et cod. Lascaris, Τιμοκρέοντος. Sine nomine auctoris legitur in RS cum hoc lemmate : ἀπὸ ἀγάλματος Ἑρμοῦ ἑστῶτος ἐν νάπῃ Πλάτωνος. Supra ad IX, ep. 327 Salmasii testimonium attulimus de Ἑρμοκρέοντος nomine non antiqua manu scripto in Codice, sed recentiore, quo Schneidewini observatio, τοῦ ἀναθέντος esse nomen, non poetæ, egregie confirmatur. Jam restat unum in quo versamur poemation Hermocreontis, etiam a primis editoribus addubitati poetæ. Elegans epigramma *Platonis* esse statuit Schneidewinus (conf. duo sequentia ep. et lemmata). Ἑρμοκρέοντος autem a Planude fictum ex verbis Ἑρμοῦ ἑστῶτος obscurius exaratis. — 3 εἵσατο RS et vulgo. — 4. « Ῥύτορα, ut deum agrestem et νόμιον. Vid. ad cap. I, ep. 60 [IX, 72]. » *Jac.* Del. p. 357.

XII. Etiam hoc in primis foliis Codicis, ut videtur cum lemmate Plan. : ὡς ἀπὸ Πανός. Delevit Boiss. quod nescio unde ap. Jacobs. legebatur : εἰς ἄγαλμα Πανὸς ἐπὶ πηγῆς ἱστάμενον. RS : Ἀπὸ Πανὸς εἰς ὁδοιπόρους. In codice 1773 præpositum Πλάτω (sic), unde Jacobs. in notis mss. putat scribendum : Πλάτ. ὡς ἀπὸ Π. Ac tria epigrammata ejusdem auctoris esse videntur, Πλάτωνος νεωτέρου. Conf. Bergk. Lyr. p. 489 seq., Benndorf. p. 22 seqq. Salmasius varietatem enotavit ex Palatini foliis primis; notabo P. — 1 ἔρχευ P, Boiss.; ἔρχεο RS, edd.; εὐὴν P; ἢ τὸ RS, P. — 2 κεκλιμένη RS, P. — 3 ἐνὶ δὲ κρ. RS, ἥνιδε P; μελίζων RS, quocum per omnia præter titulum consentit cod. 1773.

XIII. Lemma in RS : Πλάτωνος εἰς αὐτό. Sine lemmate cod. Supplementi 352 ap. Cramer. (S). — 2 πυκνοῖς RS, S, edd., Boiss., Bergk.; πυκινοῖς Brunck. Deinde κῶμον codd.; κῶνον Scaliger, de ipsa pinu dictum, ut ap. Paul. Silent. Ecphras. 458, ab Jacobs. citatum. Addenda Thesauro significatio. Κλῶνας conjiciebat Wakefieldus. « Schol. Wech. : οἱονεὶ κωμάζουσαν· φρίσσουσαν δὲ εἶπε διὰ τὰ φύλλα· καὶ φρίττειν γὰρ λέγομεν τοὺς ἀγροίκους τὴν κεφαλὴν δι' ἀτημέλειαν καὶ ἀγριότητα. Est tamen vel post explicationem difficultas. Forsan ἐν ζεφύροισι κόμας. » *Boiss.* — 3 καχλ. RS, S; vulgo olim καγχλ. — 4 θελγομένῳ ἕξει Flor. et RS (hic fort. ἵζει), θελγομένων ἄξει S, θελγομένῳ ἄξει Ald. vulg.; θελγομένῳ στάζει conj. Emperius et Bergkius, sed ἄξει præplacet ob simplicitatem.

XIV. — « **In Amoris statuam prope fontem collocatam.** » *Jac.* — 1, 2. Vulgo interpungitur, ἔθηκεν ; — ὕδατι. — 2. Παύσειν. Jacobs. Del. p. 23 confert IX, ep. 420, 2.

XV. — « In Satyrum compedibus vinctum et arma fabrili arte tractantem ; quod poeta ita interpretatur, ut eum, paupertate coactum, vitæ sustentandæ causa τέχνην βάναυσον amplexum esse dicat. Gemmam aliudve artis opus describi puto, quod talem artificis lusum repræsentabat. Versu 4 autem quum Achilli arma cudere dicatur, nullus dubito quin illud artis opus ad eorum numerum referendum sit, quæ dramatum satyricorum scenas repræsentant. Fabula erat ex cyclo Trojanarum rerum; repræsentabatur Vulcani officina, inque ea, Cyclopum loco, Satyri in servitutem redacti, fere ut in Euripidis Polyphemo. » *Jac.* Ex his unum expressit artifex, poeta aliter interpretatur. Idem argumentum sequentis ep. — 2. In εὐάσταις accentum correxi. Ed. Gerhard corrigit εὐασταῖς αἰγοπόδαις, in libro *del Dio Fauno* p. 35, not. 60 : quod non probandum. — 3 κῶλον ed. pr. Flor., multæ deinde κῶμον, de quo errore jam Aldus monuit.

XV*. — Conf. ad ep. præcedens. — 1. Λαφύστιε, schol. λαίμαργε. — 2. Πήγματα vix possis explicare, sed servavit Boiss.; παίγματα conj. Jacobs.; probabiliter πλέγματα Ruhnkenius, ut apud alios poetas leguntur πλεκτοὶ θύρσοι, θύρσους πλέκειν. — 3 ποδίκροτον Ascens. et Steph., aliæ ποδίκριτον. — 4. Silenus Bacchum puerum nutrivisse narratur. — 5 αἰσχρήμων ed. princ. et aliæ, αἰσχήμων Ascens., Steph.; ἀχρήμων Scaliger; ἀσχήμων Porsonus vere, quanquam Boiss. : « αἰσχήμων servari posse videbatur » ; cujus vocis non ulla usquam auctoritas.

XVI. — Epigramma antiqua simplicitate insigne, et Eveno non indignum, judicat Bergk. Lyr. p. 1075. — 1. Proverbium vulgare : *vitium est omne quod est nimium*, vel, ut Seneca De tranq. an. 9, 4 : *vitiosum est ubique, quod nimium est*. — 2. « Mellis satietas fuit proverbialis; πλησμονὴ γὰρ ἡδέων ἁπάντων, Procopius ait Goth. I, 6, p. 31, 21. Joannes Chrys. t. III, p. 193, A : πρὸς τὰς τοῦ μέλιτος πηγὰς καὶ τήμερον ὑμᾶς χειραγωγῆσαι βούλομαι, μέλιτος οὐδέποτε κόρον ἔχοντος. Idem Epist. LX : πολλοῦ τοῦ μέλιτος τὴν ἐπιστολὴν ἀνέχρωσας, μᾶλλον δὲ καὶ μέλιτος αὐτὴν ἡδίω πεποίηκας· τὸ μὲν γὰρ ὅταν συνεχέστερον ὁμιλήσῃ τοῖς ἀπολαύουσιν αὐτοῦ τῆς γλυκύτητος, οὐκ ἔτι ὁμοίως ἡδὺ φαίνεται, τοῦ κόρου τὴν τυραννίδα τῆς ἡδονῆς καταλύοντος· τὰ δὲ γράμματα τα σὰ κτλ. » *Boiss.* Et Jacobs. : « Veteres mel bilem augere existimabant. Julian. Epist XXIV, p 391 : χολῆς γὰρ αὐτὸ ποιητικὸν εἶναι σύμπαντες ὁμολογοῦσι. »

XVII. « Ibyco nonnulli tribuunt sine idonea auctoritate. Cf. Schneidewin. ad Ibyci Reliqq. p. 220. » *Jac.* nott. mss. — Preces ad Pana pro agricola. — 1. « Φάτιν, μέλος et quidem νόμιον, quo armenta gaudent. — 3. Βεβριθότα [βεβριθόσι Brunck.], epitheton ab uberibus translatum ad munera lactis, quibus ubera turgent. — 5. πόσις. Ep. IX, n. 99 : εὐπώγων αἰγὸς πόσις. Theocr. VIII, 49 : ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ. *Vir gregis caper*. Virgil. Ecl. VII, 7; *olentis uxores mariti*, Hor. Od. I, 17, 7. » *Jac.* Del. p. 25.

XVIII. — Divitum opibus utendum, computandi curas relinquendum ipsis. — 2 τὴν ψῆφον δάκτυλι καμψοδύνῳ vulgo ; δακτυλικαμψόδυνον Brunckius vel potius Gesnerus : quod non recte formatum ; τὴν ψήφων δακτυλοκαμψοδύνην optime Meinekius ad Theocr. p. 391. « Schol. Wech. : ἐπεὶ λογιζόμενοι οἱ δανεισταὶ δακτύλοις ἀναμετροῦντες τὰ ὀφειλόμενα, εἴ τι ἀπόλωλε, τούτῳ ὀδυνῶνται τὰ μέγιστα. Vel si nil perierit, dolent digiti lassati ac rigentes. » *Boiss.*

XIX. — « In episcopum (Dioscurum, Alexandrinorum præsulem) cui concubina erat nomine Εἰρήνη. » *Jac.* — 1. « Schol. Wech. : Εἰρήνη δύο σημαίνει· πρῶτον μὲν ἣν εἰώθασιν ἐπίσκοποι λέγειν μιμούμενοι τὸν Σωτῆρα (ap.

Joann. XIV, 27), δεύτερον, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει· ὄνομα δέ ἐστι κύριον τῆς γυναικός· διαβάλλει γοῦν τὸν ἐπίσκοπον ὡς ἀναίσχυντον. De formula salutationis εἰρήνην δοῦναι vide quæ notavi ad Anecd. t. IV, p. 38 et 475; Tollium ibi allegavi, qui Insign. Itin. p. 169 id ipsum epigramma illustrat. » *Boiss.* Cf. Jacobs. Add. p. XCI. — 2 πάντεσσ' Bothius cum Passovio.

XX. — Fortasse in eundem est epigr. Palladæ, IX, n. 204. — 1. « Βαρύχειλον. Sic Cybale, *Afra genus*, quam descripsit auctor Moreti v. 32, fuit *torta comam, labroque tumens et fusca colore.* [Sic *labiosa* in Lucr. IV, 1165. Adde Jacobs. Anal. t. X, p. 137. Scite Grotius *labeonem.*]— 2. Δαίμονα λευκοφόρον. Schol. Wech. : οἱ γὰρ δαίμονες μέλανες εἶναι παραδίδονται. [Nimirum larvæ ex inferis emissæ.] Ille autem sophista albam erat indutus vestem. » *Boiss.*

XXI. — 1. Ἠνορέην, ὑπερηφανίαν hic, ut XV, 21, 9, ubi v. gloss. — 2. Orthodoxam fidem dicit, in concilio aliquo, ut videtur, defensam.

XXII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — In vett. editt. cohæret cum ep. VII, n. 690.

XXIII. — Casmylus Rhodius Pythionica. — 1. In Εἰπὼν accentum, a plurimis rejectum, tuebatur Ælius Dionysius; at v. Boiss. in XII, ep. 168, 5; mox νικᾷς Ursinus; νίκης vel δ' ἐνίκης Bergkius, quorum hoc esse verum videtur. — 2 Κάσμυλος vulgo, corr. Jacobs.

XXIV. — Milo Crotoniata, septies Olympionica : ex Simonidis æqualibus fuit. De quo Pausan. VI, 14. — 1 ὅς ποτε legebatur, ὃς ποτὶ Schneidewinus; nam non una olympiade vicit septies. « Πίσης est rivulus Olympiæ, de quo v. Xenophanis Eleg. fr. 2, 3, 21. » *Schneidew.* Del. p. 423. Cf. Strab. VIII, 3, 31. — 2 ἑπτὰ νικ. Ald. 1, Ascens.; ἑξάκι Bergkius, ex Pausaniæ testimonio. De sequentibus Boiss. : « Æschylus Ag. 62 : πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ, Γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου. Ibi vide Stanl. et Blomf., hunc hoc epigrammate etiam utentem. » Conf. seq. epigr. v. 4.

XXV. Legitur in primis foliis Cod. Palat. — In Damostrati Sinopensis statuam, sexies Isthmionicæ. — 1. « Εἴ τινα κλύεις. Similia conf. in nota ad VIII, ep. 111. Dixit κλύεις pro ἔκλυες, ut sæpe vel in prosa occurrit ἀκούεις pro ἀκήκοας. Conf. VII, ep. 390 et not. ad Æneam Gaz. p. 297. — 4 ψάμμος vulgo, sed ψάμμον est in apogr. Par. (superposita, ut videtur, varietate ψάμμος). Inde sumsi ψάμμον, quod conjecit Schæferus et commendavit Jacobs. [qui ex apogr. Gothano enotavit v. 3 καθ' ὑγρόν, v. 4 ψάμμονος, v. 5 ἴδ' ἐς πρ., quod recepit Boiss.; ἴδ' αὖ πρ. vulgo; ἰδοὺ πρ. Jacobs. Del. p. 77]. » *Boiss.* — 8. Κονίσομαι, nam ante pugnam luctatores pulvere se inspergebant.

XXVI. — « Hæc inscripta fuisse censemus tumulo Atheniensium qui occubuerant in expeditione contra Chalcidenses Eubϭæ suscepta, qui cum Bœotis Cleomeni Spartanorum regi in Atticam irrumpenti auxiliati erant; v. Herodot. V, 77. Dirphyn montem Eubϭæ memorat Eurip. Herc. fur. 185 et Euphorio fr. 83. » *Schneidewin.* — 4 τρηχείην legebatur vitiose; πολ. δεξάμενοι νεφέλην, ut a Virgilio (X, 806) Æneas *nubem belli sustinere* dicitur.

XXVII. « Lemma : εἰς Σαρδανάπαλον. Est Sardanapali epitaphium; quod quum fuerit Chœrilo tributum, tractatum est eruditissime a Nækio inter Chœrili fragmenta p. 196 seqq. Etiam illustravit id Buherius Dissert. de Sardanap. § 7. Videndus et Koopmanns Disp. de Sardan. p. 169. » *Boiss.* Conf. dicta ad VII, ep. 325; plura ap. Jacobs. in Anal. t. VI, p. 375 seqq. Hi versus juncti leguntur ap. Diodor. II, 23, excepto ultimo. — 1 ἄλεξε edebatur ante Lectiones Aldi. — 2 οὔτι ed. princ. Flor. et paucæ aliæ. — 3. « Nomen Νῖνος sæpius producitur. Vide Schweigh. ad Athen. t. VIII, p. 508; sed et corripitur nonnusquam; vide Næk. p. 228. » *Boiss.* — 4, 5. Distichon legitur VII, ep. 325; ταῦτ' ἔχω Diodor. et τέρπν' ἔπαθον.

XXVIII. — De illustri inter veteres musicos Pronomo Thebano, qui primus tibias invenit triplici modorum generi accommodatas, v. Pausan. IX, 12, et Athen. IX, p. 631, E, ubi Casaub. « De Thebis tibiarum usu claris v Bartholin. De tibiis p. 74. [Jacobs. laudat Dion. Chrysost. Or. VII, p. 263 Reisk. et Boettiger. De tibiarum inventione in Mus. Att. I, 2, p. 302 seq.] De Pronomo Sallier. in Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 379. » *Boiss.*

XXIX. — Epitaphium Hectoris secundum ænigma supra lectum, XIV, ep. 18, ubi vide de versibus 4 et 5. — 5 μάχης edebatur, corr. Scaliger. — 6 τάφος νέκυν ἀμφ. conj. Jacobs.

XXX. — Salmoneus, ab Jove fulmine percussus, a Polygnoto pictus queritur se ne in Orco quidem Jovis iram evasisse et usque fulmine feriri. Similia acumina contulit Benndorfius p. 60. — 1 Πολυκλείτου Θασίου in omnibus legitur, Πολυκλ. Θασίη in Plan. IV, 8, ubi hoc epigr. iterum exstat. Sed ille statuarius erat Sicyonius, Thasius Polygnotus pictor : quare jam Grotius Πολυγνώτου scripsit, quem secutus Brunck. Heynio quidem in Commentt. Soc. Gott. t. X, p. 94, verba χεὶρ κάμε anaglyphum potius quam poetam prodere videbantur, potius errasse poetam in Polycleti patria suspicanti : in qua re assentientem habet Sillígium Catal. artif. p. 370, non Benndorfium nec Brunnium. Heckerus p. 380 improbabiliter tentavit χεὶρ Πολυκλείτου μ' Ἰασίου κάμεν, coll. Steph. Byz : Ἴασον τὸ Ἄργος καὶ Ἰάσιοι οἱ κατοικοῦντες, quod gentile, ut alia, a Stephano fictum videri observat G. Dindorf. — 2. « De Salmoneo Basilius a me editus Notitt. Mss. t. XI, part. 2, p. 105; Hemsterh. ad Lucian. Tim. c. 2. » *Boiss.* Adde Heynii Excurs. ad Æn. VI, 585-594. — 4. Κοὐ λαλέοντα, nam *dixerat* olim se βροντᾶν καὶ ἀστράπτειν ut Jovem. — 5. « Verba εἰμὶ γὰρ ἄπνους eadem in sede hexametri posuit in epigr. ap. Athen. p. 318, B, Callimachus, qui quantopere lectitatus sit vel ex talibus minutiis planum fit; conf. Dioscoridis verba in epigr. IX, 734, ἔστι γὰρ ἄπνους. » *Benndorf.*

XXXI. — Simile epigr. incerti plenius legitur VII, n. 61, ubi habes var. codicis 1773. — 2 ἰσοθέων legebatur.

XXXII. — Eundem esse Gabrielum ὕπαρχον putant, quem Suidas memorat v. Ἰωάννης Φιλαδελφεύς. — 1. Φαέθων, Sol. Martialis Epigr. X, 32, de picta effigie M. Antonii Primi :

Ars utinam mores animumque effingere posset !

XXXIII. — 3. Κατευνάζων, proprie : nam *cubicularius* græce κατευναστής vel κατευναστήρ est; κουβικουλάριος vox barbara, et a Steph. Thes. abest. — 4. Ὑποσπείρειν οὔασι μειλιχίην pro simplici τὸν δεσπότην παρακινεῖν πρὸς εὐμένειαν, ut vulpes ait in Æsop. fab. 233. Schol. Wech.:

τῷ βασιλεῖ διαλεγόμενος οὐδέπω τινὰ τῶν ὑπηκόων διασύρεις, πάντας δὲ συνίστης.

XXXIV. — 1. « Schol. Wech. : Φιλαδέλφεια πόλις Λυδίας ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ Φιλαδέλφου κτισθεῖσα· ἔστι δὲ καὶ ἡ κεκαυμένη ὑπὸ Μυσῶν· καὶ Αἰγύπτου δὲ καὶ Συρίας, ἀπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. Abest a Stephano Byzant. Conf. mea Anecd. t. II, p. XI. » *Boiss.* Qui nihil de lemmate, quod non facile est conciliare cum carmine, nisi cum Jacobsio intelligas Philippum, quum ei hæc munera mitterentur, Smyrnæ prætorem fuisse.

XXXV. — « In Palmam quemdam, qui Cariæ magistratus fuisse videtur. Nomen Παλμᾶς ductum a Παλμάτος. *Palmatus* quidam commemoratur sub Honorio. » *Jac.* — 2 Παλμάτον legebatur, sed sic schol. Wech. : γράφεται καὶ Παλμᾶν, ἵνα ᾖ ὄνομα κύριον αἰτιατικῆς πτώσεως τὸ Παλμᾶν· ἄλλως γὰρ δύσκολον. Deinde editum τόσσον ἀγασσάμενοι, scil. ὥστε τόδε τὸ ἄγαλμα αὐτῷ ἱστάναι, durum et inficetum visum Jacobsio : quare cum Brunckio dedit στῆσαν ἀγ. At Boiss. : « Non necesse erat τόσσον mutare. Sæpe in statuarum inscriptionibus verbum reticetur; conf. ep. 43, 44, 69. »

XXXVI. Lemma : εἰς εἰκόνα τινὸς σοφιστοῦ ἐν Περγάμῳ δοθεῖσαν ἐπὶ πρεσβείᾳ πολιτικῇ. — « Ab Heraclamone Pergami cives, imagine dicata, veniam petunt, quod gratiam, exspectatione fortasse minorem, tam sero persolvant. — 1 seqq. Totum hunc locum bene interpretatur schol. Wech. : σύγγνωθι, φησίν, εἴ σοι μὴ τὴν προσήκουσαν ἀπενείμαμεν χάριν ἐν τῷ παρελθόντι καιρῷ, ἀντὶ τῶν πολιτευθέντων σοι καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῆς παιδείας τῆς σῆς. Νῦν γὰρ ἀντὶ τῶν ὧν ἐπολιτεύσω, καὶ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν συμβαλλούσης τῆς πόλεως φροντίδος, τήνδε σοι τὴν εἰκόνα ἀνεστήσαμεν. Ut εὐτρόχαλον μέλισσαν, sic Christodorus de Demosthene τροχαλὴν φωνήν, Ecphr. v. 29, et εὐτρόχαλον ἀοιδήν, de Orpheo, Apoll. Rhod. IV, 907. [Vid. Ernesti, Lex. technol. gr. v. εὔτροχος.] » *Jac.* Id. in Anal. t. X, p. 416 (ad A. P. IX, ep. 505, 6) : « de vocis suavitate vocabulum μέλισσα passim occurrit », coll. Christodor. Ecphr. v. 110 et hoc Agathiæ epigr. — 4. « Scripsi Ἡρακλάμον pro vulgari Ἡρακλάμων. Jacobs. cum ed. princ. Flor. dedit Ἡράκλαμον, accus. ab Ἡράκλαμος. Male; conf. Letronn. *Sur les noms propres grecs*, p. 29. » *Boiss.*

XXXVII. Hoc cognomen Leontii etiam in cod. Palat. IX, ep. 681. — « Scriptum videtur in Petrum Syrum, cui cognomen Barsames, de cujus apud Justinianum auctoritate turpique avaritia multa sunt ap. Procop. Hist. arc. c. 22. — 2. Ἀρχαί. Regiones, quibus præfuerat Petrus, in illa imagine expressæ fuisse videntur. » *Jac.* — 3. « Est δευτερα..., puto, *secunda*. Fuerat bis præfectus Orientis, et inter utramque præfecturam semel consul. » *Boiss.* — 4 κόχλου codd. Brunckii et ed. princ. Flor., sequentes κόλχου, quod Grotium in gravem errorem rapuit. Cod. Lasc. πορφυρέου, sed κόχλος non raro femininum. Consulatus *jus purpuræ* dabat.

XXXVIII. (Ad lemma :) « Suspicari licet pugnatum esse illud prœlium cum Chosroe Persarum rege, qui anno p. Chr. 540 Syriam invadens usque ad Antiochiam penetravit. — Dicitur Synesius fortitudine Spartanos, justitia Athenienses exæquare. — 1. Spartani se solos esse viros gloriabantur; qua de re conf. Plutarch. Lyc. c. 14, Pelop. c. 17. » *Jac.*

XXXIX. — « Longinus is esse videtur qui post Narsem a Justino juniore Ravennam missus est. Eum pluribus legationibus functum esse, ex hoc carmine apparet. » *Jac.* 1. Ἴβηρ accipiendum de Iberia inter Pontum Euxinum et Caspium mare sita. — 3 ζείοντα Ascens., Steph.; Aldinæ male ζώοντα. *Agareni* pro Arabibus positi videntur. — 4. « Distinxi minorem in modum post πόνων, ut ὡς penderet ab μάρτυρες. » *Boiss.* — 6. Κευθομένην, latentem inter belli tumultus.

XL. « Lemma editum : εἰς εἰκόνα Κρίσπου, non convenire satis videtur. » *Boiss.* Brunckius : » Verisimilius est factum carmen occasione trium Fortunæ statuarum, aut pictarum imaginum, quibus ornata Crispi illius domus. » Sic Geistius, qui Sallustium Crispum, nepotem scriptoris, intelligi docuit. Eundem Horatius laudat Carm. II, 2, de sapienti usu bonorum, et Tacitus Annal. III, 30, dicit *diversum a veterum instituto per cultum et munditias, copiaque et affluentia luxu propiorem.* — 1. Lusu quodam in voce τύχαι fortasse simul indicari notionem latinæ vocis *fortunarum* conjicit Geistius. — 4 μυρίον ed. Steph., veteriores μυρίω. — 5 μεῖζον Brunck. perperam. — 6. « Καῖσαρ, vel Augustus vel Tiberius, sed ille potius, nam sub initium vel paulo post initium regni Tiberii mortuus est Crinagoras vel in Græciam rediit. » *Geist.*

XLI. « Lemma : εἰς εἰκόνα ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς Πλακίδου ὑπὸ τῶν τοῦ νέου σκρινίου. Pro Πλακίδου Ducangius scripsit Πλακιδίας : quem vide in Cpoli Chr. l. II, p. 142, ubi epigramma exhibet cum metrica versione et illustrat. In Glossario videndus est etiam sub nomine Σκρίνιον, quo loco Πλακιδου servavit, sed imprudens, puto, ac præ solita indiligentia. — In imaginem Thomæ Curatoris, juxta Imperatoris et Augustæ statuas collocatam in ædibus Placidianis, ubi thesauri erant imperatorii, quibus præerant Curatores. — 1. Ad παμβασιλῆος schol. Wech. : κείνου τοῦ βασιλέως. Nescio quid κείνου sibi velit. — [2. « Τὸ νέον τάγμα, Scriniarii vel Notarii recentioris institutionis. Nam plures horum hominum classes fuisse videntur. — 3. Θεσπεσίης συνωρίδος de Imperatore et Augusta acceperim : ξυνωρίδα τοῖν βασιλέοιν in Monodia in Constantinum illustravit Vesseling. Obss. p. 115 seq. » *Jac.*] — 7. Πόνημα. Schol. W. : ἀντὶ τοῦ ἀνάθημα· καὶ ἡ εἰκὼν εὐγνωμόνων ἀνδρῶν ἐστι καὶ οὐκ ἀχαρίστων. » *Boiss.*

XLII. « Lemma : εἰς εἰκόνα Θεοδοσίου ἄρχοντος ἐν Σμύρνῃ. — 1. Nolui cum Brunckio scribere Θεοδώσιον. Potius fuerit scribendum Θεοδόσσιον. Vel nil omnino tentandum. Accentui tantum magna vis in pronunciando erit danda. » *Boiss.* — 4. Magnifica et splendida ædificiis Smyrna urbs; sed eversa terræ motu erat a. p. Chr. 178, M. Aur. Antonino imperante : de quo vid. Philostr. in Vita Aristidis (Soph. II, 9).

XLIII. Lemma : εἰς εἰκόνα Δαμοχάριδος ἐν Σμύρνῃ. « Fortasse ille Damocharis, cujus epigrammata in Anthologia leguntur, Agathiæ discipulus, sub Justiniano, quo regnante plures Asiæ urbes terræ motibus dirutas esse constat. » *Jac.*

XLIV. « Hoc epigr. in codd et veteribus edd. cum præcedente epigr. continuatur; at revera sunt duo carmina, quorum hoc in Imperatoris, nescio cujus, statuam factum. » *Brunck.* Jacobsio scriptum videtur in Theodoram, Justiniani conjugem, quæ fortitudine sua factionum seditionem oppresserat; v. Procop. Pers. I, 26; Zonar. Ann. XIV, p. 61 seqq. Idem in nott. mss. : « De hoc epigr. egit Lobeckius in Procemio lectionum hiemalium Regiom. 1833-34. » Quod videre non contigit. Sequimur Brunckio-

fium, qui p. 78 : « Epigr. Plan. 44, in libri quarti capite, quo viri præclari celebrantur (εἰς εἰκόνας ἀγαθῶν ἀνδρῶν), non de regina agit, sed de Basilio. » Primo ideo versu Βασίλειε pro βασίλεια scribendum putat. Velim addidisset quem Basilium intelligat; non enim Macedonem Imperatorem, ob tempora horum epigrammatum. — 1 βασίλεια in libris. — 4 τ' ἐκ. Brunck. Schol. Wech.: ἤτοι τῆς χάρμης τῆς λυούσης τοὺς ἵππους· ἵν' ᾖ, κατεπολέμησας τοὺς πολεμίους πεζῇ δυνάμει ἐπιστρατεύσαντας. Quibus non explicantur ὁμόγνια πήματα, quæ nisi de bello intestino dici non possunt. Quare Jacobs. ἱππολύτης ad aurigas referebat, « qui, aurigandi studio omisso, armis et bello totam urbem implebant in illa seditione Nicæ nomine celebrata [vid. Gibbon. Hist. c. XL, § 2]. » Cujus Basilii et quæ res respiciantur, ignoro. Brodæum secutus Grotius Hippolyten Amazonem in latinis posuit.

XLV. Lemma : εἰς εἰκόνα Θεοδώρου ἄρχοντος. « Spectare videtur hoc ep. ad Theodorum Curopalatam, Heraclii Imp. fratrem, qui a fratre Augusto dux exercitus contra Saracenos missus, bellum cum iis per decem annos vario eventu gessit, tandem a. p. Chr. 618 occisus est. Heynius in Commentt. Gott. t. XI, p. 54 de Theodoro cogitabat eo, qui Præfectus Prætorio sub Theodosio juniore a. 409, Pylen Basilicæ instauravit. — 1. Ῥητῆρες, ῥήτορες, causarum patroni. — 2. Γραφὶς statua esse videtur. » *Jac.*

XLVI. Hoc ep. in primis foliis codicis Palat., etiam sequens, si Jacobs. recte scripsit t. XI, p. 268. Salmasius enotavit lemma : εἰς τὸ αὐτό, addens : « Vide epigramma Μορφᾶς ὁ γράψας [IX, 687], quod continenter sequebatur in optimo libro. » Diversa prorsus testatur Hasius p. XV volum. pr. « Est Nicetas Patricius, Gregoræ Patricii filius, qui erat patruus Heraclii Imp. Hunc pater Gregoras cum magnis equitum turmis terrestri itinere contra Phocam misit, dum Heraclius, Heraclii filius, maritimo itinere in eundem tenderet, pacto inter eos inito, ut, qui prior eo venisset, imperium, si posset, occuparet. Heraclius igitur, quum prior venisset, Imperator est appellatus; Nicetam vero ille semper coluit ut imperii participem, quin et statuam ejus equestrem auratam supra columnam in foro erexit. Ad hujus statuam videntur spectare duo hæc epigr., fortasse basi ejus inscripta. » *Jac.*

XLVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Vide præcedens ep.

XLVIII. — « Scriptum in Proclum, Ictum illustrem, qui, a Justino Thrace Quæstor factus, eximiam justitiæ et integritatis laudem tulit. — 2. Causarum patronum sive scholasticum Imperator aulæ vindicavit. Quantum Proclus valuerit apud Justinum, hominem ἀναλφάβητον, narrat Procopius Hist. arc. c. 6. — 3. Quæstores Imperatorum epistolas, decreta constitutionesque Principis in senatu recitabant — 6. Procli nomen quum non compareat in Fastis, intelligendus est Consulatus honorarius sive codicillaris. » *Jac.*

XLIX. — Hoc et sequens epigr. in Leonem Rhodiensem, puerum formosum. Pleniorem igitur, quam est in Palatino, *Musam puerilem* habebat Planud. — 1. Cinyras, formosissimus rex Cypri, Apollini in deliciis, Adonidis pater (v. Hom. Il. Λ, 20; Pind. Pyth. II, ant. 1, Nem. VIII, str. 2). Φρύγες, Ganymedes et Paris. — 3 ἔσσ' ἄρα edd. ante Steph. « Κερκαφίδη. Schol. W. : Ῥόδιε· ἐκ γὰρ τοῦ Ἡλίου καὶ τῆς Ῥόδου ἐγεννήθη Κέρκαφος, ὃς ἐν τῇ Ῥόδῳ κατῴκησε καὶ ἐγέννησε παῖδας Λίνδον, Ἰάλυσον καὶ Κάμειρον. Videtur sequi Eustathium, cujus verba et alia aliorum quære in Meursii Rhodo I, c. 4. » *Boiss.* — 4 λάμπεαι una ed. princ. « Malim sane μακαρτάτη ἔσσ' ἄρα νήσων, Ὦ Ῥόδος, ἢ τοίῳ λάμπεαι ἠελίῳ. » *Jac.* Τοίῳ ἠελίῳ, respectu et ad Solem insulæ deum, et ad illum Solis colossum Rhodi, qui *ante omnes in admiratione fuit* (Plin. XXXIV, 18). Sæpius vero formosi pueri cum Sole comparantur : v XII, ep. 59 et 178.

L. — In eundem. — 1. Nimirum λέων, Nemeæi loco. — 2. « Οὐκ ἦν sincerum est; v. Hermann. Opusc. t. IV, p. 370. » *Jac.* nott. mss.

LI. — In statuam Thyonichi athletæ, qui puer etiam juvenes et viros vicit. — 1. Θυώνιχον, scil. ἐτίμησαν. — 4. Μανίας, bono sensu, de ardenti studio.

LII. « Legitur integrum in primis foliis cod. Palatini et apogr. Par. » *Boiss.* — In Heran Laodicensem athletam. Conf. VI, ep. 256. — 1 λεύσων Pal. — 2. « Ἄτλαντα δεύτ. Καινὸς Ἄτλας alius appellatur VII, 692, 3. » *Jac.* Del. p. 78. — 6 Ἄργον apogr. Par. « Ludos Smyrnæ celebratos memorat Pausan. VI, 14, Pergamena certamina Dio Cass. l. LI, c. 20. Argis quinquennales ludi celebrari solebant de clypeo, qui agon appellabatur ἀσπὶς ἐξ Ἄργους. [Notum Actiacum certamen in honorem Apollinis, ab Augusto post Actiacam victoriam restitutum : de quo Virg. Æn. III, 280, ubi Heyn.; Suet. Aug. 18; Tac. Ann. XV, 23, etc.] » *Jac.* Fuit Heras περιοδονίκης. — 8. « Conf. XII, ep. 145. Schraderus Emend. p. 7 κόνιν illustravit. » *Boiss.* Similiter Pindar. Ol. XIII, ep. 2 : ὡς μὰν σαφὲς Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν. Conf. XIII, ep. 14, 5.

LIII. Lemma : εἰς δρομέα. « Gallice vertit Claver. ad Pausan. t. VI, p. 229. De Lada cursore vide ep. seq.; Clav. ib. p. 330, et Burett. Memor. Acad. Inscrr. t. III, p. 316. Ad sententiam conf. XI, ep. 86 [ubi v. not.]. » *Boiss.* Duo Ladæ fuere, alter Lacedæmonius, Ægiensis alter; v. Jacobs. Animadv. in h. ep. t. XII, p. 58 seq. — Λάδας vulgo, corr. Meinek. et alii. Præposterum ordinem vocabulorum reliqui, non tam metricis rationibus quam Palatini in similibus auctoritate et ipsa orationis convenientia sic redintegrandum :

Τὸ στάδιον Λάδας εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
οὐδὲ φράσαι δυνατόν· δαιμόνιον τὸ τάχος.

Quod Benndorf. p. 14, præeunte Jacobs. t. XII, p. 59, cum XI, ep. 86 conjunxit, v. 2 ἄλλος vertens in Λάδας. Ibi habes perfectam, ut videtur, correctionem ab Henrico Jacobi, quanquam etiam tetrastichon Benndorfii recto stat talo.

LIV. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. « Gallice vertit Burett. Memor. Acad. Inscrr. t. I, p. 286 et partim Claver. ad Pausan. t. VI, p. 330. » *Boiss.* — In imaginem Ladæ a Myrone ex ære fusam (de qua Benndorf. p. 15, not. 1). — 1. « Φεύγων. Recte schol. W. : λέγων τὸν ἀνταγωνιστήν, ὃν Λάδας προδραμὼν καὶ πρότερος ἐδόκει φεύγειν. Forsan εὔπνοε Λάδα. — 2 θυμὸν libri. Non scribam Θῦμον. Nam in nominibus propriis accentus appellativorum non semper retrahitur. » *Boiss.* Nomen proprium esse adversarii Ladæ primus vidit Grotius. Sequentia sic scripta : ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα, sine varietate, sensu nullo. Boiss. cum Heynio πνεύμ. in νεύματι mutans, sic vertit : *ponens unguem in digitorum extrema articulatione.* Est νεῦμα ποδῶν in Simmiæ Ovo (XV, n. 27), v. 7. Scaliger conjecit ὄνυχι, quo usus Jacobs. ἐπ' ἀκροτάτῳ ῥίμφα συθεὶς vel lenius νεῦμα τιθεὶς ὄνυχι, alterum hoc sensu : *pendens in extremis pedum digitis.* Hecker. I, p. 68 versum ita refingit :

ἐπ' ἀκρ. νεῦρα ταθεὶς ὄνυχι, et jungendum ait φεύγων ἐπ' ἀκροτάτῳ ὄνυχι : ταθεὶς νεῦρα autem, quod in summa celeritatis contentione nervi rigent; coll. ep. 266, 2 : νεῦρά σε μανύει τετανυσμένα, et Theocrit. I, 43, inprimis XXV, 148. Quod Benndorf. p. 14 recepit. Nobis, si quid mutandum, βήματι pro νεύματι placuerit : sive βῆμα intelligatur βάσις aut de solo stadii aut de ipsa basi statuæ, sive potius βήματι pro βαλβίδι accipiendum, quo sensu βαλβὶς non tam de loco unde cursores emittuntur, quam de cursus termino et de quolibet fine extremo dicitur : exempla habet Jacobs. Anth. Pal. t. III, p. 48 (ad IV, ep. 3, 85). — 3 ἐχάλκευσε Μύρων libri, corr. Huetius et Scaliger. — 4 πισσαίου προσδοκίῃ libri, corr. Brunck. *Pisææ ramus olivæ*, Juven. XIII, 99. Finiri in hoc versu epigramma statuit Benndorfius : « nam qui sequuntur si cum prioribus unum epigr. efficerent, misere non solum allocutio sisteretur præter usum horum poetarum, sed etiam eædem sententiæ iterarentur. Aperte hi versus ad aliud epigr. de eadem Ladæ imagine pertinuerunt. » Ideo divisimus, ut sit in eadem basi altera inscriptio. — 5. « Schol. Wech.. ἀντὶ τοῦ· ἦν γὰρ ὡς τρέχων πνευστιῶν τῷ τοῦ δρόμου καμάτῳ. — 7. Πηδήσει. Similia conf. ep. 58, 142, 146. » *Boiss.* — 8 ὦ libri. Πνεύμ. ὠκυτέρα, quippe hominem *vento celeriorem* repræsentans.

LV. — In Lyronis athletæ statuam, aliunde non cogniti.

LVI. — In statuam tertiam Eusebio positam Constantinopoli. — 1. « Βυζαντιὰς Ῥώμη. Sic ep. 72. Est et Βυζαντὶς Ῥώμη ep. 80. Vide Ducang. ad Paulum Sil. Descr. S. Soph. 145; cui Paulo ibid. 164 Roma dicta est Λατινιὰς Ῥώμη· ubi et Ducang. [Idem multa de variis novæ Romæ nominibus in Cpol. Chr. l. I, c. VI, p. 33 seqq.] — 6. Schol. W. : ἴσως στασιαζούσης τῆς πόλεως τῶν Βυζαντίων τῇ τούτων μεσιτείᾳ [?]· οἱ πολῖται δὲ ἠλλάγησαν, τούτου διαλλακτοῦ ὄντος. » *Boiss.*

LVII. — 1. Ἀλλ' ἡ τέχνη etiam cod. S Crameri, sed aliquid offensionis habet hic exitus spondaicus; ἀλλά με τέχνη vel ἀλλ' ὁ τεχνίτης conj. Gerhardus. — 2. « Color ductus ex ep. 60, Simonidis, ubi Scopas Baccham ἐκμῆναι dicitur. » *Jac.*

LVIII. — In Bacchæ saltantis statuam.

LIX. — 1 ἐπισταμένας corrigebat Heynius. « Monui ad Anecd. t. IV, p. 346, non esse quod valde debeat offendere in junctis epithetis ἐπισταμένην αἰδομένην. » *Boiss.* — 4. « Arguta statuæ interpretatio. Quæ quum corpore nonnihil prominente ita ficta esset, quasi jam cymbala pulsatura, nec tamen sonus efficeretur, poeta eam pudore impediri ait, quominus artis fortasse nondum satis perfectæ det specimen; remotis arbitris, fore ut sonum edat. » *Jac.*

LX. Legitur in primis paginis Palat. Non est veteris Simonidis. — Baccham Scopæ descripsit Callistratus in Statuis II, p. 891. — 1. « Apogr. Par. ἕξεις. Quod si bonum est ob parile augmentum verbi ἐξέμηνε, erit δὲ delendum. » *Boiss.*

LXI. Lemma : εἰς εἰκόνα Νέρωνος. « Id est Tiberii. Sed nihil inest carmini quod imaginem vel statuam ostendat. Gesta Tiberii celebrantur. » *Geist.* De Armenia a Tib. Claudio Nerone in potestatem P. R. redacta vide Vellei. II, 94 (coll. Horat. Epist. I, 12, 26 ubi Orell.), de bello Pannonico et Germanico prospere gesto eund. II, 96-122 et Dion. Cass. l. LIV, c. 31, 34, 36; l. LV, c. 28 seqq. Docte igitur J. B. Russeavius in Epigr. III, n. 1 :

Est-on héros pour avoir mis aux chaînes
Un peuple ou deux? Tibère eut cet honneur...

et in Carm. ad Fortunam *Tiberii triumphos* memorat. — 3. « Κράτος, i. e. νίκη, ut passim ap. poetas. » *Jac.* — 4 εἶχε libri; εἶδε Scaliger et Huet.

LXII. Legitur etiam in cod. S Cram. (v. ad. ep. 13) et B (cod. 1630). « In lemmate extremo Brunckius ἐν τῷ Αὐγουστιῶνι scripsit ex mente Bandurii Antiq. CPol. t. II, p. 841. Omnes enim auctores Justiniani statuam equestrem *in Augustæo*, nemo in Hippodromo, positam fuisse tradunt. Graphice eam descripsit Procopius De ædif. I, 2, p. 10. » *Jac.* — 2. « Schol. Wech. : γενέτης, ὁ σύμβουλος. Παῖς, ὡς πολίτης. Quam explicationem probat et illustrat Reiskius ad Constant. p. 611. [« De Eustathio Senatore nihil aliunde constare videtur ». *Jac.*] — 3. Schol. W. : νικᾷς γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὰς ἄλλας ἄλλων εἰκόνας. — 4 μετηνεμίων ἵππων ἐφ. S; μετηνεμίῳ ἵππῳ B. — 5. ὕψος vulgo; ὑψόσ' editur ex S [et Scalig. in not. mss.]; in B est, si bene notavi, ὑψόσ. [Quare servavi quam Jacobs. posuit Scaligeri emendationem; Boiss. nil mutavit et vulgatum ὕψος referebat ad ἔχοι. « Respicitur altitudo columnæ in qua Imperatoris statua erat posita. » *Jac.*] Schol. W. : τὰ μετέωρα, φησὶ, τὸ σὸν κράτος. — 6 ἔχει B; idem om. καὶ et ad marg. ponit τῶν. Schol. W. : μὴ μέντοι καὶ οἱ καταπολεμηθέντες σοι ἀποστῆναι δυνηθεῖεν καὶ ἐπὶ τὴν χώραν ἐπιστρατεῦσαι τὴν Βυζαντίων. » *Boiss.* Vid. Heynius in Comm. Gott. t. XI, p. 50; XII, p. 276.

LXIII. — 1. « Babylonis imago in basi statuæ expressa fuisse videtur. » *Jac.* — 4. Schol. W. : ἦν γὰρ ὕπαρχος τοῦ βασιλέως Ἰουλιανὸς, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δηλοῦται, scil. ep. 69, 70, 71 Plura de Juliano Bandurius loco supra citato.

LXIV. Lemma : εἰς στήλην τοῦ αὐτοῦ, vitiose. Portum Juliani, qui postmodum Sophiæ, a Justino purgatum esse tradit Cedrenus. « Ducangius illustravit et versibus latinis reddidit hoc ep. Cpoli Chr. l. I, p. 59. — 1 ἔπαρχος Brunck., ut alibi temere. — 4. Πετάσεις. Schol. W. : ἐκτείνεις· ἐμπλήσειεν γαλήνης τὴν θάλασσαν· τοὺς γὰρ βασιλεῖς γαλήνην [rectius γαληνότητα vel γαληνοὺς] ἐκάλουν. » *Boiss.*

LXV. — « Versibus latinis redditum et illustratum in Ducang. Cpoli Chr. l. I, p. 77 [qui ad argenteam statuam in Foro Tauri positam referebat, sed per errorem expositum a Jacobsio ex Bandur. Ant. t. II, p. 802 et 842]. » *Boiss.* — 3. Παρὰ ποσσίν, in basi statuæ, ut videtur, expressa. — 4. Κεκορυθμένος, qualem effingit Claudian. De III. Consul. Honorii v. 29 sqq. ad simulationem Homerici Hectoris κορυθαιόλου. — 5. ῥηϊδίως, *avec aisance*

LXVI. « Lemma ex Hesychio Illustrio Orig. Cpoleos p. 52 desumtum, qui et ipsum epigr. exhibet : Καλλιάδης στρατηγὸς Βυζαντίου τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην Βασιλικὴν ἀνέθηκεν, ἐπιγράψας οὕτως. Vide qui bis id epigr. tractat Ducang. Cpoli Christ. l. I, p. 17 et 45; de loco Basilica dicto vid. Meurs. ad Hesych. p. 236. » *Boiss.* — 1. De Byzante vel Byza, Neptuni et Ceroessæ filio, Byzantii conditore, v. Ducang. l. c. p. 16.

LXVII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. — 2 βουπάλεως libri. « De δῶρον schol. Wech. : ἴσως γὰρ ἆθλον τοῦ ἀγῶνος τὴν Φιδάλειαν ἔσχεν. Sed jam Byzas Phidaliæ maritus erat, quum Scythas qui Byzantium oppugnabant Phidalia vicit. He-

sychius rem ipsam narrans Orig. Cpol. p. 47 : ἡ τοῦ Βύζαντος γυνὴ ἡ θαυμαστὴ Φιδάλεια... Tzetzes Chil. II, 934 : Ἡ τοῦ κρατοῦντος δὲ γυνή.... Significat poeta hanc statuam victoriæ deberi, esse fere donum a victoria datum. Bona est versio eaque metrica cum illustratione in Ducangii Cpoli Chr. l. I, p. 17. Vide et Burign. Hist. Cpoleos t. I, p. 4. Mirum est Olearium ad Tzetz. plane cæcutivisse nec fuisse a nupero editore correctum. De βουπάλεως schol. W. : παρὰ τὸ βοῦ, ὅ ἐστι τὸ πολύ· ἐπιτατικὸν γάρ ἐστι μόριον· ὡς καὶ τὸ βούπαις, οὕτω καὶ τὸ βούπαλις ἀεθλοσύνη. » *Boiss.* Ad quæ Lobeckius Patholog. proleg. p. 463 et elem. I, 205 : « Non est a βούπαλις (sicut etiam Thes. Did.), sed a βουπαλής, scribendumque βουπαλέος, nec *certamen magnam luctam habens* (strategema Phidaliæ urbem ab obsidione Scytharum liberantis) significari videtur, sed vel Phidaliæ quædam cum tauro silvestri colluctatio, vel Byzantis ipsius, quem Hesych. Miles. Orig. CP. c. 11, p. 62 Orell. narrat tum alias feras tum etiam taurum perdomuisse. »

LXVIII. Lemma : εἰς εἰκόνα Βερενίκης. — 1. Conf. ep. 79. — 2 ποτέραν libri, corr. Brunck.

LXIX. — « Petas metricam versionem et illustrationem ex Ducangii Cpoli Chr. l. II, p. 151. » *Boiss.* In Chalce (de qua ad IX, ep. 656) positæ erant eæ statuæ : v. Bandur. t. I, p. 7.

LXX. — « Bibliotheca a Juliano Imp. exstructa quum igne consumpta esset Basilisco imperante, a. 477, restaurata est sub Zenone vel Anastasio, curante Juliano Præfecto Urbi : hic, opere ad finem perducto, Imperatoris statuam auream ante bibliothecam posuit. » *Jac.* — 1. « Οἶκον Ἑλικῶνος. Schol. W. : ὡς ἀνοιχθέντος μουσείου, ὁ βασιλεὺς χρυσῆν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἐν τοῖς τοῦ φροντιστηρίου προθύροις στῆσαι προσέταξε. Nescio quid agens Brodæus participium ἀνηθήσαντα quasi esset ab ἀναβαίνω intellexit. Bonam versionem cum commentario dabit Ducangius Cpol. Chr. l. II, p. 150. » *Boiss.*

LXXI. — 2. Quum viris rerum Byzantinarum peritissimis, et Ducangio Cpoli Chr. l. II, p. 151, et Bandurio Ant. t. II, p. 843, prorsus ignoretur hæc Anastasia, Brunckius correxit χρύσεον στῆσεν Ἀναστάσιον. Κόσμος Πιερίδων idem qui modo οἶκος Ἑλικῶνος. Dicit, post exstructam bibliothecam, sive, ut schol. W., μετὰ τὸ μουσεῖον ἀνοῖξαι.

LXXII. — Lemma : εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. Brunckius, ut depravata versus 8 mensura, posuit utrobique Ἰουστῖνον. Et paucis quidem ante Justini Imp. obitum mensibus Persæ antea victores debellati sunt. — 3. Avares longam gerebant comam, τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ καὶ πεπλεγμένας, ut dicit Theophanes eorum legationem ad Justinianum describens. — 5 Pro τοῦτον, quod omnino corruptum videbatur, scribebat Boiss. ταγὸν, melius quid exspectans. Brunck. vero τῷ δ' ὅπερ, servato τοῦτον. Malim τοὶ δ' ὅ. vel σοὶ δ' ὅ. Sed nihil mutandum : τὸν δὲ τοῦτον cum emphasi dictum. — 6 ῥήτρης conj. Scaliger. Ἐξ ὑπάτου μίτρης significat *post exactum consulatum*. Cum Brunckio Justinum intelligens Jacobs. exposuit *propter consulatum*, « quem primus post longum intervallum Justinus restituit, populo gaudente et acclamante. Et ob hunc magistratum restitutum fortasse Imperatoris εὐνομία celebratur. » — 7. Βυζαντιὰς Ῥ. Vid. ad ep. 56, 1; ἄμμορε libri, ἔμμορε Brunck., quod *fortunata* vertit liberius, quum de fatis magis vel auspiciis novæ Romæ dictum videatur (ἔμμορον Hesychio εἱμαρμένον : de natalitio autem urbis themate per Valentem mathematicum, ex jussu Constantini, facto v. Ducang. Cpol. Chr. l. I, c. 6 fin.); ἄφθορε Scaliger. — 8. « Ad Ἰουστινιανοῦ schol. Wech. : τοῦ βασιλέως. Quum sit proprium nomen mensuræ vix aptum, forsan scholium et textus sedes permutaverunt, ut scribendum sit θεῖον τοῦ βασιλέως cum scholio Ἰουστινιανοῦ. » *Boiss.* Quod maluissem negligere. Quanquam autem in hoc nomine et in Ἰουλιανός apud hujus ævi versificatores ια nonnunquam pro una brevi sunt (v. Jacobs. in Anth. Pal. IX, ep. 524, 9), valde probabilis Brunckii emendatio.

LXXIII. — « Flavius Aurelianus consul fuit anno 400 cum Stilichone. Vid. Claver. ad Claudian. In prim. cons. Stilich. » *Boiss.* Plura Ducang. Cpoli Chr. l. II, p. 147, Bandur. Ant. II, p. 844. — 2. « Πατέρα βασ. Qui præfecti erant, iidem πατέρες πόλεως appellabantur. Patricii autem Constantini et Theodosiorum ævo *patres Imperatoris*, βασιλέως πατέρες, vocabantur, sive etiam uno vocabulo βασιλεωπάτορες. V. Reisk. ad Constant. p. 12 et 20. » *Jac.* — 4 κατέσπασεν edd. ante Steph. et Scaligerum.

LXXIV. Lemma : εἰς ἄρχοντα. Boiss. πρὸς ἄρχοντα, fort. ex cod. B. — Clementiam et comitatem severitate temperandam esse. — 1 Μῖξον, non μίξον, cod. B et S. — 5 ἀκούει B et S.

LXXV. — Cotyn quemdam ex pluribus Thraciæ eo nomine regibus insigni laude poeta celebrat. Cotys, Odrysarum rex, qui in bello Persei Macedonum partis fuit (Liv. XLII, 29), laudatur a Polybio XXVII, 10, ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιόλογος καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν πάντα μᾶλλον ἢ Θρᾷξ ὤν. Reiskius cum malit intelligi, quem Caligula Armeniæ præfecisse dicitur ap. Dion. Cass. l. LIX, c. 12, filium fortasse ejus, ad quem scripta Ovidii e Ponto epist. IX, et de quo Tacit. Ann. II, 64-67. Proinde quis Antipater auctor sit epigrammatis, ambigitur. — 1. « Observabatur poetæ locus celeberrimus de Agamemnone, Hom. Il. B, 478. » *Jac.* — 2 εὐκταίῃ ... εὐτοκίῃ vulgo; nominativum a Græfio propositum recepit Boiss.; εὐτοκία de ipsis liberis IX, ep. 349, 4. — 4. « Schol. Wech. : ὑπόθεσιν σαυτὸν προὔβαλες τῷ βουλομένῳ ἐγκωμιάζειν σε, ἅτε πάντα σχεδὸν τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν ἔχων, καὶ βασιλείαν μὲν παρὰ τοῦ Διὸς κτλ. Gallice vertit Boivin. Memor. Acad. Inscr. t. II, p. 291. » *Boiss.* — 5 seq. Non recte Grotius.

LXXVI. — Tabulæ subscriptum, ut ep. 79, ejusdem.

LXXVII. Lemma : εἰς εἰκόνα Θεοδωριάδος. — In Theodoram Justiniani, ut videtur Isamberto, *Histoire de Justinien*, p. 322. Valde mancam imaginem præ ipsa. — 1. Οὔτε χαίτην, quippe velamento tectam : v. seq. ep. — 4 γράψαι ed. Wech.

LXXVIII. Lemma : εἰς τὴν αὐτήν. Ed. princ. Flor. εἰς τὸ αὐτό. Ejusdem haud dubie *Pauli Silent.* — 3 κεύθοις Steph. et nonnullæ vett. — 5. « Schol. W. : πᾶσα γραφὴ (an γραφίς?) τῷ ἀρχετύπῳ χαρίζεται· αὕτη δὲ τοὐναντίον τὴν εἰκόνα ποιεῖ τῆς γραφομένης ἀδοξοτέραν. » *Boiss.* — 6 ἀπ' vulgo; corr. Jacobs. in nostro exemplo.

LXXIX. Lemma : εἰς εἰκόνα τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. « Synesius Epist. LXXV : τοὐπίγραμμά σου τὸ κλεινὸν (πῶς γὰρ οὐ κλεινὸν ὅπερ ὁ μέγας [cod. 1039 ὁ κλεινὸς] ἐπῄνεσε Νίκανδρος;)

Τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἡ Κύπριδος ἡ Στρατονίκης,

ἐπίστασαι πάντως ὅτι καὶ εἰς ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε παρὰ τοῦ στίχου μαθών. » *Boiss.* Conf. ep. 68.

LXXX. — In meretricis imaginem encausto pictam et expositam ab amatore ejus. — 5 αὐτοῦ conj. Jac. — 6 τήκεταί οἱ legebatur; ἡ Jacobsii conjecturam recepit Boiss.

LXXXI. Lemma Brodæi esse videtur; vett. edd. modo : ἐς ἄγαλμα. — 1. Θεός, Jupiter; δείξων, scil. σοί. Εἰκόνα, τὴν ἑαυτοῦ μορφήν Ad sententiam distichi Jacobs. in Del. p. 2 confert Senec. Controv. V, 34 : « Non vidit Phidias Jovem, fecit tamen velut tonantem; nec stetit ante oculos ejus Minerva : dignus tamen illa arte animus et concepit Deos et exhibuit. »

LXXXII. — Veteris esse Simonidis temporum ratio non patitur; neque Colosso inscriptum esse potuit, quod tradit Constantin. Porph. De adm. Imp. p. 172, quia basin non habebat Colossus; neque ἐν Ῥόδῳ scriptum esset. « De Colosso Rhodio Caylus Mem. Acad. Inscrr. t. XXV, p. 360; Allatius ad Philon. Byzant. c. 4, ubi et hoc epigramma tractat. Inter multos multorum locos his usus est Syncelli verbis corruptis p. 354 : τὸν ἐν Ῥόδῳ ἡλιακὸν κολοσσὸν τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν Κόμμοδος τὴν ἑαυτοῦ ἔστησεν. Scripsit τοῦ ἐν Ῥόδῳ ἡλιακοῦ κολοσσοῦ tacite ac citra necessitatem. Non vidit quod maximum est mendum, a Chevræo bene correctum, qui Opp. Misc. p. 422, pro ἐν Ῥόδῳ legit ἐν ἱερᾷ ὁδῷ. [Ibi enim de Neronis colosso Romæ, non de Rhodio, agitur; vid. Casaub. in Spartian. p. 78.] » *Boiss.* Ἑπτάκις δέκα legit Strabo, XIV, 2, 5, et convenienter Plinius XXXIV, 18, 3, *septuaginta cubitos.* Conf. O. Müller. Archæol. § 155. — 2 Λάχης Plan., sed Χάρης ex meliore fonte Draco De metris p. 99, hoc ep. citans. Idem nomen ap. Strab., Plin. et ceteros. *Laches* a nemine memoratus. Nota formula ἐποίει in operibus inscribendis : de qua Plin. H. N. Præf. § 20.

LXXXIII. — « Ex illustrioribus antiquitatis tabulis erat Timomachi *Ajax furens*, quam tabulam una cum ejusdem artificis Medea Cæsar dictator octoginta talentis emptam in Veneris Genetricis æde dicavit, secundum Plinium VII, 39, 1, coll. XXXV, 9, 1 et 40, 11. » *Jac.* Boiss. : « Schol. Wech. : μέμνηται Φιλόστρατος ἐν τοῖς εἰς τὸν Τυανέα (V. Ap. II, 22, p. 76, ubi Olear.), καί φησιν ὅτι (Τιμόμαχος) ζωγραφήσας Αἴαντα μαινόμενον καὶ Μήδειαν πολλὴν δόξαν ἀπηνέγκατο (de Medea tacet Philostratus). Ἐνταῦθα οὖν δοκεῖ περὶ τοῦ Αἴαντος εἶναι ὁ λόγος, καί φησιν ὅτι ἡ τέχνη τοῦ Τιμομάχου μᾶλλον ἔδειξε καὶ ἐποίησε φανερὸν τὸν Αἴαντα μαινόμενον, ἢ ὁ Τελαμὼν ἄνθρωπον φαίνεσθαι. De Timomachi pictoris ætate Lanauz. Mem. Acad. Inscrr. t. XXV, p. 293. Conf. infra ad ep. 135. » — 1 Αἶσαν vulgo. — 3, 4. Brunck interpretatur τὰ κερ. δάκρυα, mixtas lacrymas ex iniqui judicii dolore et e furoris pudore. Nec absimilia chori verba in Sophocl. Aj. 930 : ἀνεστέναζες ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις οὐλίῳ σὺν πάθει. Sensum ita παραφράζει Jacobs. : τὰ κεκραστὰ τῆς γραφῆς δάκρυα πᾶσαν πόνων καὶ λύπης ποικιλίαν δείκνυσι.

LXXXIV. In ed. princ. Flor. post Simonidis epigramma positum sine lemmate; cui Brunckius tribuit propter ep. IX, n. 758, ubi vide. Nescitur de qua pictura sit sermo, et num sit ille Cimon Cleonæus, inter priscos artis pictoriæ magistros, qui Eumari *inventa excoluisse* dicitur a Plinio, XXXV, 34, 4; coll. Ælian. V. H. VIII, 8. — 2. « Μῶμος. Sunt quæ id illustrent plurima in meis ad Nicetam notis pagg. 122, 365, 443; ad Aristænet. I, 1, p 239. » *Boiss.* Conf. ep. 7, 5-6, ubi πτέρυγας dictum videtur pro βέλη, ut ep. 252, 2, sed tropice.

LXXXV — Obscuro epigrammati Brunckius, versu 2 τῷ (τίνος) scribens, lemma præfixit : εἰς ἀγνώριστον κεφαλήν, quod est subabsurdum. Huetius de mutilata statua interpretabatur, cujus truncus modo superesset, de Scaligeri conjectura ita scriptum :

Ἁ τέχνα τὸν ἔλεγχον ἀπώλεσεν · οὐδὲ γὰρ αὐτὰ
μανῦσαι δύναται τῷ π όδ ε, τὰν κεφαλάν.

Sed incorrupta haud dubie scriptura est. capite truncata statua non potuit definiri cujusnam esset, et an responderet ori ceterarum partium habitus; nec indicare valebat *cuinam suum caput dederit*, i. e. ablatum sibi caput cuinam statuæ fuerit impositum, aut re ipsa, aut per dicendi formam jocularem, qua nos ex calvo non inepte quæramus : *à qui avez-vous donné vos cheveux?*

LXXXVI. — Priapus prætereuntem alloquitur et ridenti minatur. — 1. Τοὔμπρ., i. e. τοῦ ἐν πρασιῇ, pro quo Heckerus I, p. 69 τοῦ πρασιῆς φύλ. scribi jubet. « Schol. Wech. : λέγεται καὶ πληθυντικῶς πρασιαί · εἰσὶ δὲ αὐτοῦ (imo αἱ τοῦ) κήπου λαχανιαί · καὶ πράσιον δὲ τὸ λάχανον λέγεται κτλ. » *Boiss.* Erravit Grotius. — 2 τοῖος ὁ κύων ὃν ὁρᾷς libri, i. e. τοῖο; ὁκοῖον ὁρᾷς, quod restituit Meinekius ad Theocr. p. 348; ὁποῖον jam Jacobs. Heckerus τοίου, præcedentibus jungens. — 3. Nota Horatiana initio Satiræ VIII. Alia in Lusibus Priapeiis. « Ἀπὸ μίλτου non ad rubrum colorem referri debet, quo Priapi simulacra tingi solebant, sed ad canones rubrica coloratos. Statuarii in marmoris trunco lineas ducebant rubro, quibus illum in justas partes dividerent. » *Jac.* q. v. ad VI, ep. 205, 3, in Anal. t. VII, p. 61. — 4. Ξοΐς Hesychio μεταλλικὸν σκεῦος ἢ λιθουργικόν. Hic etiam ligno scalpendo inserviens; *properanti falce dolatus* in Propertio, IV, 2, 59. « Indicavi punctis sermonem interruptum, idque ab ipso deastro, qui viatorem non patienter videt se ridentem. » *Boiss.* — 5. Ἀγρεῖος γέλασον edebatur, cui adscripsit Salmas. : « lego ἀχρείως γέλασον »; et Boiss. : « Pro ἀγρεῖος recepi Brunckianum ἀχρείως, firmante conjecturam schol. Wech., in quo : γράφεται καὶ ἀχρεῖος, ac probante Schæfero in HSteph. Thes. Didotiano. » Ἀχρείως γελᾶν Homericum : v. Od. Σ, 163. Sequebatur μετὰ δ' εὐκλείους κεφ., cum scholio W. : γράφεται καὶ φυτά. Unde Εὐκλείους v. d. ad marg. cod. Leid., quod dedit Grotius; Brunckius γέλασον · φυτὰ δ' εὔκηλος, Jacobsius γέλασόν με, τὰ δ' εὔκηλος. Qui in nostro exemplo ad scripta verba et explosam olim Grotii sententiam rediit, τὰ δ' Εὐκλείου : quod nomen est possessoris agelli, qui erat Εὐκλῆς (nisi quis malit femininum fingere Εὐκλειοῦς vel Εὐκλείας). Ita totum poemation fit nitidius. — 6 σαρδάνιον ed. princ. Flor., ceteræ σαρδόνιον. « De risu Sardonio vide not. ad Zachar. Mityl. p. 438. Conf. VII, ep. 621. » *Boiss.* Adde Alexandr. ad Orac. Sibyll. I, 182; Bergk. Lyr. p. 932; Miller. *Mél. de Litter. gr.* p. 356.

LXXXVII. Lemma : εἰς Προμηθέα. — In statuam Promethei vincti et doloribus excruciati. Ipse loquitur, artifices ingrati animi accusans, primum artium monstratorem perpetuo torquentes. — 3 εἶχε Προμ. conjecit Heynius; malim Προμηθεῖ, si quid mutandum. Item Boiss. ad v. 4 : « Ταὔθ'. Schol. W. : πέπονθε δηλονότι ταῦτα, τὸ ἔχειν ἄληκτον πῆμα ἀπὸ χαλκοτύπων οἷς ἔδωκε τὸ πῦρ. Quum possit displicere ellipsis verbi πέπονθε, forsan legendum Προμηθεῖ. » Sed supplendum ἔχω.

LXXXVIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. — Prometheus suos etiam in ære cruciatus dellet. — 1. Iliad. E, 292 et alibi. — 5. « Μετὰ φαρέτρην, id est, postquam es in vulturem jecur meum vorantem pharetra et sagittis usus. Quam in usu

præpositionis brevitatem sæpius illustravi cum criticis, quorum locos congessi ad Babrii Fab. XII, p. 29. Adde Kayser. ad Philostr. V. Ap. VII, 22; Anthol. I, ep. 115; IX, ep. 641; XI, ep. 306. » *Boiss.* Initio in cod. Par. T νεμέσιον. De Hercule Promethei liberatore Jacobs. in Del. p. 35 laudat Hes. Theog. 526 et Apollod. II, 5, 11. Adde Æsch. Prom. 872.

LXXXIX. — « De Tantalo scypho insculpto fortasse pro manubrio, ita ut capite super labra scyphi promineret, sic quoque ad perpetuam sitim damnatus. — 1. Συνέστιος. Eurip. Or. 8 : θεοῖς ἄνθρωπος ὢν Κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον, Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν. [Cf. Pind. Ol. I, str. 2 et ep. 2; Ovid. Am. II, 2, 43.] — 5. Ὄργια σιγῆς, quippe res sancta silentium, ad quod initiati, quasi ad deorum arcana admissi, erant adstricti. » *Jac.* Del. p. 49, coll. Horat. Od. III, 2, 25 : ubi v. Orelli. « Ad Æneam Gaz. (p. 11) de metaphora nominis ὄργια remitto lectorem. » *Boiss.* Legitur epigr. in cod. S, qui v. 2 στόματος; (si recte lectus), v. 3 θνατῆς et φθονερῶς, v. 4 χείλους.

XC. Lemma : εἰς ἄγαλμα Ἡρακλέους νηπίου ὄντος ἔτι καὶ ταῖς χερσὶ θλίβοντος δράκοντας δύο. « Bonæ notæ epigramma; conf. inprimis Theocr. Id. XXIV, v. 26 seqq. » *Jac.* At multo etiam magis confer præstantissimam illam Pindari in Nem. I narrationem. — 1. « Olim legebatur ὄβριμε, χεῖρας. Schol. Wech. : γράφεται καὶ θῆρας. Θεόκριτος Ἡρακλίσκῳ (XXIV, 53)·

Ἤτοι ἄρ' ὡς εἶδον τ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα.

Quod recepi. » *Boiss.* Et jam expressit Grotius. Ab Jacobsio scriptum δειρὰς, quod Hermannus quoque et Seidlerus conjecerant, servavi; id proprietas manifesto commendat præ veteri conjectura. Jacobs. nott. mss. : « Vulgo σπείρας, corrigente Muncker. ad Hygin. Fab 30, p. 40; δειρὰς plures nobiscum. Vid. Græf. Epist. in Bucol. gr. p. 106. » Pindarus l. c. : δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας· ἀγχομένοις δὲ χρόνος ψυχὰς ἀνέπνευσεν μελέων ἀφάτων. — 2 ἀγχιβαθεῖς libri, corr. Brunck. — 4. « Ἄμπαυσον conatum significat : *sedare stude.* — 5. Κρητὴρ, λέβητες, præmia victoribus in ludis gymnicis proposita. » *Jac.* Del. p. 31. — 6. Ἐς αὐλὴν Ζηνός. Sic Pind. in fine : καμάτων μεγάλων ... ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον ὀλβίοις ἐν δώμασι, .. καὶ γάμον (Ἥβας) δαίσαντα πὰρ Δὶ Κρονίδᾳ σεμνὸν αἰνήσειν δόμον. Horat. Carm. III, 3, 9 :

Hac arte Pollux et vagus Hercules
enisus arces attigit igneas.

XCI. Lemma : εἰς τοὺς δώδεκα ἄθλους τοῦ Ἡρακλέους. « Potius in tabulam Pergami in arce collocatam quæ Herculis labores exhibebat. » *Boiss.* — Ipse Hercules invitatur ut de Olympo spectet sua grandia facta; conf. seq. epigr. — 2. Ὀλ. ἔχεις ed. princ. Flor., ceteræ ἔθης. — 5. Χάος inter nomina inferorum; et sic latine : v. Virg. Æn. IV, 510, VI, 265; Ovid. Met. X, 30. — 8. Τηλεφίδαι, Pergameni. « Pergamus Τηλέφου πόλις dicitur in oraculo ap. Aristidem t. I, p. 312, ibique Herculis filium ut indigenam heroem cultum esse apparet ex Pausan. V, 13, 2. Scriptum esse debuit epigramma quum Pergamenum regnum opibus et potentia floreret. » *Jac.*

XCII. « Vulgo ἄδηλον. Nomen poetæ et aliis aliunde notum addidi ex codice 396 : Κοίντου τοῦ Σμυρναίου. » *Boiss.* Etiam cod. Monac. n. 237 : Κ. Σμ. περὶ τῶν δώδεκα Ἡρακλέους ἄθλων. In uno Brunckii nomen, addito ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Idem citavit Tzetzes Chil. II, 490. Tanquam Eurypyli *lato scuto* insculptos Herculis labores recenset Quintus Posth. VI, 200-294. Unde mihi, sicut Jacobsio, factum esse videtur ut nonnulli hos memoriales versus Quinto tribuerent, temere quidem, et Brunckio Boissonadioque minime audiendi. Quod demonstratum esse videtur in *Philologische Blætter* I, p. 99 seq., citatis a Jacobs. in exemplo nostro. — 2 ἔκτανεν cod. Laurent. ap. Bandin. et Dindorf. Schol. Soph. p. 24. « Schol. Wech. excerpsit Pausan. II, c. 36, 6; c. 37, 4. » *Boiss* — 4 ὑψίκερων δ' ἐλ. Laur., Par. 396, etiam T. — 5 στυμφηλ. nonnullæ edd. vett., στυμφελίδας Laur. — 8 et 9 cod. Laur. ap. Band. permutat, ut ἐκ Θρῄκ. sit ὄγδοον, ἐκ Κρήτ. autem εἴνατον : sed vulgaris ordo ap. Dindorf., ut erratum fuerit. « Vulgo ἐκ Κρήτης δὲ πυρ., sed cod. 396 et Laur. sine δέ. Sublata sic importuna particula, recepi conjecturam Jacobsii [in Add. p. XCI] Κρήτηθε. — 9 ἔνατον meus. [Ἐκ Θρῄκης ἔνατον T et ἤλασεν Laur. et T, idemque verbum versu seq.] — 11 ἑνδέκατον κύνα Κέρβερον ἤγαγεν Tzetz. [ἑνδέκατον δ' ἀνάγει κύνα K. ἐξ Laur. et T.] — 12. ἐπ' Ἑλλ. meus. [Laur., T et Tzetzes non interpolati :

Δωδέκατον δ' ἤνεγκεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα,
Θεστίεω θυγατρῶν τρισκαιδέκατος πέλεν ἆθλος.

T, τρισκαιδέκατον π. ἆθλον. Quæ edenda erant.] — 13 et 14 absunt a meo cod. Epithetum λυγρὸν (*le plus rude de ses travaux*) apte positum ait Claver. ad Apollod. t. II, p. 253. — 14. Schol. W. : καὶ διὰ πασῶν διεξῆλθε τῶν παρθένων, καὶ ἄρσενας παῖδας αὐτῷ ἔτεκον· διδύμους δὲ ἥ τε νεωτάτη καὶ ἡ πρεσβυτάτη. Sequutus est Pausaniam IX, c. 27, 5. » *Boiss.*

XCIII. — Hercules loquitur. — 2. « Ἀμφετίναξα, scil. τῷ ῥοπάλῳ. Vulgo aper ille retibus dicitur captus : v. Apollod. II, 4, 5. » *Jac.* Del. p. 31. — 5 Αὐγείαν ἐδάην libri, quod Grotius recte intellexit. Jacobs. latinum *experiri* confert, laudato Virg. Æn. I, 201. « Sed hoc (inquit Meinekius p. 221) tum recte diceret Hercules, si is Augiam victorem expertus esset; nunc Augias potius Herculem expertus esse dicendus erat. Itaque scribendum Αὐγείας μ' ἐδάη. » Quam emendationem jam Peerlkampius fecerat Nov. Bibl. Crit. t. IV, p. 46. Brunckius Αὐγείας ἐδάμη.

XCIV. Lemma : εἰς Ἡρακλέα φονεύσαντα τὸν ἐν Νεμέᾳ λέοντα. — Leonem ab Hercule necatum Nemeæ incolis poeta gratulatur, nunc securis. Gallicis versibus convertit J. V. Le Clerc ad Cicer. t. XII, p. 20 (edit. min.). — 4. Schol. Wech. comparat Theocr. XXV, 266 seq. — 5 ἀκούοι Asc., Steph.; ἀκούει vett. edd. « Jam licet greges iterum in pascua educi. Comparanda similis imago regionis ab hostium incursionibus liberatæ ap. Theocr. XVI, 88-93. » *Jac.* Cf. Virg. Ecl. I, 46. — 7. « Ῥινῷ. Hercules diu ante servitium Eurystheo præstitum spolia leonis in Cithærone interfecti gestavit; v. Apollod. II, 4, 10. Hoc Archias sequitur, qui Herculem pellem, ῥινόν, in pugna depositam iterum sumere, aliisque fortiter factis Junonis iram placare jubet. Alii eum Nemeæi leonis exuvias gestasse dicebant; unde ἡ Νέμειος χλαῖνα ep. 103, 1. » *Jac.* Del. p. 82.

XCV. Lemma Plan. : εἰς τὸ αὐτό. Apud Brunckium : εἰς Ἡρακλέα προσμαχόμενον τῷ ἐν Νεμέᾳ λέοντι. Qui immerito epigramma « recentioris pessimique poetæ » esse judicat. « Spectare videtur ad magnam illam quæ Romæ erat statuam Herculis cum leone pugnantis (cf. Ovid. Art. am. I, 68), eandem, ni fallimur, quam postea Byzantii admirabantur (Nicet. Chon. De sign. Const. p. 861

ed. Boun.). » *Benndorf.* p. 70. — 2 θηρῶν μείζων libri, μεῖζον Stephanus, « quod tuetur Passovius in Jahnii Annal. vol. VI, fasc. I, p. 46. » *Jac.* nott. mss.; ipse superlativum lectum fuisse non dubitat : quanquam comparativum pro superlativo nonnunquam adhibetur. Brunck. audacius : μείζων δὴ (δὲ vitiose impressum) θηρῶν δ; μὲν, ὁ δ' ἡμ.; quo quidem maluerim Θ. μὲν μείζων κεῖνος, ὁ δ' ἡ. Piccolos p. 78 : π. ὁ μ. θηρ. ἔξοχ', ὁ δ' ἡμ. « Μείζων ne ab negligentissimo quidem versificatore scribi potuit. Edidi λῷστος, in quo mihi non valde satisfeci. Apud Simonidem VII, ep. 344, leo loquitur :

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγὼ, θνητῶν δ' ὃν ἐγὼ νῦν φρουρῶ.

[Præplacet πρῶτος, Benndorfii correctio.] — 3. Vulgo κατὰ ντίον ὄμμα distinguitur. Ego junxi ἀγῶνα καταντίον. [Mihi καταντίον pro adverbio est, i. e. ἐπ' ἀλλήλοις.] — 4. Vulgo ὑπὲρ ζωᾶς καὶ βιοτᾶς σφετέρας, tautologia quæ non potest omnino poetæ ipsi tribui. Quod reposui ἀμφότεροι non bonum est, etsi malum minus. » *Boiss.* Brunck. conjiciebat ὑπὲρ ψυχᾶς κ. β. σφ. Jacobs. in Add. p. XCI : « Vide an Damagetus scripserit : ὑπὲρ ῥώμας καὶ βιοτᾶς : certamen erat, roboris, in quo de vita agebatur. » Idem in nostro exemplo : « ζωᾶς καὶ βιοτᾶς tueri conatur Schwenkius ad Æsch. Eum. 363, p. 238. » Tacite servant Benndorf. et Piccolos. Ac profecto nihil mutandum, si intelligas *de salute et vita*, quum præsertim ζωᾶς ad belluam spectare potissimum videatur, βιοτᾶς ad virum. — 6 ὡς ἄν τοι legebatur; αὖ τοι Benndorfius, ex sententia in epigr. 94 verbis μηκέτι et πάλιν indicata. Mox τελέθῃ Brunck. De regione circa Nemeam deserta præ terrore illius leonis conf. Theocr. XXV, 218 seqq.

XCVI. Lemma Plan. : εἰς τὸν αὐτὸν καὶ τὴν ἔλαφον. Ap. Brunck. : εἰς Ἡρακλέα ἀγρεύοντα τὴν ἔλαφον. Legitur ep in S Crameri. — 1. Ex Hom. Od. I, 14. — 2 θαυμάσω libri, θαυμάσσω Steph. « Correxi et metrum et dictionem. Ad sequentia conf. ep. 105, 1. » *Boiss.* — 3. Γόνυ βρίθει i. q. τὸ βρῖθος, τὸ βάρος γονάτων ἐρείδει. Hercules cervam capiens quum in omnibus monumentis eo qui hic describitur modo repræsentetur, Viscontius in Mus. Pio-Clement. t. IV, p. 82, not. eum habitum ab Alcamene aliove illustri artifice repertum esse suspicatur. — 5 πολλῷ S; φυσιόωσσα multæ edd. vett. — 7 ἧδε τέθηλεν libri; ex S recepi ἄρτι τέθ. — 8. *Aurea* fuisse ejus cervæ cornua notum. In fine omnes τέχνῃ χρυσέῃ, præter unam edit. stereotypam Tauchnitzii, quæ χρυσέη, sphalmate, ut videtur, felici. Junge τέθηλε χρυσέη, quod proprie simul et figurate a poeta dictum; nam ex auro figmentum fuisse nihil cogit ut statuatur.

XCVII. Lemma Plan. : εἰς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν Ἀνταῖον. Ap. Brunck. : εἰς Ἡρακλέα καταπαλαίοντα τὸν Ἀνταῖον. Cum marmoreo signo quod Florentiæ servatur simili comparat Heynius Commentt Gott. t. X, p. 85 seq. Subscriptum autem fuisse, quo respondebatur interrogationi primorum versuum, nomen, genus, patria artificis, observat Heckerus I, p. 172. Qualia, prosa oratione concepta, non raro vidimus a poeticarum inscriptionum collectoribus resecta. — 1. Sic sæpissime vis artis et virtus artificis laudatur (v. Benndorf. p. 71 seqq.). Similiter Andr. Chenier. in Epigr. de Jove Europes raptore v. 11 : *L'art a rendu l'airain fluide et frémissant. On croit le voir flotter.* — 2 ἐκ μορφᾶς libri. quod revocavit Boiss., non explicans; ἐν μορφᾷ cum Brunckio legitur. — 4 φρίσσω Brunck., recte. — 5. « Conf. descriptionem illius certaminis ap. Lucan. IV, 612 seqq. » *Jac.* — 6. Ἰδνωθεὶς, Antæus scil. Conf. Hom. Il. B, 266

XCVIII. « Herculem multibibum fuisse multi tradiderunt. Macrobius appositissime Sat. V, 21, p. 521 : *Herculem fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt et nonnunquam casabundum et ebrium, non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur, sed....* Conf. ep. seq.; Jodrell. ad Eur. Alcest. p. 246; Millin. Mon. ined. t. I, p. 245. » *Boiss.* — 2. De pugnis Herculis cum Centauris v. Virg. Æn. VIII, 293 (ubi Heyn.), coll. Ovid Met. XII, 540.

XCIX. — Hercules a Baccho, imbelli deo, superatus. « Referendum epigr. ad talem Herculis ebrii statuam qualis repræsentatur in *Specimens of Ancient Sculpture* vol. II, pl. 31, 32 (vide Welckerum *Alte Denkmäler* II, p. 415). » *Benndorf.* p. 71. — 1 ὁ (ante παρ') om. S. — 2. εἰνορέης S.

C. Lemma : εἰς ἕτερον ἀγῶνα τοῦ αὐτοῦ. Quod falsum alterum substituit Brunck. — 2. « De nomine ἐπιτυμβιον vide ad Anecd. t. II, p. 44, ad Theocr. XXIV, 117 edit. alterius. — 4. De Lysimacho Macedonum rege ejusque imaginibus multa Viscontius Iconogr. Gr. » *Boiss.*

CI. Lemma : εἰς ἕτερον ἄγαλμα τοῦ αὐτοῦ. Fuisse εἰκόνα apparet ex v. 4, ubi pro arbitrio Heynius (Commentt. Gott. t. X, p. 86) γλύψε. — 1. Theodamas Dryops, Hylæ pater; Apoll. Rh. I, 1355. « De Theodamantis et Herculis certamine v. ep. 123; Schol. Apoll. Rhod I, 1213; Philostratum Icon. II, 24; mea in Notitt. Mss. t. X, part. 2, p. 249 et 251. » *Boiss.* Notabilis attractio regiminis verbi ὑπήντεεν in secundario membro positi. — 3. In prosa ἀνατείνοντα — 5. Incertum utrum voluerit pictor bovem *nondum* ab Hercule mactatum repræsentare, an revera precibus Theodamantis donatum, ut fas erat in bove ἐργάτῃ. Fatetur poeta se hariolari nescientem.

CII. — In statuam marmoream (v. 5) Jovis filio plane dignam. — 1. « Tres continuatæ noctes in concipiendo Hercule insumtæ sunt. Vide interpp. ad Luciani Somn. c. 17; Basilium a me editum Notitt. Mss. t. XI, part. 2, p. 87, Walz. ad Rhett. t. I, p. 166. » *Boiss.* Conf. not. ad XV, ep. 26, 10. — 3. Ἐκώμασας, ut certaminum victor. « Κωμάζειν et κῶμος de pompa victoris passim obvium ap. Pindarum et alios. » *Jac.* — 5, 6 Jacobsius ita explicat : « Hoc marmor Herculem, Alcmenæ vulgo filium dictum, peperit (simile est acumen ep. 257); unde nunc quidem fabulæ Thebanorum, Herculem apud se ex Alcmena natum dicentium, minus videbuntur veræ. Perperam hæc accepit schol. Wech. : ὡς τῶν Θηβῶν καταστραφεισῶν ἡττόνων [f. ἡττόνως] πιστευομένων εἶναι πατρίδος Ἡρακλέους. » In quibus partem tamen veri esse puto; nam poeta dicere videtur : Herculem immortalem lapis habet; Thebas autem illas tam superbas (jam solo æquatas) exstitisse aliquando nunc ipsis fabulis est incredibilius. Propert. II, 8, 10 : *Et Thebæ steterunt, altaque Troja fuit.* Aliud sonare non posse videntur græca verba. Boiss. frustra : « Vulgo μύθων, quod non intelligebam. Sententia poscebat λίθων, πέτρων : hoc reposui. »

CIII. « Hoc epigramma olim statuæ Herculis inscriptum exstat nunc Venetiis in Erizzorum palatio. Vide Jac. Sponii Miscell. p. 50. » *Ruher.* Unde Gorius Inscrr. t. II, p. 136, cum versione metrica Salvinii. — Invictus Hercules ab amore victus et armis spoliatus. — 1 Πτόρθος, clava, ut ὄζος in seq. ep. v. 4. — 2. De Hercule sagittario conf. Hom. Od. Λ. 606; Eurip. Herc. fur. 159. — 3 σοβαρὸν μίμημα libri, corr. Ruhnkenius in Epist. crit. p. 77. Hesych. : Βρίμημα, ἐπίπληξις. « De vultu torvo ac minaci

accipe. Ælian. H. An. XI, 32 : εἴδωλον ἔλεγεν ὁρᾶν, βριμούμενόν τε καὶ ἀπειλοῦν. » *Jac.* — τίς ἐπλ. libri, cum signo interrogandi in fine versus; corr. Brunck. « Conf. Jahn. Symbol. p. 52. » *Boiss.* — 4 δ' libri, τ' Brunck. — 5. « Ἔπερσεν, ἐνίκησε. Pind. Nem. III, 36 : ἔπερσε Λαομέδοντα Τελαμών. » *Jac.* Del. p. 32. — 6. Schol. W. : διὰ τὸν Ὀμφάλης ἔρωτα, ᾗ ἐδούλευσε, τῷ ἐμφυλίῳ τοῦ Εὐρύτου παιδὸς φόνῳ τοῦ Διὸς ὀργισθέντος · ὡς Σοφοκλῆς Τραχινίαις (240).

CIV. — 1 ἤθελε pro ἐβούλετο ed. princ. Flor. — 4. « Βαρύποος ὄζος, clava in inferiore sui parte crassior et ponderosior. » *Jac.* Del. p. 32. — 5. Ξένον, *étrange.*

CV. — Historia ap. Plutarch. Thes. c. 30, Pausan. I, 27. — 1 ὁ μὲν ἀλκὰν libri, ὁ μεγαλκῆ olim Meinekius, ὁ κεφαλκῆ Lobeckius ad Ajac. 397 ed. pr., in altera p. 251, ὁ μὲν ἀλκᾷ, exempla ex poetis compositionis ἀλκᾷ βίῃ similia comparans, Hesiod. Opp. 319, Theog. 889; Eurip. Herc. 11; Apollon. Rh. III, 462. Hoc recepit Jacobs. in nostro exemplo, qui in Del. p. 54 ἀλκῇ ediderat. Nimirum βίῃ cum βρίθει jungendum, tanquam βιαίως. — 2. Conferenda, quam Jacobs. indicat, Heliodori X, 30, descriptio certaminis cum tauro, et Theocr. XXV, 145 seqq. Γυῖα, τὰ ἑαυτοῦ, et sic ἰνας αὐχενίους, quod non recte Grotius de cervice feri cepit. — 5. Ἀστραγάλους. Cf. Hom. Od. K, 560. — 7 οἴσασθαι libri, ut IX, 755, 3 : nec male, quum ι in οἴομαι semper producat; v. Hom. Od. A, 323, I, 339, T, 390, etc.

CVI. — « Romæ erat Polygnoti tabula, in qua dubitabatur, num ascendentem cum clipeo pinxerit an descendentem (Plin. H. N. XXXV, 35). Hic, Capaneus scilicet (nam de alio argumento sermo esse nequit), necesse est pictus fuerit intactus Jovis fulmine. Quocum egregie convenit hoc epigr., etsi lemmate statua indicatur. » *Benndorf.* p. 69. Conf. Eurip. Phœn. 1183 seqq. ubi Valcken. in hoc ep. v. 2 ἀμβασιν restituit pro, quod legebatur, ἅμμασιν; et jam sic emendaverat Scaliger in not. mss., qui etiam κλίμακι, quod cum Benndorfio recepi. Librorum κλίμακα pro appositione habendum tenebat Jacobs., comparans Statii Theb. X, 840 :

> torvo metitur culmina visu,
> Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus,
> Aerium sibi portat iter.

(Ibi Lactantius schol. laudat e Pacuvio *ascendibilem semitam* de scala.) Sed, corrupta voce ἀμβασιν, librarius omnis κλίμακι pro lapsu habere debebat post ἠερίην. — 3. Αἴθετο γὰρ ῥα ex Hom. Od. Z, 329.

CVII. Schol. Wech. : εἰς Ἰκάρου εἰκόνα ἐκ κηροῦ ἐπὶ λοετρῷ, male. « Balneum prope Tripolin, propter Icari signum in eo positum Ἴκαρον appellatum, commemorat Jo. Malalas t. II, p. 73. » *Jac.* — 1 σε χαλκῷ Brunckius, sed ipsa oratio poscit κηρῷ. Ἤγαγεν εἰς μορφὴν κηρῷ intelligam de prototypo (*modèle*) quod primum cera sibi finxerit artifex. Aut hoc est aut quod Jacobs. exponit : « Qui statuas ære fundunt, hodie quidem formas cera implere solent. Quod si constaret veteres idem fecisse, nihil fortasse in vulgata lectione mutandum esset. » — 3 Ἀλλ' ἄγε libri, corr. Brunck. Hoc voluisse poetam Jacobs. putabat : « Sol æneas tuas alas non minus liquefecerit quam cereas; quare cave ne ad eum evoles. » Aliam esse sententiam ostendit sequens epigr. Monet Icarum ne novis alis se excitari patiatur ad tentandum volatum novum; fore enim ut *ænearum* pondere deorsum trahatur, balneo *nomina daturus*, ut olim *ponto*.

CVIII. — 1. Ne te ars decipiat, quæ tantum non vivum et animatum expressit. — 3. « Ἐν πελάγ. pro εἰς πέλαγος. Apoll. Rh. I, 506 : ἔπεσον δ' ἐνὶ κύμασιν Ὠκεανοῖο. » *Jac.* Del. p. 55. Hom. Il. A, 593 : κάππεσον ἐν Λήμνῳ.

CIX. — « Similis pictura occurrit in Herculanensi pariete et in sarcophago Agrigentino ap. Dorvill. Sic. p. 90. » *Heynius.* — 1 γραὸς cod. S. — 4. Ὅτι in talibus abundat, quasi esset τοῦτό ἐστιν vel δοκεῖ, ὅτι ... Boiss. distinguebat μεμηνότος, ἐστὶ νοῆσαι ὅτι ..., quod probari vix potest.

CX. — Pictam tabulam potius quam statuam intelligendum esse observat Heynius (Comm. Gott. t. X, p. 95) ob ultimum distichon. — 1. Τευθρανία, urbs et regio Mysiæ, quam Græci pro Troja primum invadentes a Telepho sunt repulsi. Vid. Cyprior. fragm. p. 582 *a*, coll. Pind. Ol. IX, antistr. 3. — 2. « Αἰμάξας, qui timendum Græcorum exercitum cruentavit. Fortasse ex Pindaro Isthm. VII, str. 5. : ὃ (Ἀχιλεὺς) καὶ Μύσιον ἀμπελόεν Αἵμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον. » *Jac.* — 3 ἐκέρασε edd. ante Steph. — 4. De Achillis hasta Peliade v. Hom. Il. Π, 140 sqq., T, 387 sqq.; Ovid. Met. XII, 74, XIII, 109. — 5. Βάρος, vulnus quo premitur, βαρύνεται (cf. Il. Y, 480; Virg. Æn. II, 436 : *Pelias et vulnere tardus Ulixi*). — 6. « Pro ἐμψύχῳ scripsi ἀψύχῳ, *cum carne*, id est membro, *jam emortua.* » *Boiss.* Quod admitti non potest post οἷα λιπόπνους. De loco impedito hæc Jacobs. in Del. p. 59 : « Dubitari non potest sensum esse : in parte vulnerata carnem, quod in gravi dolore fieri solet, contrahi. Sed in verbis hæremus. Quid est ἐμψύχῳ σαρκί? num ad artem refertur epitheton, quæ carnem vulnerati Telephi summa cum veritate repræsentavit? in qua re ἔμψυχον satis frequens [cf. ep. 97, 3]. Ad artem quoque referuntur verba οἷα λιπόπνους. Sed tum saltem mutanda distinctio : οἷα λιπ. τήκεται ἐμψύχῳ σαρκί, συνελκόμενος (scil. ἄλγεσιν), ut sit : viro reliqua exanimato, caro tantum statuarii artificio vitæ sensusque significationem habet. » — 7. Cum hac descriptione Græcorum formidine trepidantium confer Virg. Æn. II, 399 : *Diffugiunt alii ad naves*, etc. Racin. Mithr. a. V, sc. 4 :

> J'ai vu, qui l'auroit cru? j'ai vu de toutes parts,
> Vaincus et renversés, les Romains et Pharnace
> Fuyant vers leurs vaisseaux abandonner la place.

CXI. — De Parrhasii Philocteta. — 1. Vocem καὶ « referri fortasse ad alia Glauci epigrammata in artis opera » observat Jacobs. in Add. p. XCII. Sed totum versum male tentatum illuminari epigrammate antiquitus multum noto (App. Epigr. n. 60) :

> οἷος δ' ἐννύχιον φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν
> Παῤῥασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾶν,

egregie monuit Benndorfius p. 33. *Etiam Philocteten* (ut alios heroas) *a se visum*, etc. Jacobsius in Add. et Del. p. 60 ἴδ' ὡς (pro ἰδών), quod recepit Boiss., his collectis : « Conf. ep. 127, 143, 150, 214, 215, 250, 307; IX, ep. 220, 253, 279, 339, 740, 745. Ib. ep. 505, 3; 569, 5. VII, ep. 172, 290, 472, 498, 743 VI, ep. 219, 23. Anacr. Odar. XXXVII, 1. » Conf. not. ad ep. 182, 3. — 3. Ἐσκληκόσι. Conf. ep. 113, 7. — 6 πολύδακρυν Jacobs., πολύμοχθον Brunck. « Wecheliana lectio πολύμοχθον abierat in πολύδακρυν, casu, puto, non editorum consilio. » *Boiss.*

CXII. — Statua Philoctetæ loquitur. — 1. « Ἐχθρός

Græcos, et imprimis Ulyssem, infestos sibi putabat Philoctetes, quod ipsum in Lemno exposuerant. Comparandus prologus Philoct. Sophoclis. » Jac. Del. p. 60. — 3. Τρύχος, scil. τὰ ῥάκη.

CXIII. — « Philocteten vulnere tabescentem Antipho pinxit, tradente Plutarcho Mor. p. 674, A. » Jac. — 4 αὐχμηρὸν ed. princ. Flor., Ald. 1. — 5. Κατεσκληκώς. De Phineo Apoll. Rh. II, 200 : πίνῳ δέ οἱ αὐσταλέος χρὼς Ἐσκλήκει. Conf. ep. 111, 3.

CXIV. « Lemma vulgo Κοσμᾶ μηχανικοῦ, quod epithetum mutavit Brunck. in μοναχοῦ, idque rectissime. Schol. Wech. profecit ex Pausania, X, 26. Boiss — 2. Frater Polyxenæ scilicet Minervam in judicio læserat. Fieri posse observat Jacobs. ut Pyrrh. et Polyxenæ statuæ fuerint quales a Christodoro describuntu Ecphr. 192 seqq., in vicinia autem positum Minervæ simulacrum, ad quod spectarit Polyxena : hunc positum tanquam precantis interpretatum esse Cosmam.

CXV. Tres versus junctim exhibitos in primis paginis cod. Palat. (etiam Salmasio teste), et in ed. princ. Flor., ceteri separatos præbent his lemmatis ἄδηλον εἰς τὸν αὐτόν, et εἰς τὸν αὐτόν. « In lemmate nuperi editores non servant nomen Chironis, quod revocavi, idque viderat Tzetzes qui, de Chirone loquutus Chil. VI, 959 seqq., finem adfert tertii versus, Juliano auctore nominato : Καὶ δὴ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ γράφει ἡρώῳ μέτρῳ· « ἀνθρώπου ἀποπέρδεται ἵππος ». Vitium in accentu prioris cæsuræ excusari potest ex necessitate ipsa verba Juliani recitandi. Eustathius, qui tertii versus ineptum acumen ut ἀστεῖον laudavit, non se probavit Chevræo Opp. Misc. t. 1, p. 363. » Boiss.

CXVI. — Item ut præcedens, descriptio ad ænigmatis instar adornata. — 2. « Ἐγκεντρίζειν proprium de insitione vocabulum. » Jac.

CXVII. « In lemmate scripsi ut Plan. Κυναίγειρον, non, ut recentiores editores, Κυνέγειρον. Sic quidem ipsi poetæ scribere licebit [et Herod. VI, 114, Κυνέγειρος], et Paulo ep. seq. sed lemma est prosaica oratione concipiendum. Gallice reddidit archer au Herodot. VI, n. 193. » Boiss. — 1 Κυνέγειρε τὸν ὦ: libri facile correctionem feci (strue vero οὐ τοί σε, μ. Κ.); καθὼς Brunck., ἐτύμως Jacobsius, τορῶς Heckerus p. 381; possis et Κυνέγειρ', ὄντως. — . Phasis pictor alibi non memoratur. Solebat Cynægirus sine manibus pingi, ut ex hoc loco apparet et ex Luciani Demonacte c. 53. Malit Jacobs. βρ. σ' ἄνθετο. — 3. « Sapientiam in eo monstravit, quod te non privavit manibus. » Jac. Del. p. 65. — 4 τῶν χειρ libri, corr. Stephanus.

CXVIII. — 1. Κορύμβου i. q. Herod. VI, 114, de Cynægiro dicit, ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηός. Corymbi eodem sensu ap. Valer. Fl. I, 273; IV, 691; VIII, 194. Cf. X, ep. 16, 9. — 2. « Forsan ἐπορνυμένας, scilicet χεῖρας. » Boiss. Scaliger conj. μαιναμένας. Sed nihil offensionis in vulgata, quum augeatur sententia in sequente disticho. — 4 σαῖς καλόμαις Brunckius, sed præstat tradita scriptura. — 5. Ἀμφιδακοῦσαι, haud aliter ac ferreæ illæ manus (harpagones), quas in pugni navalibus injiciebant navibus. » Jac. Del. p. 65. Similibus acuminibu hanc historiam ornat Himerius Orat. II, 21. — 8. « Μοψοπίοις. Schol W. ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίοις· Μοψοπία γὰρ ἡ Ἀττική· ὁ πολίτης Μοψοπιος ... Ἐνταῦθα δὲ Μοψοπίταις εἶπεν ἀντὶ τοῦ Μοψοπιωταις, ὡς Ἰταλιώταις καὶ Σικελιώταις. Invenitne scripturam Μοψοπίταις, quam nemini memoratam video? » Boiss. Jacobs. malit Μοψοπίας.

CXIX. — Notum Lysippo soli fuisse concessum ut æra cere et æra Fortis Alexandri vultum simulantia, Horat. II. Epist. I, 240. — 1. Θαρσαλέη χ. Propert. IV 8, 9. « Gloria Lysippo est animosa effingere signa. De varietate δαιδαλέη v. Boisson. in Philostr. Epist. p. 170. — 2 τεχνῖτα libri mutatum ob productionem sequentis α Boiss. : « Non scripsi τεχνῖτα, quum sæpe in ea sede versus syllaba brevi abutantur poetæ. — 3. Schol. Wech. confert Plutarch. De fortuna Alex. II, 2.

CXX. Est in primis foliis cod. Palatini; οἱ δὲ Ἀσιὰ om. ed. princ. Flor.; ἡ Ἀσιὰ apogr. Par. — 1 ἀπεμάξατο apogr. Plutarchus De fort. Alex. II, 2 : Μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνας αὐτοῦ δημιουργεῖν. Μόνος γὰρ οὗτος, ὡς ἔοικε, κατεμήνυε τῷ χαλκῷ το ἦθος αὐτοῦ, καὶ συνεξέφερε τῇ μορφῇ τὴν ἀρετήν. — 2 τίν' ὅδε apogr., sicu Plan. et cod. T; quare in Palat. « has literas extritas » esse, quod testatur Jacobs., de apogr. Gothano intelligendum potius quam de Spalettii aliquo testimonio. « Atticum ὅδε ab epigrammatariorum sermone abhorrere judicans Hermann corrigit : τίνα ἐς χαλκός. » Jac. Del. p. 7 Etiam scribi potest τοίηνδε. — 3 αὐδάσοντι Plan. 1 et apo αὐδασοῦντι ex Plutarcho De fort. Alex. I, 9, II, 2, qui bis hoc distichon citat sine var. alia. Boiss. αὐδάσοντι revocabat, his verbis : « Nescio an ille dorismus, qui in indicativo futuri recte adhibetur et in participio locum habeat. Nec omittendum fuisse illustratum id epigramma a Viscontio Icon. gr. t. II, p. 52, et gallicis versibus redditum a Chaussardo t. IV, p. 142. » Ἐς Δία λεύσσων. Plutarch. l. c. : Λυσίππου δὲ Ἀλέξανδρον πλάσαντος ἄνω βλέποντα τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν (ὥσπερ αὐτὸς εἰώθει βλέπειν Ἀλέξανδρος, ἡσυχῇ παρεγκλίνων τὸν τράχηλον), ἐπέγραψέ τις οὐκ ἀπιθάνως· Αὐδασοῦντι δ'.... — 4. Conf. Ovid. Met. XV, 858-860.

CXXI. — 1. Τεκμαίρεο, ipsum Alex. hoc vultu fuisse tibi finge. Non male scripseris τεκμαίρεαι, ut ep. 122, 2, δέρκεαι.

CXXII. — « Fecit Lysippus (Plinio teste, XXXIV, 19, 68) Alexandrum M. multis operibus, a pueritia ejus orsus; quam statuam (pueri nempe Alexandri) inaurari jussit Nero princeps, delectatus admodum illa. Hac excitatum esse videtur hoc epigr. incerti auctoris. » Benndorf. p. 70. — 4 ἐδίδαξε Brunck.

CXXIII. — « In Herculis Ἀλεξικάκου statuam, in pascu fortasse positam ad feras et fures arcendos. Facete poeta Herculem pe se jurantem fecit v. 1, quemadmodum Neptunum Aristophanes Av 1613. » Jac. — 1 Μὰ τὸν libri, sed particula μὰ corripit : οὐ τὸν Hermannus, quod pro οὐ μὰ τὸν dici constat. Βουθοίναν. Schol W. : τουτέστι βουφάγον Ἡρακλέα ἣν δὲ αἰτία οὕτω καλεῖσθαι Θειοδάμας οἶδεν εἰδέναι δὲ ἄξιον ὅτι καὶ βουφάγον (imo αἰγοφάγον, ut fertur ap. Pausaniam III, 15,7, quem sequitur scholiastes) Ἥραν ἐπονομάζειν καθέστηκε Λακεδαιμονίοις καὶ αἶγας τῇ θεῷ θύειν. Ἡρακλέα δὲ κτλ. Nimirum Βουθοίνας dictus fuit, quum Theodamantis bovem integrum comedisset (vide ad ep. 107), et βουφάγος IX, ep. 59, δυμαληφάγος IX, ep. 137. » Boiss. — In fine versus ἀγρότι libri, corr. Brunck. — 4. « Ἀκαιρος intempestivus, gregum custodibus inconsulto dormitantibus. » Jac. Del. p. 33. — 6 χαίρω τῷδ' libri, χώρῳ Bredæus.

CXXIV. — Item in signum Herculis ἀλεξικάκου sive averrunci, qui loquitur. — 5, 6. Jacobs. in Del. p. 34 confert Callim. H. in Dian. v. 153.

CXXV. — De tabula, in qua Ulysses pictus, cuju•

imaginem undæ maris deleverant. — 1 Λαεςτιάζη edd. ante Ascens. et Steph. In fine χεῦμα libri (sc. πόντου), χῦμα tacite correxit Brunck.

CXXVI. — 1. Sic distinxit Jacobs., qui citat Ovid. Metam. VIII, 169 : *tauri geminam juvenisque figuram*. Boiss. : ὁ παῖς, ὁ τ. — 2. Pasiphaes nefandi in taurum amoris. — 5. Notum Ovidii de eodem, Art. am. II, 24 : *Semibovemque virum semivirumque bovem*.

CXXVII. Lemma : εἰς Λυκοῦργον. In ed. princ. Flor. : εἰς Ὀρέστην. — In statuam Lycurgi, regis Thraciæ, securim tenentem. De eo v. Hom. Il. Z, 130 seqq.; Apollod. III, 5, 1; Hygin. F. 132 et 242; Schol. in Lucan. I, 575. — 1. « Μονοκρήπιδα et totam fabulam explicat Meziriacus ad Epist. Ovidii t. I, p. 164. » *Boiss.* Heynius in Excursu ad Æn. VII v. 689 seq. μονοκρ. intelligit, « uno tantum crure ocreato : ut adeo falcem alteri facile infligere posset. » Verbum illustrat Jacobs. in Anal. t. XII p. 47; adde Tafel. Dilucc. Pindar. p. 653 (in Pyth. IV, 133). Ut epigrammati 97, ita huic subscriptum fuisse artificis nomen et genus indicio est τίς (v. Hecker. I, p. 172). — 3. Βακχ. παρὰ πρ. Stans ad vitem. — 4. Βριθὺν χάλυβα, *validam bipennem*, ut Virgilius ait Georg. IV, 331, hujus, ut videtur, fabulæ memor. Lycurgus inde *bipennifer* (Ovid. Met. IV, 22) et *securiger* (Sen. Œd. 471) vocatur. Vid. Jacobs. in Del. p. 51. Ὑπὲρ κεφαλῆς, ut majore vi eam impingeret viti.

CXXVIII. — Iphigenia furens, sed agnito fratre in miserationem adducta. Non ex Euripidea fabula ductum opus. — 1. « Etsi sciam quam sæpe tautologica sit scriptorum Græcorum abundantia, offendo tamen ad debile adverbium πάλιν. Epithetum exspectabam. An καλόν? » *Boiss.* At πάλιν sonat : a furore recedentem. — 3 ἀδελφὸν edd. ante Ascens. et Steph. Non intelligam cum Grotio iram in patrem occisorem suum, sed de sacerdote accipio, quæ deæ suæ in extraneos odium animo concepit.

CXXIX. — In Praxitelis *Nioben cum liberis morientem*, quam memorat Plinius XXXVI, 4, 5. « Id epigramma nimium extollit Menagius Antibajul. § 84 ; sed parcius ac verius in Menagianis t. II, p. 59. Ibi fuit illustratum ac gallicis versibus redditum a Moneta, quem vide et in Opp. sel. t. II, p. 376 [vel Carminum editorum a. 1716 p. 220]. Voltarius etiam id convertit. Adi Notitt. manuscrr. t. X, part. 2, p. 251. In Theresam quam vivam mortuo de marmore duxit Berninus simili acumine lusit Faydit. Animadv. in Virg. et Hom. p. 489. » *Boiss.* Sic et latine vertit aliquis :

Di me viventi marmor de corpore : vivam
 De rigido effecit marmore Praxiteles.

Ex hoc vel simili ep. Ausonius Epitaph. XXVIII :

Vivebam ; sum facta silex, quæ deinde polita
 Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu
 Hunc ego, quum læsi numina, non habui.

CXXX. — 2 ἐπιμυρομένης ed. princ. Flor. — 3 ἔλαχε edd. ante Steph.

CXXXI. — « De illustri statuarum complexu ad hanc fabulam pertinentium v. *Propylæen* II, fasc. 1, p. 48-91, Amaltheam I, p. 273 seqq., Welckeri *Zeitschr.* I, p. 589 seqq. et Niobes Histor. græcæ sculpturæ miraculum sc. Th. Piroli. » *Jac.* Del. p. 49. Adde Patin. *Études sur les Trag. grecs*, t. I, p. 147 edit. sec. — 1 ἅδε ποχ' ἅδε δὶς ἑπτὰ τέκνα libri, δὶς ἑπτάκι Scaliger, δὶς ἑπτὰ τὰ τ. Passovius ; illud recepit Jacobs., τέκνα τεκοῦσα dictum existimans velut uno verbo παιδοτοκοῦσα vel τεκνογονοῦσα. Sed nimis patienter tulerunt ἅδε ποχ' ἅδε. Recepi Benndorfii correctionem p. 51 : ἅδε ποχ' ἁ δισσ' ἑπτάκι τ. Hunc liberorum numerum Euripides tradidit (fr. 456), alii alium. — 3 κούραις libri, corr. Scaliger. — 6 λείπεται libri, corr. idem. Notus usus præpositionis ἐπί in tali re, exprimens quod latine est *relicto* vel *relictis*. — — 9 καὶ δέ σε edd. ante Jacobs., reductum a Boiss.— 10. Ἔπι, ἔπεστι, imminet capiti tuo. « Schol. W. : πρῶτος Ἀρχίλοχος τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου τοῦ Ταντάλου δεῖμα εἰς τὴν ποίησιν εἰσήνεγκεν [v. Bergk. Lyr. p. 547] · εἶτα τούτῳ ἀκολουθήσαντες Πολύγνωτος καὶ Εὐριπίδης, ὁ μὲν ἔγραψεν ὑπό τινι πίθῳ ἐν Δελφοῖς Τάνταλον λίθου δεῖμα πάσχοντα · ὁ δὲ ἐν Ὀρέστῃ (v. 6) πεποίηκεν οὕτως · « ὑπερτέλλοντα δειμαίνων λίθον ». Illa scribenti obversabatur Pausanias X, 31, 4. De Tantali lapide adde not. ad VIII, ep. 104. » *Boiss.*

CXXXII. — 2 τῆς... Νιόβης S. — 3 ἔτρωσε libri, corr. Scaliger ; ᾗς S, sed γᾶς et λοχείαν. — 7 γλώσσῃ S ; Γλῶσσα θνατοῖσιν δολία νόσος corrigit Benndorfius p. 42. Ductum ex Eurip. Or. 10, de Tantalo :

Ἀκόλαστον εἶχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

Deinde Plan. ἁ χάλινος, S ἀδ. ἀχ., Brunckius ἁς ἀχ. Ἁς, linguæ scil. Eurip. Bacch. 385 : Ἀχαλίνων στομάτων Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας Τὸ τέλος δυστυχία.

CXXXIII. — 1 χεῖρα νένευκας libri, corr. Huschkius, qui sequente versu ἔνθεον κόμαν comparat cum *cæsarie insana* ap. Statium Theb. X, 598, et μαινομένῃ τριχὶ Dioscoridis VI, ep. 220, 2. Conf. dicenda ad ep. 134 initium. — 9 ἔμπνοος corrigit Heckerus I, p. 337, quod non necessarium puto, neque fulciunt collata XI, ep. 253, 3 et Append. ep. 102, 8. Incunte versu, γενέθλιον non γέννημα, *partum*, significat, sed γένεσιν, *natalem diem*. Confer Helenæ verba ap. Homer. Il. Z, 345 seqq. — 10 κἄιδι τειρ. libri, κάδει vel κήδει Huschkius et Hecker.; Boiss. : « Κᾄδι pro καὶ ἄϊδι, καὶ ἐν ᾅδου. Placet tamen magis Jacobsii conjectura κάδεϊ. » Addit Jacobs. : « Obversabatur Antipatro Homeri locus de Niobe Il. Ω, 617 :

Ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. »

Spitznerus ad eum locum malebat τηκομένη, sed alterum Heck. tuetur collato VII, ep. 328, 6 : στυγερῷ πένθεϊ τειρομένους.

CXXXIV — « Nuntius ad Nioben properans venit e Cithærone monte, ut filiorum cædem nuntiet. Jam aut e longinquo matrem alloquens, aut verba quæ dicturus est secum meditans, appropinquat, et filias quoque domi circa matrem perire, aut jam periisse, videt. Nam (inquit Apollodorus III, 5, 6) τὰς μὲν θηλείας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατετόξευσεν Ἄρτεμις, τοὺς δὲ ἄρρενας κοινῇ πάντας ἐν Κιθαιρῶνι Ἀπόλλων κυνηγετοῦντας ἀπέκτεινεν. Propterea etiam uterque sexus diversis locis videtur sepultus esse, ut Euripides quidem filiarum tantum sepulcrum commemorat, Phœn. 162. » *Græfius.* In præcedente epigr. Antipatri, quorum haud dubie æmulatus est Meleager, Niobe jam acceperat nuntium de occisis filiis, dicens vel dictura : *Post tot quoque funera vinco*. — 2. Καλιὰν non ferens Heckerus p. 381 conj. ἀγγελον ἄτας Δέξαι, σῶν ἀχέων οἰκτροτάτα λαλία, coll. v. 11 ; sed quod in fine apte et semel dixit, non initio et bis dicturus erat poeta. — 4 γονάν,

prolem, mavult Hecker. — 5 ἄλλο τι λεύσσω libri, ἀλλ' ἔτι Grotius; ἄλλο; τί Brunckius et Jacobs., quod παθητικώτερον quam Meinekii (ad Theocrit. p. 216) correctio: τί τόδ' ἀλλ' ὅ τι λεύσσω; — 9 ταρβεῖ corrigit Heckerus I, p. 215, et versu 11 ὑπὸ τάρβευς, pluribus locis, etiam Homeri, eam correctionem adhibens. — 12. « Junge ἁ μάτηρ ὑπὸ θάμβους σαρκοπαγής. Philostratus Imagg. I, 24, de Apolline Hyacinthi morte perculso: πεπηγέναι φήσεις αὐτόν· τοσοῦτον αὐτῷ τῆς ἐκπλήξεως ἐμπέπτωκεν. » *Jac.* Del. p. 50. Conf. Theocr. II, 110, et ad σαρκοπαγής supra ep. 132, 5: ἁ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα. Erravit Grotius μάτηρ pro vocativo habens.

CXXXV. In lemmate τὴν accessit ex RS. — In celebratissimam Medeam Timomachi. « Schol. W.: Τιμόμαχος ζωγράφος ἄριστος, περὶ οὗ μέμνηται Πλούταρχος ἐν τῷ Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν (§ 3; p. 18, A, cum nota Wyttenb.). Conf. ep. 83 et octo quæ statim sequuntur epigrammata. Cuncta fuerunt inter se collata et illustrata in Nic. Loensis Epiphyll. IV, 16. » *Boiss.* — 1 ἔδειξε libri Plan., ἔμιξε RS et cod. 1773, « quod quis non exosculabitur? » *Schneidewin.* — 3 ἢ δ' ed. princ. Flor. et aliæ ante Ascens. et Steph., ἡ δ' RS. — 4 βουλομένην RS.

CXXXVI. — 2. Τέκνοις, breviter pro τῇ τῶν τέκνων στοργῇ. — 7. Μέλλησις, parati ad rem agendam animi et voluntatis significatio. Παροιμιακὰ esse hæc verba ostendit ἔφα σοφός, ut ap. Theocr. XIV, 22: Λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν. — 8. « Μηδείᾳ, barbaræ mulieri. Τιμομάχου, artificis et σοφοῦ. » *Jac.* Del. p. 52. Vertit Ausonius Epigr. CXXIX:

Medeam vellet quum pingere Timomachi mens,
  Volventem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhausit rerum in diversa laborem,
  Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira subest lacrimis, miseratio non caret irâ;
  Alterutrum videas ut sit in alterutro.
Cunctantem satis est. Nam digna est sanguine mater
  Natorum; tua non dextera, Timomache.

CXXXVII. — 1. Hic quidem non probanda Heckeri sententia, τίς ob subscriptum nomen esse positum statuentis (I, p. 173; cf. ad 127, 1). Poeta dicit: Quis animum inducere potuit te iratam et παιδοκτόνον in omne tempus fingere? — 3 αἰεὶ γὰρ διψ. sine interrogatione legebatur pro quo egregie ἆρ' αἰεὶ Benndorf. p. 64, correctione certissima. — 4 δεύτερος, ἡ Γλαύκη; τίς πάλι vulg., corr. Jacobs. — 5. « Ἐν κηρῷ. Conf. ep. 141, 6; IX, ep. 591, 5. Adde Rad. Rochett. in Diario Erudit. a. 1835, p. 726; Pictur. antiqq. p. 261. » *Boiss.* — 6 ζῆλων εἰς ἃ θέλεις libri deprava te; οἷς θύεις conj. Jacobs. in Add. p. XCII; οἷς ἀσεβεῖς anonymus a. 1794; (εἰσαθρεῖς) Schneidewinus, quod nobis non tam probabile videtur quam Heckero. Grotius in mente habuisse videtur εἰς ἃ τενεῖς vel οἷ τείνεις. Denique Jacobs. in nostro exemplo: « Leg. εἰς ἃ θέμις. Medeæ furor modum excedebat; pictor ejusdem furoris particeps substitit tamen intra justos terminos. » Per se bona sententia, sed vix conveniens præcedentibus. Malim equidem ἴσ' ἀτενής, *æque tenax*, quod Ausonii versui 8 respondeat. — Sic vertit Ausonius Epigr. CXXX:

Quis te pictorum simulavit, pessima Colchis,
  In natos crudum volvere mente nefas?
Usque adeone sitis puerorum haurire cruorem,
  Ut ne picta quidem parcere cæde velis?
Numnam te pellex stimulat? Numne alter Iason,
  Altera vel Glauce sunt tibi causa necis?
Quin ne picta quidem sis barbara. Namque tui vim
  Cera tenax zeli concipit immodicam.

CXXXVIII. — 3 θυμὸν μέγαν Brunck. frustra. — 5 ἄμικτά τε εἰς ἓν libri, corr. Jacobsius, recte quoque conjiciens ἄμικτά πεφ. — 6. « Laudat poeta pictorem, quod matrem de liberorum cæde consilia agentem, non ipsum facinus perpetrantem, repræsentaverit. » *Jac.* Conf. ep. 136, 8.

CXXXIX. — Ex Antiphilo ep. 136 expressum videtur.

CXL. — 2 ἴτην ed. princ. Ἴτυν, κύκλον πυρόεσσαν, scil. in ipso ære, ut (notante Jacobs. in Del. p. 51) Lysippi χαλκὸς πῦρ ὁρῇ, ep. 119, 2. — 3, 4. Confer Ovid. Met. VIII, 463 seqq. de Althæa fratrum cædem in filio ultura.

CXLI. — In hirundinem quæ in Medeæ imagine nidum fecerat. « Ad Timomachi Medeam sine ulla hæsitatione referimus etiam hoc epigr.. in quo, quum expressum sit ex Leonidæ epigrammate IX, 346, argumenti exaggeratio nullius offensionis est. » *Benndorf.* p. 64. — 3 ἐπαστράπτει libri, ἀπαστρ. cum Schæfero Jacobs. et Boiss. Κανθὸς ὕφαιμος, *sanguineæ acies*, Virg. Æn. IV, 643. Vid. Dorv. ad Charit. p. 223 ed. Lips. « Iisdem coloribus aper Calydonius depictus est ap. Hesiod. Scut. 388, et Philostr. jun. Imag. XV. » *Jac.* Del. p. 52. — 4 ἀφρὸς ἐπισταλάει cod. T, ἀποσταλάει Brunck. — 5. « Σίδηρος. Semper gladium gestans repræsentatur Medea. Vid. not. ad Callistr. Stat. XIII, p. 161, 18 (725). — 6. Κὰν κηρῷ, i. e. καὶ γεγραμμένην. » *Jac.* ibid.

CXLII. — 1, 2. « Ordo esse videtur: καὶ θυμὸς ἐκ κραδίης κοιλήνας (τὰ σὰ) ὄμματα ἠυτρέπισεν ἐς χόλον. » *Boiss.* Sic etiam Jacobs., qui ante proposuerat ἐς φόνον. — 3. Οὐδὲ βάσις σε καθ. Conf ep. 54, 7. — 4 λεχέων εἵνεκα corrigebat Jacobs., coll. Eur. Med. 998, « quia non *liberorum causa*, sed *in liberos* furebat ». Sed ita in toto epigr. nulla foret τῆς παιδοκτονίας mentio. — 5 τόδ' ἀνέπλασεν Brunck., et Hecker. I, p. 173. — 6 εὐτυχίῃ ed. princ.

CXLIII. — Non integrum epigramma esse videtur.

CXLIV. — Non apparet ex carmine utrum picta tabula an statua describatur, neque utrum Hippomenes solus an cum Atalanta effictus fuerit. — 4. « Σύμβολον Παφίης. Vide not. ad V, ep. 79, 1. » *Boiss.* Schol. in Theocrit. II, 120: τὰ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδόμενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ τοῦ Διονύσου ἦν στεφάνου, καὶ ταῦτα δὲ εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλητᾶς· « τά οἱ ποτε Κύπρις ἑλοῖσα Μῆλα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων. » Conf. Theocr. III, 41.

CXLV. — In Ariadnen dormientem et saxo acclinem, qualem descripsit Philostratus Imag. I, 15. « Frequentatum fuisse debet hoc argumentum, quippe ad quod poetæ passim respiciunt. » *Jac.*

CXLVI. — Color similis epigrammati ad Platonem relato, IX, 826, 5 seq. — 2. « Μὴ ἀναθρώσκῃ. Supple cogitando: καὶ ἀποφύγῃ. » *Jac.* Del. p. 54.

CXLVII. — « Antiphili epigr. corruptissimum agit de Andromeda in Æthiopum terra post pugnam cum ceto una cum Perseo picta. Hanc Niciæ Andromedam fuisse putamus, quæ fuit grandis tabula (Plin. XXXV, 40, 132). Contra sequens Arabii Scholastici epigr. ad talem Andromedam spectat, quæ fuit illa ab Achille Tatio III, 7 descripta. » *Benndorf.* p. 71. — 1. « Πτερόεις τὰ πέδ. Sch. W.: ἐπι-

δήματα πτερόεντα ἐθεωρήσαντο Νύμφαι τῷ Περσεῖ ἐπὶ Μέδουσαν ὡρμημένῳ. Περὶ δὲ τοῦ δώρου τούτου τῶν Νυμφῶν μέμνηται Παυσανίας ἐν Λακωνικοῖς (c. 17, 3). — [3. Fors. legend. ἆθλος ἔρωτος, certamen ab Amore propositum.] — 4 ἁ λάλος εὐτεχνίη libri. Sensus esse videtur præmium fore certaminis belluam et pulchram Cassiopes filiam. Sed non fuit Cassiopes filia λάλος. Forsan, Κασσιόπας ἃ! λάλου εὐτεχνία. » *Boiss.* Recte Hecker. p. 382, ἃ λάλος, « ut poeta deploret Cassiopes εὐτεχνίαν, qua mater elata filiam summis infortuniis exposuit. » Ovid. Metam. IV, 669 :

> Illic immeritam maternæ pendere linguæ
> Andromedam pœnas immitis jusserat Ammon.

Conf. Apollod. II, 4, 3. — 5 χαλᾷ πόδα; ἠθάδι v. Plan., cui Salmas. adscripsit πόδα σηπάδι, quod e cod. Palat. ductum putabat Brunck.; πόδα sequente νωθρόν confirmatur, sed σηπάδι et inusitatum et ineptum. Jacobs. conj. χαλᾷ πόδα; ἴθματα νάρκᾳ νωθροῦ, nam ἴθματα ap. poetas pro ipsis pedibus. Cogitabam de χ. πόδα πηγάδι v. Sed melius Boiss. : « Vulgo, χαλᾷ πόδας. Adjectum νωθρὸν poscebat πόδα · quod nomen restitui, et hiatum vitavi transmutatis vocabulis : σκοπέλοιο πόδα χαλᾷ ἠθ. » Heckerus σκοπέλοιο πόδ' ἀγχαλᾷ ἠθ. Intellige Andromedam jam liberatam et de scopulo descendentem. — 6. Τὸ γέρας, homerice dictum : *sa conquête*. Ovid. Met. IV, 737 :

> resoluta catenis
> Incedit virgo, pretiumque et causa laboris;

et v. 756 :

> Protinus Andromedan et tanti præmia facti
> Indotata rapit.

CXLVIII. — Conf. dicta ad ep. præcedens. — 3 γναμπτῆς ἐχαράχθη Brunckius. — 5, 6. « Exciderant a nupera editione [Jacobsii], casu, opinor, quum de omissione nihil fuerit in commentario monitum. » *Boiss.*

CL. Πωλλιανοῦ ed. Ald. 3, ceteræ κωμιανοῦ, vel κομ. Lemma : εἰς στήλην Πολυξένης. — Picta *Polycleti* Polyxena celebratur, qui *sculptor* fuit; neque hoc per errorem scriptum esse pro Πολυγνώτοιο (ut ep. 30), ostendit Junonis comparatio v. 3, celeberrimi operis Polycleti Heræum ornantis. Ignari igitur poetæ epigramma, « mere ἐπιδεικτικόν, ut plurima hujus generis, et tabulam ab eo non visam, sed fictam, celebrans. » *Jac.* — 4. De re comparandus Eurip. Hec. 558 seqq. « Addit schol. Wech. : ἐγέγραπτο Πολυξένη καὶ ἐν λέσχῃ τῇ ἐν Δελφοῖς κατὰ τὰ εἰθισμένα παρθένοις τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας ἀναπλεκομένη · ἐγέγραπτο δὲ ὑπὸ Πολυγνώτου τοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ οἰκήματι τήν τε Ἴλιον ἑαλωκυῖαν καὶ τὸν Ἑλλήνων ἀπόπλουν ζωγραφήσαντος · ὡς Σιμωνίδης ἐποίησε · Γράψε Πολύγνωτος .... (IX, ep. 700). Ex Pausania X, 26, 4; 27, 2. Vulgatum κρύπτε πέπλῳ vix poterit servari post πέπλοιο ῥαγέντος. An ῥάκει, vel λίνῳ, vel χερί? [Hoc Toupius et Brunck. Præferam νόῳ, coll. Eurip. Hec. 569 : πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. Jacobs. ex cod. v. in nott. mss. conjiciebat πέσει, i. e. πτώματι. Jam in Add. p. XCII, etiam imperfectum κρύπτε molestum esse monens, felicissime conjecerat κρύπτει ὅπλῳ, quod pro πόνῳ habet Æsch. Sept. 16 (conf. Soph. Trach. 7). Alioqui σώφρονι πέπλῳ argute dictum sit pro σωφροσύνῃ ὡς πέπλῳ, vel ἀντὶ πέπλου (*d'un voile de pudeur*), quemadmodum Basil. M. De leg. libr. Gent. c. 5 : τοσούτου αἰσχύνην ὀφλῆσαι (Ὀδυσσέα) γυμνὸν ὀφθέντα, ἐπειδήπερ αὐτὸν ἀρετῇ ἀντὶ ἱματίων κεκοσμημένον (Ὅμηρος) ἐποίησεν.] Ipsam imaginem virginis cum decore ac servato pudore cadentis illustrant quæ collegi plurima ad Planudis Metamorph. p. 574. » *Boiss.* Αἰδῶ honeste dictum pro αἰδοῖον, ut Hom. Il. B, 262, X, 75. Conf. Eurip. Hec. 570. — 5, 6. Distichon satis ineptum.

CLI. — Virgilium incusat Dido, quod falsa de se tradiderit, et famam suam a criminibus ejus tuetur. — 4 αἰσχρὸν a correctore primum in αἴσχεα, deinde in ἔσχον mutatum in T, quod recepi : et sic legisse videtur Ausonius. In fine glossa : ἀειναμένη. Vulgatum αἰσχρὸν male jungunt cum δόξαν, « pro rebus cum laude gestis turpem famam retuli », vertente Jacobs. Del. p. 60. Immo ait illa gloriam præclare factis consecuta esse : quod ipse significat Virgilius Æn. IV, 653-656. Εὔφημα de *laudandis* seriorum scriptorum est. — 5. Vide Heyn. Excurs. I ad Æn. IV. — 6 ἤλυθεν legebat Ausonius. — 7 Ἰαρβάων libri; Jacobs. (in Add. p. XCII) ob hiatum φεύγουσ' ἀπ' Ἰαρβ. — 9. « Queritur Dido de Musarum malitia, quod castissimum poetam excitaverint, qui impudicitiæ probro eam adspergeret. » *Jac.* — 10 τοῖα edebatur. « Pro quo scripsi οἷα cum Græfio, sed cum admiratione. Græfio [et Jacobsio] erat pro ὅτι τοιαῦτα. » *Boiss.* Et οἷα in marg. scriptum habet cod. T, qui ψεύσατο παρθενίης, divinatione a Græfio repertum, pro vulgari ψεύσατο σωφροσύνης, quod in marg. scriptum. — Vertit Ausonius, de suo disticha duo addens, Epigr. CXVIII :

> Illa ego sum Dido vultu, quem conspicis, hospes,
>   Assimilata modis pulchraque mirificis.
> Talis eram; sed non, Maro quam mihi finxit, erat mens,
>   Vita nec incestis læta cupidinibus.
> Namque nec Æneas vidit me Troius unquam,
>   Nec Libyam advenit classibus Iliacis.
> Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ,
>   Servavi, fateor, morte pudicitiam,
> Pectore transfixo : castus quod perculit ensis,
>   Non furor, aut læso crudus amore dolor.
> Sic cecidisse juvat : vixi sine vulnere famæ.
>   Ulta virum, positis mœnibus, oppetii.
> Invida cur in me stimulasti, Musa, Maronem,
>   Fingeret ut nostræ damna pudicitiæ?
> Vos magis historicis, lectores, credite de me,
>   Quam qui furta deûm concubitusque canunt,
> Falsidici vates, temerant qui carmine verum
>   Humanisque deos assimilant vitiis.

CLII. Lemma : ὡς παρὰ τοῦ Πανός. « Quod falsum. In ejusmodi lusibus componendis plures veterum elaborasse apparet ex Martiali II, 86, ubi inter *difficiles nugas*, quibus bonum poetam operam dare negat, etiam illa carmina recenset, quæ *græca nusquam recantet Echo*. Legitur in primis cod. Palat. paginis. » *Jac.* — 2 μ' οὐ apogr. Par., non μοῦ. Ultimæ voci Salmas. adscripsit φίλει, ambiguum ex cod. an conjecturam. — 3. An in fine φέρ', εἶ (ἴθι).? — 4. « Recte docet Moneta in Menagianis t. II, p. 158, ubi de illis per echo lusibus erudite agit, alterum ἐρῶ non esse cum Politiano vertendum *amo*, sed *dicam*. » *Boiss.* — 5. Forsan legendum κερμάτων τι δός. — Τὸ δός.

CLIII. — 1 ἄγλωσσον libri, corr. Salmasius et alii. — 2 ἀντίθρουν Πανὸς Lennepius (Anim. ad Coluth. p. 77), quo non esset opus, etiamsi metrum commendaret. Si quid mutandum, malim πλάσσουσ', i. e. μιμουμένη.

CLIV. — 1. « De amore Panos in Echo vide not. ad Theoph. Simoc. Epist. p. 272, et ep. 225, 233; VI, ep. 78, 87; IX, ep. 586, 825. » *Boiss.* — 2 ᾀσομένην plures edd. vett. — 3. Παντοίων στομάτων εἰκόνα, i. e. πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνήν, ut Longus III, 21. Sic Latinis Echo sæpe *vocis imago* vel simpliciter *imago* dicitur : v. Orell. ad Hor. Od. I, 12, 4.

CLV. — Τρύγα, quod ex voce redundat, ut fæx e vino.

CLVI. — « In Echûs statuam, quam ad templum Bacchi collocatam poeta ita interpretatur, ut eam a Pane, Bacchi comite, non, sicut olim, alieno animo esse dicat. » *Jac.* — 3 Βάκχευ editum correxit Jacobs. Βακχεὺς i. q. Βάκχος ap. Soph. Ant. v. 1122, Eurip. Bacch. v. 150. Θιασῶταν. Panes scilicet nonnunquam cum Satyris Silenisque confunduntur (Schol. in Theocr. IV, 62), qui in Bacchi comitatu vulgo sunt : vid. Catull. LXIV, 252. Conf. Hom. H. in Pan. v. 46.

CLVII. — Nullam causam esse, cur dea in media urbe arma gerat. — 1. « Κορύσσεαι. Schol. W. : Πλάτων Κριτίᾳ (p. 110)· « Καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς θεοῦ σχῆμα καὶ ἄγαλμα, ὡς κοινὰ τότε ἦν ἐπιτηδεύματα ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὰ περὶ τὸν πόλεμον, ὥστε κατ' ἐκεῖνον τὸν νόμον ὡπλισμένην τὴν θεὸν ἀνάθημα θεῖναι τοῖς τότε, ἔνδειγμα ὅτι πάντα ὅσα ξύννομα ζῶα θήλεα καὶ ὅσα ἄῤῥενα τὴν προσήκουσαν ἀρετὴν ἑκάστῳ γένει παγκοινῇ δυνατὸν ἐπιτηδεύειν πέφυκεν. » De Venere armata conf. Antimachum, IX, ep. 321, et infra ep. 170-177. Damascius Photii Bibl. p. 1045 statuam se ait contemplatum esse Minervæ cum stupore summo : τοσοῦτον αὐτῷ κάλλος ἐνεχέρασεν ὁ τεχνίτης, οὐ γλυκύ τι καὶ ἀφροδίσιον, ἀλλὰ βλοσυρόν τε καὶ ἀνδρικὸν, ἔνοπλον μὲν, οἷον δὲ ἀπὸ νίκης ἐπανερχομένης καὶ τὸ γεγηθὸς ἐπιφαινούσης. » *Boiss.*

CLVIII. — In statuam Dianæ dignam dea. — 1 Ἄρτεμις εἰμ'· εἰ δ' Ἀρτ. et ὁ χαλκεὺς libri ; εἰμ'· εὖ δ' Ἄρτ. et ὁ χαλκὸς Meinek. p. 144, et Boiss., qui hæc : « Grotio εὖ debeo pro εἰ, Jacobsio χαλκὸς pro χαλκεύς. Ad Zachariam p. 415 malebam ἤδ' pro εἰ δ', ad Tiber. p. 17 ἢ δ'. [Ἄρτεμίς εἰμ' ἦδ'· Ἀρτ. Ungerus *Beitr.* p. 37.] Offendo ad compositionem. Prius distichum est Dianæ loquentis ; posterius spectatoris esse videtur [immo, statuæ ipsius de se, ut sæpissime]. » Idem offendit Benndorfium p. 45, qui Ἄρτεμίς ἐστιν· ἴδ' Ἀρτ. Passovius Script. misc. p. 202, αὐτοῦ ὁ χαλκεὺς, sed reponendo χαλκὸς non erat dubitandum. — 3. Τεχμαίρου. Conf. ep. 121, 1. — 4. « Κυνάγεσιον, h. l. locus venationi destinatus. » *Jac.* Del. p. 12.

CLIX. Lemma in S : εἰς Ἀφροδίτην. Legitur et in primis foliis cod. Palat. — 1 ἐμψύχωσε Lennepius (ad Phalar. p. 22, 2). — 3 ὅδε πω S. — 4 εἰς Steph.

CLX. Etiam hoc in primis foliis cod. Palat. — 3. « Περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, verba ex Homero petita (cf. Odyss. A, 426 ; K, 211) fortasse indicant singularem illum apparatum, quem significat Plinius XXXVI, 4, 21 verbis hisce : *ædicula ejus* (Veneris Cnidiæ) *tota aperitur, ut conspici possit undique effigies.* Conf. Lucian. Amor. c. 13. » *Benndorf.* p. 23. « De Venere Cnidia Praxitelis vide notas ad Winckelm. Opp. VI, 2, p. 143 seqq. » *Jac.* Del. p. 17. — 4. Hoc versu terminari epigr. antiquum, sequens autem distichon recentioris esse poetæ, Platonis ἔννοιαν amplificare conantis, optime demonstravit Jacobs. t. VI, p. 346 ; item simili ludendi pruritu impulsum grammaticum aliquem ep. 161 procudisse, quo negaret quod alterius distichi auctor affirmaverat. Conf. ad ep. 162. — 5. Grotius legisse videtur σιδηροῦς. — 6 ἔξεσεν οἷαν Ἄρης cod. Pal. (etiam Salmasio teste) ; ἔξεσ' οἷαν Ἄρ. ed. princ. Flor. et aliæ ante Steph., qui ἔξεσ' Ἄρης οἷαν, receptum a Boiss., Bergk. Lyr. p. 495 et aliis ; ἔξεσεν οἷ' ἂν Ἄρης Meinekius, quod a me in cod. 1773 repertum Jacobs. nostro exemplo apposuit. Ipse conjecerat οἷά γ' Ἄρ.

CLXI. Vide ad ep. præcedens. — Non statuam, sed deam ipsam esse affirmat. — 2 ἔστης ὡς πάλαι κρ. S.

CLXII. — « Gallicam et metricam Cocquardi versionem et alia vide in Chardonis Roch. Misc. t. I, p. 276. » *Boiss.* In cod. Iriart. præpositum epigrammati 161. In schedis Krohnianis huic disticho postpositum et conjunctum est extremum epigrammatis 160 : ac tale tetrastichon legisse Ausonium testatur ejus Epigr. LVII :

Vera Venus Cnidiam quum vidit Cyprida, dixit :
 Vidisti nudam me, puto, Praxiteles. —
Non vidi, nec fas : sed ferro opus omne polimus :
 Ferrum Gradivi Martis in arbitrio.
Qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren,
 Talem fecerunt ferrea cæla deam.

Sed nihil horum antiquum esse, post Jacobsium, aliis errantibus, perspexit Benndorfius p. 23, qui censet « hoc epigr. 162 nihil esse nisi imitationem epigrammatis 160, inserta φεῦ voce, adeo iterata misere languentem. »

CLXIII. — Conf. ep. 160.

CLXIV. Nihil hic de Cnidia Venere. — 1. Versus ductus ex antiqua inscriptione (ap. Herodot. V, 60) in Scæum pugilem, VI, ep. 7, 2.

CLXV. — 2. « Eveno obversatus esse videtur nobilissimus locus ap. Homer. Il. Γ, 156. » *Jac.*

CLXVI. — Acumen hujus epigr., quod Jacobsio videtur esse in verbis αὐτὸ; et πανωπήεσσαν (Praxitelem scilicet Venerem, quam Paris olim *solus* in Ida viderat jam *omnibus conspiciendam* dedisse), « haud planum ac vix plenum esse » ait Benndorf. p. 19.

CLXVII. – Cum Venere Cnidia celebratur ejusdem artificis Amor Thespiensis (conf. ep. 203 seqq.). — 2. « Καὶ θεὸς εὖσα. Id est, *quum sit revera* dea, *uret vel lapidem*. Probavit suam conjecturam καὶ λίθος εὖσα λίθον Jacobsius censori docto in Bibl. Crit. Nova ; mea interpretatio videtur posse facere satis. » *Boiss.* Ὡς a φάσει; pendet ; sed possit scribi ὦς, *sic*, cum Brunckio. Φλέξει λιθ. Jacobs. in Del. p. 17 laudat Plaut. Pœn. I, 2, 77 : *Illa mulier lapidem silicem subigere, ut se amet, potest.* — 4. Proverbialis locutio, *adamanta movere* (v. Jacobs. Anal. t. IX, p. 441 ; t. X, p. 65). Strue vero : ἀλλ' ὅτι κ. ψ. ἀδ. πῦρ ἐκβαλεῖ. — 6. « Non valde dispari acumine Pompeiorum sepulcra divisa esse dicuntur ap. Martial. V, 75 : *jacere Uno non potuit tanta ruina loco,* et Petron. c. 120 : *Et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra, Divisit cineres.* » *Jac.*

CLXVIII. In S sine var. — « Gallicis versibus reddiderunt Voltarius Diction. philos. in *Epigramme*, et Arnaldus abbas Opp. t. III, p. 280, hic pessime, mixtis epigrr. 162 et 168. » *Boiss.*

CLXIX. — Comparantur in hoc et seq. ep. Veneris et Minervæ statuæ. — 2 τὸν Φρύγα cod. Aldi, τὸν Πάριν ed. princ. et Ald. 1.

CLXX. — 4. Βουκόλος, ingenio rustico. « Apud Lucianum Deor. Dial. XX, 4, Minerva Paridis judicium subitura Mercurium rogat : Τί δαί ; τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός ἐστί τις ἢ τὸ πᾶν βουκόλος ; » *Jac.*

CLXXI. — 2. Conf. ep. 177, 5, 6.

CLXXII. Lemma : εἰς τὸ αὐτό. Sed in epigr. armatam

Venerem nihil indicat. Quod Palladis manibus factam ait statuam, operis præstantiam indicat. — 1 Αὐτά που codex Aldi in Lectt. indeque Ald. 2; αὐτάν π. vulgo.

CLXXIII. — « Poetarum lusus de hoc signo recensuit et exposuit Heynius Commentt. Gott. t. IX, p. 108. — 4. Ἀγχεμάχοις. Nam τηλεμάχοις uti, ut arcu et sagittis, turpe putabant Spartani. » *Jac.* — 5 Κυθείρης ed. princ. et aliæ ante Steph.

CLXXIV. — « Palladis cum Venere armata diverbium. » *Jac.* Del. p. 19. — 1. « Pessimam cæsuram » ἔνοπλον ἔειπεν ut amoveret Jacobs. corrigebat ἐνόπλιον, vel ἐν ὅπλοις, εἶπεν. « De Venere armata schol. Wech. excerpsit Pausan. III, c. 15, 8 et c. 23, 1. — 2. Pro ἐρχώμεθα. — 3. Τί μοι, elliptice, ut Latinis *Quid mihi....?* — 4. Vide not. ad IX, ep. 320, 4. Comparantur in Menagianis t. IV, p. 104 græca cum Ausonii latinis. Protulit et Ausoniana Larcher. Diss. de Venere p. 223. » *Boiss.* Bis hoc epigr. vertit Ausonius Epigr. XLII :

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.
 Nunc certemus, ait, judice vel Paride.
Cui Venus : Armatam tu me, temeraria, temnis,
 Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

et Epigr. XLIII :

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone visens,
 Visne, ut judicium sic ineamus? ait.
Cui Venus arridens : Quid me galeata lacessis
 Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

CLXXV. — 1 Καὶ λίθος libri; correctionem Jacobsii recepit Boiss. Qui velis sententiam explicuisset, obscurissimam in verbis simplicissimis. — 2 καὶ ἐπώμοσεν vel κἀπώμοσεν Hermannus. « Brodæus ad εἶναι subaudit θωρηχθεῖσα. Fortasse recte : sed sensus carminis mihi non satis expeditus esse videtur. » *Jac.*

CLXXVI. — « Gallice vertit Larcher. Diss. De Venere p. 219. » *Boiss.* — 1. Post Σπάρτας distinxit Brunck. Sensus : Etiam Venerem habet Sparta, sed non mollem et delicatam, ut alii populi. Jacobs. in Add. p. XCII proponebat οὐ δ' ἀστ., vel οὐκ ἄστεσι δ', sed neque in Delectu (p. 20) neque in nostro exemplo annotavit. — 4. Ἀκρέμονες Jacobs. in Del. accipit de ramo cum aureis malis, quæ Venus manu gestare solet; malim ramulos et frondem myrti intelligere, de quibus in Analectis cogitabat; χρυσείων autem non, ut ille, « pulchris », sed *aureis* in manu statuæ. — 6. Θρακός. Thracia Martis patria. Λακεδαιμονίαν. Plutarch. De fort. Romanor. c. 4 : οἱ Σπαρτιᾶται τὴν Ἀφροδίτην λέγουσι, διαβαίνουσαν τὸν Εὐρώταν, τὰ μὲν ἔσοπτρα καὶ τοὺς χλιδῶνας καὶ τὸν κεστὸν ἀποθέσθαι, δόρυ δὲ καὶ ἀσπίδα λαβεῖν κοσμουμένην τῷ Λυκούργῳ.

CLXXVII. — 1. « Epithetum θαλαμηπόλος hinc memorat Larcher. Diss. de Venere p. 135, ac totum epigr. gallice vertit p. 221. » *Boiss.* — 3 σοὶ παστός φ. conjecit Jacobsius, qui παστοῦ in nuptiarum apparatu memorati exempla affert : nihil mutandum. — 4. « Αὐλῶν, in nuptiarum solemnibus. Il. Σ, 494. » *Jac.* Del. p. 19. — 6. Ὅσον pro ὅτι τόσον.

CLXXVIII. — « Hoc et sequentia usque ad 182 epigrr. gallice vertit Caylus Memor. Acad. Inscrr. t. XXX, p. 446 seq. Vertit etiam ep. 182 Millin. Mon. ined. t. II, p. 232. » *Boiss.* In Apellæ illustrissimum opus, Venerem Anadyomenen, quam *artificis gloriam Coi* vocat Ovid. Pont. IV, 1, 29, et in cujus *tabula summam sibi posuisse* Apellem dicit Propert. III, 9, 11 : eam a Cois pro tributo acceptam Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris, ut narrant Strab. XIV, 2, 19 et Plin. XXXV, 36, 28. — 1 θαλάσσης ed. princ. Flor. — Ausonius vertit Epigr. CVI :

Emersam pelagi nuper genitalibus undis
 Cyprin Apellei cerne laboris opus :
Ut complexa manu madidos salis æquore crines
 Humidulis spumas stringit utraque comis.
Jam tibi nos, Cypri, Juno inquit et innuba Pallas,
 Cedimus, et formæ præmia deferimus.

CLXXIX. — 4. Ovidius, a Jacobsio citatus, Amor. I, 14, 33, de puellæ capillis :

Illis contulerim, quos quondam nuda Dione
 Pingitur humenti sustinuisse manu.

CLXXX. — 5. « Τὰ καὶ θέμις. Hæc enim (στέρνα) sola videre mortalibus fas est. » *Jac.* Conf. ep. 216, 3.

CLXXXI. — 2 Ἀπελλαίην libri, quod servabat Boiss. Vide ep. 178, 2.

CLXXXII. Legitur in primis foliis cod. Palat. et in S. — 1. Ante ἔτι distinxerunt Ungerus p. 33, Piccolos p. 80, et Geistius, ut ap. Himerium ab Jacobsio allatum Or. I, 20 : ἐκ μέσου τοῦ πελάγους ἀνιεῖσαν, ἔτι τὸν ἀφρὸν μετὰ τὴν θάλασσαν ἐξ ἄκρων πλοκάμων στάζουσαν. — 2 μορμύρ. Pal., μορφωροῦσαν S. « Spuma quum solvitur, lenem stridorem edit, μορμύρει (verbum homericum : Il. Σ, 403); quod recte translatum in corpus spuma tectum [et ex spuma natum]. » *Jac.* Del. p. 18. — 3 εἰδὼς libri Plan. et S. ἰδὼν Pal., Brunck. et Boiss., ut in aliis hujusmodi, ep. 162, 163, 179. « Pro meo tamen sensu vel sic participio ἰδὼν aliquid addendum erat, unde intelligeretur non vere rem factam, sed verisimilem et a poeta pro vera habitam, narrari. » *Jac.* Mutat igitur εἰδὼς in ἴδ' ὡς, coll. ep. 127, 3; 150, 3; 214, 1; 215, 1; 250, 1; VI, 353, 1; IX. 339, 5 et 777, 1. Quod cum Meinekio et aliis dedimus; conf. not. ad ep. 111, 1.— 4. Confert Jacobsius Theocr. XV, 81-83. — 5 γὰρ om. S. — 7 κυδωνίας S. « De malis cydoniis ductam imaginem plures illustrarunt. Aristoph. Ach. 1198 : Ἀτταταῖ τῶν τιτθίων, ὡς σκληρὰ καὶ κυδώνια. [Cantharus comicus ap. Athen. III, p. 81 : κυδωνίοις μήλοισιν ἴσα τιτθία.] Aristen. Epist. I, 3 : τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μαστόν [ubi v. Boisson. p. 231]. » *Jac.* — 8 Ἀθήνα Pal. — 9 φάγουσιν vel φεύγουσιν S.

CLXXXIII. — « Argutum carmen, quod illustravit Arnaldus De diis παρέδροις c. XII, p. 70 seq. » *Jac.* — 2. Libri καὶ πόλεμοι, παρὰ σοὶ δ', quod correxit Meinek. ad Theocr. p. 305, scil. περισσῶς, addens : « Apud Callimachum ceterosque Alexandrinos nihil hoc usu frequentius. Cf. Nækium Opusc. II, p. 72. » — 4 εἴκελος edd. ante Steph. — 5. « Οἶδεν. Quid bello possim, norunt Indi, ἀπ' ὠκεανοῦ, i. e. παρὰ τὸν ὠκεανὸν οἰκοῦντες. » *Jac.* Del. p. 10. Bacchi expeditio Indica e fabulis nota est. — 6 ἠῶος libri, corr. Brunck. Arnaldus conjiciebat ἐπ' Ὠκεανόν. Sed est periphrasis, ut *pastor ab Amphryso*, et *Atlas a Littore Hibero*, Sil. V, 271, ubi v. Heinsium.

CLXXXIV. Lemma : Ἀντ. Σιδωνίου, quod falsum esse docet Pisonis mentio. « Gallice vertit hoc ep. et ostendit Antipatro *Thessalonicensi* esse tribuendum Boivin. Memor. Acad. Inscrr. t. II, p. 289. » *Boiss.* — Basi statuæ inscriptum in Pisonis ædibus collocatæ. « Causam, cur Piso Bacchum sibi in bellis faventem putaret, ex Dione

Cass. l. LIV, c. 34 [coll. Senec. Epist. 83, 14] suspicari possumus. Is, qui Bessos ad seditionem incenderat, Vologesus fuit, Bacchi sacerdos, qui se deo opitulante bellum gerere volebat videri. Quum vero Pisonis et Romanorum copiis resistere non posset, verisimile est Græcos finxisse Bacchum, barbari illius partibus relictis, cum Pisone fuisse. » *Jac.* De L. Pisone adde Vellei. II, 98; Tacit. Ann. VI, 10. — 1. Συνασπιστής. De Baccho πολεμιστῇ conf. ep. seq. et interpp. ad Hor. Od. II, 19, 25 seqq. — 3. Ἄμφω pro ἀμφοῖν.

CLXXXV. — « Id epigramma gallice vertit et tentat etiam non feliciter vir doct. Disquis. de cultu Bacchi p. 54. » *B*. — 2. Scil. ὁ μὲν θύρσῳ, nota ellipsi. — 4 νεβρὸς libri, corr. Brunck.; eorundem πλαταγή corr. Jacobs. Intelligitur crepitaculum quo Hercules Stymphalidas aves fugavit; v. Apoll. Rhod. II, 1056 seq. et Apollodor. II, 5, 6, qui χάλκεα κρόταλα vocat.

CLXXXVI. — Conqueritur Mercurius se, palæstrarum præsidem, sine manibus et pedibus fingi. Notum Hermas sic fuisse plerumque, forma quadrata, εἰκόνας τετραγώνους καὶ κυβοειδεῖς (Schol. in Thucyd. VI, 27). Conf. ep. 192, et Boiss. ad Babrii fab. 48, 1 et 5. — 3. Χειρονομεῖν, a saltatione ad luctam translatum; ut Glaucus athleta a Pausania (VI, 10) dicitur ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς. De *chironomia*, « quæ est, ut nomine ipso declaratur, *lex gestûs* », vid. Quintil. I, 11, 7.

CLXXXVII. — Æsopica fabula eleganter narrata a Babrio CXIX; conf. Æsop. CXXVIII. — 1. Ξύλον ἦεν, surdus mutusque esse videbatur.

CLXXXVIII. — In Mercurii statuam prope gymnasium. — 1. « Λαγχάνειν dii dicuntur loca, in quibus aras et templa habent, quæque adeo præcipua tutela dignari existimantur. » *Jac.* De Mercurio Cyllenio v. Tafel. Dilucc. Pindar. p. 219. — 3. « Ἀμάρακον e mente Schneideri scripsi pro vulgato ἀμάρατον. Schol. W.: πλέκεται εἰς στεφάνους· Διοσκορίδης ἐν τῷ περὶ σαμψύχου. Legebat Scholiastes ille ἀμάρακον· nam Dioscorides III, 47 de sampsucho : καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον· πόα δέ ἐστι πολύκλωνος; ... πλεκομένη εἰς στεφάνους. » *Boiss.* Inde *mollis amaracus* ap. Virg. Æn. I, 693, ubi v. Heyn.

CLXXXIX. — In Pana, Peristrati cujusdam alvearia custodientem. Male lemma : εἰς ἕτερον τοῦ αὐτοῦ (Mercurii). — 4. Χεῖρα (τὴν ἐμήν). Grotii errorem in hoc disticho notavit Huschkius Anal. crit. p. 143 seq.

CXC. — In statuam Mercurii Νομίου. Jacobs. confert Pausan. II, 3, 4 : (Corinthi) χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκε δέ οἱ κριός, ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾶν καὶ αὔξειν ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι (Ξ, 491) ἐποίησεν. — 3. Αἴτ' ἀν' ὄρη etc. « compellantis esse » et tanquam vocativum ante Meinek. (p. 118) observaverat Jacobs., cui magis tamen placebat : Ἀλλὰ μόλοιτ' ἀν' ὄρη, quam correctionem recipiebat Boiss.; sed hoc Planudes non depravavisset. — 4 τοῦ δ' ἀρπ. Jacobsius (post μόλοιτε). « Particula γε habet sane aliquid offensionis, quod ita evitari potest, si poetam τοῦ δαρδαπτῆρος scripsisse ponatur. » *Meinek.*

CXCI. — In Mercurium figlinum. Notum est vel ex Ovidio antiquissima deorum signa fuisse opere figlino. — 1. Αὐτόθεν cum Jacobsio accipiebam de opere αὐτοσχεδίῳ, facto sine ullo apparatu longinquius petito. Rectius Boiss. : « Αὐτόθεν significare videtur non ex peregrina et longius quæsita ac rara argilla fictam esse statuam, sed ex ipsa hujus loci terra. » — 2. Ἀψῖδος κύκλος qui vulgo τροχός, *rota*. — 4 ὦ ξένε libri, corr. Brunck.

CXCII. Legitur in primis paginis cod. Palat. — In Mercurium Scopæ alibi non memoratum. — 1. Τῶν πολλῶν ἕνα, quasi e multitudine Hermarum, quibus plateæ urbium viæque publicæ exornari solebant, Athenis præsertim, ex instituto Hipparchi, quod testatur laudatus ab Jacobsio eximius Platonis locus Hipparch. p. 228, D. Conf. ep. 186.

CXCIII. — Dialogus viatoris et Mercurii agrorum custodis. — 2. Ἐκ λαχάνων, scil. ἅψασθαι vel λαβεῖν τι.

CXCIV. — « Conf. IX, ep. 773, Palladæ, cui fortasse hoc quoque distichon tribuendum. » *Jac.* — 2. « Τῇ κολάσει. Schol. W. : ἤγουν τῷ ἔρωτι, ὅστις ἐστὶ κόλασις τοῖς ἀνθρώποις. Κόλασιν· τὸν χαλκὸν ἐκ τοῦ πυρὸς ὄντα (potius τὸ τήγανον ἐκ τοῦ πυρὸς ὄν). » *Boiss.*

CXCV. — « Amor arbori alligatus est in gemma ap. Lippert. n. 114. » *Jac.* Del. p. 21. Hoc epigr. et quatuor quæ sequuntur, cum quatuor aliis Meleagri, sine scripturæ varietate, sed imaginibus ex antiquo illustrata, transcripsit Otto Jahn ad calcem nitidissimæ, quam dedit Lipsiæ a. MDCCCLVI, editionis Apuleii de Psyche et Cupidine fabulæ. — 3. Περιηγέας, post tergum revinctas. — 5. « Ψυχά, vi et effectu carentia, ut ψυχρὰ τέρψις ap. Eurip. Alc. v. 354. Ἐκείνου, scil. τοῦ τεχνίτου. » *Jac.*

CXCVI. — 1 Τίς σε et v. 5 ὅς σε Jacobs.; vulgata reduxit Boiss. Οὐχ ὁσίως, scil. mortalis deum. — 3. Πινακράν, quippe plorantis, ut est in sequentibus de eodem argumento epigr. — 6. « Κυμήναντα, gravius quam κινοῦντα. Pindar. Fr. 88 : ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται. » *Jac.* Del. p. 22.

CXCVII. Legitur in S et in cod. 1630 (B), cujus lemma : εἰς Ἔρωτα δεδεμένον πτερῷ. — 1 τίς δισσας libri Plan.; τίς δήσας S et B; δὴ σάς Meinek Anal. Alex. p. 399. — 3 μὴ δὲ δάκρυα et in fine προσώποιο S, B.

CXCVIII. — 1. Ἄκριτε, ἀλόγιστε. Jacobs. confert Hor. Sat. II, 3, 266. — 2 δάκρυα ψυχοτακῆ var. in schol. Wech., quam Brunck. præferebat. — 4 πτανὸν ψυχᾶς πῦρ, τρ. edebatur, « quo omnis et sensus et metri elegantia pessum datur », ait Benndorf. p. 63. Ejus emendationem recepi. — 6. Κωφοῖς, qui preces non audiunt. — 7. Ἀφύλακτος, qui alibi ἄφυκτος, *qui carceri nequit*. Item ep. 211, 3.

CXCIX. Non esse videri Crinagoræ hoc epigr. exponit Geistius *Krinag.* p. 8. — « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Mosch. p. 118 (sive 414). — 1 συσφίγγων libri, perverse. Scripsi συσφιγχθείς. Jacobs proposuit στένάζε νῦν σφιγχθείς. » *Boiss.* Græfius conj. συσφίγκτοιν χεροῖν. Non male vulgatam Huetius sic interpretatur : quia, dum manus conatur vinculis exsolvere, eo magis adstringit eas. Quo sensu divisim legendum videtur : σὺ (i. e. αὐτὸς) σφίγγων. — 8. Hanc ex J. A. Baïfii Lusibus (*Passetemps*) imitationem affert vir litteratissimus R. Dezeimeris ad gallica Petri de Brach Opera Poetica, t. I, p. 151 :

Felon, tu as beau plorer,
Estrainct de ces cordes dures :
Il faut bien que tu endures
Ce que tu fais endurer.

CC. — « Gallicis versibus conversum fuit ab Gacone, Andrea Chenier, multis. » *Boiss.* Pictura vel anaglyphon describitur. — 1 βοηλάτην ed. princ. — 2 δοῦλος Ἔρως tentabat Wakefieldus. — 5 πλῆσον ed. princ. Flor. et cod. Aldi, πρῆσον Steph. cum aliis edd. vett, quod vertit Grotius; βρέξον Valckenarius, πῖσον Ahrensius; πλῆσον, quod præbet etiam cod. S, tuentur Schæf., Boiss et Meinek. ad Moschum, uterque comparans VI, ep. 40, 3. — 6 ἐπ' ἄρ. S.

CCI. Lemma in S sine ἔστεφ.; in codice 1630 (B) : εἰς ἔνθεον ἔρωτα. — In simulacrum Amoris cœlestis, coronas gerentis pro arcu reliquoque apparatu consueto. — 5. Respondet Amor. Ἔρως præponunt S, B, hic etiam : ὡς ἀπὸ τοῦ Ἔρωτος. « De πανδήμου multus est schol. Wech., apponens quæ leguntur in Pausaniæ Bœot. c. 16, 2. [Commendandum in hac re erat Convivium Platonis.] In fine vulgo οὐκ ἀπὸ γ. Scripsi οὐδ' ex B, S. — 9. Quatuor virtutum scilicet, quæ cardinales dicuntur in scholis : ἀνδρείας, φρονήσεως, σωφροσύνης, δικαιοσύνης. Theodoretus De provid. VI, p. 170 : ἀρετὴν μὲν ὁριζόμεθα, φρόνησιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων γεννώμενα ἢ ἐν τούτοις περιεχόμενα τῆς φιλοσοφίας μόρια. Quam sæpius auctores σωφροσύνην vocant, vocavit poeta versu sequenti σοφίαν. De hisce virtutibus vide not. ad Marinum p. 67; Bassum ad Eumathium gallice versum p. 262; Ducang. ad Annam Comn. p. 224; Thomasium Dissertt. in Observ. Halens. t. IX. Conf. Anthol. I, ep. 93; meu Anecd. t. IV, p. 173; t. V, p. 164, 1. Quatuor virtutibus animi opponit corporis quatuor Julianus Orat. I, p. 10 : ἰσχὺν καὶ ῥώμην καὶ εὐεξίαν καὶ κάλλος. Sternius, qui voluit esse facetus, quatuor hominis cardinales virtutes esse statuit hasce : « *to build a house, to raise a tree, to write a book, and to get a child.* » *Boiss.*

CCII. « Addidi lemma. Videtur in eumdem Amorem epigramma scriptum, quem præcedens interpretatio moralem fecit et virtutum ministrum. » *Boiss.* — 1 ἐκ λιβάνοιο vulgo; Jacobs. scripsit Λιβάνοιο. Famosa fuere Libanus et præsertim monti adjacens urbs Heliopolis, impudicorum amorum sedes. Cf. ep. 288. « Μέλος ἐκ Λιβάνου de cantu lasciviore ap. Themist. Or. XXIII, p. 301, B. » *Jac.* Del. p. 23. — 3. Unus Amor Veneris filius, reliqui Nympharum Εἰ δὲ πλῆθος Ἐρώτων (inquit Philostratus Imag. I, 6), μὴ θαυμάσῃς· Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες οὗτοι γίγνονται. Claudianus Nupt. Honor. et Mar. v. 72 :

Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, similes habitu, gens mollis Amorum.
Hos Nymphæ pariunt, illum Venus aurea solum
Edidit.

— 4. « An alibi ap. veteres poetas Amor rei olitoriæ præpositus occurrat, ignoro. Nec tamen hæc imago mirabilis videbitur iis, qui in antiquæ artis monumentis Amores (sive Genios potius, sub Amoris specie repræsentatos) ad omnia fere vitæ ministeria adhibitos meminerint. » *Jac.*

CCIII. Legitur in codd. S et B. — De celeberrimo opere v. præsertim Pausan. I, 20. — 1. « Κλίνας αὐχένα. Conf. ad XII, ep. 48. » *Boiss.* — 2 μέλη ἰδίαις S, με ληιδέαις B. Eodem adjectivo usus est Julianus VI, ep. 20, 2. — 3 με in fine om. S, ἔνδοθεν κευθόμενόν περ B. — 4 χαλκώσας libri Plan., quod falsum, nam alia res est IX, ep. 795, 2; χαλκεύσας S, B, quod recepi; φερένη B. Fallitur autem Julianus; nam marmoreum erat artificis utrumque simulacrum Amoris; v. Sillig. Catal. artif. p. 386. — 5 αὐτις ed princ Flor.; Ἔρωτι om S.

CCIV. Lemma : Σιμωνίδου nescitur qua auctoritate posuerit Plan. Athenæus XIII, p. 591, A : καὶ Πραξιτέλης δὲ ὁ ἀγαλματοποιὸς ἐρῶν αὐτῆς (Phrynen) τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην ἀπ' αὐτῆς ἐπλάσατο, καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἔρωτος βάσει τῇ ὑπὸ τὴν σκηνὴν τοῦ θεάτρου ἐπέγραψε· Πραξιτέλης κτλ. Quo nomine Lyricis inseruit Bergk. p. 500; idem in Anthologia ponendum erat. Non esse autem artificis, sed recentius ἐπιδεικτικόν, argumentis planissime demonstravit Benndorf. p. 25 seq.— 3 ἐμοῖο libri Plan. et aliquot Athen., sed boni ἐμεῖο, quod dedi. Amoris verba sunt. Φίλτρα δὲ βάλλω Athen.; alterum ineptum. — 4 οὐκέτ' ὀϊστεύων Athen. « Οὐ τόξοις, ἀλλὰ βολαῖς ὀμμάτων. » *Jac.* Del. p. 21.

CCV. Conjungendum cum alio Gemini epigr. quod legitur VI, 260, ubi vide not. — 2. Μισθόν. Conf. ep. cit. v. 2 et 4. — 3 δῆσε ed. princ. Flor.

CCVI. — 1. « Schol. Wech. sua sumpsit ex Pausania IX, c. 27. » *Boiss.* — 3 Ἔγνω θεὸν, in amore Phrynes, unde vera dei imago in animo ejus nata est.

CCVII. « Lemma Plan. : εἰς Ἔρωτα γυμνόν. Cui schol. Wech. addit : ἔχοντα τῇ μὲν ἄνθος, τῇ δὲ δελφῖνα, αἰνιττόμενον ὡς γῆς καὶ θαλάττης βασιλεύει. Hunc Amorem κατέχοντα δελφῖνά τε καὶ πόαν quid significet explicat Tzetzes Chil. V, Hist. II. Ibi in versu sic edito

Τοξότην ζωγραφοῦσί τε σύναμα καὶ πυρφόρον

scribendum vel ζωγραφοῦσι τε vel ζωγραφοῦσι τέ, e regula politici metri. » *Boiss.* Amorem delphino insidentem flabellumque manu tenentem ex numo citat Jacobs. — 1. Γυμνὸς, non armatus. Mox μειλίχιός ἐστιν S.

CCVIII. « In lemmate, pro πιπεροπάστῳ, malui Aldinum πιπεροπάστῃ. Esse videtur vasculum, quo tritarum piperis baccarum pulvis continetur. » *Boiss.* Eadem Jacobsius, addens : « Hujusmodi vasculo insculptus Amor inepto huic disticho occasionem dedit. » — 1. Ἄπνοος, quia sculptus scil.

CCIX. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 405. » *Boiss.* Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Egregie explicuit Benndorfius p. 68, quem vide in nota ad IX, ep. 15. — 1 τῶν δαλῶν S.

CCX. Lemma Plan. : εἰς Ἔρωτα ἐν ἄλσει κοιμώμενον. Εὑρέθη δὲ ὑπὸ ὑδάτων, pro quo in primis foliis cod. Palat. legi ὑπὸ ὁδιτῶν scribit Brunckius; sed ex alio codice habuit, nam neque in apogr. Goth. est neque apud Salmas. qui epigr. contulit. In cod. Laurentianæ (plut. 57 c. 29, ap. Schneidewin. F) bis exstat epigr., primum cum lemmate : Πλάτωνος νεωτέρου (quod etiam in nostro T est), iterum cum hoc lemmate etiam codicum RS et T : Πλάτωνος εἰς Ἔρωτα εὑρεθὲν (εὑρεθέντα Schneidew.) ὑπὸ ὁδιτῶν ἐν ἄλσει. « Pars est majoris carminis », ait Bergk p. 496, qui ad philosophum, Ἔπη inscribens, retulit. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Theocr. p. 273. » *Boiss.* — 2 Κυθείρης vett. edd. aliquot, T a pr. m. Cum μήλοισιν ἐοικότα conferunt Theocr. VII, 117; Long. I, 24. — 3 ἰοδόκον libri Plan., T et F primo loco; ceteri ἰοβόλον, quod Boiss. recepit. — 4 δένδρεσιν RS, F, T. — 7 κηροχύτοις ἐντὸς λαγαροῖς libri Plan., Palat., T et F priore loco; κηροχύτοις δ' ἐντὸς λάροις (sic) RS, F altero loco; quod λαροῖς de conjectura restituit Salmasius coll. ep. 220, 1. Jacobs. de sua et Orellii conj. edidit κηροχυτοῦσ' (κηροχυτοῦσαι) ἐντὸς, λαροῖς i. χ. β., i. e. apes intus in ore favos struentes (conf. Theocr. I, 146) in dulcibus pueri labiis errabant Meinekius (Del p 240) κηροχύτευν ἐντὸς,

λαφοῖς δ'...; Bergkius κηρογύτου στόματος conjecit. Sed egregie vidit Schneidewinus (p. 10) ΔΕΝΤΟΣ ortum esse ex ΜΕΛΠΟΣ et sequentem versum voce ἐργάτιδες, *opifices*, inchoasse videri. Nam de Platone aut Pindaro si sermo esset, ἐντὸς cogitari posse, sed *Cupidini* infanti poeticam facultatem et sermonis dulcedinem non fuisse instillandam. — Sed et librorum lectio probari potest.

CCXI. — 2. Mire omnes ἀτηρής, quod si usquam legitur, ex errore est aut depravatione. — 3. « Armis depositis jacebat deus. » *Jac.* — 6. Μοὶ junge cum πικρόν. Clarius loquitur Alpheus ep. seq. 5, 6, unde hæc expressa.

CCXII. — 1 χερὸς ab Ascensiana, in prioribus omissum. — 4. Εὐνομία Suidæ εἰρήνη, exempla in Thes. Scilicet ἄγομεν ἡσυχίαν ἀπὸ τῶν σῶν τοξευμάτων. — 5. Μή τινα, sc. δόλον. — 6. Πικρόν. Ne per somnum improba in perniciem meam agites consilia. » *Jac.* Del. p. 23.

CCXIII. Λεωνίδου inscriptum in primis foliis cod. Palat., etiam Salmasio teste. In RS : εἰς Ἔρωτα. Præterea legitur in S, B, et cod. 1773 (T). — 1 καὶ σοὶ Pal., σοι om. RS. — 2 σκυθικῶν libri Plan., σκυθικαὶ Pal., RS, B, T; σκυθικὴ S. Recte Boiss. alterum recepit idem « De arcu Scythico vid. Millin Monum ined. I. pagg. 24, 27, 361. » Scythæ arcum peritissime tractabant. In fine ἀλόδες ex Pal. affert Jacobs., ἀκροβολῆς ἀκίδες apogr. Paris. Schneidewinus σκυθικαὶ τ. ἀκροβόλων ἀκ. Malim ἀκροβελεῖς. 3 τί γὰρ πλέον libri Plan.; τί δὲ πλέον Salmas. et Brunck. e Palat. τί τὸ πλέον RS, F, S, B. Unde probabiliter Schneidewinus :

φεύξομ' Ἔρως σ' ὑπὸ γᾶν. Τί δὲ τὸ πλέον; οὐδὲ κτλ.

— 4 ἔφυγε codd., ἔφυγεν edd. Plan. solæ, σὴν ἔφαγε B; ἀΐδης S, θεῖδες apogr. Par.

CCXIV. — In Amores deorum spolia gestantes. Argumentum in anaglyphis et ornamentis sæpe tractatum Respici hoc et sequens ep. in carm. VIII Lusuum Priapeiorum annotat Jacobs. — 2 ἀγαλλόμενα libri male, corr. Brunck. Νήπια pro adverbio est. — 5. Ἁλίου, τοῦ θαλασσίου Ποσειδῶνος. — 7. Πόλον εἷλε, cœlum expugnavit.

CCXV. — 2. Boiss. recte distinxit post ἀθανάτων, non ante, ut vulgo. Σκῦλα, ἐπὶ τοῖς σκύλοις. — 6 λαμπάδα edd., corr. Brunck. Sæpius ap. veteres duabus tædis instructa fingitur Diana vel Hecate; vid. Aristoph. Ran. v. 1361; Soph. Œd. T. v. 198; conf. Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 11, 116; Orelli in Hor. Carm. III, 4, 60. — 7. « Οὐκ ἄχθος, οὐκ ἄρα χρὴ ἄχθεσθαι ἡμᾶς θνητοὺς ὄντας. Verborum structura ut in Il. Γ, 156, οὐ νέμεσις. » *Jac* Del. p. 24. — 8. Quum ipsi Dii arma sua Amoribus tradiderint.

CCXVI. — « Schol. W. : τὸ Ἥρας ἄγαλμα κάθηται ἐπὶ θρόνου· Πολυκλείτου ἔργον ἐστίν· ἔπεστι δέ οἱ στεφανος, Χάριτας ἔχων καὶ Ὥρας ἐπεξειργασμένας· καὶ τῶν χειρῶν τῇ μὲν καρπὸν φέρει ῥοιᾶς, τῇ δὲ σκῆπτρον, καὶ κόκκυγα ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ, εἰς ὃν ἠλλάγη Ζεὺς ὅτε ἤρα παρθένου τῆς Ἥρας. Ex Pausania, II, 17, 4. » *Boiss.* — 3. Ὅσον θέμις. Conf. ep. 160, 5; 180, 5. — 4. « Μορφαὶ, *forma singulorum membrorum sub palla latentium*, explicat Heynius Commentt. Gott. X, p. 105. » *Jac.*

CCXVII. — « Suidas : Κῦρος, Πανοπολίτης, ἐποποιός· γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως .... Vide ibi not. Gaisfordianæ. » *Boiss.* Cujus epigrammata habemus in Anthol. — 2. Ὅς τρέφε θ. Ὅμ. Conf. ep. 296, 8.

CCXVIII. Lemma : εἰς εἰκόνα τῆς αὐτῆς. « Non Calliopen Musam exhibuit, sed mulierem quandam Calliopen nomine. » *Boiss.* Haud dubie mimam.

CCXIX. Lemma : εἰς εἰκόνα Πολυμνίας. — « Item in mulierem Polymniam nomine, quæ in habitu Polymniæ Musæ picta fuerat. » *Boiss.* — 2 ἀμφοτέροις vulgo.

CCXX. — « In tres Musarum statuas, trium sculptorum veterum opera. Dedit nonnulla de hoc carmine Winckelmann. *Mon. ined.* t. I, in *Tratt. prelim.* p. LXVII. » *Jac.* Idem nott. mss. : « Cf. Hermanni Opusc. t. II, p. 289. » — 1 τῇδ' ed. princ. — Aristocles Cydoniata floruit olymp. 70; paulo ante Ageladas Argivus, Phidiæ magister. — 4 καναχᾶ edd. ante Steph. Clarus Κάναχος Sicyonius sculptor, hoc solo, ut videtur, loco Καναχᾶς appellatus. — 5 πέλεν Brunckius. « Tres esse Musas nonnulli volebant propter tria τῶν μελῳδουμένων genera, τὸ διάτονον καὶ τὸ χρωματικὸν καὶ τὸ ἐναρμόνιον, secundum Plutarch. Mor. p. 744, C [Quæst. Conv. IX, 14, 3]. Igitur prima illarum Musarum, ἡ κράντειρα τόνου, diatonicum moderatur genus; altera, μελῳδὸς χρώματος, chromatici generis auctor; tertia, εὑρέτις ἁρμονίας, enharmonici inventrix. » *Jac.*

CCXXI. Ad lemma Schol. Wech. : Παυσανίας μέμνηται περὶ τοῦ ἀγάλματος τούτου ὅπου διηγεῖται I, 33, 2) περὶ Ῥαμνοῦντος καὶ Μαραθῶνος ἐκεῖνον τοίνυν μέτιθι καὶ κάλλιστα εὑρήσεις περὶ τοῦ ναοῦ καὶ ἀγάλματος τῆς Νεμέσεως. — « In deam Rhamnusiam factam, ut fertur, ex marmore quod Persæ secum advexerant, ut tropæum de Atheniensibus fieret. *Jac.* Del p. 38. Nemesis loquitur. — 1. Χιονέην, nam candidum marmor Parium. Παλιναυξ. ἐκ πετρ. in monte lapicidinam intellige, in qua saxa succrescere (πάλιν αὔξεσθαι) existimantur. — 4. Καμμονίης. Schol. in Il. X 257 Καμμονίη, νίκη, οὐ καθολικῶς, ἀλλὰ ἡ ἐκ καταμονῆς. Conf Plutarch. De aud. poet c. 6 (p. 22, D). — 5. In Μαραθὼν ἀντέκτυπε poeta fortasse de heroe Marathone cogitavit ta quam Jove hostes ἀντίῳ κτύπῳ terrente, simul de κτύπῳ κομπασμάτων quibus Persæ Nemesis in se iram concitaverant. — 7. Parœmiographus in Milleri *Mel. de Litt. gr.* p. 382 : Ἀδράστεια· ἑταίρα τῆς Νεμέσεως, ἡ νεμεσῶσα τοῖς μεγαλαυχουμένοις. Cf. Amm. Marcell. XIV, 11, 25 ibique interpp. et Dorv. ad Charit. p. 40 — 9. Τὰς ἐλπίδας, quæ plerumque leves et modum excedentes. — 10. Conf. ep. 263.

CCXXII. — Præcedentis epigr. paullo tumidioris imitatio sobria. — « Theodulus in meis Anecdotis t. II, p. 262 οἱ τὰ μεγάλα καθ' ἡμῶν πνέοντ Πέρσαι καὶ πάντας παντάπασιν ἀπειλοῦντες ἐκτρίψειν καὶ πριν ὁτιοῦν ἐξεργάσθαι τὸ τρόπαιον ἔχοντες. Ibi notam vide. *Boiss.* 2 Καίριον potest esse adverbium pro ἐπικαιρίως, *commode emporl* Vid. Lobeck ad Soph. Aj. v. 34. — 4. Σοφίῃ sc. τῆς τέχνης fortasse etiam respectu habito ad usum ingeniosum, quem Athenienses de illo marmore fecerant. » *Jac.* Del. p. 38.

CCXXIII. « Est ap. Arsenium Viol. p. 277, ubi Walz. » *Boiss.* Etiam in S. Hoc et sequenti disticho explicatur signum Nemesis, multo vero uberius in Mesomedis Hymno in Nemesin, qui conferendus.

CCXXIV. « Legitur ibidem, ubi v. not. Walzii. » *Boiss.* — 2. Μηδὲν, sc. λέξῃς καὶ ποιήσῃς. Vulgare proverbium : μηδὲν ἄγαν. » *Jac.* Del. p. 38. Conf. XII, ep. 193, 2.

CCXXV — 3. « Pan Echûs amore flagrabat. Vide ad

ep. 154. » *Boiss.* — 4. Ἀνωφελέα, quæ Echo non retraheret.

CCXXVI. — « Comparandum hoc epigr. cum Hymno Homer. XVIII (in Pana), v. 12-18. — 4. Junge κλάζε δὲ ἁρμονίην, κατιθύνων αὐτὴν ἐκ συνῳδοῦ ῥήματος. Fistulæ cantus ad verborum, quæ accinuntur, mensuram temperandus est. » *Jac.* — 5 ἀμφὶ σοὶ edd., corr. Brunck. — 6. Ἴχνος ῥήγνυται in saltatione. « Formatum nomen μεθυδριάδες ad imitationem nominis Ἀμαδρυάδες. Similia etiam ἐφυδριάδες, καθυδριάδες. » *Boiss.*

CCXXVII. — Conferendum hoc ep. cum X, ep. 12. — 2 μονεροῦ F; γυῖα καμάτου ed. princ. Flor., Aldi 1, cujus altera et sequentes γυῖα μόθου. Brunck. conjecit πόνου, quod præbet; κόπου Jacobsius, quod confirmant RS et cod. 1773. Cf. Boiss. Anecd. t. I, p. 41. — 3 ἤχισε RS, F. — 5 ἐν δρυσὶ (sic) μεσημβρινὸν ἀγχ. πηγῆς iidem. Longus I, 25 : συρίττοντος δὲ αὐτοῦ τὸ μεσημβρινὸν, καὶ τῶν ποιμνίων σκιαζομένων. At pastor caprarius Theocriti (I, 15) non fas sibi putat τὸ μεσαμβρινὸν συρίσδεν. Ibi Kiessling. optime hoc epigr. contulit. — 6 συρίζων iidem, et in fine πλατάνος, et ut videtur ὕπο, non ὑπὸ, ut Plan. In sequenti vero disticho aperiuntur turpes Planudæ interpolationes, hoc in quo versamur distichon ita continuantis :

Καύματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός· ἄλμα δ' ἀμείψεις
αὔριον. Εὖ τόδε σοι Πανὶ λέγοντι πείθου (sic).

Quorum absurditatem exposuit Schneidewinus p. 17 seqq. RS et F consensu καῦμα δ' ὀπωρηνοῖο φ. κ. αιας ἀμείψεις, in minore versu αιπ ἑρημίη τοῦτ' ἐνέποντι πίθου. Schneidewinus αἶπος ἀμείψεις αἰπύ, cujusmodi exempla collegit Lobeck. Paralip. p. 525 seq.; sed in tali, qualis hic est, loco ea dicendi ratio ferri non posse videtur : fortasse proprium montis nomen latet, si quidem αἶπος recte scriptum est et recipiendum. Idem certius in ἐρημίη vocem Ἑρμείη agnovit, quam X, ep. 12 confirmat; *Pana* vero a Planude substitutum conjecit, quod in ejus archetypo Platonis ep. 13 de Pane coaluisse videtur, ut coaluit in RS et F, et sine lemmate est. (Conf. ad ep. 250.) Ego, pro ἄλμα δ', ἄλσος revocavi (ἄλμα synonymum voci ἄλσος Planudes ex Etymologo novisse videtur, qui ex Lycophrone affert), et αὔριον servavi, etsi malim ὥριον, *tempore opportuno;* αἰπύ· σὺ δ' Ἑρμείῃ Schneidewin.

CCXXVIII. — Item in locum amœnum et subfrigidum. — 1 τὰν πέτραν libri, quod per se bonum, sed sequens versus et alii ejusdem generis loci arborem esse commemoratam probabile reddunt; vide collecta a Jacobsio p. 867 et Add. p. XCIII, qui πτελέαν, sed Meinekius πεύκαν. Illud recepi. — 3. « Ὀδίταις ἄμπαυμα τοῦτο φίλον. Clytemnæstra Æschylea (Ag. 876) reditum Agamemnonis sibi esse ait quod est ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος. Niceph. Gregoras Hist. VIII, 11, 2 : τῷ μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ οὕτως εὐφρόσυνος ἡ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἔδοξε γνώμης μετάθεσις, ὡς τοῖς ὑφ' ἡλίῳ καιομένοις ὥρᾳ θέρους ζέφυρος καὶ τοῖς δίψει φλεγμαίνουσι πόμα ψυχροῦ. » *Boiss.* Conf Virg. Ecl. V, 46.

CCXXIX. — 2. « Puto quam sæpe statuarum capiti imponebant lunulam fuisse ab hujus statuæ artifice in formam nubeculæ delineatam et fictam. » *Boiss.*

CCXXX. Lemma : εἰς ἕτερον Πᾶνα, absurde fictum, quanquam RS εἰς αὐτό, F εἰς αὐτόν. Viatoribus via ad fontem inter rupes limpidissimum monstratur. — 1 σύ γ' ἐπ' οἰονόμοιο libri Plan.; ἀπ' οἴον. Lobeckius Paralip. p. 313, structuram et sententiam intricatam esse sentiens. Genuinum σύ γε ποιονόμοιο præbuerunt RS et F, quod conjectura assecuti erant Emperius et Bernhardyus. Libri Plan. περιπλέον, ut videtur; corr. Jacobs. in Del. p. 357; περιπλεονίμιος RS, F. — 2 πίους iidem. — 3 δαμπλείδοτος ἄκρον iidem. — 4 κεῖσέ γε πὰρ κείνᾳ libri Plan.; ταύταν παρ (vel πὰρ) κεῖναν (κείναν T) ποιμάνια (vel ποιμεύνια RS, ποιμείνια F, ποιμενία cum ε super α T) πίτυς RS, F, T (cod. 1773). Unde Schneidewinus verum restituit p. 17 : « Legebatur enim titulus ad radices collis, monstrabatque quasi digito jugum illud et pastoritiam pinum. » — 5 κελαρίζον edd. vett., sed recte tres codd., qui deinde εὐχρίνου. Temere Schneidew. εὐχρήμνου proponit.

CCXXXI. — In Pana solitario in loco fistula canentem. — 1. « Ruhnkenius in Epistolis ad Valcken. p. 31 proposuit οἰόβοτον, quod olim proposuerat et Wolfius. Sed nihil tentandum. » *Boiss.* Alibi est οἰόπολος. — 3. « Post κρέκεις exspectabatur νέμωνται. Sed verba sic licet accipias : Ἐνταῦθα ἱδρύνθην, ὄφρα νέμοιντο. » *Jac.* Del. p. 25. — 4 ἠϋτόκων duo codd. Brunckii.

CCXXXII. — De statua Panos a Miltiade dedicata post victoriam Marathoniam. « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. VI, n. 176. — 2. De auxilio, quod Atheniensibus in pugna Marathonia tulit Pan, vide ad XV, ep. 21, 9. » *Boiss.*

CCXXXIII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν. Scil. a Miltiade dedicatum. — 1. « Πόσις Ἀχοῦς. Conf. ad ep. 154. » *Boiss.* 2 πάνσκοπος edebatur, corr. Hecker. p. 342. — 3. « Πολύσπορος eo sensu intelligi potest, quo exponunt lexica; vel, *multorum seminibus conceptus*, quippe cujus mater Penelope ab omnibus procis compressa fuerat. » *Brunck.* Μετανάστας, nam Pan illo tempore Athenis nondum colebatur et velut μέτοικος erat.Unde v. 6 ξείνια. — 7. Ἄλλοις, scil. Minervæ, cui acropolis sacra. Post pugnam Pani antrum sub arce dedicatum est; v. Herodot. VI, 105. — 8 μαραθωνομάχοις libri et Boiss., — χαις Brunck. et Jacobs. Ducta vox ex Aristoph. Nub. 986, Acharn. 181.

CCXXXIV. — « Memorabile epigr. ob descriptionem signi in quo trium deorum formæ conjunctæ fuerant, ita ut caput Pana referret, pectus cum ventre Herculem, crura pedesque alati Mercurium. » *Jac.* Del. p. 29. De more veterum signa deorum plurium in unum confl..di egit Huetius ad h. l. p. 32. « Quattuor primos versus illustravit et latine vertit Arnaldus De diis παρέδροις c. 13. » *Boiss.* — 6 ἀπτόμεθα legebatur, ἀντόμεθα Heckerus I, p. 181, collato ep. 253, 6 : ἱρῶν ἀντομένη θυέων. « Significat, inquit : *pro sacrificio et thure nobis oblato propitii tibi tres simul gratias rependimus.* »

CCXXXV. — Pan sumptus in sacrificiis sibi oblatis deprecatur. — 2 ποῦ δ' edebatur, τοῦ Jacobsii correctionem (pro τίνος χάριν, *quare*) recepit Boiss. Transmarino vino opponit v. 6 ἐγχθόνιον, quasi ἐγχώριον, quod non recte v. *testaceus* verti videtur. — 3. Anceps τένοντας accipiendumne sit de cervicibus, an de cruribus. — 4 τοιούτοις edd. ante Ascens.— 6. Αὐτόξυλος, ut αὐτόξυλον ἔκπωμα in Soph. Philoct. v. 35. « Κύλικος, οἴνου. In γλευκοπότης κυλ. abundantia est, ut VI, ep. 95, 2. » *Jac.* Del. p. 27. Brodæus ἐκ χθονίου malebat, ut sit mustum ex fictilibus poculis : quod opponatur χρυσέοις δεπάεσσι v. 1; non male.

CCXXXVI. Lemma : Λεωνίδου, [οἱ δὲ περίτου] εἰς ἄγαλμα Πριήπου. Voces uncis inclusæ primum accesserunt in Ald. pr. Θεοκρίτου nomen latere censebat Brunck.,

multo probabilius Πέρσου Meinekius p. 120. — Expressum est in Lusibus Priap. XXIV :

> Hic me custodem fecundi villicus horti
> Mandati curam jussit habere loci.
> Fur, habeas pœnam, licet indignere, Feramque
> Propter olus, dicas, hoc ego? Propter olus.

CCXXXVII. — 1. Sic in Lusibus LXXVIII :

> Deprensos ego perforare possum,
> Tithonum, Priamumque Nestoremque.

— 2. Strue : οὕτως οὐ διακρίνω οὐδ. φ. « Forsan, οὐδένα φῶρ', οὗτος (*heus tu!*), παῖσδε π. πρ. » *Boiss.* Quod verum puto. — 3 ἕνεκεν om. primæ edd.; κολοκυντῶν edd. ante Steph. — 4. Inversio esse possit, quæ vi sua non careat, pro ἀλλὰ λέγω· ἔπρεπε γάρ. Sed vulgata interpretatio præstat. In Grotianis legendum videtur : *decuit non, puto : dico tamen.* Boiss. longum scholium Wechel. p. 477 de Priapo apponebat, et citat Nonni Synag. hist. II, 28, p. 170, Codinum De orig. Cpol. p. 15.

CCXXXVIII. Lemma : Λουκ. εἰς ἕτερον Πρίηπον. Qui se in agro sterili positum queritur nullius rei custodem. — 1 τέθηκε edd. ante Steph. « Νόμου χάριν nunc gallice verteris, « *pour la forme* ». Diphilus ap. Athen. VII, 39 : οὐδὲν ἡδέως; Ποιεῖ γὰρ οὗτος, ἀλλ' ὅσον νόμου χάριν. Dicunt et λόγου χάριν, ὁσίας χάριν, χάριν ἀφοσιώσεως, γλώσσης χάριν. Vide Græv. Lectt. Hesiod. c. 15, p. 80; not. ad Marini Proclum p. 105; Toup. Emend. t. II, p. 364; Kuinoel. ad Demetr. p. 36. Similis Latinorum formula *dicis causa.* Vide Elmenh. Indice Apul. in *Dicis*, et ad Apul. p. 38, et ad Arnob. p. 116; Duaren. Disput. I, 47. [Adde P. Pithœi Advers. subs. l. II, c. 8.] Putabat Charisius esse *dicis* genitivum a nomine *dix.* Mihi esse videtur græca vox δίκης. » *Boiss.* — 4 ἔχοι edd. præter princ. Flor., quæ ἔχει, editum a Jacobsio. Idem Martialem confert, VI, ep. 72 :

> Fur notæ nimium rapacitatis
> Compilare Cilix volebat hortum ;
> Ingenti sed erat, Fabulle, in horto
> Præter marmoreum nihil Priapum.
> Dum non vult vacua manu redire,
> Ipsum surripuit Cilix Priapum.

CCXXXIX. Lemma : εἰς ἕτερον. — 3. Φυρόμαχος edd. et fort. libri Plan.; adscripsit Salmas. : « Φυλόμαχος. Ita legendum », ut sæpe allata codicis Palatini scriptura, quam probat. Hinc error Brunckii sic in Vat. Cod. legi scribentis ; at Jacobs. : « Hoc carmen si in Vat. Cod. legitur, meam diligentiam effugit. » In sequentibus Χαρίτων ... καλὴν offendit Jacobs., qui ingeniose corrigit Χαρίτων δέ μοι ἄγχι καλιὴν Ἀθρήσας, de *sacello* Gratiarum in propinquo posito, significationem vocis stabiliens exemplis. At hoc vix explicat Priapi situm. Boiss. : « Χαρίτων καλὴ non unam esse puto e tribus Gratiis, quæ non separari solebant, sed statuam mulieris cujusdam pulcherrimæ, quam præ verecundia et honoris causa non nominat, quamque sic designat : Χαρίτων καλήν. » Recepi optimam correctionem Peerlkampii Nov. Biblioth. crit. IV, p. 46 seq.

CCXL. Lemma : εἰς ἕτερον. — Dialogus viatoris et Priapi. — 1 ὀλίγας; edd. et Boiss., ὀλίγας cum aposiopesi Jacobs., quod præferendum. — 3. « Dedi versiculum Priapo. « *Quam iracundus est Priapus!* inquies : etiam inanis venies ». Quamvis me iracundum esse clamites ac queraris, inanis veneris ; inutile feceris iter. Sic me ex verbis forsitan non integris extricaverim. » *Boiss.* Brunckius viatori dat 'Οργ. ὡς ὁ Πρ. Jacobs. conjiciebat (Priapi verbis) ἐρῶ σέ τι, κοὐ κέν' ὀρέξῃ, vel κοὐ κενὰ λέξεις, « *dicam tibi aliquid*, quod si feceris, *non frustra* id quod petis cupies. His verbis ad spem erectus viator : Ναὶ λίτομαι. Et Priapus : *dabo*, καὶ γὰρ ἐγὼ δέομαι. Obscurius et quasi pudibundus loquitur Priapus, in qua pudoris simulatione haud exiguus lepor est. » — 6. Δὸς λάβε. Vide ad XII, ep. 204, 1. Adde lepidum Jacobi de Cailly epigramma ad mulierem, dato ex auro munere :

> Phillis, rien pour rien :
> Prenez de mon bien,
> Donnez-moi du vôtre;
> Qui donne un bijou,
> A moins qu'il soit fou,
> En demande un autre.

Lusus Priap. XXXVIII :

> Pædicare volo; tu vis decerpere poma.
> Quod peto si dederis, quod petis accipies.

— 8. 'Ισχάδα. Confer ep. seq. 5, 6. Lusus Priap. V :

> Quod meus hortus habet sumas impune licebit,
> Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

CCXLI. — Priapus viatori, ficus appetenti, pœnas minatur. — 1. 'Ωριμος dicit viator. — 6. De hac philosophorum sententia, quam facete hortorum deus ad rem obscenam transfert, v. Valcken. ad Eur. Phœn. v. 539.

CCXLII. — In littore Hellesponti, Lampsaci suburbio positum deum monet poeta, ut hominum frequentiam erubescens velet partem pudendam. — 4 πόροι libri, πόθοι Ruhnkenius (in Tim. Lex. v. Σπαργῶσα); ῥυθμὸν (vel θεσμὸν) ἅπαντα παρεὶς conj. Jacobs. : *omnem modum excedens.* Idem : « Fortasse in ultimis vocibus latet ἄγαν ἄπορος. » Boiss. dedit θυμὸν ἅπαντ' ἄπορος, cum hac nota : « Correxi, ut posset saltem intelligi, locum duce Jacobsio. » — 6. *Tunicam parti prætende tegendæ*, Lusus Priap. I, 7.

CCXLIII. — 3 παρ' ἕκαστον libri, corr. Brunckius. — 5 παρεκβαίης libri, corr. Hermannus Opusc. t. IV, p. 361. — 6. 'Η λάχνη, barba et pili. Lusus Priap. XIII :

> Præcidere, puer, moneo; futuere, puella;
> Barbatum furem tertia pœna manet.

CCXLIV. — Pictam imaginem Satyri describit. Ad Protogenis *Satyrum quem anapauomenon vocant, tenentem tibias* (Plin. XXXV, 36, 106) referendum epigr. censet Benndorf. p. 69. — 2. 'Αγεις pro προσάγεις vel ἀπάγεις insolenter dictum, dicit Jacobs.: sed simili modo τρέψας; ἀσχολίῃ v. 6; ἔχεις conj. Schæferus. — 3. 'Ισως. Fortasse nobis hæc interrogantibus respondisset. — 5. Κηρός, pictura. — 6. Πηκτίς etiam alibi de syringe vel tibia. — 7, 8. « Addidi hoc distichon ex scholio Weichelianæ, unde et promam interpretationem : ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο τὴν φύσιν ἀφθόγγοις τύποις· τουτέστιν οἰκείως τῇ φύσει τὸν Σάτυρον ἐζωγράφησεν, ὕλης ἀκολουθούσης καὶ ἑπομένης πρὸς ὅ τι ἂν αὐτῇ χρῆσθαι οἱ γραφεῖς βούλοιντο. » *Boiss.* Incertæ originis distichon nec valde aptum uncis inclusi.

CCXLV. Lemma : εἰς ἕτερον σάτυρον. — In Satyri graviter dolentis statuam. « Suspicor spina pedi infixa eum doluisse, qua specie Faunum in gemmis videmus. et Fauno spinam evellentem Satyrum Museum Pio-Clementinum servat, t. I, tab. 49. » *Heynius* Commentt.

Gott. t. X, p. 89. — 1. Τόσον ἄλγος ἔχοντα expressum ex Bionis fragm. in Hyacinthum. — 3 βαρυτλήτων ed. princ. Flor. et Weicheliana; βαρυτλήμων ceteræ.

CCXLVI. Lemma : εἰς ἕτερον σάτυρον. — Ad celeberrimum Satyrum Praxitelis referre velit Heynius Comm. Gott. t. X, p. 89.

CCXLVII. — 3. Θάμβος. Nam accidit ut rideamus, rem incredibilem præter omnem exspectationem evenisse cernentes, velut in lusum versis legibus naturæ.

CCXLVIII. *Antipatri* epigramma cur esse videatur, ingeniose exponit Benndorf. p. 52 seq. — In Satyrum vasi insculptum, de quo ex hoc epigr. Plinius, in nomine artificis errans, XXXIII, 55, 156 : *Satyrum in phiala gravatum somno collocasse verius, quam cælasse, dictus est.* Conf. IX, ep. 826. — 2 ἐγερεῖς· ἄργυρος ὕπνον ἔχει libri, quod inficetum; ἐγερεῖς ὀργίλον feliciter Benndorf. p. 23, collato ep. 240, 3 (conf. et Theocr. I, 16-18), de νύξεις addens : « νύσσειν verbum in usu erat ubi quis dormientis quietem interrumperet; conf. Hom. Od. Ξ, 485. Ceterum impolitior ictus utpote in Satyrum aptissimus; urbanius alius poeta ep. 146 : λαίνεας μὴ ψαύετε τὰς Ἀριάδνας, utpote de femina. » Sed post hæc ægre feras languidissimum et inane ὕπνον ἔχει. Scripsi ὕπνος : nunc *somnus tenet* eum et iracundiam ejus. Cf. Theocr. VIII, 65. « Infeliciter Nauckius ἣν γρύξῃς, ἐγερεῖς· ἄγρυπνον ὕπνον ἔχει [sit sane melius ἄγρυπνον ὕπνος ἔχει]. » *Bennd.* p. 24.

CCXLIX. — In Veneris marinæ statuam a Glycera, Dionysii sive filia sive amica, in littore positam. — 2. Ὠνθρωπε, παροδῖτα (conf. 256, 4), et πλατίον, πλησίον. — 4. « Πορφυρέας, epitheton a mari ad littus translatum; ἁπαλὸν κῦμα, *molles undæ*, Lucret. II, 375; Virg. Æn. IX, 816. » *Jac.* Del. p. 17, qui frustra in nott. mss. conjicit σχῆμα, « vel tale quid ».

CCL. — « Spectat epigramma ad *Cupidinem tenentem* in Octaviæ curia, quem Scopas an Praxiteles fecisset, dubitatum esse Plinius XXXVI, 28 prodit. Conjecturæ id certe non obstat quod a Cupidine Plinius dicit fulmen *teneri*, auctor epigrammatis *frangi*. Amor in scuto Alcibiadis ab Athenæo [XII, p. 534] dicitur κεραυνὸν ἠγκυλημένος, a Plutarcho [Alcib. c. 16] κεραυνοφόρος. » *Benndorf.* p. 68. — 1 ἰδὼν ἀγν. libri, corr. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 251 (ed. sec.) : conf. ad ep. 182, 3; ἑλὼν conjicit Benndorf.

CCLI. — In Amorem ab alio Amore vel Anterote vulneratum, Nemesis instinctu. « Intelligunt Anterotem in hoc et sequente ep. De quo deastro vide not. ad Eunap. p. 187. Adde Servium ad Æn. IV, 33; Schweb. ad Mosch. p. 284; Pignor. Symb. Epist. p. 24; Stanley. ad Æsch. Ag. v. 533; Creuz. Præp. ad Plotin. p. 38. » *Boiss.* — 1 τὸν ἀντίον edebatur, κατάντιον malebat Jacobs.; τίς Heckerus I, p. 173. Respondetur altero versu. — 3 τά κ' ἔρεξεν libri, corr. Brunck. — 5. Ad avertendam Nemesis invidiam. « De ritu in sinum despuendi v. ad XII, ep. 229. » *Boiss.*

CCLII. Lemma : εἰς Ἔρωτα. — « Ejusdem poetæ, et præcedentis quodammodo continuatio. — 2. Ἤνεσε, pro composito παρῄνεσε, excitavit. » *Jac.* Πτέρυγας. Vid. ad ep. 7, 6.

CCLIII. — Dianam sine armis incedentem miranti respondet dea se ad sacrificium pergere. Heynius in Comm. Gott. t. X, p. 105, epigramma refert ad Dianam ab Apelle pictam, Plinio teste, XXXV, 36, *sacrificantium virginum choro mixtam*, *quibus vicisse Homeri versus videtur id ipsum describentis* (Od. Z, 102 seqq.). Plinii locum recte explicat Welckerus Append. Trilog. p. 158 seq., Cyclo t. I, p. 309 seq.; sed nihil in his omnibus quod nostrum epigr. ad illud artis opus pertinere vel minimum suadeat. Dianæ statuam inermem descripsit etiam Christodor. Ecphr. 307. — 2. Λυκαστείων, Creticarum : Cretæ insulæ urbs Λύκαστος. « Ἐνδρομίδες, caligarum genus, venatoribus inprimis usurpatum. Pollux VII, 93. » *Jac.* 4 ἰγνῦιν libri, corr. Brunck. « De nomine ἰγνύη vide not. ad Planud. Metam. p. 279. Plutarchus Eumen. c. 7 : Εὐμένης τοῦ Νεοπτολέμου προεξανισταμένου τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν Malim ἰγνύην. » *Boiss.* Ante Steph. φοίνιξ. In fine Heckerus I, p. 181, scribi jubet πέπλον ἀνελκόμενος, coll: XII, ep. 176, 2, quod ipsum in ἑλισσόμενος intelligi potest, scil. πρὸς ἰγνύην ἄχρι, *nec inferius descendens*, quanquam etiam Christodorus v. 308 : ἐπὶ γούνων ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα. Ovidius Met. X, 536 :

Nuda genu, vestem ritu *succincta* Dianæ.

Adde Virg. Æn. I, 320.

CCLIV. — Viæ mensura indicata in acervo Mercuriali. — 2. « Mercurio sacer lapidum in via acervus illustratus est ab Harduino ad Themist. Orat. IV, p. 392. [Conf. ad VI, ep. 253, 6; Boiss. ad Babr. fab. 48, 2.] Adde Memor. Acad. Inscr. t. XXXVIII, p. 50. Locus est disertus Eustathii Opusc. p. 184, 26. — 3 αὐτῆς libri, corr. Scaliger. [Legebatur ἔγνω ex uno codicum Brunckii : ceteri cum edd. ἔγνων, quod Jacobs. restituit in Del. p. 9, observans, post μὲ, ὁ δὲ esse idem quod ἐγὼ δέ.] Schol. Wech.: ἐπεί, φησίν, οὐ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ' ἀναξίως με ἱδρύσαντο, κἀγὼ τούτοις τὴν ἴσην ἀμοιβὴν ἀνταποδίδωμι · τοῦτο δέ ἐστιν ὅτι ἑπτὰ στάδιά εἰσιν ἐνθένδε εἰς κρήνην. » *Boiss.* — 4. Capræ fons ubi fuerit, non constat.

CCLV. — Mercurius horti custos (conf. ad ep. 11, 4) loquitur. — 3 τηνίδε libri, corr. Brunck. Adverbium τηνεί, doricæ dialecto assignari solitum, legitur in oraculo ap. Plutarch. Demosth. c. 19, in quo nullum dorismi vestigium. Σχοῖνος Jacobsio (Del. p. 9) funis fuisse videtur ex juncis plexus, horto circumdatus, ne quis intro irrumperet. Eodem modo accepisse videtur Grotius. At Boiss. : « Scaligeri conjectura σχῖνον vera videtur. » — 4. « Μή τι θράξῃς, ne quid horum turbes frangasve : θράττειν dicitur pro ταράττειν. » *Jac.* « Forsan μή τι θραύσῃς. — 6. Παρακλύῃς. Scholiastes Aristoph. in Ran. v. 758 simile verbum παρακούων explicat : καταφρονῶν τῶν λεγομένων. » *Boiss.*

CCLVI. — Mercurius in loco vasto et deserto positus loquitur. « Elegans epigr. et optima ætate dignum. » *Jac.* Quod Piccolos (p. 81) Leonidæ epigrammatis inserere non dubitet. — 3. ὁ Ἑρμᾶς. Ἀκρολοφίτης, ut Pan et caprarii. — 4. Τὸ πλεῦν, τὸ πλέον. Ἀτραπιτοῖς, viis publicis; conf. ad ep. 192. Ὤ.ερ. Conf. ep. 249, 2.

CCLVII. — In statuam Bacchi a Myrone conflatam, eam probabiliter, quam Sylla in Helicone dicavit (Pausan. IX, 30, 1). Conf. Sillig. Catal. p. 286. — 1 ἡνίκα χαλκῷ libri, correxerunt χαλκῷ Brunck., ἠνίδε Benndorf. p. 78.

CCLVIII. — 1. Ἱερὸν ἔμπυρον, fanum in quo assidue victimæ cremantur Dictynnæ Dianæ. Erant etiam ἱερὰ et βωμοὶ ἄπυροι. Non abs re autem Jacobs. nomen proprium desiderat, Πείσων vel aliud (interpres autem gallicus Τίμων), in τοῖον id latere putans; latere potest in ἔμπυρον,

fortasse Εὔπορος. — 3 ἐκ δέ γε πέτρας libri; Jacobsii correctionem recepit Boiss. Sic Panos πετρῖνος δόμος IX, ep. 142, 2, et ep. 558, 4 : λύκου... πετραίην αὐλὴν ἀνερχομένου. — 4. « Πρὸς ὄρος, oculos in montes intendo, feras, si quæ inde prodierint, observans. Pana enim venatorem, Dianæ πάρεδρον, hoc ep. nobis sistit. » Jac

CCLIX. « Gallice vertit Larcher. ad Herodot. VI, n. 176. » Boiss. Conf. ep. 232 et seq. — 1 ἀκρης edd. vett. nte Ascens. et Steph.

CCLX. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν, scil. Πᾶνα. Sed est in Priapum, simile iis quæ supra legimus n. 236 et seqq — 4. Τοῦδε χάριν. Comparat Jacobs. Lusum Priap. LXXXIII :

> Pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
> Assiduus custos ruris ut esse velis :
> Improbus ut si quis nostrum violarit agellum,
> Hunc tu — sed taceo. Scis, puto, quod sequitur.

CCLXI. « Videtur esse Theocriti, non Leonidæ. » Salmas. — In Priapum a Theocrito in bivio positum. — 2. « Ad ὀρθιάσας conf. Stephanus Byz. v Πανὸς πόλις· ἔστι δὲ καὶ τοῦ θεοῦ (Panos) ἄγαλμα μέγα, ὀρθιακὸν (leg. ὠρθιακὸς) ἔχον τὸ αἰδοῖον εἰς ἑπτὰ δακτύλους, ἐπαίρει τε μάστιγας τῇ δεξιᾷ (add. εἰς) Σελήνην. » Meinek. p. 118. — 4. Accedat (fur, sine : laxior redibit, in Lusib. Priap.

CCLXII. — « Commemoratur Praxitelis Pan utrem ferens, cum Nymphis et Danae. Nicomedes in Anthol. Pal. VI, 317 [ubi vid. not.], et alius poeta in Append. t. II, p. 705 [hoc scil. epigr.], ubi Heynius (p. 89) perperam de Satyro cogitat Quo nexu inter se fuerint hæc opera, atque utrum singulas statuas an symplegma effecerint. non liquet. » Sillig. Catal. p. 387. — 3. Ἄκρα pro adverbio cum σοφαὶ jungendum esse vidit Schæfer. « Χερὸς pro manuum operibus. Sic Petronius c. 83 : Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis injuria victas ; ubi interpretes. » Boiss. Vid. Steph. Thes. Did. t. VIII. p. 1396. — 4. « Ἄκρητος σοφίη, ars perfecta et eximia. » Jac.

CCLXIII. Idem argumentum quod epigrr. 221 et 222. — 1 Καί με libri, quod correxit Benndorf. p. 32, πρὶν posci observans sequente νῦν et confirmari ab Ausonio Epigr. XXI, sic vertente :

> Me lapidem quondam Persæ advexere, tropæum
> Ut fierem bello : nunc ego sum Nemesis.
> At sicut Græcis victoribus adsto tropæum,
> Punio sic Persas vaniloquos Nemesis.

— 2 στήσωνται legebatur ; στήσονται Jacobs. ex uno codicum Brunckii, ut doctius, recepit.

CCLXIV. — In Isidem fertilitatis auctorem (quam cum Cerere Græci comparabant), multiformem, ut elementorum omnium dominam, de qua legendus Appuleius Metam. XI initio. — 1 ταχυμήτορι libri, correctionem docti anonymi recepit Jacobs. — 2. Ταλάρῳ, scil. frugum pleno. « Ἀπάνευθεν ἀρότρων, ut aureo ævo, quo καρπὸν ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον, Hesiod. Ἔργ. 118 : dabat curvo sine vomere fruges, Ovid. Amor. III, 8, 39. Intelligenda pompa in Isidis festo duci solita, de quo Diodor. I, 14. » Jac.

CCLXIV *. « Laudat hoc distichon de Nymphæis agens Ducang. Cpoli Christ. l. I, p. 87. » Jac. Qui in ed. sua neglectum hic inseri jussit in Nott. crit. p. 973.

CCLXV. Lemma : εἰς τὸν Μῶμον. Duo sunt epigrammata in Planude, prius v. 1-6, alterum v. 1, 2, 7-10, quæ Brunckius rectissime in unum coegit, deleto distichо per errorem repetito. « Exhibuerat artificis manus senem in terram projectum, frendentem dentibus nudatis, emaciatum, capite manu subnixo, baculo terræ innitentem, coma hirta, cute rugosa ; ut tantum non Livor seu Invidia expressa videri possit. » Heynius in Comm. Gott. t. X, p. 93. Addit Jacobs. hæc ex descriptione tabulæ Apellis ap. Lucian. De calumn. c. 5 : ἡγεῖται δ' ἀνὴρ ὠχρὸς καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. Τοῦτον οὖν εἶναι τὸν Φθόνον ἄν τις εἰκάσειεν. Est carmen de Livore Anth. Lat. t. I, p. 546. Conf. Ovid. Metam. II, 775 seqq — 1 ἐν ἐσθλοῖσι libri, corr. Hecker. I, p. 173. Deinde libri πανάπενθέα, cujus contrarium requiritur ; ταλαπενθέα Huetius. « Scripsi παμπενθέα. — 3. Οἶά τις ἔμπνους. Sic VII, ep. 191 : οἶά τις Ἀχώ. Similia vide in not. ad Theophyl. Simoc. p. 179. » Boiss. — 4. « Ἀμπαλὰ conatum indicat : ægritudinis, qua cruciatur, lenimen quærit. — 5. Μανύει, αὐτὸν scil. [immo κεῖνον v. 7 ; cf. ep. 266, 3]. Qui sit et qualis, apparet ex duplici dentium ordine, etc. ['Ολεθρίος satis explicatur sequentibus.] — 7 κείνου βάρος libri, κεῖνος Brunck. in textu ; in Lectt. corr. κρατὸς βάρος. Recte me fecisse arbitror, quod scripsi σκήνους βάρος. » Jac. Etiam Grotius posuit corpus. Jacobs. conjecit quoque σκήνους ῥάκος, cujus similia non rara in his epigr. At Boiss. scripsit κεῖνον, « quod pendet ab μανύει ». — 8. « Θαλὼν κρότ. Eadem manu, qua caput fulcit, idem percutit, quod indignabundi est et desperantis. » Jac. Ad quæ Boiss. : « Non ferit manu caput, sed supponit tantum manui, qui est tristium hominum habitus. » Immo est, ni fallor, βαλὼν sive ὑποβαλὼν τὴν χεῖρα. — 9. Vid. Boiss. in Æsch. Ag. v. 75 et 197. — 10. Κωφά, adverbialiter.

CCLXVI. Abest ab ed. princ. Flor. et Brunckii codicum « quibusdam ». — 1. Ὀνύχων ἄπο, (tabetieri incipiens, ab unguibus, quos invidi rodunt sibi aliorum bona spectantes. Παμφάγε M., Livor edax, Ovid. Amor. I, 15, 1. — 6. Periit pentameter. — 7 ἀνδρόσσιν et ἄνυσσε vett. edd. : τέχνα libri, τέχνᾳ Jacobs qui hoc proponebat :

> ὥστε τίς ἔμψυχον τέχνᾳ ἄνυσεν ἀνδρόσινίν σε,

in Add. p. XCIII σ' post ἔμψυχον inferre contentus. « Versus paulo melior nunc est scripto τέχνᾳ. Sed sunt et alia vitia. Forsan ἀνδρῶν σίνιν. » Boiss. Præterea necessarium σ' inserui. Distichon sic exponit Jacobs. : « Quis tandem te mortalibus inimicum dæmonem egregia arte ita animavit, ut ne tuis quidem dentibus (i. e. tuæ reprehensioni) locum relinqueret? Sensus igitur, opus esse ἀμώμητον. » Ut ait Plato Rep. VI, p. 487, A : οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος τό γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Conf. ep. præc. v. 2. — 8 ὄρηκτα Brunck.

CCLXVII. — De Hippocratis imagine ab Eusebio Byzantio in publico loco posita, quum cives ipsius imaginem ob pulchros de Hippocrate sermones vel libros poni vellent ; sed ille magistrum potius quam se eo honore dignatus est, scilicet non magis decorum et insigne esse existimans, statuam in foro habere quam ponere, ut est ap. Plin. Epist. I, 17. « Eusebius ille quis fuerit, non satis constat. » Jac. Pictura loquitur peregrino homini respondens. — 1. Vid. ad ep. 275, 1

CCLXVIII. — Laus Hippocratis.

CCLXIX. — 1. Κρυφίας κελεύθους, artis medicæ vias ante ipsum latentes, ignotas. — 2. Παιήων, κύριον ὄνομα τοῦ παλαιοῦ θεοῦ ἰατροῦ. Eustath. ad Il. X, p. 1379. 7. Conf Il. E, 401, 900 ; Od. Δ, 232 ; Hesiod. fr. 139 Gœttl.

CCLXX. Ejusdem fortasse Magni ἰατροσοφιστοῦ, in quem exstat epigramma, XI, n. 281, ubi v. not. — 2 δέκνυτο Ascens. et Steph.; δέχνυτο ed. princ. Flor. et Ald. 1, 3. — 3. Talia in fabulis de Æsculapio. Diodor. IV, 71 : τὸν Ἅδην μυθολογοῦσι... κατηγορίαν αὐτοῦ ποιήσασθαι πρὸς τὸν Δία, ὡς τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινουμένης· ἐλάττους γὰρ ἀεὶ γίνεσθαι τοὺς τετελευτηκότας, θεραπευομένους ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. Conf. ep. 273 extremum.

CCLXXI. « Lemma male conceptum, quod esse debet : εἰς Ἱπποκράτην καὶ Σώσανδρον. » *Brunck.* Qui versu 2 ἵστορ', duali, scripsit pro ἵστορ — 3 μετάμειψον libri, μεταμείψατ' Grotius et Brunck.

CCLXXII. — Iamblichus diversus ab eo cujus libri de Pythagora et de mysteriis exstant. — 3. Σοφίην διδ., scil ἰατροσοφιστής, de qua voce vid. Boisson. in Eunap. p. 410 et in Notitt. Mss. t. XI, p. 179. — 4 κέρδεσσιν edd. ante Asc. et Steph.

CCLXXIII. — « Praxagoræ medici meminit Plinius XXVI, 6 et Celsus in Præf. p. 3. » *Jac.* — 1. « Fuisse ab ipso Æsculapio doctum Praxagoram credam potius quam ab Hippocrate, etsi hoc dixerit Tzetzes Chil. VII, 968 :

> Υἱοὶ τοῦ Ἱπποκράτους δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ Δράκων,
> οὗ; καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῷον καὶ ἑτέρους;
> ἰατρικῶν ἐδίδαξεν.

Scribendum e conjectura Hœgeri fuit ἰατρικήν, et sic jam scripserat Harduinus ad Plin. XXVI, 6, de Praxagora videndus. » *Boiss.* — 2. « Πανάκη. Herba panacea (ipso nomine omnium morborum remedia promittente, ut Plinius loquitur XXV, 11) Æsculapius sibi manus inunxit, iisque in Praxagoræ sinum demissis, pectus ejus artis salutiferæ scientia implevit. Sic enim dii suas virtutes cum hominibus communicare putabantur. In Theocr. XVII, 36 Venus Berenicæ venustatem impertiens κόλπον ἐς εὐώδη (Berenices) ῥαδινὰς ἀπεμάξατο χεῖρας. Callimachus ap. Schol. Pind. Nem. IV, 12, Gratias rogat ut manus in ipsius elegis abstergant : ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας Χεῖρας [ἐμοῖς], ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος. » *Jac.* Conf. Meleagr. XII, ep. 122, 2. — 4, 5. Schol. W. : διὰ τούτων δείκνυσιν ὅτι καὶ φυσικὸς καὶ εἰς τὰ κλασματικὰ ἦν ἐπιτήδειος. Jacobsio scribendum videtur ἠδ' ὁπόσα vel καὶ ῥ' ὁποσα, at non offenditur hoc hiatu Geistius, qui alia ejusmodi in Crinagora monstravit. — 6. « Ἠπιόνη, Æsculapii conjux, colebatur apud Epidaurios (Pausan. II, 27 et 29), filiasque habebat præstantissimas, Ἰασώ, Πανάκειαν, Αἴγλην et Ὑγίειαν (Aristid. t. I, p. 46, 3). » *Jac.* Del. p. 127.

CCLXXIV. — 2. Εὐσεβίης, pietate sive amicitia Juliani, qui fictum pictumve in publico collocasse videtur. Est inter Epistolas Juliani una ad Oribasium. « Idem epithetum δῖος Oribasio datum IX, ep. 199. — 3. Conjunctio γὰρ non cerno quid velit. Forsan εἶχε δ' ἄρ'. » *Boiss.* Vere *apis* opus vocandæ illæ Συναγωγαί, quas reliquiis undique collectis nuper instauravit Darembergius, elegantibusque formis exscripsit Typographeum Imperiale Paris.

CCLXXV. Est in primis foliis cod. Palatini. Lemma in T (cod. 1773) : εἰς τὸ ἐν Σικυῶνι ἄγ. τ. Κ. — Lysippi nobilissimam statuam Καιροῦ descripserunt Himerius Eclog. XIV et Callistratus Stat. c. 6, ubi videnda copiosa dissertatio Welckeri p. 698 seqq — 1 Τίς πόθεν ὁ Planud., quod « damnari constanti in his altercationibus strenuæ responsionis lege » demonstrare conatus est Benndorf. p. 44, restituitque Ὁππόθεν ὁ, quod a Posidippo esse evincat Synesii Scholastici epigramma n. 267, primum distichon referens prope integrum. Malui equidem nihil mutare, quum sit usitatissima ex Homero formula τίς πόθεν. Conf. IX, n. 368, et epigr. 12 ex marmore in Welckeri Sylloge, p. 17. — 3. Ἐπ' ἄκρα, summis pedum digitis nitens. Conf. ep. 54, 2. Himerius : δοκῶν ἐπιψαύειν τῆς γῆς, λανθάνει κλέπτων τὸ μὴ κατὰ γῆς ἐπερείδεσθαι. — 4 ποσσὶν ἔφυς T, cum διφυεῖς. « Ὑπηνέμιος. Dæmonem describit Dio Chrys. Or. IV, p. 178 Reisk. πτερωτόν τε καὶ ὑπηνέμιον... ἅμα τοῖς πνεύμασι φερόμενον. » *Jac.* Del. p. 39. — 5 δεῖγμα om. apogr. Par., nil annotante Salmasio. — 6. Notissima locutio ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, de rebus a temporis momento (ἀπὸ τοῦ καιροῦ) pendentibus. In Phædri Fab. V, 8 descriptio Occasionis : *Cursu sic volucri pendens in novacula...* — 8. Cum antecedentibus jungebatur νὴ Δία, nova interrogatione incipiente a τάξόπιθεν, auctoritate codicis Pal. ap. Salmas. et Jacobs. Veterem distinctionem solam esse nitidam et elegantem observavit Benndorf. p. 45. atque ita sensisse Ausonium versu :

> Crine tegis faciem. — Cognosci nolo. — *Sed heus tu*
> Occipiti calvo es.

Deinde cod. Pal. et T τάξόπιθεν δ' εἰς τί (sic, non ἐς, Salm. et apogr. Par., ἐς T) ; libri Plan. τάξόπιθεν πρὸς τί. « De Occasionis calvitie conf. Regnier. Satir. X, v. 3, cum nota Brossettii. » *Boiss.* — 9 πτανοῖσι T. — 11 τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵν. libri Plan. et T; τοὔνεχ' ὁ τεχνίτας με διέπλ. cod. Palat., quod inde a Dorvillio (ad Charit. p. 606 Lips.) prælatum, με in σε mutato. Τοὔνεκα hoc loco est ab interrogativo τοῦ sive τίνος. — 12 διδασκαλίαν apogr. Par., quod et ὑμῶν. — Ausonius vertit, *Phidiæ* opus somnians et Μετάνοιαν sive Pœnitentiam comitem addens, Epigr. XII. Ex nostro carmine hæc petita :

> Sum dea, quæ rara, et paucis Occasio nota. —
> Quid rotulæ insistis? — Stare loco nequeo. —
> Quid talaria habes? — Volucris sum. Mercurius quæ
> Fortunare solet, tardo ego cum volui. —
> Crine tegis faciem. — Cognosci nolo. — Sed heus tu
> Occipiti calvo es. — Ne tenear fugiens.

CCLXXVI. — Nota hominis in delphino sedentis statua ad Tænarum ex Herodoto I, 24, Pausania III, 25, 7, coll. Gellio N. A. XVI, 19. « Cui inscriptum fuisse auctor est Ælianus in Hist. anim. XII, 45 hocce epigr. (Append. n. 105) :

> Ἀθανάτων πομπαῖσιν Ἀρίονα, Κύκλονος υἱόν
> ἐκ Σικελοῦ πελάγους σῶσεν ὄχημα τόδε.

Quæ fuit aut fictitia inscriptio aut novitia. » *Benndorf.* p. 62. — 3 δ' ὁ 'π' Ἀρίονι libri, elisionibus inauditis ; δ' ὁ παρ' Ἰονι cod. T; δ' ἐπ' Ἀρ. Benndorf. e conjectura Jacobsii. — 4. Conf. IX, ep. 308, 5-6.

CCLXXVII. « Brunckii lemma . εἰς εἰκόνα Μαρίας τῆς κιθαρῳδοῦ ἐν Βυζαντίῳ. Quod verum esse videtur. Malui tamen nil novare. Conf. ep. seq. » *Boiss.* Legitur in primis foliis cod. Palatini, sine lemmate, ut videtur, sed cum lemmate epigramma quod sequitur.

CCLXXVIII. — 3 οἷσιν ἄγναμπτον libri Plan., οἷς ἄγναμπτον Pal. — 4. Ambo ab ipsa Venere amati. — 6. Ἐκ Φαρίης, ex Alexandria.

CCLXXIX. — Saxi vocalis apud Megarenses miraculum narrant Pausanias I, 42, Virgilius Cir. 105 seqq . et Ovidius Metam. VIII, 14, bis verbis :

> Regia turris erat, vocalibus addita muris,
> In quibus auratam proles Letoia fertur

Deposuisse lyram : saxo sonus ejus inhæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo.

— 2. « Νίσαια, ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς, Steph. Byz. Etiam Megara ipsa [Nisi regis urbs], Ptolem. I, 15. » *Jac.* Del. p. 334. — 3. De Alcathoo Theognis v. 773 :

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην,
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

Ἐπωμαδὸν ἦρε δομ. Ductus color ex Apoll. Rh. I, 737 seqq. — 4. Λυκωρείην, Delphicam, a Λυκωρεῖ; antiquo nomine Delphicorum. « Ἐνθέμενος. Schæferus corrigebat ἀνθέμενος, quod verum videtur. Vid. Boiss. ad Philostr. Her. p. 542, qui etiam de utriusque verbi permutatione monuit ad Marin. Vit. Procli p. 82. » *Jac.* — 6. Τοῦ κόμπου, ejus rei de qua κομπάζω. Pausanias l. c. : ἣν τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταὐτὰ οὕτος ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα.

CCLXXX. — 2. Θαῦμα κ. ἐσσ, i. e. θαυμάσιον ἐσόμενον καὶ τοῖς ὕστερον

CCLXXXI. Πραίνετος, Bithyniæ oppidum. — « 2. Χῶρος ἀποκρίσιος, locus in quo fit excretio. Quæ corpus tanquam superflua ejicit, τὰ ἀποκρινόμενα vocantur et ἀποχωροῦντα. Vid. Toup. ad Longin. Περὶ ὕψ. p. 375 et Foes. in Œcon. Hippocr. v. ἀπόκρισις. » *Jac.* — 4. Προφέρει, *superat.* Vide ad IX, ep. 344, 4. Deinde Ἀλεξάνορος aliquot edd. post Aldum, inepte. Ἀλέξανδρος in hac sede versum perturbat; itaque Brunck. scriptum fuisse putabat : ἀγλ. προφέρει· Νικαέων ἱερεὺς Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος, σοφίης κτλ., recte, ut videtur ex epigr. 386, 2, ubi καὶ γὰρ sic positum. Meinekius ad Theocrit. p. 284 Ἀλεξαμενὸς legit.

CCLXXXII. « Ducangius in Cpoli Christ. l. II, p. 175, hoc carmen conscriptum existimat in Victoriarum statuas, quæ in Νίκαις, Constantinopoli, collocatæ fuerint. Merito dubites an v. ἔγραψεν v. 3 hanc interpretationem admittat. » *Jac.* Præterea Constantinopolitanarum rerum in Palladæ carminibus indicia certa video nulla. « Gallice vertit Millin. Monum. ined. t. I, p. 325. » *Boiss.* — 2 φιλοχρίστῳ codd. Plan., male, judicio Brunckii ; alterum omnes, ut videtur, edd. Illud tuebatur Reiskius argumentis infirmis.

CCLXXXIII. Legitur in primis foliis cod. Palatini. « De hoc epigr. vide not. ad Aristænet. I, 26, p. 581. » *Boiss.* — 1 Χαρίτων κατάμαλλε libri et edd. Plan. Qui Caramallus, ab Aristæneto commemoratus, illustris fuit Zenone imperante pantomimus : sed de *femina* loqui carmen, apparet; nomen præbet cod. Pal. et jam Grotius expressit. — 3 ὄμματά σοι libri Plan., ὄμμα δέ σοι cod. Pal. (a Salmasio non enotatum); ὄμμα δέ οἱ Hecker. p. 119 : « egregie » adscripsit Piccolos. Mutationis causa apparet. Æschyli ποδώκες ὄμμα (Sept. v. 605) scite comparat Jacobs. et ad σοφὰ χειρ. δ. affert Lucian. De salt. 69 : Λεσβῶναξ ὁ Μυτιληναῖος χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει. — 4 κρέσσονα cod. Pal., unde Μουσέων Brunck.; κρείσσονα Plan.

CCLXXXIV. Sinum *Leosthenium* in Bosporo recentiores vocant *Sosthenium*, errantes secundum P. Gyllium De Bosporo Thracio l. II, c. 14 (Geogr. minor. C. Mülleri t. II, p. 49); qui hoc lemma dat : A. Σχ. εἰς εἰκ. ὀρχηστρίδος ἱσταμένης ἐν τῷ Σ. — Helladie loquitur In eandem scripta ep. 286 et 287. — 2. De choreis quæ in Imperatorum honorem agebantur, vid. Reiskius ad Constant. de Cerem. p. 95. — 3. Periphrasis Bospori. — 4. Ἄντυγες, cœli axes vel orbes, ut alias κλίματα, de regionibus : Asia et Europa.

CCLXXXV. Lemma Plan. : εἰς ὀρχηστρίδος εἰκόνα διαχρύσου (sic) ἐν Βυζαντίῳ, alterum est codicis Palatini, ubi apogr. Par. διαχρύσου, sed διάχρυσον etiam Salmasius testatur. — « Epigramma vehementer frigidum. » *Jac.* — 1. Οὔ τις, scilicet nemo homo, sed Jupiter. — 4 μίσγετ' ἀλλ' οὐκ ἐθ. varietatem affert marg. Wechel., et sic habet ed. princ. Flor. (fors. μίσγετ' ἄν). Filiæ Jovis Musæ et virgines

CCLXXXVI. — 2. « Musa quænam sit quærit Mercerus ad Aristænet. I, 21, p. 574. » *Boiss.* Polymniam vult, de qua v. IX, ep. 504, 7, et ad ep. 505, 17.

CCLXXXVII. In eandem Helladien, quæ Hectorem saltabat. Hectorem inter argumenta pantomimorum fuisse, apparet e Lucian. De salt. c. 46. — 1. Carmen citharœdus canebat, Helladie saltando exprimebat. — 2. Χλαῖνα hic de *chlamyde* aut *sago*, militari veste. — 3. In bellica saltatione Helladies.

CCLXXXVIII. In lemmate ὀρχηστρίδος non habet cod. Pal. — 1. « Οὔνομά σοι Λιβ. et v. 2 κεστὸς ὑπὲκ λ. Wernickius ad Tryphiod. p. 272, frustra. » *Jac.* nott. mss. Λιβάνου, *Libani* montis suavissimi ob cultum Veneris Λιβανίτιδος, de qua supra ad ep. 202. « Explicat ἥδε Bastius ad Aristæn. I, 26, p. 577. » *Boiss.* — 2 ὑπ' ἐκ Pal. — 3 κοῦφος, quod in Pal. legatur, an κοῦρος, ambiguum, apogr. Par. et silentium Salmasii testantur.

CCLXXXIX. — In ipsum potius Xenophontem pantomimum scriptum esse, quam in statuam ejus, recte observat Jacobs. — 1 ληνοῖς edebatur; hoc vero, notante Jacobsio, Baccharum Euripidis argumento, quod repræsentabat Xenophon, minime congruit : sed congruit Ληναῖς, *Bacchabus* (conf. IX, ep. 248, 2). Correctionem recepit Boiss. — 2. « *Senex* Tiresias videtur intelligendus. » *Jac.* — 4. Nuntius a Cithærone reversus, ubi Baccharum thiasos observaverat. — 6. « Tenendum Xenophontem has omnes partes unum exsecutum esse : in eo enim summa artis ponebatur, si unus plures personas recte sustinere posset. » *Jac.*

CCXC. Lemma Plan. addidit Boiss.; at hoc quoque epigr. non in statuam, sed in ipsum pantomimum illustrem scriptum videtur, ut Boethi IX, ep. 248. — 1. « Αὐτὸν, totum se insinuavit in Bacchum, ita ut ipsum deum videatur induisse. — 2. Ἰταλὴν πρ. θυμ., i. e. Romam, ubi artem exercebat ille. Sueton. Aug. 45. » *Jac.* Del. p. 117. — 3. ἀνθρώποις τερπνὸν δέος, qui spectantes jucundo terrore percelleret. Οἷα pro ὅτι τοῖα. « Schol. W. : ὑποκρινόμενον γὰρ τὰ Βάχχου οἱ θεαταὶ ἰδειλίων, ὁρῶντες μαινόμενον· ἐνθυμούμενοι δὲ ὑποκριτὴν εἶναι, καὶ οὐ τὸν θεὸν, ἐτέρποντο τῇ τέχνῃ. — 6. Sunt quæ παμφώνοις χερσὶν illustrandis inserviant in notis ad Aristænet. I, 26, p. 573 et 581. » *Boiss.* Adde quæ congessit Jacobs. in h. l. Animadv. t. VIII, p. 309

CCXCI. — Donum Pani et Nymphis dedicatum. — 1 τῷδε primæ edd., τάδε eædem altero loco, nam bis legitur. — 2. « Σκοπιᾶς . . οἰονόμου corrigit Schneidewin. in Zimmermanni *Zeitschr.* 1835, n. 117, p. 942. » *Jac.* nott mss. — 3 αἴ μιν ὑπὸ ζαθέοιο θέρευς Plan. altero loco, quod ostendit quam ille ad mutandum pronus ageretur.

CCXCII. « Lemma addidi e codice 1630 (B). » *Boiss.* Legitur et in S.— 2 ἐνατδίου S, B; ἑσατδίον Hecker. p. 383. — 3. Κούρας de libris, ut θυγατέρες alibi et IX, ep. 192, 1, quod comparandum. Metaphoram generandi de scribendis libris illustravit Boisson. ad Anecd. nov. p. 48. Initio versus pro καὶ τάσδ' ἀντ. Franckius ad Callin. p. 55, correxit κλειτὰς ἀντ., et sequenti versui δισσάς ἡμιθέων, pro ἐκ στηθέων, e Plutarcho De vita et poesi Hom. I, 4, 5 adscripsit Jacobs. in exemplo nostro. Elegantissimam varietatem non sum ausus græcis inferre; nam potuit epigramma, fortasse sub imagine Homeri, codicem scriptum ornare duo carmina continentem; poeta autem, qui alia Melesigenæ vati tribueret (conf. ad ep. 300), consulto dixisse καὶ τάσδε, *has quoque*; denique ἐκ στηθέων ita accipi voluisse, ut per modestiam modo Musam invocasse Homerus credendus sit, vere ipsa omnia ex sua ψυχῇ ἀντιθέῳ petens. — 6 Δαρδανίων libri Plan., correctum ex S, B

CCXCIII. — « Quum in Homeri rebus omnia obscura et incerta sint, poeta suspicatur, tributa esse Homero nescio cui Jovis ipsius dicta. Divina enim et Jove auctore dignissima. — 3. Οὐκ ὄνομα. De vero nomine poetæ non constabat; Ὅμηρος enim ob cæcitatem appellatus esse credebatur. » *Jac.* Del. p. 82. Οὐ πόλιν. Notum Manilii (nisi Bentleii sit), II, 7 acumen de Homero,

patriam cui Græcia, septem
Dum dabat, eripuit.

— 4. Probabilius auctor epigr. in Append. Jacobs. n. 279, 3, loquente ipso Poeta :

Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομα φασὶν Ὅμηρον·
ἔστι δὲ Μουσάων, οὐχ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

CCXCIV. — Conjectura de patria Homeri. — 1 Ὁπποίας τὸν Ὅμ. et v 2 ἐρ' ᾧ Planud. Correctio debetur Mehlero, qui Heracliti Allegor. Homer. e codd. auctas edidit Lugd. Batav. a. 1851; ibi, c. 74, hoc distichon, « quod latebat in corruptis ac laceris codicum lectionibus », felicissime ille restituit (p. XI et 147) ex duobus Vaticanis, qui pariter ποίας γοῦν ἄστὸν Ὅμ. habent (quod et Grotius præsenserat) : sed mox unus ἐκεῖνον ὃν ζῶτα καὶ χεῖρας ἔχουσι πόλεις, alter κεῖνον ὃν φ. κ. χείρους ἔχ. π. — 3 ἐστ' ἄγνωστον malit Jacobs. « Locus non facilis. Forsan habendum ἀθανάτοις pro Musarum epitheto : *heros autem Musis par immortalibus patriam dereliquit et genus*, res scilicet quæ mortalibus sint propriæ. » *Boiss.* Jacobsio sensus videtur esse hic : Homerum inter deos receptum, cœlestibus donis contentum, terrestria quæ haberet, patriam scil. et genus, Musis legavisse, unde factum, ut eorum notitia ex mortalibus evanuerit. Ἥρως de insignibus poetis et scriptoribus adhibet Longinus Περὶ ὕψ. sect. XIV et XXXVI.

CCXCV. — Vanum esse Græcarum urbium de Homero ut suo certamen; cœlo demissum vatem. — 2 τραφερῆς libri, corr. Spanhemius. — 3. Αἴγυπτος. Gellius, N. A. III, 11 : *Sunt etiam qui Ægyptium dicant fuisse.* Vid. Nitzsch. De histor. Hom. fascic. post. p. 100. « Quæ de Cypro patria Homeri, filii Themistonis, narrat Schol. Wech., sumpta sunt ex Pausania X, c. 24, 3. » *Boiss.* — — 4. Κραναή, epitheton Ithaces Od. A, 247, Il. Γ, 201. — 6 Κεκροπίων legebatur, corr. Hecker. p. 383. — 7. « Χθονὸς ἔργον, χθόνιον χρῆμα, terræ progenies. » *Jac.* Del. p. 81. — 8 φέρῃ libri, præter duos, ex quibus Brunck. φέροι.

CCXCVI. — Ejusdem argumenti. Legitur in T (cod. 1773). — 3. « Ἴον, maris Myrtoi insulam. In eo Aristoteles Homerum natum fuisse tradidit ap. Gell. III, 11. » *Jac.* Del. p. 81. — 4 Λαπιθέων T, ed. princ. Flor. et Ald. 1; ceteræ Λαπιθῶν. Sequens vox compendio in T, ut μητέρα esse possit. — 5 ἄλλοι δ' ἄλλο μέλαθρον ἀνίαχον T, et sic ap. Pseudoplut. De vita Hom. I, 4, 6, ut appareat istud ἄλλην γαῖαν non Antipatri, sed Planudæ esse. Corrigendum ideo videbatur ἄλλο γένεθλον, vel μέλαθρον recipiendum : sed, ob τιθηνήτειραν in v. 1, promptius duxi librorum γαῖαν in μαῖαν mutare, coll. VII, ep. 78, 4; IX, ep. 271, 5 (ubi not.) et 408, 2. Soph. fr. 782 [347 Ahr.] : Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει. — 6 πινυτὰν ἀμφάδα μαντοσύναν T, nec malus singularis. Libri Plan. ἀνδιχα pro ἀμφαδά, quod ut varietatem affert schol. Wech. — 7. Ex hoc loco fortasse, notante Jacobsio, Sannazarii epigr. I. II :

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
Cedite : jam cœlum patria Mæonidæ est.

CCXCVII. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν, idemque usque ad ep. 304. Hoc et sequens epigr. ejusdem sunt scripturæ diversæ, quibus tertia accedit ap. Gellium, III, 11 :

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

— 1 ἑπτὰ πόλεις ἐρίζουσι κλυτοῦ περὶ ῥ. codex bibl. Palatinæ ap. Gebhard. Antiq. lectt. II, 23.

CCXCVIII. In nonnullis *Antipatro Sidonio* tribui refert Leo Allatius De patria Hom. p. 116. « Gallicis versibus reddidit Longopetræus ad Moschum p. 175 (sive 440). — 1. Pro σοφὴν proposuit σοφοῦ citra necessitatem Netscher. » *Boiss.*

CCXCIX. — Homerus patriam suam indicare recusat : quare. — 1 τί δαὶ libri Plan. et T, quod reduxit Boiss.; τί δὲ Jacobs. — 5 τίνος ἦ ῥα libri, corr. Passovius. « Simile est τίνος ἦρα formulæ magis obviæ τοῦ χάριν, ep. 313, 2 » *Boiss.*

CCC. — 4. Hoc argumentum erat carminis τῶν Νόστων, quod auctor Homero tribuit ex inani fama. Vid. Welcker. *Cycl.* p. 273 seqq.; Nitzsch. De hist. Hom. fasc. post. p. 71. — 6. Ἀσπασίως εἰσιδε, i. q. ἠσπάσατο.

CCCI. — 1. Θεὸς, *deus* sæpe vocabatur Homerus, et ἀποθέωσις ejus celebrata. Conf. ad IX, ep. 192. Hoc ipsum distichon egregius pictor Ingres in insigni tabula inscripsit, quæ *Apotheosis Homeri* titulo memoratur. Conf. Append. Epigr. n. 154.

CCCII. — 1 Μόλις. Conf. ep. 277, 1. Præcesserit distichon, nisi forte hoc imagini Homeri subscriptum erat.

CCCIII. — 2 θάλαττα edd. præter ed. princ. Flor. et cod. T, qui νόστον (pro μάχην), ut schedæ Krohn. Eadem Homeri laus ap. Virgil. Æn. I, 460 :

Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

et v. 565 :

Quis genus Æneadûm, quis Trojæ nesciat urbem?

Conf. Æn. VII, 222-227. — 3 ὁ Κιμμ. δῆμος, ὁ πανδ. T.

CCCIV. — 2. « Φθονεῖν ἄρ. Schol. Wech. : πᾶσαι γὰρ βούλοιντ' ἂν εἶναι κεκαυμέναι, ἐπαινέτην τὸν Ὅμηρον ἔχουσαι. Ὅμοιον δέ ἐστι τῷ πρὸς Χοίριλον ὑπ' Ἀλεξάνδρου ῥηθέντι· ὄντι γὰρ αὐτῷ οὐ μάλα δοκίμῳ ἐν τοῖς ποιήμασι,

« Βουλοίμην, ἔφη Ἀλέξανδρος, Θερσίτης μᾶλλον Ὁμήρου ἢ σὺ Ἀχιλλεὺς λέγεσθαι. » Quæ admoveas Chœrilo Nævi-ano p. 82. » *Boiss.*

CCCV. — « Celebratur eximia Pindari præstantia et omnibus et deorum judicio comprobata. — 1. Νεβρείων. Tibiæ ex hinnulorum ossibus tenuem fundebant sonum. » *Jac.* Del p. 100. — 3 ἁπαλὸς ξουθὸς π. χεῖλ. ἑσμὸς libri Plan., sed Eustathius Proœm. in Pindar § 27. p. 18 ed. Schneidew. ἁπαλὸς π. χ. ἑσμὸς ἐκεῖνος, sine ξουθὸς, probante editore (illato modo Brunckii ἁπαλοῖς); recepi probatum etiam Heckero I, p. 190. Præterea pro ἁπαλοῖς Schneidewinus Progymn. p. 15 λαροῖς, coll. ep. 210, 7, quum de infante illud aptissime dicatur. — 4. « Junge περὶ χείλεσι σεῖο. Eadem sic est de Pindaro historia ap. Pausan. IX, 23, 2 · μέλισσαι αὐτῷ καθεύδοντι προσεπέτοντό τε καὶ ἐπλασσον πρὸς τὰ χείλη τοῦ κηροῦ. Conf. ad Philostr. Imag. II, 12, p. 464 seq., ubi, ut hoc loco, Pan Pindari carmina cecinisse narratur. Vid. Boeckh. ad Pindari fragm. p. 591 seq. » *Jac.* ibi l. — 5. Μαινάλιος θεὸς, Pan, qui sacellum habebat prope domum Pindari. — 6 τῶν σέο probabiliter Sonntagius, coll. Plutarch. Mor. p. 1103, B : καὶ Πίνδαρος ἀκούων ὑπὸ τοῦ Πανὸς ᾄδεσθαί τι μέλος ὧν αὐτὸς ἐποίησε, μετρίως ἔχαιρεν ;

CCCVI. — Jacobsius epigr. hoc et duo sequentia referebat ad statuam Anacreontis, Athenis in arce positam, de qua Pausanias I, 25 : τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος,... καὶ οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. Idem *sedentem* putabat esse repræsentatum in sella rotundata (sic interpretabatur v. 2 δινωτοῦ λίθου, etiam δίφρου conjiciens, coll. Apoll. Rh. III, 44 : ἧστο δ' ἄρ' ἐνὶ δινωτῷ ἐπὶ θρόνῳ); sed hoc non patitur nec finis trium epigrammatum nec vox ὑποσκελίσται ep. 307, 2. Quod observavit Meineck. p. 120 seq., cum Heynio anaglyphum describi statuens, et δινωτὸν λίθον de marmore dictum esse. Nec probabile quod in Del. p. 99 dixit Jacobs. : « collocatus erat in *basi* rotunda », quæ res vix in ullo epigrammatum hujus generis memoratur. — 2 στρεπτὸν libri, στεπτὸν Heynius et alii emendaverunt, cum quibus Jacobs. qui hæc : « vulgata sensu caret; deinde vinosum senem sine corona conspici nefas » ; ideoque in Del. στεπτὸν recepit. Meinek. : « Possis eodem jure γραπτὸν, sive id de tabula picta sive de anaglypho intelligas. Ita Leonidas de Praxitelis Amore Thespiensi (ep. 206, 2) : οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου. Conf. Hermann. Opusc. t. V, p. 211. » Possis etiam γλυπτὸν ex eodem VII, 422, 2 : sed nihil mutare præstat, quum στεπτὸν hic alienum et frigidum sit, στρεπτὸν autem idem valeat quod γραπτὸν, nisi quod pro verbo simplici ac *technico* vox figurata et describens adhibetur. Senex enim casuro similis effingitur : conf. v. 10. — 3 ἐπ' ὄμμ. libri, ὑπ' Schneiderus et Meinek.; ἐν Barnesius, probante Heckero I, p. 265. — 6. Ῥικνόν, ἐρρυτιδωμένον, Schol. W. Apoll. Rh. II, 198, de Phineo : ῥικνοῖς ποσὶν ἤε θύραζε. — 7 Μεγιστᾶν ed. princ. Flor., Μεγιστᾶν ceteræ, corr. Brunck.; conf. VII, ep. 25, 7. — 8. « Τὰν δυσέρωτα. A viro epitheton translatum ad lyram, impotentis amoris interpretem. » *Jac.* Del. p. 100.

CCCVII. Legitur in primis foliis cod. Palat. — 1 μέθης edd. « Μέθας sumpsi ex apogr. Par. » *Boiss.* Et jam Brunckius. — 3 ἐς ἄχρι libri et Boiss. Γυίων quod alibi ποδῶν. — 4. « Ὅμως. Transpositæ enuntiationes, quæ in vulgari sermone sic procedant : τῶν βλαυτίων τὸ μὲν ἀπώλεσεν, θάτερον δὲ ὅμως φυλάσσει. » *Jac.* Del. p. 99. Idem apposite confert Rutilii Lupi *characterismon* ebrii De fig. II, 7. — 6 Βάθυλον edd. ante Steph.

CCCVIII. — 1 ἱμερόεις ed. princ Flor.; unde varietas; ap. schol. W., de ἡμερίοις cogitantem. — 2 Αὐαῖε et Αὐαῖος edd vett.; Αὐαῖ Scaliger et ex uno suorum codd. Brunck. — 3 μελίσδων ed. princ. Periphrasis significat : dulci latice, cui deditus erat. — 5 φερεῖσα Brunck. Μουσιζουσί, pro simpl. μονον. — 7 ἀγλαΐζεται varietas ap Schol. W.

CCCIX. — In Anacreontis imaginem. — 4. Ea πανεχίδων σήματα partim legas ap. Meleagr. V, ep. 175.

CCCX. — 2 Μιτολ. edd. — 3. « Πηγάζει, exquisitius pro ἔνεστι. » *Jac.* — 5. Librorum κολῶσα quid sit nemo dicat: λιπῶσα Brunck., ut Grotius *turgens*; χαλῶσα conj. Jacobs., neutraliter, i. q. χαύνη. « Puto non male emendasse, rescripto κομῶσα, *luxurians, vegetior.* [Quod tamen græcis inferre neglexerat, Piccolos p. 83 suspicatur scriptum fuisse χλιδῶσα.] — 6. Ἀφέλειαν. Schol. W. : τὰ ὁλοκληρότητα καὶ τὴν ὑγίειαν [immo vero, non *integritatem* aut *sanitatem*, sed *simplicitatem*, inaffectatæ scil. orationis, de qua vid. Quintil. VIII, 3, 87 et XI, 1, 93]. *Boiss.* — 7 νοτερεῖο libri; « νοερεῖο Brunck. correxit verissime : νοερὸν ad Musam, ὑγρὸν ad Venerem, referendum. » *Jac.*

CCCXI. Legitur cum alio longiore in Vita Oppiani ab Rittershus. edita, p. 66 Βιογράφων Westermanni. « Invenit id epigramma in cod., cum aspirato nomine Ὁππιανὸς Passovius, quem vide Opusc. p. 205. » *Boiss.* — 2. Ὀψα de piscibus κατ' ἐξοχὴν dici notum.

CCCXII. — Haud dubie de Georgio Piside, cujus versuum sarcinæ supersunt. — 2 ἴδιος (pro γνήσιος) ed princ. Flor.

CCCXIII. — Notus Ptolemæus Naucratites rhetor, qui Hadriani et Trajani temporibus floruit; sed hic *Cretensis*, alibi non memoratus. — 1. Λόγοι, eloquentia. — 3. « Forsan ποταπῆς. » *Boiss.* « Quum dicitur virtutem ἐς τοὺς ἀκολάστας exercuisse, rabularum improbitatem coercuisse videri debet. » *Jac.* — 4. Ξύλον, signum ex ligno.

CCCXIV. — Respondet Macedonius huic epigrammati, XI, ep. 380.

CCCXV. — In Ælium Aristidem, rhetorem Smyrnensem, cujus declamationes supersunt. Conf. ep. 320.

CCCXVI. — In imaginem non Agathiæ solius, sed fratris quoque et patris utriusque Memnonii. — 1. Τὸν ῥήτορα. Scilicet non historiæ modo scriptor, sed causarum patronus fuit, ideoque σχολαστικὸς dictus. — 4. Στοργῆς suæ, σοφίης Agathiæ.

CCCXVII. — Gessius qui hic notatur rhetor, ut videtur, infans, haud dubie diversus fuit a vano illo homine ejusdem nominis, quem tot epigrammatis laceravit Palladas VII, ep. 681 seqq. — 2. Rogat Apollinem ut oraculo edat, hic lapis cujusnam hominis sit statua. Comparat Jacobs. hæc Juvenalis VIII, 52 :

> at tu
> Nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermæ :
> Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
> Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.

CCCXVIII. — 1 ῥήτορος RS. — 2 χαλεῖς; T; σιγᾷς, οὐ χαλεῖς scil. ὁ τύπος, ἡ εἰκών) οὐδ' Brunck. : qui hiatus in iisdem verbis est XI, ep. 151, 2; καὶ λαλέεις conj. Jacobs : σιγᾷ, οὐ λαλεῖ scribere videtur voluisse Boiss., ad

hiatum non multum offendens. Conf. et XI, ep. 149, 2. Vertit Ausonius Epigr. XLVI :

> Elinguem quis te dicentis imagine pinxit?
> Dic mihi, Rufe. Taces? Nil tibi tam simile est.

Laudatur Fontenellii dictum in eximie pictam taciturnissimi cujusdam effigiem : *On dirait qu'il se tait.* Similia vide in Menagianis t. II, p. 180, 348.

CCCXIX. Lemma RS et T : εἰς κακόμορφον. — 2 ὕβρεως (pro εἴδεος) RS et T.

CCCXX. — Conf. ep. 315. « Latina est Wernsdorfii versio in Fabricii Bibl. Gr. t. VI, p. 21. » *Boiss.* — 3 φασὶν ἅμα πᾶσαι cod. Laurent., quod edidit Brunck.; ὁμῇ πᾶσαι conj. Jacobs Add. p. XCIII : sed nihil reprehendendum in vulgata.

CCCXXI. — 2. Ἑρμῆς λόγιος, *sermonum deus* (ut ait Serv. ad Æn. II, 296), sæpius memoratur. « Clarum oratorem Ἑρμοῦ λογίου τύπον vocat Julianus Or. VII, p. 237, C. » *Jac.* Et Boiss. : « Hermen λόγιον illustravi ad Eunap. p. 371. Adde Valcken. Schol. in N. F. t. I, p. 508. »

CCCXXII. — « Ludibrii causa hi versus videntur scripti in Phyrmos, patrem et filium, rhetores, quorum vel ipsum nomen a φυρμός, *confusio*, derivatum risui movendo aptum. » *Jac.*, qui idoneam verborum ὁ πυρφόρος τὸν πυρφόρον interpretationem nondum inventam esse fatetur.

CCCXXIII. Anacreonticum carmen, in Plan. septem versibus imperite conceptum; corr. Salmas. et Brunck. — De inventione vitri. — 1. Ὕελος, vitri massa fossilis. — 7 ἐκπυρουμένοισι libri. « Correxerunt viri docti ἐκπυρούμενος. Malui ἐκπυρουμένα. » *Boiss.*, qui jam sic in Lyr. gr. p. 51. — 8 βροτοῖσιν mavult Jacobs. — 13 χειλέων legebatur, χηλέων Jacobs., quod recepi; nam forcipes intelliguntur, de quibus ἀκμαὶ χειλέων obscurissimum foret. Ceterum deesse aliquid in fine credo cum Huetio.

CCCXXIV. — Donatus a poeta puellæ amatæ Leontio stilus argenteus loquitur. — 1 Ἡ ῥαφὶς varietas ap. Brodæum.

CCCXXV. — 1 Αὐτὸν ed. princ. Flor., male. — 3 τὸν ἐν σιγῇ πινυτόφρονα corrigit Passovius. — 4 ἔνθεν libri : *hinc, hanc ob causam*, quomodo accepit etiam Lessingius t. VIII, p. 443 Lachm.; sed debile ἔνθεν non positum initio, quod καὶ occupat. Nitida fit et oratio et sententia recepta correctione Jacobsii.

CCCXXVI. Est in primis foliis cod. Palat. « Lemma edidi ex apographo Par. unde sumsi Πυθαγόραν et Πυθαγόρας pro vulgatis finibus ης et ην. » *Boiss.* Ejusdem quo præcedens auctoris esse suspicabatur Jacobs., non esse judicat Lessingius l. c.

CCCXXVII. — De Socratis imagine. — 2. Nam corpus animæ *carcerem* esse docebat Socrates.

CCCXXVIII. Lemma : εἰς εἰκόνα Πλάτωνος. — 1. Αἰθερεμβατεῖν, i. e. μετεωρίζεσθαι ταῖς διανοίαις. — 2. Τὰ ὑπὲρ νοῦν, quæ alibi τὰ μετέωρα.

CCCXXIX. — Μετρῶν χθόνα κ. π. Sic ap. Horat. Od. I, 28, 1 Archytas philosophus *maris et terræ numeroque carentis arenæ Mensor* dicitur.

CCCXXX. — Nimirum Aristotelis philosophia separabat τὸν νοῦν et τὴν ψυχήν, non idem hæc esse docens; verum *Aristotelis* ψυχὴν non aliud esse ac νοῦν ipsum poeta pronuntiat.

CCCXXXI. — Ipsis, quorum vitas scripsit, heroibus Plutarchum poeta præfert. — 1 πολυκλεέντα ed. princ. Flor. Deinde στήσαντο Χερωνεῦ libri præter unum Laurent., unde Brunck. correxit.

CCCXXXII. « De hoc epigr. vide quæ monuit Viscontius Iconogr. Gr. t. I, c. 2, § 9. » *Boiss.*, quem adi ipsum in Nottit. Mss. t. XI, part. 2, p. 64 seq. Æsopo statuam fuisse positam ab Atheniensibus Phædrus testatur noto loco; sed Lysippum sculpsisse una cum septem sapientibus nemo narrat præter Agathiam h. ep., cui fidem habere videtur Sillig. *Catal.* p. 261. — 1 γέρον vett. edd. aliquot. — 3. « Ἀνάγκην. Philosophi consensum efficacibus argumentis extorquere, non blandis persuasionibus sibi conciliare solent. Sententiæ suæ optimus interpres ipse Agathias Hist. I, p. 2, ubi philosophiam cum historia comparans, ἡ μέν, inquit, οἷά τις ἀστεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος κελεύει καὶ διατάττει, ὁποίων τε ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πείθοντι καταμιγνῦσα τὴν ἀνάγκην. Plato in Theæt. c. 17, p. 162, E, τὴν ἀνάγκην opponit τῇ πιθανολογίᾳ. » *Jac.* — 5. De μύθοις καὶ πλάσμασι vid. Boisson. l. c. et in Anecd. nov. p. 148. — 7. Φευκτὸν δ' ἡ (fors. δὴ) τρηχεῖα παραίν. Fontanius Fab. VI, 1 :

> Une morale nue apporte de l'ennui :
> Le conte fait passer le précepte avec lui

CCCXXXIII. — « Historia de Diogene, *qui quum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem, hac objurgatione sui : Quamdiu homo stultus supervacuas sarcinulas habui?* Seneca Epist. XC. » *Jac.* Del. p. 124. « Quædam quæ huc faciant notavi in Notitt. Mss. t. XI, part. 2, p. 214. Adde S. Paullinum in Muratorii Anecd. Lat. t. I, p. 118, cum nota. » *Boiss.* — 1. Πιληθεῖσα, nam aqua adhibita farina tenuis *densatur*. — 5. Βοώτης hic non tam bubulcus, sed in universum rusticus. Βοωτεῖν significans ἀροτριᾶν comparat Jacobs. ex Hesiod. Op. v. 391. Vertit Ausonius Epigr. LIII :

> Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex
> Ista fuit Cynici : sed putat hanc nimiam.
> Namque cavis manibus cernens potare bubulcum,
> Cur, scyphe, te, dixit, gesto supervacuum ?

CCCXXXIV. Diog. Laert. VI, 78 narrat Diogenem Cynicum ταφῆναι (Corinthi) παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς τὸν Ἰσθμόν· ἐπέστησάν τε αὐτῷ κίονα καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. Ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτὸν καὶ ἐπέγραψαν οὕτω· Γηράσκει κτλ. Legitur etiam ap. Suidam v. Φιλίσκος Αἰγινήτης. — 1 Γηράσει cod. Aldi; χρυσὸς ὑπὸ χρόνου cod. Leid. Suidæ. — 3. Sic legitur ap. Diog. et Suid.; μοῦνος γὰρ βιοτῆς libri Plan. Αὐταρκεα δόξαν, i. e. τὴν τῆς αὐταρκείας δόξαν, non gloriam, sed placitum vel præceptum philosophicum. — 4 θνατοῖς Diog. et cetera dialecto dorica; θνητοῖς, οἷς ζωῆς οἶμος ἐλαφροτάτη cod. Leid.; ἐλαφροτάταν Boiss. ex Diogene.

Sequitur epigrammatum in statuas aurigarum, qui in circo Constantinopolitano certarunt, collectio; horum epigrr. decem in Palatino exemplari ad nostra tempora servato leguntur, quæ suo loco posita sunt supra XV, ep. 41 seqq. « Hippodromum Constantinus ornaverat plurimis statuis, Roma et aliunde advectis. De athletarum autem statuis ibi positis nihil aliunde constat. Ex his ipsis car-

minibus apparet, eas modo a factione cui nomen dederant aurigæ, fautoribusve illius factionis, modo a populo, modo ab Imperatore, modo a populo et senatu fuisse positas. » *Jac.* (ad Anal. t. XI, p. 27.)

CCCXXXV. « Porphyrium, qui etiam Calliopas appellabatur, Calchantis filium, et multæ victoriæ in Hippodromo et bellica virtus illustravit. Conf. Io. Malalam Chron. t. II, p. 110. Fuit initio in Venetorum factione, deinde ad Prasinos transiit. » *Jac.* — 1. Ἄναξ, Justinianus. — 5 ἔπρεπε μὴν Steph. et Jacobs.; ἔπρεπέ μιν libri, quod reducebat Boiss.; incommodum esse sequens versus ostendit.

CCCXXXVI. Lemma : εἰς τὸν αὐτόν, et sequentium usque ad ep. 355, quæ omnia sunt in Porphyrium. — 3. Ἀνακτ. θοώκου. Schol. W. : βασιλικοῦ θρόνου. A dextra parte hujus throni vel tribunalis imperatorii erat porticus factionis Venetæ, cujus Porphyrius. — 5. Μεσσηγὺ ἀέθλων, dum certabat adhuc, i. e. antequam ætatis causa a Circensibus recesserat, quo tempore aurigis laudatis statuæ ponebantur. — 7. Junge θοώτερον ἐτέων.

CCCXXXVII. — 1. Idem versus Leontii infra ep. 357 in eundem Porphyrium. — 3. « Qui victoriam suis equis reportaverant, nonnunquam adversarii curru conscenso suoque illi tradito, denuo certabant. Ejusmodi equorum et curruum permutatio διδέρσιον, *diversium*, appellabatur. Vide Reisk. ad Constant. Porph. Cerem. p. 105. » *Jac.* Ὁμόφρονος, ejusdem factionis Venetæ.

CCCXXXVIII. — 1 ἠϊθέων edd. ante Steph., qui ἠϊθέω ex emendatione Brodæi. — 4 εὔρατο Brunck. vel ex suorum codd. uno alterove, vel ob εὔραο ep. 351, 5. Apte Jacobs. cum hoc disticho confert Martial. ep. X, 53, 3 seq. — 5. « Eadem formula, τί πλέον ὅττι, latine *quid? quod*, reddibit ep. 345 et 362. — 7. Πανελεύθερος videtur fuisse factionis cognomen : conf. ep. 359, 5 [ubi v. not.]. » *Boiss.* — 8. « Memorabilis locus, ex quo apparet Imperatores nonnunquam aurigis factionem indicasse, apud quam nomen suum profiteri deberent. » *Jac.*

CCCXXXIX. — 1. Σοφοὶ vocantur aurigæ *artis periti*. — 3, 4. Vide ad ep. 337, 3, et ep. sequens v. 3, 4.

CCCXL. — 1. Παυσαμένοισι. Conf. ad ep. 336, 5. — 6. Sic libri, ut videtur, omnes. « Nimis placuisse puto Brunckii conjecturam, ὡς Βενέτους τέρψαις. Porphyrius Venetus qui et cum Prasinorum equis vicerat, qui æque juverat Venetos suos et Prasinos adversarios, contentionem et clamorem excitavit Prasinorum qui eum esse suum vellent. Forsan τέρψεν. » *Boiss.*

CCCXLI. — Porphyrius loquitur. — 2. Ἐγγύθι Νίκης, prope Victoriæ statuam in Hippodromo. — 3 ἐμὸν libri, corr. Brunck., qui sic explicat : « δῆμος ἐμός, factio mea, Veneti : quibus opponuntur οἱ ἕτεροι, altera factio, Prasini. » — 4 νῖκος libri, νεῖκος varietas in marg. Wecheli. « Apud quem αὖθις. Brunck. et Jacobs. αὖτις. Forsan εὐθύς. Ἀπειπάμενοι. Schol. W. : τῷ μὴ δοκεῖν τοῖς ἵπποις νικᾶν. » *Boiss.* — 5. Μήτι, pro μήτιϊ, a μῆτις. Expressum ex Hom. Il. Ψ, 318 :

Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίγνεται ἡνιόχοιο.

CCCXLII. — 3. Ἄεθλα hic videtur esse pro ἄθλους, *labores*, non *præmia*. Conf. ep. 349, 1.

CCCXLIII. — 1. Χάλκεον, *infatigabilem*, ut Atlas ab Euripide dicitur χαλκέοις νώτοις τὸν οὐρανὸν ἐκτρίβειν, Ion. v. 1. — 2 νικητῆς libri, præter unum Brunckii, qui νικητὴν habet ex correctione, ν super σ picto. — 3. Σοφόν. Conf. ep. 339, 1.

CCCXLIV. — 1. Eadem formula de juvene primam lanuginem gerente ap. Christodor. Ecphr. 212 et 279. — 5. « Lysippi meminit, qui Alexandri fecerat imaginem, quod statua Porphyrii prope Alexandri statuam esset posita. Vide ep. sequens. » *Boiss.*

CCCXLV. — 1. Conf. ep. 341, 2. Hæc Alexandri M. statua aliunde non nota.

CCCXLVI. — 2. Ἕλκεται, i. q. ἐφέλκεται, *attrahitur*.

CCCXLVII. — 1 Τὴν τροχ. ed. princ. Flor. « Μάστιγα, aurigandi artem (ut ἱμάσθλην ep. 355, 5); ἀσπίδα, in pugnando virtutem. Factiones enim et urbanis negotiis adhibebantur, et necessitate urgente militum fungebantur officiis. Vide Reisk. ad Constant. Cerem. p. 10. » *Jac.* — 4. Ψυχὴν σεῖο, animum tuum, in quo utraque virtus in unum conjuncta.

CCCXLVIII. — 2. « Ex hoc et sequente epigr. apparet, Porphyrium Prasinorum factioni aliquandiu adhæsisse, quæ ei, Cæsare jubente, statuam dicavit. » *Jac.*

CCCXLIX. — 4. Calliopas aliud nomen Porphyrii; v. ad ep. 358.

CCCL. — Bellica laus Porphyrii celebratur. — 2 κατέστρεψε ed. princ. Flor. — 2. Conf. ad ep. 347, 1. — 3 εὖτ' ἂν ἄναξ libri, corr. Jacobs. — 5. Αἰνοτύραννος. Tyranni illis temporibus appellati quicumque in aliqua parte imperii aut seditiones excitare aut regnum affectare auderent. Ἐπιφθιμένης, detrimenta passæ per incendia, cædes aliave mala. Quinam autem dicatur tot numero tumultuum, sciri non potest. — 6. Ἐλευθερίης, non tam libertatis quam liberationis. Conf. ep. 360, 3. — 8. Fors. σὸν τύπον ἡ τέχνη δ' ἔξεσε, Π.

CCCLI. — 1. Ὑμέτερος passim vidimus pro σός. — 4. « Παίγνιον, quod tibi, pro tua in agitando peritia, merus lusus. » *Jac.* — 5. Ξεῖνον, novum et inusitatum.

CCCLII. — 3. « Non jungam ὀψὲ τεκοῦσα, sed ὀψὲ φύσεν. » *Boiss.* Prius prætuleram, collato ep. 302.

CCCLIII. — 1. « Ἐθέλοιεν est pro ἐθέλοι. Quam optativi formam illustravi ad Anecd. t. IV, p. 155 et 404, ad Pachymer. Declam. p. 120 seq. » *Boiss.* — 6 ἀολλίσας libri, corr Jacobs. coll. Hom. Il. Z, 270.

CCCLIV. — Quare æneum statuant, non aureum, urbs et Prasinorum factio. — 2. Νέμεσιν. Vid. ad ep. 221 et 223

CCCLV. — 3. Μέρει πρώτῳ, præstantissimæ factioni. — 4. Δυσμενέων. Conf. ep. 362, 4. — 6. Ἀτασθαλίην, ut injuria læsus fuisse videatur ab illa factione, cui primum adhæserat.

CCCLVI. — 1. « Ἄλλοις. Schol. W. : ἐν ἄλλοις ἔργοις· οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσιν. Sed intelligendum ἄλλοις de aliis aurigis. Conferenda epigr. 338 et 340. » *Boiss.* — 6. Συγγενέας Χαρίτων explicatum habes ep. 342, 3.

CCCLVII. — Conf. ep. 337. — 3. Τάχα. « Vide ad du

bitationis significatio poetæ menti sit consentanea. Fortasse scribendum : ὡς καλὰ Νίκη ὄμματα... » *Jac.* Male: nam hic τάχα est dubitanter affirmantis; gallice, *sans doute.*

CCCLVIII. Lemma esse editionum, sed codices ut supra εἰς τὸν αὐτόν præbere, testatur Brunckius. « Est Καλλιόπης idem atque Porphyrius toties laudatus : conf. ep. 349, 4. Gallice vertit id epigramma Burettus Memorr. Acad. Inscrr. t. I, p. 288, qui male Pythicos ludos intelligit, quum Byzantinus isque Venetus auriga celebretur. » *Boiss.* Sexagenarius tum erat Porphyrius. — 6. « Pro δέμας ἀθάνατον proposuit Jacobsius δ. ἀδάματον, plaudente Fixio in Thes. Steph. Didot. v. Ἀδάματος. Mihi quidem nihil mutandum esse videtur. » *Boiss.* Integerrimum est quod legitur.

CCCLIX. — 3, 4. « Junge νικήσας ἐν ἀλκᾷ, ubi præpositio abundat, ut in seq. v. ἐν σοφίῃ, i. e. *agitandi peritia* [conf. ep. 360, 4 et 339, 1]. — 5. Binas statuas Venetorum factio Calliopæ posuerat, alteram juveni, quum *arte* vinceret, alteram seni, quum *robore*. Ἐλευθερόπαις. Verisimile est homines illos superbos et effrenatæ licentiæ sibi ante omnes liberorum hominum epitheton vindicasse. Certe ita se gerebant, quasi soli liberi, ceteri omnes servi essent. Vide Gibbon. Hist. c. XL, § II. » *Jac.* Conf. ep. 338, 7.

CCCLX. — 3. Junge ἐλεύθερος αὖθις. Conf. ep. 350, 6 — 4. De σοφίης vide not. in ep. præced.

